6 *Denunciationum referuntur multæ species, & qualiter vnaqueq; facienda,& a quibus,& vbi, & quid & a quibus probari valeat & sufficiat, & qualiter procedatur,& in qua non appelletur,& numero 7.& 14.vide nu.30. 31. 32. 33. alia huc pertinentia,vbi conceptio libelli,potestas iudicum,& receptiones, & probationes, & procedendi modus. vide etiam numero 45.*
7 *Audire,pro obedire.*
Frater,pro anima fratris,ibid.
Continens pro contento,ibid.in voce fratre.

8 Verbum

8 *Verbum pro probatione.*
Dicere pro denunciare,ibid.
Ecclesia pro prælato,ibid.
Suppletio ad contextum ad uerb.audierit,ibid.
9 *Sicut,aduerbium non est omnimoda similitudo.*
† *Cum gentilibus licet loqui,ibid.à sacramentis separantur, ibid.*
10 *Ethnicus unde dictus.*
11 *Publicanus unde deriuetur.*
Pro diffugia non quærentis iure præsumitur,& econtrario,ibid.
13 *Forma hic quomodo sumatur.*
15 *De feudo qui iudicare debent de iure communi.*
16 *Priuilegium quoddam speciale beato Petro concessum, & quod, & quoddam generale,& quod,ibid.& nu.18.*
17 *Episcopus montis Pessulani cognoscit inter Regem Franciæ, & Peßulanenses.*
Censura,idest coertio,ibid.in fine.
18 *Papa quemlibet coercere potest,& cognoscere ut hic, & num.28. quod probatur multis modis, & quibus.nu.19. & ei subest etiam imperator,nu.19.uide nu.42.*
19 *Metropolitanum qui eligant.*
Imperator subest antistiti,nedum papæ, ibid.in fine, ac sacerdoti, numero 21.potest excommunicari à quocunque episcopo, numero 23.
20 *Sincere,idest pure & cum bona conscientia.*
In principe nihil splendidius,quàm humilitas,ibid.
Resolutio uerborum,ibid.
21 *Hominum dignitas non est consideranda,sed peccatum in subrectione ecclesiæ.*
Sacerdotalis excellentia quanta,ibid.cui subsunt imperator,& papa, & quomodo,ibid.
22 *Sine crimine nemo uiuit.*
23 *Medicamenta animæ sunt diuersa,remiss.*
24 *Præoccupatio figura locutionis.*
25 *Historiarum speculum citatur.*
Rei fauorabiliores,ibid.
Litis initium quod dicatur, ibidem, & curricula temporum quæ, ibidem.
26 *Peroratio fit per allegationes.*
Antistes pro proprio diœcesano,ibid.
Illico,statim,ibid.
Sermo,pro actis causæ,ibid.
Episcopus est ordinarius iudicis maioris prouinciæ, & quando, ibidem.
Ecclesia habet auctoritatem à Deo, ibidem & numero 27. uide numero 19.
27 *Meretricium transit ecclesia sub dissimulatione, ut maius malum.*
Christianum se negat,qui negat potestatem papæ,ibid.
28 *Personarum acceptio non debet eße.*
29 *Pax etiam hosti seruanda.*
Charitas quid sit,ibid.
30 *Discordiam compescere debet iudex litigantibus.*
Dissimulatio est mortale peccatum,eod.nu.
Potestas horum iudicum decretalis quæ,ibid.& nu.31.32.
31 *Iudicis officium ad contumaces reducendos,concordādos discordes, & ad curandos ægrotos inuenire remedia,& supra nu.30.*
Hysterologia,ibid.uer.& est hic.
32 *Libelli conceptio quæ in denunciatione euangelica.*
Con. denunciationem euangelicam exceptiones post libellum,ibid.
In denunciationis huiusmodi causa iudicum potestas quæ, ibid. & supra nu.30.31.& probationes utrinque quæ, ibid. uide etiam nu.6.& nu.alijs ibidem memoratis.
34 *Papæ sententia seruanda est.*
Decretalis hæc quare sit his scripta,ibid.
35 *Epilogus,& suffragium glossarum.nu.36.*
Consuetudo dat iurisdictionem,& nu.4c.§.1.
Ratio durat,licet ius ciuile destruatur.§.1.
Correctio cuiuslibet saltem indirectè pertinet ad papam.§.2.
37 *Additio glossarum.*
Additio ad decretalem ex antiqua decretali,ibid.nu.37.
38 *Gladij duo,de quibus in euangelio fit mentio,qualiter interpretentur,remiss.& 39.& gladium materialem qui,& quatenus habeat,ibid.*
Testamenti noui minister qualis,ibid.
39 *Sacramentum altaris quid representet,& eius uis.*
40 *Ad ecclesiam recurrendum cur hic fuerit,& sit.*
41 *Priuilegium ecclesiæ concessum durat,licet abrogata lege.*
Ex lege abrogata quandoque princeps arguit,ibid.
42 *Cap.Ecclesia,de constitu.& cap.si quis testibus.4.q.3.intellectus.*
43 *Qui colligit oliuam alienam quando teneatur Aquilia lege.*
Aquilia lex non habet locum,ubi non est damnum,ibid.
44 *Pœnarum,& iudiciorum non est eadem ratio.*
45 *Denunciatio huius regis fuit iudicialis,& quomodo in ea procedendum,& qui denunciare possint, & ordo iudicij seruandus. uide supra nu.6.& alijs.ibi not.*

CAPVT XIII.

1 Nouit. Casus. Laicus† ratione peccati, & maximè periurij,uel pacis fractę coram ecclesiastico iudice cōuenitur. pars huius,de offi.lega.nouit,de ap. nouit. & diuidebat Hostien.decre.in tres partes.In prima excusat se papa ostendens, quòd non intendit iudicare de feudo,sed de peccato. In secūda ibi, Non igitur, ostendit,ꝙ rex non debet processum suum in iniuriā reputare.& hoc probat diuersis exemplis, & testimonijs scripturarum.In 3.ibi,Ne igitur,probat,ꝙ ipse papa non debet hoc dissimulare. & concludit sub triplici,uel ꝙ certus sit ipse rex,ꝙ nisi obediat,papa mandabit legato, ut contra ipsum regem procedat secundū traditam sibi formam.Ab.diuidebat in 5.secunda.ibi, Non igitur.3.ibi,Sed forsan.4.ibi,licet.5.ibi,Ne igitur
2 [*Ignorat*]scilicet Deus† q est cognitor secretorum.32. distin.erubescant, Pe.& dicitur sciens omnia,de elec. fundamenta.§. proinde, ꝙ homini est impossibile. Marcus Varo. Omnia noscere est impossibile: pauca nō laudabile [& infra] continebatur exordium [*Iurisdictionem*] si.supra de elec. uenerabilem,Hostien.[*Nec*
3 *uelit*]ut†ex pręteritis præsumimus,de presum.mandata.& ad hoc facit decisum exordium de prin. capituli [*Impedire*] sequebatur in antiqua,Cumque iursdictionem propriam non sufficiamus explere, cur alienam usurpare uellemus. Non debuisset decidi [*Euangelio*] Matth.18.[*Si peccauerit*] 2. q.1. si peccauerit[*in te*]idest
4 te† sciente. uel secundum Hostien. in damnationem tui,si hoc celaueris,si nō monueris,si monitione non ꝓficiente ecclesiæ nō denūciaueris, uel quia offendit & lædit te, ut innuunt sequentia[*Frater*]idest quilibet Christianus 11.q.3.ad mensam.& de multiplici frater-
5 nitate dixi, de reg.Ioan.& an† hęc auctoritas extendatur ad omnes,plene no.2.q.1. si peccauerit, & de hoc infra de hereticis, cum ex iniuncto [*Corripe*]ostendendo peccatum suum, & monendo, & obsecrando,ꝙ desistat, & pęniteat. & ex his, quę hic, & infra de censi. Romana.§.sanè, notauerunt Inno.& Hostien.Gar. in decre. religionum, Gre. X. de reli. do. collegerat
6 quandam glo.dicens, quòd† denunciationum[a] Alia
a euangelica. Alia iudicialis. Alia canonica.Alia regularis. Ad euangelicam tenetur prælatus, & quilibet alius admititur. & potest fieri contra quemlibet perseuerantem in crimine 2. q.1. si peccauerit, infra de testib.in omni.& nullus de necessitate tenetur ad istam, nisi sicut ad alia opera, nisi is, ad quem ratione officij, uel curę hoc pertineat.23.q.4.duo.& ad hanc omnes etiam infames,& mulieres admittuntur,dummodò non perseuerent in crimine,nec per exceptionē, & cauillationes sunt repellendæ. Nō enim refert, quis denunciet, dummō aīa saluetur, infra de iureiu. quēadmodū,in fi.& de cogna.spūa.tua.Effectus istius est,ut peccator pęniteat,non ut officio, uel beneficio

priuetur, niſi retẽto ordine, uel beneficio pẽnitere nõ poſſet, de tempo. ordi. ca. ulti. & tunc per cõſequentiã non directè priuatur. ſ. quia aliter pœnitere non poteſt. Hãc debet præcedere duplex monitio. prima probat per monentem. ſecũda per monentem, & alium infra de teſti. in omni. Et iſta generaliter locum habent in foro eccleſiaſtico, & in peccato non omninò occulto, ſed quod probari poteſt: quia omninò occulta ſunt in Dei iudicio. 6. queſt. 1. ſi omnia, & caueat denuncians, quòd peccatorẽ conuincere poſsit: quia ei, etiam ſi eſſet epiſcopus, non creditur. 6. quæſtio. 2. ſi tantum, & cap. placuit. Eſt & alia denunciatio iudicialis publica, quæ competit ex officio puro & mero, in qua non requiro monitionem, ſed iudex ex officio ſuo, & per denunciationem ſuorum officialium in ea procedit, & habet locum in notorijs tantum. C. de accu. ea quidem. 35. quæſtio. 6. epiſcopus in ſynodo. ¶ Eſt alia iudicialis priuata, quæ competit læſo propter ſuum intereſſe. Et iſta quandoque in foro ciuili de plano expeditur, etiam ſi non præceſsiſſet monitio, ut quando ille, qui opprimitur, non poteſt agere, ut quia ſeruus, [b] uel poteſtati ſubditus. & idẽ in his, quæ ſpectant ad forum venale, & in rũſticis oppreſsis. ff. de offi. proconſul. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de off. præfec. ur. l. ideſt §. quòd autem, inſti. de his, q ſui, uel alie iur. ſunt. §. penul. ¶ In foro autem canonico requiritur monitio, ut hic; & de plano tamen expeditur, ut hic in fi. Tamẽ licet iudex eccleſiaſticus præcedentem denunciationem admittat indiſtinctè, iſtam indiſtinctè non debet admittere: quia nõ niſi in defectum iuſtitię, vel ſi crimen de ſui natura eſt eccleſiaſticum, uel ratione pacis, uel iuramenti, [c] uel quãdo crimen eſt notorium, uel quãdo non auditur in foro ſecular; ut quia obligatio eſt naturalis [d] tantum, uel ſi hanc proponit miſerabilis, & depreſſa perſona, vt hic, & ſupra de pactis, qualiter, & 77. diſt. per totum: alias, ſi indiſtinctè admitteretur, periret tẽporalis gladij iuriſdictio, & omnis cauſa per hanc uiam deferretur ad eccleſiam. hanc indiſtinctè facit epiſcopus, qui grauatur ab illo, qui ſubeſt immediatè imperatori, in auten. ut dif. iudi. §. ſi tamen conrigerit, collatio. 9. Et in iſta ad hoc agitur, vt res reſtituatur, ſiue ut læſus ſeruetur indemnis, & examinatur de plano, & pronunciatur in ea, ut hic. & requiritur in hac trina monitio, & ad minus duarum ultimarum plena probatio. infra de accu. cum dilectus, & cap. qualiter. ſecun. §. fina. & de ſi. licet Heli. §. cum igitur. Differt hæc ab euangelica: quia ad hanc non admittitur niſi læſus. Alia eſt canonica; & eſt duplex. Alia ſpecialis competẽs illi ſoli, cuius intereſt habere bonum prælatum, uel bonum eccleſiaſticum ſubditum. & fit ad hoc, ut quis de beneficio remoueatur. 16. quæſtio. 7. cap. filijs, & ſupra de offi. cuſt. capit. 1. in fin. Et requiritur triplex monitio, ſicut in iudiciali per eadem iura. Alia generalis & publica; ut quando agitur de matrimonio diſſoluendo, uel eius impedimento, de ſpon. præterea, de clan. deſpon. cum inhibitio. Et hanc iudex ex officio proſequitur, ſi denuncians eam proſequi detrectat. infra de ſponſa. cum in tua. Regularis ſecundum diuerſas religioſorum inſtitutiones expeditur de plano & ſimpliciter, nec contra eam appellatur, infra de app. ad noſtram. cap. reprehẽſibilis, & cap. cum ſpeciali. §. ult. de materia huius gl. uide in ſpe. de denunc. §. 2. uer. ut autem [ipſum ſolum] cum † in hac non adhibeatur teſtis, [e] probari non poteſt niſi per iuramentum monentis, [e] Hoſti. [audierit] deſiſtẽdo à peccato [Fratrem] ideſt animam fratris tui. [Pœnam] hoc poteſt referri ad ſecundã denunciationem, quæ probatur per iuramentũ monentis, & alterius. Tertia uerò debet plenè probari, & hoc reſpicit, quod ſequitur, Vel duos ſecundum Hoſti. dic, ut ſupra dixi [uel duos] de his, qui ſciunt illud delictum, ut ſit correptor, non proditor. 2. q. 1. ſi peccauerit [Duorum] tui, & alterius [Trium] tui, & duorũ adiũctorum [Omne † uerbum] ideſt omnis probatio admonitionis factæ ad pœnitentiã peragẽdam. infra de teſti. in omni [die] ideſt denuncia. [Eccleſiæ] ideſt prælato [Nõ audierit] ſub. & propter hoc ipſum excommunicauerit, & ſic excommunicatus ſteterit, Hoſti. [Sicut] non † eſt omnimoda [f] ſimilitudo. licet enim loqui cũ gentilibus, ſed non cum excommunicatis 11. q. 2. cum excommunicato, & in hoc tamẽ ſunt ſimiles: quia vterque à ſacramentis eccleſiæ ſeparandus, Pe. [Ethnicus] ethna † fertur eſſe mons in Arabia, ſecundum alios in Sicilia, ut dicit Sene. epi. 51. in prin. de quo exit riuulus ſulfuris, & cõtinuò viget ignis. ſic iſti erũt in igne continuo. uel ſecundum Hug. ethnicus ab ethnos, quod eſt gentilis. Tales ergo meritò ſunt uitandi, Hoſti. hæc expoſitio probat. 1. q. 1. nonne [Publicanus] ideſt † publicè peccans [Paratus] præſumitur de iure illius; qui non quærit diffugia, de reſtitut. ſpolia. literas, & è cõuerſo, de præſumptio. nullus, Hoſti. [Correctione] ideſt admonitione, Pe. Dicit † hic patet, q auctoritas, ſi peccauerit, nedum ad occulta, ſed etiam ad manifeſta extenditur. 45. diſtin. ſed illud. 11. quæſtione 3. præcipuè, Pe. Eccleſiaſt. 1. nobis petẽs iuſtitiam, ut ſtatim ſequitur [Vniuerſalis] de maiorita. & obedien. ſolitæ, de tranſla. epiſcopi, per totum, Hoſti. [Secundum † formam] ideſt ſecundũ iuſtitiam hac denunciatione inuenta ad formam ipſius [ipſe] Rex francorum [Legato] uel delegato, ut patet in fine [Sufficientem] hoc dicit: quia iam poſuerat quandam exceptionem, quam non permittebat examinari, nec ſuper ea pronunciari, ut patet in fi. Hoſtien. [Rationem] puta, quòd † legitima monitio non præceſsit, uel denunciator ſit criminoſus [g] 3. quæſtio. 7. iudicet, uel aliam quam cunq; iuſtam. & ex hoc colligitur, quòd infrà. §. fina. non mandat cognoſci de cauſa principali: ſed an denunciatio ſit admittenda ſecundum Inno. uel dic, ut ibi dicam ſecundum eum, & Hoſtien. [Adipſum] Regem Franciæ. quaſi dicat non ad nos, Hoſtien. [Iure communi] quo † cauetur quòd dominus, uel pares iudicare debent, Innocen. [Per ſpeciale pri.] fortè Rex Angliæ habebat priuilegiũ à Rege Francię, quòd non iudicaretur per ipſum tanquam per dominum, ſed per communes eorum iudices, vel per alias certas perſonas ab eis electas communiter. & idem eſſet, ſi ſuper hoc haberent ſpecialem conſtitu. Innocen. Hoſtien. uero exponit † ſpeciale pri. ſ. beato Petro conceſſum, quod dicitur generale, de tranſla. [h] cap. 1. [Speciale] eſt autem conſideranda perſona papæ, cui & nulli alteri competit, de officio leg. quòd tranſla. [Generale] reſpectu omnium Chriſtianorum, ſuper quos dat poteſtatem, ut infra probatur: quæ non ſolum patet per prædictum priuilegium, ſed etiam per conſuetudinem; ad hoc. infra ti. 1. ſi clericus. & probatur hæc lectura ſecundũ eum, de tranſla. quanto. §. 1. [Conſuetudine] hic † arguit Abb. pro hominibus de monte Peſſulano, quòd ſub Rege non reſpondeãt, ſed ſub epiſcopo, cum eſt quæſtio inter regem, & eos: quia ſic fuit diu ſeruatum: ſed repete intendimus [Peccato] ideſt uiolatione pacis, & iuramẽti, uel de peccato commiſſo in regem Angliæ [Cenſura] ideſt † coerctio, Pe. [Quemlibet] ſi eſt in eccleſia, hoc poteſt directè: ſi extra eccleſiam, indirectè. 2. queſtio. 1. multi. infra de decimis, de terris, de Iudęis & ſi ludæos, ſecundum Vin. [Poſſumus] & nullus alius in quemlibet: & ideò dicitur hoc priuilegium ſpeciale, ut ſupra ſecundum Hoſtien. [Non † igitur] hic probat exemplo, lege, & ratione, quòd ipſe poteſt cognoſcere, & quòd rex debet in hoc ſe ſubmittere Romanę eccleſiæ [Iniurioſum] quia nemini facit iniuriam, qui

qui utitur iure ſuo, de elec. cum eccleſia. §. 1. ff. de fur. iniuriarũ. 1. reſpon. Hoſtien. ſed al. [Si ſuper hoc] in quo etiam commiſſus eſt, uelit, nolit, Hoſtien. [Committat] tanquam ſuo capiti. 12. diſtinct. c. 1. Pe. [Cum Valentinianus] inducit exemplum [Imperator] nedum Rex [Suffraganeis] ar. quòd ſufraganei eligunt metropolitanũ; ad idem, ſupra de poſtula. bonæ. 2. ſed ceſſat ar. ſi dicas, procurare monendo, & inducendo can. vel forſan ſpectabat de conſue. [i] Hoſtien. [Legatur] 63. di. Valentinianus, Vinc. [Cui] antiſtiti, nedum papæ [Sincere] 1. pure † & cum bona conſcientia, Gof. [Capita] in principe nil ſplẽdidius. quam humilitas. 100. diſtinct. contra morem, Pe. [Submittamus] ideſt ſubmiſſa eſſe oſtendamus, vt probat ſtatim litera, Suſcipiamus neceſſariò &c. [Eius] archiepiſcopi [Homines] ac † ſi dicat, quòd non ſit conſideranda dignitas, ſed peccatum: & per hoc patet ſecundum Hoſtien. excellentia ſacerdotalis reſpectu regalis: quia nullus clericus ſubeſſe poteſt imperatori perſonaliter: imperator, & etiã papa in eo, quòd peccatores, perſonaliter ſubſunt etiam ſimplici ſacerdoti, de pœni. & remiſ. omnis. ad hoc dicam, de iureiur. nimis. [k] & ideo dixit, homines: quia † nemo ſine crimine viuit. Concluſit enim deus omnia ſub peccato, vt omnibus miſereatur, de pœni. diſtinct. ſecunda, ſi enim inquit. & primas mors alios morde &c. Pet. & Abb. [Neceſſario] not. imperatorem † excommunicari poſſe à quocunque epiſcopo, in cuius diœce. exiſtit, Pe. [Medicamenta] quæ ſunt diuerſa, ut patet, infra de pœni. & remiſsio. omnis. §. ſi quis & quando medicamenta non proſunt, ferro ignito opus eſt: quia forſan vulnus eſt cancroſum. 1. q. 1. reperiuntur, ſecundum Goff. & Hoſtien. [Nec † illud] al. & inducit contra regem, & ſecundum literam eſt hic præoccupatio. ſi. ſupra de off. ordi. inter cętera, ibi, Ne dicamus defectum ſcientiæ [Deſcendiſſe] forſan ex perſona matris. [l] nam aliàs, ut dicit Hoſtien. Papa ignorauit originem iſtius regis, quam hic narrat: ſed omitto, quòd curioſus plenius uidere † poſſet in ſpe. hiſtoriarum, li. 17. c. 4. [Petitor] de quo minus uidebatur, cum fauorabiliores ſint rei, quàm actores. ff. de re. iu. l. fauorabiliores. Innocen. [Inicio litis] ideſt ante litem conteſt. Gof. Vel cum lis conteſtatur [Curriculis] ideſt elapſis inducijs datis ad deliberandum, uel ideſt poſt litem conteſt. ſecundum Gof. [Peronatur] per † allegationes [Antiſtitis] ideſt proprij diœceſani, Hoſtien. [Illico] ideſt ſtatim. 2. q. 6. §. pe. Gof. [Cum ſermone] ideſt cum actis cauſæ [Dirigatur] pater ſancte, legem habes non abrogatam, quam omittis. nam ſi iudex maior prouinciæ lædat ſubditum, epiſcopus diœce. eſt ordinarius, in auten. ut diffe. iudi. §. ſi tamen contigerit, coll. 10. Hoſtien. [Cum enim] inducit rationem ex Deo, quando dixit beato Petro. Quodcunque li. &c. de maio. & obedi. ſolitæ, Inno. ſed uidetur, quòd eccleſia habeat auctoritatem à concilijs. 17. diſtin. §. huic etiam. ibi ſoluitur, ut etiam dixi ſupra de elec. Significaſti, ſuper glo. 17. [Quocunque] meritricium † ſub diſſimulatione tranſit eccleſia, ut maius malum, ſ. adulterium euitetur; ad hoc. 33. q. 2. ſi quod uerius, arg. 13. diſtinct. nerui, Pe. & Abb. [Chriſtianum] negat ergo ſe Chriſtianum, qui negat hanc poteſtatem, de ma. & obe. ſolitæ, ad fi. & nihilominus ſecularis poteſtas temporalem pœnam infliget. 23. q. 5. ſunt quædam, & c. rex debet, Hoſt. [Coercere] hic in antiqua probat id auctoritatibus noui, & uete. [Lege] deuteronomij. 1. ad idem actuum 10. & 1. q. 7. §. huic Petrus. & facit, de reg. ea, quæ [Perſonarum & infra] ſequitur inſan. perſonarum, quas interuenire beatus Iacobus teſtatur 2. capit. in princ. ſi dixeris ei, qui indutus eſt veſte præclara, tu ſede hic bene: pauperi autem dicas, ſta illic, uel ſede ſub ſcabello pedum meorum; & uide quod dicam de priuile. c. 1. & licet &c. [Licet autem] hic docet, quòd dato, quòd alia cognoſcere non poſſet, tamen ratione qualitatis ipſius facti, ſcilicet pacis fractæ, & periurij poſſet cognoſcere, Pe. [Charitatis] & ſeruanda † eſt etiam hoſti. 23. queſtione prima, noli Ioannes. & eſt charitas dilectio Dei & proximi, Pe. [Poſtremò] ex hoc. §. ſumitur caſus ſi. ſupra de offi. dele. ſuper quæſtionum §. fi. Hoſtien. [Iuramenti] ſupra de elec. per uenerabilem, Hoſtien. [Religione] ſicut dicitur violata, Pe. [Iudicium] Eccleſiæ, niſi quando Deum ſolum habet ultorem. C. de iureiur. l. ſecunda, & ſexta, quæſtione prima, ſi omnia, Vin. [Pertinere] infra de foro compe. c. ulti. li. ſexto, & uide quod ibi dicam ſuper ulti. glo. [Diſcordiam] quare enim patietur † iudex ad arma procedere, quos ſua iuriſdictione poteſt cõpeſcere. ff. de uſufruc. æquiſimum, Ioan. & Phi. [Diſſimulatione] diſſimulatio eſt mortale in prælato; ad hoc de treu. & pa. cap. primo, 83. diſtin. error. infra de priui. quanto, de ſen. excom. quantæ, Hoſt. [Prædicto] in an. dicebatur, dilecto filio Abbati Cæſarien. & tunc bene ſequitur, idem Abbas, &c. [Præceptis] & iuxta formam &c. & ſecundum quoſdam iſti iudices non habent cognoſcere de principali, ſed de denun. & excep. & alij contra, ut infra dicam [Vel ſolidam] concludit [m] ſub triplici, uel ut per te uides, & per hoc no. Frã. quod plura † remedia debet iudex inuenire ad contumaces reducendos; alle. de dolo, ueritatis. ad concordãdos diſcordes, ad curandos ægrotos, uigeſima nona diſtin. cap. fin. de pæ. & remiſ. omnis [Idem Abbas] nominatus in deciſa, ſic ſupra de procura. cap. 1. & eſt hic hyſteron proteron. ſi. ſupra eodem decernimus, Hoſtien. [Inſta ſit] ideſt an denunciatio ſit admittenda, uel non. Quidam forte non malè dicunt, quòd hi iudices etiam de principali cognoſcent. poterit enim dicere † Rex Angliæ, Rex Franciæ tenet comitatum Pictauien. in periculum animæ ſuæ, uel contra ſuam conſcientiam, cum ad me pertineat; unde peto officium ueſtrum, quod cogatis eum ad pœnitentiam, & ſi Rex Francię reſpõdeat, non pertinet ad vos cognoſcere, utrum iniuſtè, uel iniuſtè teneam: hoc autem ſcio, quòd non teneo contra conſcientiam, & hanc, non aliam teneor apud uos excuſationem proponere. Et ſi Rex Angliæ probare uelit, quòd comitatus ſuus fuerit, non debetis ſuas probationes admittere. potuit enim per iudicium parium, uel alio modo meus fieri, uel ego cum bona conſcientia & ſine peccato teneo comitatum; & hoc mihi ſufficit, ar. C. de rei uendi. l. ulti. eccleſia ulterius non procedat. Et ſi Rex Angliæ uellet probare, quòd iniuſtè contra cõſcientiam comitatum teneret, admittendus eſſet: ſed hæc probatio eſſet ualde difficilis: quia & ſi probaret Rex Angliæ, quòd comitatus fuiſſet ſuus; non tamen probatur, quòd Rex Franciæ ipſum iniuſtè, uel contra conſcientiam teneat, Inno. ¶ Sed hoc non placet Hoſtien. qui dixit contrarium elici. C. de probatio. ſi ue poſſidetis [n] & 45. di. ſed illud. & ex quo enim conſtat de intentione actoris, niſi probetur exceptio ſufficiens in contrarium, actor obtinebit, infra ut eccle. bene. c. uno. ſed Inno. dicit hoc uerum, quãdo agitur directè. Sed quando agitur in modũ denuncia. ſi poſſeſſor debeat proponere probabilem excuſationem, puta mihi adiudicatus eſt, uel pignori obligatus, uel his ſimile, non tamen habet hoc neceſſe probare: ſed ſufficit, quòd ſatisfaciat conſcientiæ. auditur tamen aduerſarius uolẽs probare contrarium, ut eſt dictum ſed ubi eſt ſcandalum, uel peccatum publicum, tunc ſicut de peccato conſtat, ſic debet & de ſatisfactione conſtare. quadrageſimaquinta diſt. illud, ſecundum Innocen. [o] [Contra eum] Regem Franciæ [Proponit] Rex † Angliæ, & in modũ denũciationis & poterit opponi

iuſta exceptio, ut hic dicit. hæc tamen de plano expedientur: quia non dabuntur ita prolixæ dilationes, nec recipientur illæ ſubtilitates, quæ reciperentur, ſi alio modo ageretur: hæc enim omnia quaſi ex arbitrio boni iudicis pendent, & debent conſideratis perſonis, cauſis, locis, & temporibus expediri, argumen. ſupra de transla. c. fi. ſecundùm Hoſtien. [*Omittat*] ſupponendo terram regis Franciæ interdicto, de appella.
34 nouit, de offi. lega. nouit. Sed † & uos caueatis, quòd eius ſententiam obſeruetis. nam propter hoc, & propter ſecundum, ſcilicet ut prælati ſciant excuſationem, & intentionem papæ, hæc eis dirigitur decreta-
35 lis, Hoſtien. ¶ *In † glo. 1.*] ponit caſum. Secunda primò probat papam non habere utrunque gladium; alle. 6.
p iura. ſecundò tenet contrarium [p] tertiò remittit. ¶ *Glo. ſed cum*] ponit obicc. ipſius ſo. & quoddam argumen-
36 tum. ¶ *In † glo. no. quod ibi. l. 1. & ultima*] fit emancipatio prætextu conſuetu. coram illo, coram quo aliàs de iure fieri non poſſet. ¶ *In glo. Sed cum, ibi, eas*] ibi dicitur, quod ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non poteſt. ¶ *Ingl. ſaltem, ibi, Hæreditatis*] ibi ſic dicitur. quamuis enim ſtricto iure nulla actione teneantur hæredes ad monumentum faciendum; tamen principali, uel pontificali auctoritate compellētur ad obſequium ſupremæ uoluntatis. ¶ *In † glo. 1. in fin.*] prælatis autem man-
37 dat, quòd ſententiã, quam ferri contigerit, obſeruent: aliàs comminatur, quòd illos de inobediētia puniet; ut patet in antiqua. ¶ *In glo. 2. ibi, cauſam*] 2. [*& ibi, ſed uide tur*] T. cuius fuit hæc glo. dixit, ego credo, q̃ papa &c.
38 [*& ibi, Euangeliſta*] Luc. 22. & plenè † exponuntur hæc uerba in extra. Bonif. Vnam ſanctam, uer. in hac, ubi etiam ad hoc probandum inducitur Ioan. 18. Conuerte gladium in uaginam. Ber. ad Euge. de conſci. libro 10. Aggredere ſubditos, ſed uerbo, nõ ferro. quid uſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es mittere in uaginam? & 1. Timo. 3. oportet epiſcopum eſſe non percuſſorem. Et ſciendum eſt, quòd miniſter noui teſtamenti eſt miniſter mãſuetudinis, & ſacramen-
39 ti unitatis. Sacramentum † uerò altaris repreſentat vnionem Chriſti, & eccleſiæ, quam ſignificat unio animæ ad corpus: quia ſicut anima uiuificat corpus, ſic Chriſtus per hoc ſacramentum uiuificat eccleſiã. Et ideò executio gladij materialis, qui diuidat animã à corpore, penes miniſtrum ſacramenti unitatis eſſe non debet. dicit ergo Ber. ubi ſupra, gladium materialem habet papa nutu: imperator iuſſu: miles uſu, uel manu, & hoc etiam innuit prædicta extrauagans, ubi ſupra, & c. ultimo, & infra ne cler. uel mona. c. ultimo, libr. 6. & 88. diſtinct. epiſcopus gubernatorem, ubi de hoc [*& in fi.*] & 10. diſtin. quoniam, & infra de priuile. cap. ſecundo, in 1. gloſſ. Hoſtin. remittit ad ea, quæ no. ſupra de maiorita. & obedien. ſolitæ, & infra qui filij ſint legiti. per uenerabilem. §. rationibus. ¶ *In glo. diretè, in fi.*] Dixit Hoſtien. quod per ca. quæ ibi no. patet,
40 quòd iſte † proceſſus non poteſt aliter excuſari quòd ad ueram naturam feudi, niſi quia uel Rex Franciæ non debet eſſe iudex in cauſa propria, & nolebat cauſam iudicari per pares, quorũ iudicio nolebat ſe ſubmittere Rex Angliæ, ut dicit ſe audiſſe. nolebat autem Rex Franciæ per ſuam curiam meritò illi ſuſpectam
q cauſam audiri, fuit ergo ad eccleſiam recurrendum [q] in auc. ut diffe. iud. §. ſi uerò contigerit, colla. 9. aut hic procedit papa ratione uiolationis iuramenti, & pacis,
r & huic uidetur inniti papa, ut patet infra. Alioquin [r] quandocunque uaſallus committeret feloniam contra dominum, & quandocunque iuſtè damnaretur, ſemper haberet recurſum ad eccleſiam: nec tamen in hoc caſu dicit omnino denegandam audientiam. nã eſſe poſſet, quòd iniquè, & iniuſtè proceſſum eſſet; & hoc ratione peccati eccleſia poſſet examinare ſummariè, & ſecundùm quòd inuenerit, admittere, uel repellere talem, argumen. C. de adulte. quoniam Alex. C. de fal. ubi falſi crimen, & patet in eo, quod nota. de officio delegat. paſtoralis. §. quia uerò. ¶ *In glo. no. quòd, ibi, & ultima*] de conſue. cap. 3. libr. 6. [*& in fin.*] & infra de præben. cum in eccleſijs, lib. 6. ¶ *In glo. ſed cum, ibi, ſublata*] dic, quòd fuit priuilegium [s] conceſſum eccleſiæ;
41 f unde adhuc hodie durat, ſecundùm Innocen. ad hoc. infra de reg. iur. decet. lib. 6. cum ſuis concor. & circa hoc Hoſtien. remittit ad ea, quæ not. in ſumma, de immu. eccl. §. inquantum, ſub. §. ſed nec illa immunitas uerſ. nec credendum eſt, & ſequentibus [*& ibi, Fuerunt*] inſti. de teſtamen. in princip. Goffr. & princeps quan-
t doque arguit ex. l. abrogata. [t] C. de conſti. pe. l. ſecunda. §. & neminem. Vin. [*& ibi, arg. quòd*] Innocen. ſcripſit hæc aſſerendo, & ad hoc 38. diſtinct. ſi quid ueri, &
42 de hoc. infra de ſolutio. cap. fina. nec † obſtat, ſupra de conſtitutio. eccleſia: quia illud intelligitur de legibus inferiorum, non imperatorum. nec obſtat. 4. quæſt. 3. ſi quis teſtibus: quia hoc ſpeciale in fauorem eccleſiæ. & ideo in eius læſionem retorqueri non debet. C. de legibus, quod fauore, uel dic, ut not. infra de hæreti. cap. quarto. Hoſtien. ¶ *In glo. ſimiliter, in fi.*] & in auctẽ. quomodo oportet epiſcopos, collat. 9. non tamen habeat tam dignam, & generalem poteſtatem, ut papa, ut probat prædictum auc. ſecundùm Hoſtien. ¶ *In glo. ſaltem, ibi, arg. contra.*] Idem Vincen. ſed Innocen. &
43 Hoſtien. alleg. pro concor. [*& in fi.*] ſi colligit † immaturam, tenetur. l. Aquil. ſi maturam, tunc dominus oliuæ, cui colliges, expenſas donaſſe uidetur, cum remunerat; Hoſtien. Aquilia reſpicit damnum: nec illi legi locus eſt, ubi damnum datum non eſt. ¶ *In glo. ſupradein. ibi, paſtoralis*] & eodem titulo. capitul. ſecundò,
44 lib. 6. [*& in fi.*] aliud † in pœnis, aliud in iudicijs, quod dic, ut no. ſupra de tranſact. cap. ultim. & infra de iure-
u iurando; cum quidam, & infra de regu. iur. in iudicijs, [u] lib. ſexto. ¶ *In glo. 3. in fi.*] de hoc & 4. quæſt. 4. cap. ſecundò. ¶ *In glo. 22. in fi.*] ideſt, & ultim. ¶ *In gloſſ. non in forma, in fi.*] & de ſtat. mona. cap. fina. ubi de hoc. primæ † expoſitioni ſtandum eſt, hæc enim denunciatio iudi-
45 x cialis. [x] in qua procedendum eſt de plano, ſed non eſt ueritatis examinatio omittenda, ut notatum eſt. ſupra Hoſtien. ¶ *In glo. ult. ibi, correctis*] infames tamen bene admitterentur ad denunciandum, dummodò ege-
y rint pœnitentiam, [y] ut no. hic Ioan. & Vincen. Innoc. & Ber. Brix. ſecunda quæſtione prima, ſi peccauerit, & infra de accu. cum oporteat, in denunciatione canonica, & ſpeciali loqum habent prædicta: in iudiciali uerò, de qua intelligo loqui hanc literam, ſecus. in hac enim etiam criminoſus audietur, niſi forſan obſtaret excommunicatio. infra de except. uel alia ſpoliatio, ſiue depredatio. infra de ord. cog. cum dilectus. & capit. fina. uel alia præiudicialis exceptio. puto autem, quòd hic denun. in ſcriptis ſit porrigenda, & q̃ lis ſit conteſtanda, quod nota. in uerbis ſuperioribus ibi, utrum iuſta ſit.

ANNOTATIONES.

a ¶Denunciationum. adde, quòd iſta denunciatio debet eſſe perſonalis ſecundum d. Feli. in c. in nomine domini, de teſti.

b ¶Quia ſeruus. Et ſecundum iſtum poteſt intelligi, quod not. Inno. qui cle. uel uo. c. fi. ubi per Ioan. An. ſuper glo. ergo. ubi de monaco locutus adduxit etiam alia iura.

c Vel iuramenti. An mutet, uel accumulet forum ipſum iuramentum, uide Io. And. de foro compe. cum C. laicus, lib. 6.

d ¶Eſt naturalis. Multiplex eſt obligatio naturalis, & in qua locum habeat hæc denunciatio, uide Bart. in extrauaganti ad reprimen. in uer. denunciationem, & ibi quid de fal. & quid de illo, qui alteri ſtipulatur. & quid de illa, quæ ſublata eſt præſcrip. & quid de filio fam. tuto Macedoniano, & quid de tuta Velleiano, & quid in obli.

pupilli

pupilli, & quid de tuto excep. rei iudicatæ, & plura alia ibi. uide per ipſum ad hanc materiam.

e ¶Iuramentum monentis. Cum ergo ius diſponit aliquid, per unũ ſolum fieri, illius dicto ſtabitur. ad hoc de teſti. ueniens, el 2. & an monitus poſſi: probare ſe non monitum, uide Bar. in extrauagan. ad reprimen. in uerſi. denunciationem.

f ¶Eſt omnimoda. Vide plures concor. per Ioan. And. de ſumm. Tri. & fi. cath. damnamus, ſuper uer. ſicut. & faciunt iſta ad concordan dos teſtes. & de iſtis diſtis ſimilitudinarijs uide Bar. in extrauagã. ad reprimen. in uerſi. proinde.

g ¶Criminoſus. Secus, ſi infamis, uel mulier, ut not. ſupra in prin. glo. magnæ.

h De transia. De plenitudine ergo poteſtatis omnis cauſa etiam feudalis inter quoſcunque cadit in cognitionem Papæ.

i De conſue. Vide glo. 63. diſt. Valentinianus.

K Nimis. Vide Ioan. And. infra cit. prox. ſignificaſti, in glo. ſuper uer. iuriſdictionem, & de pœn. & remiſ. omnis, in princ.

l ¶Matris. ar. quòd à matre quiſque capit genealogiam: regulariter autem contra, de quo uide infra, de teſtam. Rainutius, in princ. & Bald. in l. fi. C. de ſer. fug.

m ¶Concludit. no. quia ponit hic text. ut diuerſa pacem, & treugã, quod facit ad q. diſputatam per Iac. Butr. de qua latius per Ioan. in ſpe. de treu. & pa. in rubrica, & uide c. illi qui, 24. q. 3.

n ¶Poſſidetis. ibi uide Bar. Bald. & Sali.

o ¶Inno. ſuper iſta contrarietate Inn. & Hoſt. uide Bar. plenè in extrauag. ad reprimendam, ſuper uer. denunciationem, qui eos concordat, & de conſcientia etiam hæredis proſequitur. & uide Bald. in l. 2. C. de fideicomm.

p ¶Contrarium. adde Card. hic, qui tenet contra glo. & uide Bald. in proœ. fforum, in 2. colum. ubi tenet, quòd Imperator non habet ſuperiorem.

q ¶Recurrendum. imò ad imperium, cum ſint laici, niſi dicas, quòd non recognoſcit imperium Rex Franciæ in ſuperiorem; ideo ad Papam habetur recurſus; uide, qui filij ſint leg. per uenerabilem.

r ¶Alioquin. ſi indifferenter in feudo haberetur recurſus ad Papã.

s ¶Priuilegium. Argue, quòd priuilegium in l. conceſſum non aſſumit naturam. l. unde l. reuocata non tollitur priuilegium. & idem ſi lex tranſit in contractum, uide Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. in tertio membro in 4. q. & per glo. & per ipſum in l. quod ſemel. ff. de decre. ab ordi. fa. & uide bonum tex. ad hoc in l. fi. C. de don. inter ui. & uxo. & uide Inno. de iniurijs, in noſtra. & idem in teſtamento, quod ſit immutabile, ſi tranſit in contractum, uide Din. in c. quod ſemel, de reg. iu. lib. 6. & Bar. in l. hæredes palam, ff. de teſtib. & in l. ſi quis in prin. ff. de leg. 3. & per Moder. in l. generaliter. C. de non num. pec. maximè per Sali. In contrariũ, quòd ad primum de priuilegio uide glo. ſuper uer. decætero, in proœ. Cle. & ibi Modernos.

t ¶Abrogata. De hac l. abrogata Bar. l. 1. ff. de coniun. cum eman. li. & an liget, no. ſupra de conſti. c. 1. & uide etiam glo. 1. quæſt. 6. §. poſt datam, Bald.

u ¶In iudicijs. Vide Cy. in l. nemo. C. de ſum. tri. & ibi Bal. & Sali. in l. inter ſeruos, C. ad l. iul. de ui priua. & Bar. in l. illicitas. §. fi. ff. de offic. præto.

x ¶Iudicialis. Adde Cald. conſi. 5. in 4. col. de accu.

y ¶Pœnitentiam. De hoc uide in c. præterea, de teſti. co. in c. cum in tua, de ſpon. in c. 1. de accuſa. in c. in omni, & in c. perſonas, inf. de teſti. & in c. de accu. cum oporteat, & quod ſcripſi 2. q. 1. c. ſi peccauerit, et uide glo. 2. q. 8. in ſumma, Arch.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc deciſa ab alia decretali.*
Aduocatis cauilloſis medetur, & aduocatorum officium in quibus conſiſtat, ibid. & nu. 2. & 3. & 4.
2 *Principales iurant, & præſumuntur ſcire facto ſuo ueritatem melius, quàm aduocati, & ad ea quæ in facto conſiſtunt reſpondent nu. 4. 7. excipiuntur caſus. nu. 5. 6. 8. & ueritas ab his, qui melius ſciunt, inquirenda ibid.*
3 *Legis, ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ff. de adulte. leg. nec quicquam. §. aduocatos de offi. proconſu. intell. in fine.*
5 *Procurator per hanc decretalem non excluditur.*
Intentio huius conſtitutionis quæ, ibid.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Reſpondere in iudicio alius pro alio non cogitur, qui per ſe, & qui per alios debeant reſpondere. nu. 2. & infra nu. 8. 9. & 10.
8 *Suppletio gloſſarum.*
9 *Luxurioſa etiam pro prodiga hic exponitur.*
Luxurioſæ mulieri datur curator, an etiam luxurioſo, ibid.
10 *Principis intereſt habere ſub ſe locupletes.*

CAPVT XIIII.

1 PAſtoralis. Breue eſt, & deciſa fuit lis, de exceptionibus, ut ibi patet in 3. com pil. & duo facit primò ſtatuit. ſecundò à ſtatuto unum caſum excipit. ſecunda ibi, niſi forte. & dixit Hoſt. quòd eps Elienſis inter alias cõſultationes inſeruit, quomodo cauilloſi aduocati Deum non timentes, nec homines reuerentes auertebant clientulos à propalanda ueritate facti, nõ ſuſtinentes, quòd cliẽtuli ſine ipſis aliquid de facto proponerẽt, & huic
2 Papa medetur [*Principales*] & † meritò, illi enim iurãt. C. de iuramen. cal. auc. principales, & præſumuntur de facto ſuo ſcire melius ueritatem, quàm aduocati, uel extranei, ar. de reſcri. ab excommunicato, cũ ſuis concor. ueritas autem ab his, qui melius ſciunt, inquirenda eſt. §. de elect. ſcriptum, infra qui ma. ac. poſſidetur, & de teſti. præſentium, li. 6. Ho. [*Aduocatos*] quic
3 quid † ius tangit, expediet aduocatus: unde formabit libellũ, & apte: alias repelleretur. ff. ſi menor fal. mo. d. l. 1. & infra c. proxi. Idem in excep. & poſitionib. formandis, & ſi. ſecundum Goff. & Hoſti. Sed in reſponſionibus poſitionum poterit intereſſe, ut caueat, ne in cauilloſa poſitione, obſcura, uel duplici clientulus capiatur. & ſic intellige, ſecundum Hoſt. ff. de adulterijs, ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ff. de officio proconſulis, nec quicquã. §. aduocatos. ad ea † uerò, quæ conſtiunt in facto, interrogati ante litem conte. uel poſt, reſpondebunt principales. ætatem enim habẽt, per ſe loquantur, de conſue. diſt. 4. cum pro paruulis. & ipſi principales aduocatos inſtruẽt in ueritate facti, ĩ quo ius poſitum eſt. ff. ad. l. Aqui. ſi ex plagis. §. in cliuo capitolino. ex quo aduocati proponẽt ius utiliter, & honeſtè, non obprobriosè, uel ſubdolè. C. de poſtulan.
a quiſquis, ſecundum Hoſtien. [*Per ſeipſa*] non † intend
5 dit excludere uſum procura. per quos poteſt etiam lis cõteſtari, quod fit narrando, & reſpondẽdo. infra de lit. conteſta. capitulo uno: ſed hic intendit, quòd is, qui cãm ꝓſequitur, ſiue ſit principalis dominus, ſiue eius procura. habet factum narrare, ſecundum Innocẽ. & Hoſtiẽ. Pe. & Abba. & Eg. tamẽ decre. iſta nõ ſeruatur [*Licentia*] Dixit Innocẽ. quòd non eſſet malum, ſi cogerentur tales perſonæ per aliũ proponere, & re-
6 ſpondere. ¶ Glo. inducens † duas leges ad coadiuuandum textum ponit demum. 10. caſus, quibus quis per
7 alium reſpondet. ¶ *In † glo. prima ibi. §. ultimo*] dicit iſte. §. quod alius pro alio non cogitur in iudicio reſpondere. [*& ibi, Principales*] dicit, quod principales perſo-
b næ iurant de calumnia [*& ibi, non ſolum*] procura. [b] tenetur pro domino reſpondere: reliqua patent. ¶ *In*
8 † *glo. prima ibi, uniuerſitas*] imò uidetur, quòd uniuerſitas per ſe agere debeat, cum etiam per ſe iuret. C. de iu. calum. l. 2. §. hoc etiam. Dic ſecundum Innocen. quod licet uniuerſitas iuret, ut timore iuramenti litem dimittat, ſi eſt calumnioſa; tamen per alium reſpondet. uel dic uerius ſecundum eum, quod uniuerſitas non iurat per ſe, ſed per illum, qui litem cõteſtatus eſt, uel quem uis alium. nec obſtat lex prædicta. iurante enim ſyndico nomine uniuerſitatis, uel collegij per conſequens ipſa uniuerſitas iurare intelligitur. ff. de admini. tuto. l. ita tamen. §. geſſiſſe. & eſt regula, infra de regulis iur. qui per alium, lib. 6. & ibi concor. & de hoc infrà de iura. calu. in pertractãdis nec mirũ, ſecundũ Inno. ſi per aliũ, qui conteſtatus nõ eſt litem, iurare põt uniuerſitas, cũ hoc regulare ſit, quod principalis iurat, & reſpondet, in qua ꝓcur. conteſtatus eſt litẽ, ut in auctẽ. principales [*& ibi, reſpondebit*] idẽ in pluribus, fideiuſſoribus, uel hæredibus unius. ff. iudi. ſol. iam tamen. §. pe. & in pluribus exercitoribus eiuſdem

nauis.ff.de exerc.§.fi.& l.ſequen.Hoſtien.[*& ibi.l.pen.*] 3.qō.9.§. niſi enim [*& ibi,ut hic*] & ff. de poſtu. l. 2. [*& ibi.* † *Luxurioſa*] propriè, uel.i. prodiga.ff.de dam infec. ex damni, in fin. prima reſpon.cum ſuis concor.& uide in ſpecu. de actore, uerſiculo. Item opponitur cōtra actorem,& uerſiculo ſequen.ubi etiam not.an uiro luxurioſo detur curator, ſicut mulieri [*& in fine*]& mulier religioſa,infrà eod. c.2.lib. 6.& ex prædictis patet, ſecundum Hoſtien. quòd iſtud priuilegium reſpondendi per alium habent aliqui propter dignitatem, aliqui propter ætatis fragilitatem, uel indiſcretionem. Alij propter multitudinem. Alij propter delictum: breuiter ſecundum eum quicunque ſeipſum regere non debet, uel neſcit ſiue ex delicto, ſiue alio modo hoc contingat, debet & poteſt per alium talia expedire, ſupra de ætate & qualitate, capitulo ſecundo,& tertio,niſi forſan tātum ſit delictum, quòd omnis audientia denegetur,ut 23.diſtin.In nomine, ad finem.3.q.1.§ patet.23.q.5.non uos.21. diſt. in tantum. 16. quæſt.7. ſi quis deinceps: alias ſemper audiendus
c [c] eſt. nec conſideratur in hoc fauor delinquentis, ſed reipublicæ, cui expedit, ne quis re ſua malè utatur. inſtitutio. de his,qui ſui iur.ſunt. §. ſed hoc tempore.
10 Intereſt † enim principis, ut ſub ſe habeat locupletes, in auc.ut iudi. ſine quoquo ſuffragio.§.cogitatio.column. ſecūda aliàs oportet, quòd principalis,ex quo per ſe agit, per ſe reſpondeat, de quo remittit ad ea, q̄ notantur in ſumma,c.titu.§. quæ ſint neceſſaria, ſub. § utroque autem, uer. ſi autem utraque pars, & ſe.& de poſtulando.§. quid pertinet.

ANNOTATIONES.

a ¶Per ſe ipſas. Adde ſecundum Bal.in l.2.C.quomodo, & quando iudex,quod quando litis conteſta.fieret per aduocatum partibus præſentibus,& non contradicentibus,ualeret.

b ¶Procurator. Adde Io.de lmo.hic,qui tenet,quòd etiam iſte tex. procedat in procuratore,& facit glo.in c.diaconi 27.diſt.

c Audiendus. In caſibus autem,in quibus quis per ſeipſum reſpondere cogitur, an ſufficiat mittere procuratorem ad ſic reſpon. uide Bar.in l.prætor.§.defendi,ff.ex qui cau.in poſſ.ea.& in l.de minore.§.tormenta,ff.de quæſt.& in l.qui bona.§.pen.ff.de dam.infe.& per Bal.& Sali.plenius in l.fi.C.de procur. & an comparente procu.in rem ſuam poſſit peti,ut dominus tanquam iuſtior compareat,uide bonam glo,& ibi no.Bar.in l.ſi actor.ff.de procu.

SVMMARIVM.

1 *Actionem ineptam ſi actor proponit, reus abſoluitur: tamen ſi poſtea aptam proponit, reus reſpondere cogetur. non eſt uis in actionis aptitudine modo recta ſit intentio, & exemplū,nu.6. Decretalis hæc deciſa fuit ab alia, & eius diuiſio, ibid.*

2 *Vicedominus quis hic erat.*
Enallage nominis in dict. eccleſia, ibid.
Eccleſia pro iure patronatus, ibid.

3 *Depoſitum & miſſio in poſſeſſionem etiam in ſpiritualib.locum habet, & in immobilibus, num. 5.*

4 *Sequeſter eccleſiæ patronatæ quam habeat poteſtatem.*

5 *Tanquam, expreſſiuum ueritatis.*
Rei uendicatio non competit poſſidenti, neq; contra non poſſidentem,ibid.uer.in hoc erat,& quomodo id ſit accipiendū,nu.16.

6 *De reſtitutione de qua hic loquatur pontifex, non fit poſſidenti, uel non ſpoliato,*

7 *Delegati iuriſdictio abſolutione ab inſtantia propter ineptā actionem facta durat, & quamdiu.*

8 *De actione una licitè tranſitur ad aliam non contrariam.*
Exceptionem uerò etiam contrariam proponere licet, ibid.

9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſa.*
Depoſitum qua mente fiat, refert, ut dicatur in ſequeſtrum tranſire poſſeſſionem, & an & quis deponens poſſideat, & nu.11.
Depoſiti actio cui & in quem, quos ue competat, uer.in ſequeſtrum, & nu. 13.
Ineptam actionem quam reijcere ſtatim iudex debeat.
12 *In ſequeſtro, ſiue depoſito licet perdatur poſſeſſio, non tamen perduntur beneficia competentia poſſidenti tempore ſequeſtri, & quæ, quòd ſcilicet ſequeſtrum tollitur per ſatisdationē,ibid.*

13 *Contra ſequeſtrum, ſiue depoſitarium quæ competant actiones & nu.14. quarum nulla hīc competebat,& ratio, ibid.num.13.*

14 *Dominis competunt actiones directæ; non dominis utiles.*
Patrono eccleſiæ quæ actiones competant, ſi impediatur uti iure ſuo, ibid. & quòd habet dominium iuris patronatus, ibid. & nume. 17.

15 *De actionibus, & ſic etiam de confeſſoria & negatoria canonicæ non eſt curandum,quia factum proponere ſufficiat. uide nu.20.*
Confeſſoria datur poſſidenti, ibid. uer. Dixit autem, & nu. 16. & competit etiam non poſſidenti, & contra quē,nu.eod.et 17.
Actio contra quos hic erat, ibid. uer. ſed hic non agitur, & quæ, nu.16. & quare inepta dicatur, ibid. & num.17. & quæ apta agenti nu.17.

16 *Rei uendicatio largè etiam datur pro iuribus,& ſumitur pro quacunque in rem actione.*
In rem quoque, actio etiam datur, ibid. non tamen per omnia imitatur naturam rei uendicæ.

17 *Pro moleſtijs competit interdictum, uti poſſidetis, uer. ſed huic.*
Negatoria competit patrono iuris, & quando, ibid.
Actori fauendum in principio cauſæ, eod. num. in fine.

18 *An petitio ſit apta, facti eſt uidere, ſi eſt dubia.*

19 *Ineptam actionem quæ non reddant. & an condemnandus reus ex ea, ſi probauit actor, nu. 20.*
Ineptitudo apparens ex forma libelli, & notoria licet non propoſita, adæquantur, ibid.

20 *Ex petitionis reiectione quæ alia pro reo, & contra actorem ſequantur.*
Rei iudi. exceptio an competat ex reiectione actionis hoc non expreſſo,ibid.

CAPVT XV.

1 Examinata. Ca. Si † actor ineptam
a [a] actionem proponit, abſoluitur:tñ ſi poſtea aptā proponit, reus reſpōdere cogetur. & deciſa fuit de fine de cre.de confirma. uti.uel inutili, examinata, ut ibi patet in 3.compil. & poteſt diuidi in quattuor partes. In prima pronunciationis ratio. In ſecunda ipſius rationis declaratio.In tertia pronunciatio. In quarta quædā proteſtatio 2.ibi:Quia cum 3.ibi,Vide.4. ibi,Ita tamen [*Actionem*].i.rei uendicationem in libello expreſ ſiſti,ut infrà patet, Hoſt. [*Eiuſdem*].ſ. Sancti Angeli, ut patet parte deciſa [*Incongruentem*] maximè conſiderato eo, quod probare intendebas, ut patet infrà [*Vicedominus*] clericus† erat, uicarius epiſcopi Sabinen. ut
2 dixi, de confirma. uti.examinata,& compromiſſum etiam fuit in eum, ut ibi patet [*Eccleſiam*] ideſt ius patronatus eccleſiæ. & not.ſecundùm Innoc. & Hoſti.
3 depoſitum † in corporalibus in ſpiritualibus locum habere, ſicut miſsio in poſſeſsionem, de eo, qui mittitur in poſſeſsionem.c.2. poteſt tamē dici ſecundùm Hoſt. quòd iſte tenebat eccleſiam defendendam, & ordinandam ad præſentationem ſuam. Orta uerò cō tentione etiam ipſa eccleſia ſequeſtrata fuit, & idem Gof.& poterat ſecundum eos tolerari,quòd ſic teneret.all.16.q.1,conſtitutum,& q 7.conſiderandum, & c.filijs.aliàs uerò eccleſiam,uel aliud ſpirituale nō po
b terat propriè poſsidere. 11.q.1. per totum, de præſcri. cauſam[b]. Dixit etiam Inn.quòd † uicedominus,apud
4 quem ſequeſtratum erat ius pat.interim præſentabit: debet interim fructus rei depoſitę percipere,ſi primò fuerat poſſeſſor. Dixit Hoſt.non percipiet fructus uicedominus tanquam pars:Quia nec pars eſt [*Tanquā*]
5 expreſsiuum † ueritatis.ſic ſupra de ma.& obe.ſolitę, Pe.[*Accepit*]no.quòd res immobilis deponitur apud ſequeſtrum, Petrus [*Ius patronatus*] in hoc eras tibi contrarius: quia ſi poſsidebas, & cuſtodiam commiſiſti ſequeſtro,cum adhuc poſsideas, non competit tibi rei uendica. Si uerò uolens deſinere poſsidere conſti-

tituiſti ſequeſtrum poſſeſſorem,adhuc non cō petit uendicatio ꝺ milites,qui nil poſsident,ut patet.
c C.de ali.iu.mu.cauſa fa.l.unica,[c] in fi.Ho.[*Poſſidebas*] dixerūt Pe. & Abb. ꝙ iſte uoluit poſſeſsionem probare,ut non cogeretur reſtituere rem, niſi aduerſarij de proprietate docerent.C.de rei uen.l.fi.uel producebat teſtes non ſuper poſſeſsione, ſed ſuper proprietate,& ꝓp cauſam predictam faciebat eos interrogari de poſſeſsione, & hoc plus eis placet [*Reſtitutionem*] quia † poſsidebas, uel ſaltem non fueras ſpo-
d liatus,uel forte loquitur de reſtitutione, [d] quam petit uendicans, ſecundum Abba. [*Abſolutiones*] Dixit Inn.ꝙ non eſt uis in aptitudine actionis,dummodò intentio ſit recta. unde ſi peto fundum: quia ad me pertinet iure dominii, & propono actionem ex locato, ꝓbato dominio,obtinebo. hoc reprobat Hoſ. per hanc decretalem,& uide in ſpecu.de ſent.prolatione.§.qualiter,uerſiculo,quid ſi lis. pro Inn. facit, qđ no.in ſpe.de actio. uel peti.§. ſequitur,uerſiculo hoc quoque, ubi uide, quod plenè pro eo ſcripſi.
e [e] [*Ab eodem*] quò ad inſtantiā, & hoc eſt quod ſequi-
7 tur [*Nihilominus*] ideſt non † obſtante hac abſolutione, quæ fuit ab inſtantia tantùm, ſecundum Pe. qui etiam hic dicit,& Abba.poſt eum,& Guil.in Spe.de officio iudi.per 1.§. deſerunt, uerſiculo quid ſi proponens,quòd poſt abſolutionem factam ab inſtantia iudicij propter ineptam petitionem durat iuriſdi
f ctio [f] delegati, ut cognoſcere poſsit, ſi proponatur aptā, cum uſque ad diffinitiuam ſententiam & poſt, quamdiu fuerit executioni mandata, uel ſaltem uſque ad annum habeat iuriſdictionem,de offic.dele. quærenti.Item Inn.ſupra de offi.deleg.conſul. ut ibi ſcripſi ſuper gl.2.Dicit tamen ipſe Pe.quòd Guil.Na. dicebat contrarium per decre.de offi. deleg.in litteris,& c. ſignificantibus. pro prima parte facit, quod no.infra c.pe. ad contrarium reſpōdetur ſecundum Franciſcum,quòd talis ſententia non eſt diffinitiua,
g ſed interlocutoria [g] [*Teneantur*] no.hic. Philip. quòd
8 † de una actione licitè tranſit ad aliam non contrariam: excipiendo uerò licet proponere etiam cōtrariam,de hoc dic, ut no.infra de reli. domi.cum dilec-
9 tus,cum ſuis concor. ¶Gl.2. † dat duplicem lecturaram,quarum utraq; concludit contra actorē: demū ponit duplex remediū,quo uti poterat actor,ſci licet depoſiti contra ſequeſtrum,uel negatoria contra reos.¶Vlti.gl.habet duo dicta.primū diſtinguit, & ſecūdum facit tria, arguit,duas opiniones ponit,
10 & remittit.¶ *In* † *glo.2.ibi, intereſſe puto*] ſequitur, qua mente res apud ſequeſtrum depoſita fuerit. nam ſi dimittendæ poſſeſsionis cauſa, & hoc apertè fuerit approbatum &c.[*& ibi,licet.1.§.1.*] ibi dicitur, ꝙ deponens poſsidet, niſi deponatur apud ſequeſtrum. id enim tunc agitur, ut neutrius poſſeſsionis tēpus procedat [*& ibi,ei, apud quem §. 1.*] qui ſic dicit, In ſequeſtrum depoſiti actio cōpetit [*& ibi. 1. reſpon.*] ibi dicitur, ꝙ pater, & dominus depoſiti nomine conueniuntur de peculio [*& ibi.§.2.*] à depoſitarijs uen dicantur numi,ſi extant [*& ibi, Acceptam, in fi.*] ſi debitor ad impediendum curſum uſurarum ſortem, & uſuras depoſuit, creditor illas petit à depoſitario utili competente.¶ [*In gl.ulti.ibi.l.1.§. 1.*]ponit caſum, contra meſſorē agitur locati,& conducti [*& ibi.l.1.*] ibi dicitur, quòd aſſeſſoris officium conſiſtit in cognitionibus,poſtulationibus,libellis, edictis, decre-
11 tis, & epiſtolis. ¶ [*In* † *glo.1.ibi à pluribus*] hoc uerum eſt regulariter: quia interdum fit ab uno, puta à iudice,qui mandat ex officio quandoq; res ſequeſtrari,ſupra de reſcriptis olim, de ſeq.poſ. & fruc.c.1.Hoſtien. & remittit ad ſum. de depo. §. in quibus [*& in fi.*] de hoc infra de depo.c.2.in fi.gl.2.¶ *In glo.2.ibi,cu-ſtodem*] Idem Io. cuius fuit hæc gl.& Vin.& Phi.poſt eum,& idem Inn.ſed in legib.ſtatim alle.no.contra-
h rium.ſ.quòd ſequeſter poſsidet, [h] niſi hoc agatur, ꝙ ſolum ſit cuſtos. & ipſe Ber. etiā hoc not.de ſequeſt. poſ. c.1.in gl.hoc idèò,& Ho.hic. unde uel.g.iſta malè dicit, uel intendit de ſequeſtro .i. depoſito, quod
i fit tantum ab uno. [i] unde dicebat Inn.[*Seque.accepit*] à te,ponens planum,quòd adhuc ipſe poſsidebat,niſi ea mente &c. dicit glo.uel ubi dicit, Ea mente,ſuper qua præſumatur, niſi contrarium expreſsè aga-
k tur. moderni [k] tamen legiſtæ,ut no.Cy. C.de prohi. ſeque.l.una, fatētur gloſſas prælegatas ueras in uoluntaria ſequeſtratione: ſed de neceſsāria,quæ ſit ad mandatum iudicis in caſibus nota. infrà de ſequeſt. c.2.reducunt in dubiū, an per eam abdicetur à poſſeſſore poſſeſsio, & transferatur in ſequeſtrum,& arguunt ꝙ ſic per l.intereſſe.nam & iudex facit poſſeſsionem perdi.ff.de acquir.poſ. qui uniuerſas.§.item cum prætor.Item quod facit iudex, uidetur fieri per partes.ff.de euictio.l.ſi ob cauſam,tranſeat ergo poſſeſsio in ſequeſtrū, niſi iudex diceret, ſaluo iure poſſeſſoris,uel utriuſque partis.ff. qui potio.in pignore habeantur, ſi debitor.§.1. In contrarium inducitur. ff.de acq.poſſ.3.§.genera,& l.ſi quis ante. Item certi ſunt modi poſſeſsionis perdendæ, & iſte non eſt de illis; ergo non perditur poſſeſsio. ſic aliàs arguit. ff. de his,qui ſunt ſui uel alie.iur.patre furioſo,& de ac. & ob.obligationum ferè.§ placet. Refert,ꝙ Iacob. de Are.tenet hoc ultimum in l.inter eſſe, ut ibi uidi. Item concor.Ia.de Raue & Pet.de Bel. quæ ſic probant. ſicut eſt ſequeſtratio uoluntaria, ſic & nouatio: ſed uoluntaria nouatio perimit fideiuſſores, pignora;neceſsaria nō.ff. de noua.l.aliam. ergo neceſsaria ſequeſtratio non priuabit poſſeſſorem poſſeſsione,licet id faciat uoluntaria. ſic etiam alia eſt cauſa fideiuſsionis neceſsariæ, quàm uoluntariæ.ff. qui ſatiſda.cog.ſi fideiuſ.& no.de offic. dele. ab arbitris, lib.6.& uide ſimilia,quæ ibi dicam ſuper ulti.gl.non mirum ergo, ſi diuerſum ſit ius inter ſequeſtrū uo-
12 luntarium,& neceſsariū.licet † autem perdat poſſeſsio; non tamē perduntur beneficia competentia poſsidenti tempore ſequeſtri,puta ꝙ ſibi non incūbat onus petendi, nec onus probādi, aduerſario nō probante,& his ſimilia.dicunt autem legiſtæ. Onus ſequeſtrationis à poſſeſſore tolli,ſi ſatiſdat.ff.de offi.
1 præſidis,ſenatus,in fi.C.de ag.& cen. litib. [l] hoc non procedit in caſu Clementinæ de ſequeſtra. ut ſcripſi in ſpecu. ſuper rubrica, in fin. [*& ibi, Depoſitario*] un-
13 de † & à ſequeſtro uendicare poterat: ſed hic agebat contra milites, La. Ego dico, quòd ante completam conditionem, puta quòd detur Vincenti, ſi aduerſarius iudicium ſuſcipere nolit, poteſt agere cum ſequeſtro præſcript. uerbis. ff. de dolo. l. ſi oleum, uel contra eoſdem milites de dolo, ut ibidem dicitur. Sed poſt completam conditionem agendum eſt cum ſequeſtro actione depoſiti ſequeſtraria.ff.de depo.l. ei, apud quem. §.1. & l.ſi in alia. §.cum ſequeſt. T. hic ergo nulla actio competebat contra ſequeſtrum: quia nondum uicerat, nec per
m milites ſteterat, quominus uinceret, [m] ſecundum Hoſti. [*& ibi, nulr altius*] de hoc infra de uerborum ſignificationib. abbate, in gloſſ. 3. ubi plenè ſcripſi
14 poſt Innocen.ſuper 1. glo. [*& ibi, miles iſte*] ſed † obiicitur, quod iſtæ actiones competunt dominis præ-
n diorum. ff. ſi ſerui. [n] uend. l. 2. §. hæc autem actio. at patronus dominus non eſt. Dicit Goffred. & Hoſtien. hoc uerum in directis. utiles uerò competunt non dominis, ut conductori & uectigali. ff. de ſerui. ei qui. uel dic,quòd licet non habeat dominium eccleſiæ, habet dominium illius iuris [*& in fin.*]

uel dic,quòd huic nobili,ſi impediatur uti iure ſuo,
o competit quaſi ° uti. poſ.ff.de ſer.l.ſi.ff.ſi ſerui.uen.l.
2.§. Pomponius. uel dic dari officiũ iudicijs. ſupra.
15 de offi.iudi.c.2.ſecundum Gof.Cũ Inno.de† confeſ-
ſoria,& negatoria diffuſè tractaſſet,dicit Hoſt. poſt
eum,tu dic, quòd nõ eſt canoniſtæ de his curandũ,
cui ſufficit,q̃ ſimpliciter factũ proponat.§.c.dilecti.
& iſte aduocatus fatuus fuit: quia actionem expreſ-
ſit fortè, ut uideretur rabi. ſi tacuiſſet, philoſophus
fuiſſet ſecundum eum.Dixit autem ipſe Inno.quòd
cõfeſſoria datur poſsidẽti per ll.quas ad hoc inducit
glo. Sed hic non agitur contra depoſitarium,cõtra
quem agere poteſt,ſi poſſeſsionem interuertiſſet.ff.
de ui & ui ar.colonus.ſed cõtra milites campanicos.
16 & no. quòd rei † uen.datur mihi contra poſsidentẽ
rem ratione iuris, quod habeo in re. ſi.ff.de contra-
p hen.emp.qui tabernas.ff.de le.1.ſi dolus. Et ſecun-
dum hoc ſic fecit libellum. Vendico talem eccleſiã
à talibus militib⁹: quia in ea habeo ius patronatus:
uel dic,quòd alia ratione malè intentabat rei vendi.
quia rei uẽdi. non competit niſi pro temporalibus.
ff.de rei uendi.l.1.§.per hanc,& l.uendicatio.ſed hęc
litera innuit contrariũ, ſ. quòd pro iuribus compe-
tit rei uẽdicatio,licet hic ineptè proponeretur: quia
poſsidenti non cõpetit. C de ali.iu.mu.ca.fac.l.una.
Sed reſpondeo hic largè ſummi rei uen.pro quacũ-
que actione in rem.hoc non placet: quia cum con-
feſsoria,quæ in rẽ eſt,etiam cõpetat poſsidenti,non
eſſet propter hoc iudicata petitio inepta.potes ergo
dicere, quòd ipſe Martinus petebat ab ipſis militib.
ius patronatus quaſi à poſſeſſoribus. & hęc eſt actio
in rem:non tamen per omnia imitatur naturam rei
uendica. quia datur pro incorporalibus. nec naturã
confeſſoriæ: quia tantum datur non poſsidenti, &
cõtra poſsidentẽ tantum: de hac loquitur ff. ſi uſuf.
pe. uti.§.ulti.inſti. de act.§. 1. & hac agit actione. in-
fra de excep.cum uenerabilis. ſupra de ma.& ob.in-
q ter quattuor. ⁹ uel dic, quòd non reprehenditur M.
qa ineptã actionẽ noſauerit.ſ. rei uen. q̃ hic ſumitur
pro cõfeſſoria, & q̃ bene datur poſsidẽti, ut dictum
eſt: ſed qa intentionẽ habebat ineptã.ſ. qa poſsidẽs
peteret poſſeſsionem, quã habebat.vñ Papa hic be-
ne pronũciauit ſuã intentionẽ nõ tenere,& ſic pro-
nũciat.l.ff.ſi mẽſ.fal.mo.d.l.1.§.1.Et p̃ hoc dr̃ actio
inepta:qa intẽtio eſt inepta, qđ ex his actis, q̃ in ipſo
17 iudicio fiũt, apparet.bene igit̃ † cõpetit confeſſoria
ei,qui nõ eſt in poſſeſsione iuris pat. ſi tñ de iure ius
pat. hẽt, competit dico contra eum, q̃ prohibet uti
iure patro. uel ſe liti obtulit.ff. ſi ſerui. uen.l.2.§.hoc
autẽ.ff.ſi uſuf.pe.l.ulti.ff.ſi ſeruitus uen.loci.§.ſi quis
mihi,& l.ſi quis diuturno.ſed cum iſte. M.non tantũ
ius haberet,ſed etiam poſſeſsionẽ,ut probauit;ideo
male intentauit rei uendi.uel confeſsoriam actionẽ
in rem. Sed huic ſatis bene poſſet competere negа-
toria: quia ius pa. poſsidebat in eccleſia. & bene cõ-
petet ei: quia ius pat.habebat,ꝫ eum,q̃ ius in re,alias
ĩ iure,de quo agit̃,poſsidet.ff.ſi ſer.uen.l.2.ff.devſuf.
naturaliter. uel melius: quia hic habebat poſſeſsio-
nem, & ſimiliter dicebat ſe habere proprietatẽ, cõ-
petebat interdictũ, uti poſsidetis,pro moleſtijs. Ine-
pta dicitur hæc petitio:quia nec abſoluere,nec con-
demnare poteſt cum effectu. quia ſi abſoluit reum,
non prodeſt ei, quia non poſsidet: quia tũc nihil lu
cratur.ſed ſi poſtea poſsidere cœperit,denuò agenti
non obſtabit exceptio rei iudi.propter nouam poſ-
ſeſsionem. Item condemnare non poteſt,cũ ſit im-
poſsibile,& cõtra ius, quòd rem reſtituat,quam nõ
poſsidet,nec poſsedit, uel ad minus non deſijt dolo
poſsidere,infra de excep. aduerſario, Inno. nec etiã
detinet ſecundum Pe.& Abb.quod patet:quia fate-
batur ſequeſtrum detinere. ¶*In glo.ulti.ibi, dubia*]maxi-
mè,quia in prin.cauſæ fauendũ eſt actori.ff.de iu-
di.ſi quis,ſecundũ Inno. [*& ibi,non debent*] de hoc ſu-
18 pra de poſtul.c.3.in.1.glo.dixit † Hoſt.& Abb.quòd
iſtud eſt ſupplere de iure,non de facto uidere, an ap
ta ſit petitio. & licet conentur reprehendere gloſsã:
quia non uiderunt additionem illã, ſi eſt dubia,nec
illã uidit etiam Guil.in uer.in ſententiæ,quam infra
allegabo in intellectu. tamẽ concordant, cũ gl.hoc
intelligat, cũ eſt dubium, quod eſſe poteſt in facto.
19 [*& ibi,ineptam*] inepta† autẽ non iudicatur,ſi nec ipſe
poſsideat, nec reus, infra ut lite non conte. quoniã.
§.quòd ſi ſuper,Inno.Hoc ergo uoluit ipſi⁹ addi.dicens,quòd falſitas non reddit eam ineptam [*& ibi l.*
1.§.1.]dicit Inno.quòd hæc.l.probat de actione,cu-
ius ineptitudo apparebat ex forma libelli.ſed & idẽ,
ſi notoria eſſet ineptitudo, licet non propoſita, ſu-
pra de offi.uica.c.1.ut ibi ſcripſi in gl. ex quo [*& ibi,*
20 *reijciat*]& reum† ab inſtantia iudicij abſoluat, & pro-
ponentem in expenſis condemnet.ff. de iudi.eum,
quem temere,Hoſtien.[*& ibi,conſtitutis*] & 11.q.1.ſa-
cerdotibus,& de hoc ſatis in ſpe.prima parte de offi.
iudi.§.deſeruit,uer.in ſententiæ, & uerſiculis ſequẽ-
tibus. ibi etiam tractatur, an reo ſimpliciter abſolu-
to propter ineptã petitionem,hoc nõ expreſſo: cõ-
petat exceptio rei iudi. Item an admiſſa inepta peti-
tione, ſi actor probauit, cõdẽnandus ſit reus [*& ibi,*
Non tenetur]Alij dicunt,quòd non tenet proponere
illam formulam, de qua.ff.de furtis, ſi ſeruus nauẽ,
Tan.[*& ibi, Io.dixit*] alternatiuè tamen dicendo. uel
dic quòd hic ſpontè propoſuit actionem.

ANNOTATIONES.

a ¶Ineptam.uide Io.An.in.c.1.infra de lit.cõteſta. quod dixit de inepto libello,& domini de Rota.conclu.28.Bal.

b ¶Causã.In glo.ſuper uer.ideò,in Cle.1.de ſeque.poſ.& ibi Pau. & Zen.tenent, quod ſequeſter eccleſiæ probet eſſe talis idoneitatis,quaſi ille illam habet in titulum,vt talia ſint ſubiecta,qualia prædicata;ad hoc.c.nemo,de elec.li.6.& de reſtitutione iſtorum fructuum, qui ipſo actu conſumuntur,quomodo fiet reſtitutio per ſequeſtrum, uide Io.An.de re iudi. cum Bertoldus,& de iure pa.cõſultationibus,per Inno.& de prædictis patet,quòd iſte uicedominus clericus erat.

c ¶L.unica.de materia rei uendicationis, & ex quibus principijs cauſetur, & an detur contra ciuiliter tantum poſſidentem, uel naturaliter tantum, uel nullo modo, uide ibi ſubtiliter Ci. Bar. Bal. & Sali.

d ¶Reſtitutione. poteſt ergo rei uendicatione concludi rem reſtituí,de quo,an ſit nomen,uide Ioan.An.de dolo & contu.c.2.in uer.reſtitui,& per Bar.in l.ex diuerſo,ff.de rei uen.& in.l.Pomponius.§.ſed & his,ff.de procur.

e ¶Scripſi.cõgruentius ergo loquerentur iura,quæ dicunt repelli, qui proponit actionem ineptam, ſi dicerẽt intentionem ineptam & quicquid narratur in libello, ſolum concluſio attenditur;uide Inno.no.de reſcri.ſuper literis, & Bald.in l.2.C.de peti. hære.& ipſe idem reprobat dictum iſtud in.l.ſine, C.ad Tre.

f ¶ Durat iuriſdictio. adde.ꝺ.Fe.in c. paſtoralis, in.10.col.de excep.ubi all.multa ſimilia.

g ¶Interlocutoria. An hoc ſit uerũ, uide Bar.in.l. cum Titia.ff.de accuſa.& p Archi.20.diſt.§.uer.in abſolutione. & an ſi talis fiat abſolutio propter contumaciã,ſit diſinitiua,vide Cy.& moder. in l.properandum.§.& ſi quidem. C.de iudi. & Bart.in.l.cũ Titia. & quid de ſententia lata ſuper perẽptoria, uide glo.in Cle. fi. de appel. & an probationes, & confeſsiones factæ in iudicio ineptæ actionis ſint nullæ,vide.l.ſi fidei.ff.de inter.ac.& ibi Bar. & in l. ſi patronus libertum. ff. de iur. iuran. & ex his colligere poteris, an à talibus ſententijs ſecundum legem poſsit appellari, & an in illa app. ſit cauſa exprimenda, uel non.

h ¶ Poſsidet vide Archi.in.c.quia res.11.q.1.& Io.An.in regula,locupletari, de reg.iur.lib.6.in Mercu.& hic p do.Frã.de Aretio.

i ¶Ab uno.Et ſic uidetur ſentire gl.cũ ſemp utatur ver.depoſitæ.

K ¶Moderni. Idem Pau. & moder.in Clemen.1.de ſequeſtra poſ. & fructuum. & Bar. in l. intereſſe, allegata in gl. idem.d.Bal. & Bar.de Sali.in l.j.C.de ſeque.prohi. ubi circa materiam ſequeſtrationis ponit pulchra & magiſtralia uerba.

Litibus.

1 ¶ Litibus. Et an tunc ſufficiat iuratoria cautio, quando non poteſt pars aliam præſtare ita, quòd tunc reuocetur ſequeſtrum, uide glo. nota. quæ dicit,quòd ſic in l.1.circa medium. C. de catoll.quam gl.tamen non approbat domi.Bar.de Sali.in l.1.præall.

m ¶ Vinceret ſecundum. Vide Bar. & glo.in d.l.ſi oleum.& iſta habent locum, cum fit à partibus ſequeſtrum: ſi autem fiat iudicis officio,tunc no. per tex.iſtos.ſed contrario iudicis iuſſu,& officio repetitur,captis pignoribus,& mulcta indicta,ſic not.d.Bar.de Sali.in l. una, C. de prohibi. ſe.

n ¶ Si ſer.uen.Vide in l.2.gl.& Bar.qui non reſpondet ei,quod dicitur, ſeruitutes deberi prædio, & non domino.

o ¶ Quaſi uti. Differentiã autem agen. interdicto uti poſsi.ab agendo confeſsoria, & quid ueniat in ſententia. uide Inno. not. in c. abbate, in glo.prælegata, uerſic. ſed contra.

p ¶ Contrahenda emp. Vide Bar. quid in rebus, quæ ſunt in domo, & quomodo in hoc eſt differentia inter uendere tabernam, & illam pignorare, in l. ſi. in prin.ff. de pigno.

q ¶ Quattuor. Rei uendicatio ergo ſtrictè ſumitur pro actione in re corporali: largè pro incorporali: largiſsimè pro omni actione in rem etiam incorporalem, ex qua etiam daretur confeſ.poteſt dici & largius, quando corporalis res uendicatur iure incorporali, quod in ea re habet. hæc colliguntur ex gl. Inno.& ex his.q. ſpecialibus colligitur quinta in unaquaque illarum,ſ.utilis uendicatio.ſic Publiciana, quæ datur ratione utilis dominii,de qua, de re iud. abbate, lib.6. & inſti. de ac.§.ſunt & aliæ,& ſe.& uide Ioan. An. de reli. domi,cum uenerabilis, in glo. 1.

SVMMARIVM.

1 *Præceptores templi pro domibus ſuis agere,& defendere poſſunt, & nu.2. 3.4.& 9.*
Diuiſio decretalis, ibid.
2 *Præceptores hi quibus comparentur, & eorum quod ſit officium, ibid.& quando poſſint agere,& defendere & conueniri ipſi tantum, non autem præferatur ſuperior, & num. 4.& quæ poſſint obijci contra eos,nu.11.12.& 13.*
Commendatarijs comparantur præceptores religioſi, ibid.num.2. & num.6.
Superior, uel prælatus an & quando poſſit agere, & conueniri de re inferioris, ibid.
4 *Agentis electio eſt,quem ex multis,qui poſſint cõueniri,cõueniat. Maior in agendo præficitur, & adducit exempla, ibid.*
5 *Pro religioſis locis multi agere poſſunt & reſpondere, etiam ſi non habeant adminiſtrationem, ſed non coguntur, & qui remiſſ. Agere & reſpondere pro alijs qui poſſit, ibid. & nu.3.& 4.*
6 *Ex dolo præceptorum, uel commendatariorum, uel culpa quando teneatur locus.& quando dolo eorum quid factum dicatur.n.8.*
7 *Executio rei iudicatæ ſit contra locum præceptorum, uel commendatariorum ſemper.*
9 *In religioſis adminiſtratoribus quid requirendum in iudicijs, & qui habeat eos inſtituendi poteſtatem, nu.10.*
11 *Contra eos quæ poſſint in iudicio obijci, & nu.12.& 13.*
Clauſtralibus non licet litigij curam gerere, & quibus,eod.nu.11. & quæ ſit eis appetenda, nu.12.& 13.
12 *Religioſis quæ appetenda.*
13 *Coniungi, & cohærere non poſſunt, quibus ſtudia ſunt diuerſa.*
Superfluum renocandum, ibid. uer. quaſi dicat.
14 *Prælatus quòd quis ſit, ſi opponatur, an fidem facere teneatur.*
15 *Epilogus, & ſuffragium gloſsarum. nu.16.*
Recuperauit qui partem, non tenetur non recuperanti ſuam.
Deſidiæ pœnas unius, induſtria ſoluere non debet alterius, ibid.
Seruus in iudicio contra dominum quibus poſſit eſſe caſibus, ibid.
§. in glo.2.& nu.17.ad uer. ſtare non poteſt.
17 *Additio gloſsarum.*

CAPVT XVI.

1 VM deputati. Caſus. præcepto reſ† templi pro domibus ſuis agere, & defendere poſſunt. nec obſtat eis religio, uel quòd ignota ſit ipſorum origo, & erat in 3. compilatione. Et duo fa-
cit. primò ponit iniuriam,quæ inferebatur præcepto ribus tẽpli. ſecundò eam inhibet fieri deinceps. 2. ibi,
ne quis [*Accepimus*] forte per querelam ipſorum, qui-
2 bus ſcribit [*Præceptores*] hos † comparo inſtitoribus,
qui prẽponuntur negocio dominico,de quib. ſatis di
cam, infra de fideiuſſo. quod quibuſdã, quod hẽt lo-
cum,ubi domus,quæ hẽt ſuperiorem præceptorem,
qui inſtituit inferiorem, eſt domina nõ tantũ domus
inferioris, ſed etiam rerum eius:alias ſecus, ff. de inſti.
act.l.3.& l. cuicunque.§.1.& §. & ſi filio.Sed etiã com
paro eos cuſtodibus,uel commendatarijs, uel uiſita-
toribus, uel uicarijs: quia curare & uiſitare debent lo
ca ſibi per magiſtrum maiorem cõmẽdata. Horũ of-
ficium habes. 61.diſt. obitum,& c. ſeq. 63. diſtin.ſi in
plebibus.70.diſt.ſanctorum.8.q.1.qui uos.7. q.1. con-
ſtitutum,ſupra de officio uica.per totũ.12. qõ.1. quo-
niam uelina,& q.2.de laicis,& c. ſeq. & uidetur, quòd
3 † quando huiuſmodi præceptores poſſunt remoueri
ad arbitrium ſuperioris, uel ſuperiorũ, ſi plures ſunt
ſuperiores, qui hanc ptãtem habeant,ꝫ tunc nõ ſolũ
a ij præceptores, & alij prædicti agere[a] poſſunt,& con-
ueniri pro eo loco ei commiſſo, ſed etiã ſinguli ſu-
b periores, [b] etiam ſi plures ſunt, qui poſſunt eos remoue
re.ff.de inſti.cuicũq;.§.fi.& l. ſe.infra de reſt.ſpo.olim.
1.C.de ſacroſan.eccle. ſancimus.ff.de tribu.ac. procu-
ratoris.§.1.ff.de exerci.l.1.§.magiſtrum,&§.eſt autem
4 nobis: quia, ut ibi† dicitur, electio eſt agentis, quem
prædictorum conueniat. ſed in agẽdo præfertur ma-
ior: quia cum poſsit ſubditum remouere ab admini-
ſtratione in totũ,multo fortius à proſecutione cauſę,
ar.ff.de procura.in cauſæ. Si autem ſit perpetuus præ-
ceptor.i. qui non poſsit ſine cã remoueri, infra de ſta.
mo. monac. §.priores, præceptor ſuperior tunc non
poterit agere de rebus ad hũc locũ pertinentibus,niſi
in defectum præceptoris inferioris, ut no.infra de re-
ſti.ſpo.olim.1.& de teſti. cũ olim. infra de ſucceſsi. ab
te.c.ulti.nec eſt uis, ꝙ ſuperior nõ poteſt amouere in-
feriorem ſine cõſilio, & etiam conſenſu aliquorum:
quia nec etiã prælatus alia maiora negocia debet face
re ſine conſilio capituli.infra de his,quę fiunt à prela.
ſine conſenſu cap. quanto. & tamen & agere, & con-
ueniri poteſt ſine cõſenſu alicuius,ſupra,de reſcriptis.
edoceri, ubi no.Item non eſt uis,utrum omnia bona
hui⁹ loci omniò ſint diſtincta à bonis maiorum do-
morum,dũmodo remotio ſit ad velle ſuperioris,& ei
obedire teneatur de ſtando ibi, & recedendo, dũmo-
do ꝓſtet, ꝙ quãdo amouetur inde minor miniſter,ſu-
perior adminiſtrat:quia licet ſint ſeparata bona in tan
tum, etiã quòd nõ poſsint portare ad maiorẽ domũ:
tamen adminiſtratio non eſt diuiſa,quę bene põt eſſe
penes plures præceptores, ſicut & penes plures tuto-
c res,uel alios adminiſtratores[c]; de hoc no.ſupra,de re-
ſcriptis,edoceri. Alij dicunt & fortè melius,ꝙ non eſt
uis, utrum præceptor ſit temporalis, aut ꝓpetuus. Itẽ
non eſt uis,quòd poſsit remoueri ſine cauſa,uel non.
Item an uacante domo ueniat adminiſtratio ad ſupe-
riorem, uel non. Sed in hoc tantum uis eſt, an ambo
poſsint liberè adminiſtrare, & quis corũ ſit maior in
adminiſtratione. & tunc ambo poterũt conueniri, &
maior in agẽdo præficitur; & ſic eſt in exercitoribus.
ff.de exerci.l.1.§.cum autẽ, & in patre & in filiofamil.
C.de bonis, quæ lib. cum non ſolũ.& idem in inſtito-
ribus.ff.de inſtito. ac. cuicumque. & ſæpe in præpoſi-
to,& canonico,quando agitur de prẽben. vt no.infra
de proba. ex literis. & in uicarijs 93. di.c.fi.& 94.di.c.1.
Item nõ eſt uis, ſi totum damnum,uel lucrum ad ali-
5 quem ſpectat,dummodo alterius ſit adminiſtratio,vt
no.ſupra,de reſcriptis,edoceri. Fatemur † tamẽ,quòd
pro his locis religioſis multi alij agere poſſunt, & re-
ſpondere,etiam ſi nõ habeant adminiſtrationem, ſed

non

non cogãtur, dẽ quibus no. infra de teſtibus, cũ olim.
6 plus placet, quod no. infra de reli. do. cum uenerabilis. Ex † dolo autem iſtorum præceptorum. uel commendatariorum etiã in contractibus admiſſo non te-
d netur [d] locus, niſi ſit factus locupletior. ff. quãdo ex facto tu. l. dolus. C. quando ex facto tu. l. 3. ff. de tribu. ſed & ſi. §. 1. de hoc no. infra de depoſito grauis. ff. de ac. emp. l. Iul. §. idem. ff. de reg. iur. neque interdicto. de culpa autem præceptorum tenetur inſolidum locus, ſi poteſt ſeruari indemnis à præceptore: aliàs nõ. ff de admini. tu. l. fi. in prin. Si autẽ bona fide contraxit præceptor, tenetur inſolidum locus, etiam ſi ſit inde pauperior. infra de præcario c. 2. ff. de mino. patri. §. ſi pecunia. ff. de cuic. illud. §. 1. ſed poteſt in integrum reſtitui, ſi exinde grauiter ſit leſus. ff. de mino. ait prætor, &
7 l. quod ſi minor. §. 1. Excutio † autem rei iudi. ſemper fit contra locum, ſicut & contra pupillum. ff. de re iudi. l. ſi ſe. ff. de admi. tu. l. 2. §. 1. Alij aliter dicũt in aliquis
8 bus prædictorũ. Dicitur † autẽ dolo tutoris, vel præceptoris factum, ſi accepit; vel retinuit ſcienter plus, quã deberet. ff. de tribu. ſed & ſi. §. ſi ſeruus. Et idẽ eſt, ſi nõ tenuit, quod debet retineri. ff. de tribu. quod in hæredem. §. fi. ſi autem ignoranter, ſecus, dummodõ reſtituat, quã cito poteſt. ff. de tribu. illud. §. ſi cuius, Inno. & ex hac gl. multa utilia elicere poterit ſtudioſi[a] ſecũ-
9 dum Hoſ. ipſe tamẽ no. dicẽs hoc † utile, quòd in iſtis religioſis adminiſtratoribus, quocũq; nomine cẽſeantur, non eſt in iudicijs requirenda natio, vel genus, ſed ſufficit, quòd ab illo, uel illis, qui poteſtatem habent, ſint canonicè inſtituti, ut dicet infra, & q̃ ſuũ officiũ
10 laudabiliter impleant. & ſequitur, & ſi † quæratur, qui ſunt illi, qui habẽt poteſtatem inſtituendi, reſpondetur, de iure communi conſiderandum eſt, utrum per elec. creentur, uel curam habeant, aut gerant ſimplicẽ cuſtodiã ſine cura. In primis caſibus dicẽceſani auctoritas interuenire debet, infra de ſtatu monacorũ, monaci. §. priores, de priuil. cum & plantare. §. in eccleſijs. In ſecundo ſufficit, quòd à ſuo priore ſimpliciter deputentur, de ſtatu mona. monaci. §. priores, & c. cum ad monaſterium. §. tales, de conſilio tamen, ſiue cõſenſu collegiorum, niſi aliud ſuperior obtineat ex priuilegio, vel præſcripta conſue. quæ iuri deroget, de his, quæ fi. à præla. ea noſcitur, de elec. ſacroſancta. [*Suam*]. i. domus templi, cui præſunt tanquã præceptores [*Non admittant*] & malè, Inno. [*tanquam*] prima excep-
11 tio [*Litigioſis*] in † clauſtralibus non habentibus adminiſtrationem procederet obiectio. ſupra de poſtulando. c. 2. In præceptoribus no. quia ad agenda negocia conſtituti agere, & defendere poſſunt. ſupra de p̃cur. petitio, & c. dilectus, Hoſt. & c. q̃ generaliter, li. 6. [*Negocijs*] nam à religioſis † appetenda eſt quies animi, &
12 labor manuũ. 16. q. 1. de præſentium, Pe. [*Gerere*] ſupra de ſyn. c. uno. Dixit Pet. & Abb. q̃ illud de honeſtate,
13 hoc de iure; tu dic ut ſupra [*Studijs*] quia † coherere, & coniungi non poſſunt, quibus ſtudia ſunt diuerſa. 16. q. 7. noua actione; ſed hoc in clauſtralibus, vt dictũ eſt, ſupra [*Allegantes*] ſecunda exceptio ſub. & malè, Inn. [*Qui undecumque*] ſic 56. diſt. undecunque, infra de inſti. ad decorem, Hoſt. [*Ex ſuperabundanti*] quaſi dicat, ſuperfluum eſt, & ideo reuocãdũ, ut ſupra in proemio; ad idem de officio delega. cum contingat [*Huiuſmodi*] aliæ ergo legitimæ admittuntur, vt fac fidem de mandato, & ſi. quod dic ut no. ſupra de procur. c. 1. & c. pe-
14 titio, Hoſt. an † prælatus agẽs cãm eccleſiæ ante litem conte. teneatur fidem facere, quòd ſit prælatus, uide in ſpec. de acto. §. 1. eo. uer. Sed pone, quidam dicẽs ſe epiſcopũ, ubi ad litteram inuenies, quod de hoc no.
15 Cõpo. de elec. nihil. Secunda † gl. reſpõdet per quæſtionem facti, ad quid quęrebatur natio, & datur dupliciter rõ, & utriq; reſpondet. [¶ *In † glo. 1. ibi. l. ult.*] ſi unus ex pluribus hæredibus deponentis recuperauit partẽ ſuã à depoſitario, ſine cuius dolo reliqua pars perijt, uel effectus eſt non ſoluendo, cohæres contra cohæredem nõ agit ad communionem illius partis, ne induſtria pœnas deſidię ſoluat. ¶ *In glo. 2. ibi, Vix certis*] ponit. 8. caſus quib. ſeruus poteſt eſſe in iudicio etiã cõtra dominum, & aliquos ibi addit glo. [*& ibi, uerius*] & l. 1. parum faciunt. l. uerius, dicit, quòd allegans ſcientiam, illam probat. l. 1. dicit, quòd quotis quæritur, an
17 quis habeat genus, uel gẽtem, eum probare oportet. ¶ [*In † gl. 2. ibi, procur.*] licet ſecus ſit ſecundum leges, inſti. de excep. §. fi. Hoſt. de hoc, infra de iura. calum. Imperator, in vl. gl. [*& ibi, ſtare non poteſt*] niſi putetur liber. 3. q. 7. §. tria. ff. de officio prætoris, Barbarius. C. de teſta. l. 1. unde & ſentẽtia lata contra talem mandaretur executioni contra eccleſiam, ff. ſi quis cautio. l. fi. ff. de euic. illud, quamuis durante cauſa fieret abſolutio, ſi de ſeruitute apparet. ff. e. non idcirco; de hoc. ſupra de ſer. non ordi. c. 1. Hoſt. [*& ibi, irregularitas*] quod dic, ut not. infra de apoſta. ex litterarum.

ANNOTATIONES.

a ¶Agere. Commiſſa enim illis adminiſtratione uidetur commiſſum actus exercitium. l. 1. ad fi. ff. uſufr. quemad. ca. & ſic illud habent à iure, non à ſuperiore. unde habilitas perſonæ ſuperioris, ut excomm. non uidetur neceſſe ipſi inferiori. uide tamen Ioan. And. de proc. conſulti. ſecus, ſi illud habent exercitium à ſuperiore, ut in uicario epiſcopi, uide c. Romana, de off. uic. lib. 6. ex quo argue, quòd monacus præpoſitus non eccleſiæ, uel adminiſtrationi alicuius domus, quæ conſueuerit habere rectorem, ſed ſolũ electioni aliquorum bonorum monaſte. abbatis repelli poteſt ex perſona abbatis.

b ¶Superiores. Dicit hic do. And. Barb. quòd prælatus manualis præfertur in agendo quò ad bona prælato ſuperiori, quod probat per tex. in l. ſi hominem, ff. man. & per tex. in l. quoniam, C. de conuẽni. fiſci debi. lib. 10.

c ¶Adminiſtratores. Diuiſio ergo bonorum maioris præceptoriæ à minori, cum ſuperior uterque habeat adminiſtrationem, non diuidit poteſtatem maioris prælati à minore, ſicut facit paterfam. diuiſionem fundi ratione filiationis, uel curæ. l. Caius. §. fi. ff. de leg. 2. propter hoc dixit Inno. in c. paſtoralis, de priuileg. quòd ſtante iſta diuiſione, & ſeparatione iſtarum adminiſtrationum, quamuis ambæ maiori prælato ſubſint, non poteſt tamen minor domus cõueniri à creditoribus maioris domus, nec fieri miſſio in bonis minoris, & relicta in teſtamentis minori domui, ſunt illius, non maioris, quod bene nota.

d ¶Tenetur. An hoc ſit uerum ſimpliciter, uide l. ſi dolo, & ibi Bart. ff. ſi quis omiſ. ca. te. licet in tutore loquatur, & in l. 1. §. ſi procur. ff. ſi quis ius dic. non ob. & ibi bona diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici iudices debent de clericis facere iuſtitiam, & qualem, nu. 2. & per quos, ibid.*
Diuiſio decretalis, ibid. & eius deciſio.
2 *Præcipiendi uerbum neceſſitatem importat.*
Laicis ut pro ſe ius dicant, non debent committere iudices eccleſiaſtici, ibid. in fine.
3 *Appellari non poteſt ab arctatione dilationum, quæ ex cauſa fiat.*
Iuſtitia ſi non exhibeatur, laico de clericis ab eccleſiaſtico iudice, recurrat ad ſuperiorem, ibid.
4 *Omninò, aduerbium omnem caſum comprehendit, ut hic per exempla.*
Clerici ne trahantur à laicis ad iudicium ſeculare, prohibetur omninò, ibid. niſi per reconuentionem non doloſam, ibid.
5 *Epilogus, & additio glorarum. nu. 6.*
Appellatio omnis fruſtratoria dicitur, in qua non aſſignatur cauſa probabilis, ibid. nu. 6.
Auctenti. ut clerici apud proprios epiſco. reuocata per hanc decretalem, eod. nu. §. 2. glo.
Cauſæ clericorum, & laicorum olim deferebantur ad eccleſiam poſtea laici rediuerunt ad primæum forum, ibid. uer. & ſi quæratur.

Condi-

Conditio deterior non uidetur, quando ad ſuam res naturam redit, ibid.
7 *Quòd negligentiam minoris ſuppleat maior, hoc eſt naturale.*

CAPVT XVII.

1 a Valiter. Caſus. Iudices † eccleſiaſtici [a] debent laicis de clericis iuſtitiam facere. Et pars de accuſatio. qualiter, primo, & de fine eius deciſa fuit, vt patet in tertia compilatione. & tria facit. præcipit, impedimẽtum remouet. grauamẽ ſuſpicatur, & prohibet. 2. ibi, non ob. 3. ibi, ne pro defectu. [*Præcipiatis*] neceſſitatẽ
2 † importat. 14. q. 1. quod [b] præcipit, Hoſt. [*Prælatis*] de
b Lombardia, quorum uiſitatores eſtis, ut infra de accuſ. qualiter, de exceſibus prælatorũ, ex litteris [*Plenam*] & celerem. nã de nimis dilata potiſimè conqueruntur, Hoſt. [*Exhiberi*] ſaltem per alios, ſi nolunt, uel non poſſunt uacare: quia nec decet eos, 11. q. 1. te quidem. non tamen cõmittant laico, vt in dicto. c. te quidem, & ſupra de offi. dele. cũ te, & infra ti. 1. ſignifica-
3 ſti, Hoſti. [*Appellationibus*] quaſi † dicat ſi epiſcopus arctet dilationes ex cauſa, non ꝓpter hoc poterit appellari. poteſt enim hoc facere conſideratis ꝑſonis & cetera, ſupra de tranſac. c. fi. C. de iudi. properandũ, Hoſt. [*In eorum*] laicorum [*Iuſtitiæ*] quid ergo faciet laicus? recurrat ad proximũ ſuperiorẽ. infra de iure patro. nullus. 2. q. 6. anteriorum, Hoſti. [*Trahantur*] de facto] *Omnino*] 1. † omni [c] caſu, inuitum, uel uolẽtem, inuito, uel
4 c conſentiente epiſcopo. infra ti. 1. ſi diligenti. & c. ſignificaſti: agatur ciuiliter, uel criminaliter, faciat epiſcopus iuſtitiam, uel nõ, ut hic, Hoſt. [*Prohibemus*] niſi per reconuentionem; quod dic ut no. ſupra e. at ſi clerici, in glo. 2. & infra e. c. ulti. nec obſtat hæc litera, q̃ trahi prohibet, & ſic in conuentione loquitur, non in recõueniente. facit, ſupra de reſcriptis, nõnulli, & quod ibi dixi ſuper uer. nequis. ſic etiã reſpondetur ad. c. ſecundum. 11. q. 1. ubi etiam dicitur attrahere. Dixit tamen Petrus quòd quidã per hanc literam uoluerunt dicere contrarium, & male ſecundum eum: ita tamen ſe-
d cundum Hoſt. quòd nihil doloſè agatur, puta [d] laicus aufert clerico bouẽ, ut conueniat eum coram iudice laico, ut ibi eum poſſit recõuenire; quod dic, ut infra
5 de iure patrona. relatum. 2. reſpon. ¶ Secunda † gl. fortificat textum, quo dicitur, quòd inuiti non trahunt, nec mirũ: quia etiam uolentes &c. & de cõſenſu epiſcopi, & remittit. dicit ultimò contrarium eſſe in caſu
6 conuerſo. ¶ *In † prima glo. in fi.*] & per hãc decre. dic. fruſtratorias omnes illas, in quibus nõ aſſignatur proba-
e bilis cauſa, Goffre. [e] Hoſti. & Pe. ¶ *In. 2. gl. in fi.*] Io. nõ ob. in autẽ. ut clerici apud proprios epiſcopos, in princi. col. 6. & 11. q. 1. ſi quis cum clerico. nã illa per hoc puto reuocata. & ſi quæraſ, quæ ſit diuerſitatis ratio, dic quòd olim omnes cauſę clericorum, & laicorum deferebantur ad eccleſiam, infra qui filij ſint legi. per uenerabilem, & 11. q. 1. relatũ. & ideò, ſi redeat laicus ad ſuum primæũ forum, non uidetur eius conditio deterior, ſicut nec dotis conditio fit deterior, quãdo re-
f dit ad ſuam naturam. ff. de pac. ſi unus. §. quòd ſi non, per totum, Gof. ad hoc. 35. di. ab exordio [f]. Itẽ eſt hoc
7 † naturale, quòd maior minoris negligentiam ſupleat. 9. q. 3. cum ſcimus.

ANNOTATIONES.

a ¶Iudices eccleſiaſtici. Limita iſtum tex. niſi eccleſiaſticus cognoſceret de laicis uaſallis eccleſiæ: quia laicus ſupplebit negligentiã; ita Abbas in c. uerum. infra ti. proxi. limita ſecundò, niſi eſſemus in criminalibus mixtis ſecundum Pe. de Anch. in conſil. 186. incipien. magnifice & illuſtr. in ul. columna.

b ¶Quæſtio 1. quod. Ibi uide differentiam inter mandatum, & præceptum in glo.

c ¶Omni. Dictio iſta, omnino, omnem caſum includit, uide Io. Anpoſt Arch. i. c. quãuis, de pac. li. 6. quod facit, ꝓ intellectu illius. c.

d ¶Puta. Quando ergo doloſè agit laicus, ut ex ſui dolo clericus illum cogatur coram laico conuenire, non habet locum de clerico reconuento. idem no. gloſſ. in c. relatum, hic allegato, & eſt tex. in l. 1. §. ſed ſi agatur, ff. de iudi. qui tex. eſt notabilis.

e ¶Cauſa. Gof. Et talis appellans non eſt in leui culpa imò in dolo, uel ſaltem lata culpa, ut probat tex. in. l. tutores. §. tutor datus. ff. de admini. tut. & ſic tal. tenetur de omni caſu, & damno ex lapſu temporis.

f ¶Exordio. Quis autẽ clericos exemerit à iuriſdictione laicorum, uide per Io. An. poſt. Inno. in. c. ſi quis uenerit, de maio. & ob.

SVMMARIVM.

1 *A iudicio remouetur iudex habens conſimilem cauſam. uide nume. 2. & 3.*
2 *Electio maioris fit, ſi ſcribantur archidiaconis illius eccleſiæ literæ, & ibi plures ſint.*
Similis omnino uix reperitur, & an quid ſit ſimile, relinquitur arbitrio boni uiri, & quãdo cauſa dicatur ſimilis, ibid. & nu. 3.
3 *Recuſari ne poſſit iudex propter cauſæ ſimilitudinem, & quam, & nume. 8.*
4 *Subrogatio iudicis non ualet, niſi in literis fiat mentio, & quæ, & de facili non fit, licet etiam ſine cauſa fiat, & quæ ſit inter eam, & recuſationem differentia, nu. 7.*
Reuocatio commiſſionis ſine etiam cauſa fieri poteſt, ibid.
5 *Epilogus, & additio gloſarum. nu. 6.*
Similis cauſa ſimiles parit effectus, ibid. & nu. 2. & 3.
Ab excipiendo repellitur ſimili morbo laborans, ibid.
8 *Similitudo cauſæ quæ repellat iudicem, & ſupra nu. 2. & 3.*

CAPVT XVIII.

1 Cauſam. Caſus. Iudex † habens conſimilem cauſam, à iudicio remouetur. Et primò recitat delegationẽ cauſæ. ſecundò cauſam remotionis unius delegati, & aliũ ſubrogat ibi, Quia verò [*Carnotenſem*]. i.
2 eccleſiæ Carnotẽſis. & cum plures † ſint ibi archidiaconi, intelligitur de maiori; de hoc, ſupra de of. dele. quoniam, Hoſt. [*eundem*] pariſienſem [*Penè*] bene dicit, quia uix ſimilis inueniretur. quando uerò ſit ſimilis, boni iudicis arbitrio relinquitur, Inno. & Egid. facit, quod dixi de prẽben. non poteſt, li. 6. ſuper glo. po-
a ne, [a] habens. Vnde dicebat Ho. quòd contra ueritatẽ
3 ſcripſerunt, qui dixerunt propter ſimilitudinẽ † cauſæ non poſſe iudicem recuſari. Ita tamen, quòd id boni uiri in arbitrium electi dirimaſ arbitrio. ſupra de offi. dele. ſuſpicionis. unde pone, quòd dico conſuetudinẽ in regno, quòd ſtetur dicto proxenetæ ſuper contractu. Et tu, quem iudicem impetrauí, in alia cauſa dicis idem. uel de uerbis dubijs priuilegiorum eadem quęſtio eſt inter iudicem, & aduerſarium ſuum: uel pone exemplũ ex no. de officio uica. c. 2. li. 6. in 1. glo. & hoc teneas, licet Franciſcus hic dixerit, quòd quadruplex eſt ſimilitudo fori, vt quia uterque ſpiritualis rei: ut quia uterque petit fundum, actoris: ut quia uterq; intentat rei vendi. & cauſæ: ut quia vterque petit ex cauſa emptionis; & hanc vltimam tantum dicit ſufficere. Sed hæc diuiſio ratione caret, & ideò dixit, Penè, ſecundũ Hoſt. quia fortè uni obijciebatur præſcriptio, alteri exemptio [*Loco illius*] intelligas quod utraq; pars præſens erat, uel hoc notũ erat Papæ, & modicũ prætudicium partib. parabatur [*Non obſtantibus*] innuit, ꝙ
4 † non ualuiſſet ſubrogratio, niſi de litteris facta fuiſſet mẽtio, quaſi innuat, quòd nõ eſt ueriſimile, quòd ſub rogatio fiat de facili. non enim decet, quòd ex quo iudex cœpit uti iuriſdictione, ſubrogatio fiat poſtea ſine cauſa, ar. ff. de arbi. litigatores. infra de ſẽ. ex. ad hæc cum. ff. de uaca. mu. l. prætor, pe. eſt, de reſcriptis, ex tenore, in fi. ſecundum Hoſt. fatetur tamẽ quòd etiam, ſine cauſa poteſt reuocatio commiſſionis, & ſubro-

gatio

gatio fieri sola uolũtate.ff.de iudi.iudicium, & remittit ad sum.de offi.dele.§.quæ delegari, uer.sed nũquid
5 potest reuocare commissionem. ¶ Prima † glo.repetens textum,illum fortificat per duo similia: quia.s.similitudo causæ, uel morbi repellit testem,& excipientem. Dicit demum similitudinẽ non extendendã. po-
6 stea ponit lecturã. Io.quã fortificat.finis patet. ¶ *In* † *gl. 1.ibi, personas*]contra.e.ti.quoniam,Gof.cum suis concor.ibi soluitur [*& ibi,simile*] ſ. in hoc est simile: quia ibi simili morbo laborans repellitur etiã ab excipiendo[*& ibi,subrogandum.*]Ad hoc facit antiqua litera,quę talis erat,dicti uerò abbas, & conuentus nolentes pati alteri respondere, nisi nos primò consulerent super priuil. à Ro. pon.indultis mon. eorundem, dilectum filium.V.eiusdem moñ.monacum ad se. ap.transmisse rũt: nihilominus supplicantes, quatenus te fili decañ.
loco Paris.Archidi.supradicti subrogare ad defensio-
7 nem istius negocij dignaremur. Est † autem differentia,vt dixit Pe.inter subrogationẽ,& recusationẽ:quia recusatio proponitur corã iudice, qui recusatur: subrogationis petitio coram superiore [*& in fine*] idem
8 Vin.& Hosti. ¶ *In* † *glo.ulti.& ibi, subrogatur*]dicebat Pe. & Abb. quòd tunc demũ similitudo causæ repellit iudicem,quando ex eo causa iudicis fortior reddi poterit,& ita erat hic,cum officia Archidi.multum in consue. consistant, ut hoc patet hic, de procu. agebatur.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pone. Ibi uide qũo similitudo in rebus summi debet, & ponit dictum Boætij super libro topicorum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est licita, & si iudices de principali, & exceptionibus præiudicialibus simul cognoscant;uel super principali probationes, lite non contestata recipiant.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Procuratores plures an & quando dari possint ad causam, hic, & remiss.*
3 *Veritatem inquirere, commune iudicibus omnibus est.*
4 *De exceptionibus declinatorijs, & peremptorijs fori ante cognoscendum, quàm de negocio principali, & an hoc sit indistinctè.*
5 *Litis contestatio quibus in causis omittitur, & an in exceptione, num. 16.*
6 *Modus proponendi, uel agendi in actionibus, & petitionibus attendendus est, & secundum eum formanda sententia; & quando idem ualet directè, uel exceptiuè.*
7 *Suppletio ad contextum.*
Ordo iudiciarius si non est obseruatus, appellatio non necessaria, ibid. & iuris ordinem Papa tollere non intendit uno uerbo, nume. 15.
Sententia interlocutoria tenet, licet iniusta, nisi appelletur, excipitur,si fuerit omissus ordo, quia tunc nulla, ibid.
8 *In appellationis causa ab interlocutoria sufficit docere propter causas propositas appellatum, licet non doceatur de ipsarum ueritate.*
9 *Reuocato in irritum, & c. clausula, in quibus decretalibus habeatur extensa.*
10 *Epilogus glossarum.*
Executionis exceptio contra agentem, non reum admittitur, ibid. uer. solu.
Probare unum quo casu sufficiat ex pluribus propositis, eod. nume. & uer.
11 *Suffragium glossarum.*
Vocandi sunt omnes, quos negotium tangit.
12 *Suppletio, uel additio glossarum.*
13 *Inquisitio quòd non sit commissa, ex quo dignoscatur, ibid.*
Commissio iudicialis quòd sit non inquisitoria, præsumedum semper in dubio, ibid.
14 *Conspiratio quibus casibus licita.*
Contra coniurationes semper præsumitur, ibid. in fin.
Excommunicatus non potest prosequi populares actiones, ibid. in fine.
15 *Contra intentionem delegantis factus processus non ualet.*

CAPVT XIX.

a 1 EXhibita. Casus. Si iudices de prin-
cipali, & except. præiudicialibus simul cognoscãt, uel super principali probationes, lit.non cõte. recipiãt, ab eis licitè appellatur.& diuidit in duas partes.in prima appellantis petitio.in secunda appellationis commissio. secunda ibi, quia uerò [*Procuratores*]no. plures
2 † procuratores dari posse ad causam;quod dic hodie, ut infra de procur.si duo,li.6. [*Literas*] quas dicti pro-
3 curatores impetrauerunt [*Inquirerent*] hoc † omnibus iudicibus est commune ueritatem inquirere.C.de iudi.l.iudices, & 30.q.5.iudicantem, Gof.[*Asserens*] alias offerens. & secundum istam literam remittit Host.ad ea,quę no.infra de ap.interposita [*Intendentes*]& male.
4 nã dato,quod † essent inquisitores, de excep.debebãt prius cognoscere,infra de accusa.cum oporteat,Gof. vnde dicebãt Inno.& Hostien.quòd istę exceptiones,
b qa declinatorię, uel perẽptorię fori,ante ingressum.[b] negocij sunt proponendæ. proponuntur.n. ut aduersarius repellatur. C.de excep.l.fi.dicãt etiam, ꝙ siue proponatur excep.contra id, de quo fit inquisitio, ut infra de purga.ca.cum dilectis, siue contra personam iudicis inquirentis,siue contra personam prosequentis inquisit.ut in decre. cum oporteat, & e.ti.ueniens, semper tamen primò cognoscendum est de excep.C. de excep.si quidem. Quando tamen iudex ex officio procedit,uel ministrum inquisitionis constituit,tunc si contra illum ministrũ proponatur exceptio;tamen ex officio suo procedet, illo remoto. facit quod dicã post eum in prę.c.cũ oporteat,super glo.ex quo [*Contestata*] hodie † per decre. Clemen.e.ti. dispendiosam;
5 in causis matrimonialibus, beneficialibus, decimarum,& usuram proceditur simpliciter, & de plano sine iudiciorum strepitu, & figura; & sic posset omitti contestatio, ut in Clemen. de uer. sig. sæpe contingit. [*Quare*]i. quia sic fuerũt interlocuti,& sic procedebãt, ideò prænominatus &c. [*Appellauit*] ad quid, cũ processus non ualeret ideò secundum Hosti. ut processũ iudicũ impediret,qui alias processissent,& ipsum forte de facto gratiassent.si.infra ut lit.nõ conte.accedẽs.
6 1.§.fi.ff. rẽ ratã ha.l.3.§. falsus [*Modum*] modus † ꝓponendi,uel agendi in actionibus,& petitionibus attendendus est, & secundum illum formanda sentẽtia: sic in productione testium directè,vel exceptiuè.infra de testibus ueniens,de ordi.cogni.cum dilectus: secus in resti.in inte.quæ ꝓposita directè, uel exceptiuè habet eundem effectum.ff.de iureiur. nam postea.§.minor. Idem in querela inofficiosi,quæ directè,uel incidẽter
7 eundẽ habet effectum.ff.de inof.te.Papinianus.§.si filius,Vin.[*inquisitionis*]sub.† maximè sed hoc fuit dictũ ad aggrauationem fatuitatis istorum iudicũ,secundũ Abb.[*Vel aliquo*]no.ꝫ consuetudinem curiæ,de qua dicam infra de ap.cum causam, super ulti.glo. [*Appellatum*]maximè. nam idẽ fieret, & si appellatũ non esset, ex quo obseruatus non est ordo iudiciarius, ut supra & patet.infra de lit.conte.c.uno.vel ideò forte hoc dixit: quia si seruatus esset ordo iudiciarius, & excommunicatio fuisset occulta, & iudices sentẽtiassent, nõ secuti dicta conspiratorum. infra de re iudi. cum I. & A. teneret eorum sententia, nisi appellatio probaret facta. infra 10.dies, de elec.cum dilecti; de testibus, si-
8 gnificauerunt,Hostien.& dixit † Pe.& Abb.quòd hoc sufficit docere ob has causas appellatũ, & non est necesse

cesse de ipsarum ueritate docere.idèò,quia obtulit se probaturum, & non fuit admissus, de ap.interposita [*Quicquid*] i.omni eo,quod aliàs reuocãtes in irritum,
9 qcquid &c.& hæc † est clausula, quæ in multis decre. deficit,ut patet de rescriptis,significante; dic ut ibi, & c.Rodulphus,& c.significauit. infra de excep. dilecti:
10 habet tamen.c.ti.dilecte, Hostien. ¶ Tres † glo.s.tertia,quinta,& vlti.recitari possunt per tria cõtraria.primum sic. hic reprehenditur processus factus lite non conte.sed contra, isti erant inquisitores, in quibus est speciale &c.ut in.§.sunt & alij.secundum sic opponẽs contra electum per excommunicationis exceptionẽ reppellitur. contra, excommunicatus se & ecclesiam suam &c. So. admittitur exceptio contra actionem, sed non replicatio contra exceptionem. tertium sic. hic ex plurib. propositis sufficit alterum probari. sed cõtra,de rescriptis, olim.so. aut ad eundem effectum
11 proponuntur plura,quorum quodlibet &c. ¶ *In* † *glo. 1.ibi, nã diuus*] in cõfirmatione adoptionis uocãdi sũt, qui læduntur [*& ibi.§.causa*]uide de offi.iudi.c.2.in glo. 2.[*& ibi.l.ulti.*] in actu, per quem tutela dissoluitur, ut
12 in arrogatione pupilli omnium tutorum consensus exigit. ¶ *In* † *1.glo.in fi.*] & infra de regu. iur.quod omc nes, [c] cum suis [d] concor.li.6. ¶ *In glo. ex hoc uerbo, ibi, con-*
d *tumaciam*]sed iste nõ erat contumax[*& ibi, iudicij*]quod
13 colligitur † secundum Phi. & Hosti.ex eo,quod dicit, Vocatis,qui fuerunt euocandi.& semper in dubio,ex quo patenter non constat, quòd in modum inquisitionis,præsumendum quòd in modum iudicialis cõmissionis,secundum Vin.& de hoc in spe.de inquisit.
c §.1.uer. quid si in litera.[c] [*& in fi.*] & solet præmitti tũc de insinuatione clamosa, de accusa.qualiter,secundũ Vin. ¶ *In glo.4.ibi, admittendi*] etiam in crimine excepto.
14 [*& in fi.*] in casu † tamen licita uidetur conspiratio, secundum Gof. & Inno. quando.iurant clerici, & sta-
f tuunt,quòd teneant [f] se simul,& non permittant prælatum dilapidare, uel excommunicatum non admittant, uel hæreticõ non obediant, uel cum se inuicem fecurant super facienda, & non probanda accusatione hæretici,uel aliàs pernicioſi prælati;vel si cõtra potentem & infamatum boni uiri coniurant. 16.q.7.sanè Thessalonicen. ubi de hoc,ar.79.di.c.2.cauendum est tamen, ne sub hoc pretextu conspiratio nutriatur, Hosti. dixit Inn. infra de scisma.c 1.quod semper præsumitur contra coniurationes,11.q.1.si qui clericorũ ubi de hoc, maximè si fiant in perpetuum, uel gene-
g raliter.[g] Idem Vin. de testi.cogen.c.fi. [h] uide quod dicã, de uerbo. sig.c.2.li.6.super uer. conspiratores. ¶ *In*
i *glo.exceptio,* [i] *ibi, non sunt*] & no. Abb.ex hoc,quia excõmunicatus non potest prosequi populares actiones [*& in fi.*]& c.dilecti,& tene,quod ibi dicam. ¶ *In glo.unde non, in fi.*]& c.quia † papa vno uerbo non intendit iuris ordinem tollere,de elec.ecclesia.2.secundum Vin. non ualuit etiam iste processus: quia factus contra intentionem delegantis, de prebẽ.c.fi.secundum Host.
¶ *In glo.quod fieri, ibi per totum*] & supra de elec.dudum,
16 2.Phi. [*& in fi.*]imò quod plus est,& † si excipiatur cõtra electum, facienda est litis conte. super excep.aliàs nõ tenet,quod agitur. supra de elec. dudum 2.§.licet. Alij dicunt, & forte nõ male, quod ibi non fuit facta litis conte. super exceptionibus, sed super priñ.Inno. & Hostien. ¶ *In glo.ulti.in fi.*]Idem Vincen.

ANNOTATIONES.

a ¶ Exhibita.No.istum tex.quia uidetur probare,quòd oblatio probationis exceptionis,quam appellans opposuit,& obtulit probaturum,prodest, ut attentata retractentur,etiam aliter non probata exceptione.contra tamen uidetur sentire Innocen.in c.interposita,in gl.in uer.probationem,ubi dicitur recipi probationem per iudicem appel.uide quod scripsit Inno.Bal.

b ¶ Ingressu. Et hoc est uerum,quando insurgeret ex hoc intricatio processus,quia exceptio est causa principalis tendens ad diuersos fines:alias secus,& ita limita,ut no.Io.And.in c.ex parte, infra de re.spol.Archid.
c ¶ Quod omnes. Adde do.Anto. qui dicit debere intelligi, quando principaliter interfit:secus,si incidenter.& Bal.in l.nam ita diuus, ff.de adop.& glo.fi.in c.2.de pact.in 6.
d ¶ Cum suis. Memento dicti Inn. quòd si iudex ex officio procedit generali, quorum interest, omnes sunt uocandi. si aliquo agente, illi soli,contra quos agit, sunt uocandi,hoc not.in c.fi.de major.& obed.quod not.
e ¶ Litera. Maximè cum ad instantiam alicuius fit commissio; uide glo.quæ incipit,quòd si in alio,quæ facit ad materiam, infra c.1. de rescrip. lib.6.
f ¶ Teneant. An tunc ad testificandum contra eum in causa inquisitionis admittantur,uide Inno.in c.cum I.& A. in fi.de re iud.Bal.
g ¶ Generaliter. Facit contra terras,& tyrannos, qui inuicem faciũt ligas, quod non potest fieri, si habent superiorem. si non habent, quid iuris uide Bartol.in l.3.ff.de collegijs illi.& in extrauaganti. ad reprimen.
h ¶ Capitulo fi. & Inno.in c.1.de scisma.Archid.
i ¶ Exceptio. Et no.hanc glo.quia optimè probat dictum Inn. in c. cum inter, infra de except.ubi dixit de reo uoluntario,uel necessario, Bald.

SVMMARIVM.

1 *Instantia iudicij non perit per lapsum triennij, & de eodem facto, & ratio,nu.8.& nulla est,si lis non contestetur,nume.3.uide nume.5.8.& 9.*
2 *Cauillationis natura quæ.*
4 *Litis contestatio noua non requiritur in causæ prosecutione, licet lapso triennio.*
5 *Epilogus,& suffragium glossarum.*
Lex,properandum, C. de iudi. an sit per hanc decretalem correcta, ibid.& nu.7.
Actiones perpetuæ usque ad quot annos.
Iurisdictio non perit delegati,licet pereat instantia.
6 *Suppletio glossarum.*
Causæ quæ restringantur intra minus biennio spacium,ibid.
8 *Instantia cum periit iudicij in re minoris,quem minor prius conuenire possit.*
Instantia quòd non pereat secundum canones, sed secundum leges, cur ita diuersum, ibid.uer.sed quæ erit.
9 *Gesta,uel acta iudicij non pereunt,licet instantia pereat.*

CAPVT XX.

1 VEnerabilis Casus. Instantia † iudicij non perit ꝓ lapsum triennij, & de eodem facto.infra de testi. cog. venerabilis. & sunt duę partes. in prima partis conquestio.in secũda papę prouisio. secun-
2 da ibi mãdamus [*Cauillationes*]dicit † lex.ff.de reg.iu. ca est nã cauillationis, vt ab euidenter ueris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur. & habetur idem.ff.de uer. si.natura
3 [*periisse*] ergo lis † erat cõtestata:aliàs nulla fuisset. hoc all.Ho.[*Et infra*] hic est decisum, quod quæsiuit magister. T.utrum esset standum allegationi,uel nõ, Host. uerius & magis amicum literæ uidet, quòd quia delegatus nõ procedebat, archiepiscopus conquestus est
4 papæ.& est si.infra c.proxi.& infra ti.1.ex parte.[*Procedas*] non super † lite de nouo contestanda,sed super iã contestata;quod innuit mens huius uerbi,Excep.huiusmodi non obstã. quia, etiam si obstaret exceptio, potuisset procedi super lite de nouo contestãda, Hosti. ¶ Glo.† notat.l.properandum,in ecclesiastico
5 foro &c.dices,quòd etiam secundũ.l. licet pereat instan-
a tia,[a] nõ perit iurisdictio delegati.Dicit demum,quòd lex non uidetur per hoc. c.corrigi: quia &c. ad quod respondet. ¶ *ibi.l.2.*]hęc lex sequens inducit, ꝙ actio-
b nes sunt perpetuę.& non tolluntur minori spacio.30.
6 annorum. ¶ *In.1.* [b] † *glo.ibi, nisi causa ciuilis*]criminalis uero

rò infra biennium, ut C. ut infra certum tẽp.cri.quæstio.l.fi.inter clericos infra duos mẽses, in auct.ut clerici apud propri.epi.§.si tamẽ,coll.6.Sunt & alij casus, in quibus criminales causæ restringũtur. C.ut omnes tam ciui.quã cri.l.unica.§.fi.C.de naufra.l.de submersis nauibus, li.11. C.de dolo.l.fi. Restringuntur etiam quædam ciuiles.C.de decur.l.generali,li.11.C.de ædifi. priua.l.fi.in auct. de man. prin.§.sit tibi, coll.3.ff.de
c dam. infec. l.1. Gof.& Hosti.[c] [*& ibi, non perierant*] hoc placuit Inn.quod non videtur per literam, excep.hu-
7 iusmodi non obstante [*& ibi, properandum*] & hoc † te-
d net Phi.dicens.l.non correctam.[d] uel secundum eum ideò non perijt hic instãtia,ne Ceruiens. per quorum subterfugia fuerat causa progata, de suo dolo reportent cõmodum; quòd esse nõ debet. supra de rescrip. sedes; de dolo, contingit [*& in fi.*] de hoc.2.q.6.anteriorum.§.ad hoc, in fi. sentit ergo glo.l.properandũ, non hẽre locum secundum canones, & idẽ no.de.dolo & cõtu.c.ulti.in 1.glo. Et idem Host.& Guil.in spe-
e cu.ti.1.§.restat, uer. item quòd instantia.[e] Alij dicunt s.Gof.quòd sicut.l.properandum, excipit causas fiscales,ita hæc decre.causas ecclesiæ, non autem proprias clericorum. Alij dicunt,quòd bene perijt instãtia, sed
8 restituitur ecclesia,sicut minor. Dixit † hic Vin.quòd cum ista instantia iudicij perijt in re minoris, minor prius conuenit tutorem, uel curatorem, ut in l.properandum. §. ult. cum aliàs habeat electionem. ff. de mino.etiam §.1.& idem, si tutor contraxit sine minore in rebus eius.C.si tu.vel cu.l.3. & l.vlti.Sed hanc electionem habet minor, ubi læsus est ex contractu procur.quia prius conuenit procur.quàm restituatur, ut ff.de mino. cum mandato. Sed quæ erit ratio diuersi iuris inter.l.& can.secundum opi.gl.& Host.ratio est: quia secundum l.regulariter non appellatur ante sententiam; & ideò diligentia iudicis bene potest infra triennium causam finire: sed secus secundũ canones,
9 secuudum Hosti. Pe.& Ab. & † no. quòd licet secundum leges pereat instantia iudicij per lapsum trennij, non tamẽ gesta per manum publicam iudicis auctoritate in publicam formam reducta, C.de re iudi.l.gesta, in auten. ut fra. fi.§. illud, colla. nona,secundum Goff.Vincen.all.ad idem de testi.significauit. supra de fide instrumen. cap.ultimo.ff.ad l. Aquil. si deletum. C.de testam. publicati, & uide quod plenè dixi de testi.causam.1.

ANNOTATIONES.

a ¶ Licet pereat instantia. Adde, quòd elapsa instantia,actor debet petere pronunciari instantiam peremptam culpa & facto rei, & eum condemnari in expensis, ita Bal.in l.properandum.§.illo, in fi.C.de iudi.& ibi Bart.Adde etiam Alex.consi.137.2.uolu. & ita d.Maria hic,qui dicit se obtinuisse in facto.

b In 1.glo.In hac glo.ibi,Omnia procedunt ab initio, not. quòd licet instantia pereat; tamen iurisdictio data, uel delegata non perijt; quod uerum,nisi ex fi.instan. dicatur terminus esse, sicut est in causa appellationis alteri delegata,nisi in c.ex parte,supra de restit,& ad hoc Inno.in c.consuluit,de offi.deleg.& ibi uide,quid si fertur absolutoria propter ineptam petitionẽ,an duret,uide quæ scripsi in c,examinata,de iudi.Archid.

c ¶Gof.& Host.In appellationum autem causis alia sunt statuta tẽpora,de quibus uide de appel.ex ratione,post Inno.per Io.And.

d ¶Non correctam.Pro ista opi.facit,quod no.Io.An. supra eo.examinata,super uerbo,nihilominus;& nota limitationem, quæ sequitur ad l.properandum.ad quod uide Bart.ff.de excu.tut.l.si cũ ipse,& Cyn.in l.fi.C.de adul.

e ¶Instantia.Ibi uide opi. Petr.de Bella Pertica per Ioan. And. & ad materiam plurium quæstionum Oldr.& aliorum.& an de consensu partium posset hunc terminum prorogare. & quid in termino limitato à statuto,& quid in causa coram arbitro,an triennio pereat instantia,uide in Spec.de arbi.§.differre,uersi.item, ut infra, & ibi uide Io.An.& de his plene per Sali.in l.properandum, præalle.& uide in l.scire oportet.§.consequens,ff.de excu.tut.

SVMMARIVM.

1 *Executioni sententia mandanda non obstantibus ferijs uindemialibus,& nu.13.*
Proprietatis, & possessionis causæ possunt coram diuersis iudicibus agitari, si actor,& reus diuersi sint fori,ibid. & numero 12.§.2.
Diuisio decretalis.ibid.
2 *Vltra dietas duas sufficit causam non committi, licet extra prouinciam,& hoc casu ualet rescriptum.*
3 *Quæst,hic correctiuè ponitur.*
Actio hic qua de re erat,ibid.ad uocem,Rectorem.
4 *Respondere quis non cogitur, nisi restituat rem, qua fuit spoliatus etiam pendente iudicio,& quibus casibus,nu.6.*
5 *Feudum quòd quicquid sit,quod est intra iurisdictionem castri feudalis,non sequitur, cum sit & allodium,iuncto nu.4. in fine, & electio rectoris non est feudalis.nu.12.*
Ad papam deferuntur quæstiones per simplicem querelam,uel appellationem,ibid.nu.5.uer.delata.
6 *Causa delata per appellationem quando dicatur.*
7 *Feriæ statuuntur diuersimodè secundùm diuersas locorum consuetudines; & quando in eis procedatur,nu.13.*
Electus in potestatem,cuius opponitur electioni, interim administrat,si inchoauerat,ibid.
8 *In potestatem nunquid ciuitas, uel uniuersitas quæcunque perpetuum eligere sibi possit,& nu.9.*
Officia perpetua nunquid expediat esse,ibid.& nu.9.
Ciuitas est uniuersitas comprobata,& quid facere queat,ibid.
Societas quandoque perpetuò contrahitur,ibid.uer.societas etiam.
9 *Honores,dignitates, & munera tempore digestorum temporalia erant, & rursus assumebantur interpolato tempore, & quænam sint perpetua,& ad hæredes transeant,ibid.*
Reges imperatores,& duces,qui perpetuò respectiuè durent, & ad hæredes etiam transmittant, eodem numero uersic. hæc locum habent.
Rectores, & Vicarij, ecclesiastici quandiu uiuunt, constituuntur ferè,ibid.
10 *Epilogus suffragium,& additio glossarum.nu.11.12.*
A super possessione sententia potest appellari.
In ferijs cur hic procedebatur, uariæ adducuntur rationes.
Guliel.Naso fuit aduocatus in hac causa,ibid.

CAPVT XXI.

1 SIgnificauerunt. Casus. Non obstante† exceptione temporis feriati propter uindemias mandanda est sententia executioni. uel secundùm Abb. cum actor,& reus sint diuersi fori,causa proprietatis, & possessionis potest coram diuersis iudicibus agitari,& sunt duæ partes.in prima partis conquestio.in secunda papæ prouisio. secunda ibi,Mandamus. Iterũ prima facit tria.primò ponit factum,& causæ delegationem bimembrem. secundò ibi, uerum, reorum exceptionem.tertiò ibi, respondente,replicationem
2 actorum.& uide † quia in superscriptione dicit Bono
a ni.[a] unde not. quòd secundum ista tempora sufficit, quòd causa non committatur ultra duas dietas, licet committatur extra prouinciam,de hoc.3. quæstione sexta,cap.neminem.potest dici,quòd hoc fuit de certa scientia papæ,uel non fuit excep. Goffr. qui tamen in sua quæstione.25.tenuit rescriptum ualere.ad idem infra de iniur.olim, & uide Hostien. in summa de rescrip.§.quæ obijci possunt, uer. centesimo [*Florentina*] concor.96.dist. si imperator alibi in masculino. infra
3 de homi. tua [*Vel quasi*] correctiuè † ponitur istud,uel ratio patet, infra titul. primo,conquestus, ibidem,In ipso castro [*Rectorem*] secularem, scilicet potestatem, Vincen.tamen uidetur intellexisse, quòd hic ageatur de iure patron. uel alio speciali iure eligendi, dicens, quòd

quòd de simplici spoliatione illius iuris potuit agi coram laico,sed de proprietate non etiam incidẽter, sed erraut. non enim quærebatur de elec.rectoris ecclesiæ,sed castri, & erat rector temporalis, & patet in fin. ibi,tempus regiminis &c. & ideò agit coram iudice se
4 culari,ut dixit prima glo.[*Coegit*]& sic† uel non ualuit responsio, uel saltem monaci restituendi fuerunt. supra quod metus causa, Abbas,& cap. ad audientiam. unde fuit eis prouidẽdum,ut primo respon,unde nobis, Hostien. [*Respondere*] suple, antequam electus per monacos esset per communitatem castri receptus,& in hoc grauabantur monaci.unde ad se.ap.appellauerunt, & papa commisit negocium, ut sequitur, & sic plana est decre.secundùm Hostien.etiam si dicatur castrum feudale:quod tamen non uidetur per id, quod
5 dicit,In seculari iudicio.nec sequitur,quòd † quicquid est intra iurisdictionem,sit de eius feudo:aliàs non haberet locum allodium,licet per uiolentiam talia multum usurpentur per dominos temporales,secundum eum [*Inuximus*] delata ad nos quæstione per simplicem querelam monacorum, uel appel. secundum alium intellectum Ho.[*Cogeretis*] non obstante,responsione facta per coactionem, & sic reuocatur grauamen,quod intulerat potestas secundùm Hostien.[*Au-*
6 *dituri*] per hoc † uidetur, quòd per appel. fuerit causa delata. Hæc enim forma in commissionibus appellationum solet apponi,ut probato grauamine proceda tur in alijs.supra cap. exhibita. de appel. ut debitus, & cap.ex parte.M.Hostien.[*Postea*] ergo non prius. & dixit hic Innocen. quòd siue à principio monasterium egit interdicto,unde ui,& adhuc spoliatum manet,siue à principio, uti posidetis, & post sententiam spoliatum fuit de nouo, quia negauerunt electum ab eis admittere in rectorem, semper legitima est hæc exceptio,Non respondebo de proprietate,nisi prius fuero restitutus. infra de ordi. cogni.cum dilectus.Idem esset,& si petitorio egisset,argumen.infra de appel. constitutus 2.ad fin.secundum eum [*Excipiendo*] contra petitionem monacorum,qui petebant executionẽ sententiæ iuxta primum membrum commisionis. hæc dico, quia super proprietate illi de castro erant acto-
7 res [*Feriarum*] secundum diuersas † locorum consuetu. hæ feriæ statuuntur diuersimodè. ff. de ferijs, l. præsides,Goffr.[*Electi*] prædicti.nunquid electus in potestatem,cuius electioni opponitur, interim administret, uide in spec.de censi.§.secundo, uersic.pen. & dicit,q̃ non, si non inchoauerat. uide etiam remiss. quas dabo,de dolo,contigit, super ulti. gloss. [*Elabantur*] fortè per annum durat rectoria, uel potestaria.ff. de ferijs.l.
8 pridie.Quærit hic † Hostien.nunquid ciuitas possit sibi eligere aliquem in perpetuum potestatem,idest quoad uixerit. Idem quærebat de quacunque uniuersitate,infra de immu. eccle.aduersus,quod uidetur, quia potestas quasi procurator,uel administrator uniuersitatis uidetur. at procur. in perpetuum constitui potest: ergo & potestas. vnde & Veneti perpetuum ducem sibi creant, & quandoq; reperiuntur officia perpetua.C.de murilegul.l.prima, li.duodecimo, & quia ciuitas est uniuersitas comprobata.ff. quod cuiusque uniuer.l.prima,& ius sibi constituit.ff.de iustitia,& iure.l.ius ciuile, & eius statuta sunt seruanda perpetuò. ff. de decre. ab ordi. fa. l. fina. Societas etiam contrahitur perpetuò.ff.pro socio.l.prima,& quilibet priuatus laicus,& liber potest se summittere alterius iurisdictioni.ff.de iudi.l.prima,& secunda,& etiam superior inferiori.ff.de iurisdi.omnium iud.est receptum,multo fortius ciuitas poterit perpetuum rectorem sibi elige re.ff.de orig.iur.l.secunda,§.deinde quia difficile,& §.eodem tempore, & §. nouissimè. & exercitus facit Imperatorem. 93. dist. legibus,& breuiter de iure est,

quòd cõgregatio eligit sibi rectorem in perpetuum. supra de elect.cap.primo.Sed contra,quia leges de of-
b ficijs loquentes nolunt illa esse perpetua, [b] C. de castren.l.prima.C.de decanis.l.prima.C.de messo.l. unica,C.de domesticis. l. lege pragmatica, C. de muri legul.l.æternam.C de consul.l.pen. C. de fabricen. l. secunda,ff.de offic.præto. vr.l.unica,ibi.ad tempus &c. ff.de offi.proconsi.meminisse. ff. de offi. præsi. si fortè. ff.de orig.iuris.l.secunda,§.populo deinde auct o.ff.de adulte.si adulterium. §.fina.& l.si maritus.1.respon.ff. de iniur.nec magistratibus. ff. de iudi. pars literarum, & in præalleg.l. ff. de ferijs, pridie, & hoc cum multis si.nec officia sunt continuanda,nedum perpetuanda, ut infra probabo. & est multiplex ratio. prima, quia non expedit reipub. ut summam potestatem habens sit perpetuus, ut præalleg.§. populo deinde,quod intelligendum est de perpetuitate, ut transeat ad hæredes,uel ab hoc summus princeps excipitur, ut ea.l.§. nouissime,ad hoc supra de elect.uenerabilem, ad fin. secunda,ne detur uia corruptioni, & ambitioni.C.de deca.l.1.lib.duodecimo.tertia,ut si delinquat.facilius corrigi possit.C.de suscep. præpo. & arca.l.nemtnem. libr.decimo, quarta,ne transeat ad hæredes,in auten. de defen.ciui.§.fi.colla. tertia,quinta,quia sic possent uniuersitates,& ciuitates subtrahere se à uero, & principali domino dando se sic forsan potentiori,ad hoc, quod legitur & not.de excess.prælat. dilecta, & de ali.
mu.iudi.causa fac.cap.fin.fol.dixit ipse Hostien.quòd
9 secundum iura † uetera digestorum honores,dignitates,& munera temporalia debent esse.ff.de muneri.& hon.l.honor.§.gerendorum. adeò,quòd non debent continuari in eandem personam,ut ibi, fallit in subsidium,ubi alij desunt,qui gerant.ff. de mune. & hono. ut gradatim.§.quotiens,& in sacerdotij dignitate,quę sponte repeti potest.ff.de munerib. & honori.l. sponte.& fuit in prædictis officijs ad prædictos honores regularis uocatio quinquennij,& ad alios triennij: ad legationem biennij.C.de mune.non conti.l.secunda,libro decimo,& per tantundem.tempus poterat in officio detineri,amplius non, etiam si consuetudo ciuitatis,aut decurionum auctoritas hoc desideraret, argu. C.de suscep. & ar. nemine, libro decimo. Hodie uerò solum per biennium in officio esse potest, & interpolato biennio iterum potest assumi, si placet ciuitati, aliter non,in auten.de defen.ciui.§.fin.colla.tertia,alitet aspirans,& desiderans promoueri, incidit in l.Iul. ambitus.C.ad.l.Iuliam.am.l.una.Ratio ne si promoti rempu. tenerent perpetuò occupatam, asperè dominarẽtur,& ne habeant occasionem delinquendi.ff.de ori.iur.l.secunda,§.deinde cum ærarium, & in auten. de defen.ciui.§.fin.ideò ult lex, quòd deponant officium, & rationem reddant. C. ut omnes tam ciuili. quàm mili.l.una.ubi uerò ciuitas,uel locus est sub dominio alicuius, hoc ei minus licet sine cõsensu illius, cuius subest,de excess.præla. dilectus,de offic. archid. ad hæc, ad fin. Hæc locum habent in secularibus rectoribus, & administratoribus creandis per electionem;secus in aliis,qui succedunt hæreditario iure,supra eodem nouit,uer.ut illud, de uoto,licet. Item secus in imperatoribus, regibus, & ducibus aliquibus, qui de antiqua, & approbata consue. perpetuò,idest quandiu uixerint, eliguntur, quibus tamen non succedunt hæredes. Exemplum in duce Venetiarum, & in Imperatore,de electione uenerabilem.§.fina.Item secus in rectoribus ecclesiasticis, qui perpetuò, idest quandiu uiuunt, constituuntur,plurimumque etiam si sint uicarij, de fide instru.G.perpetuus,de officio uica.cap.primo,& ultimò unde tales, quandiu bene regunt,non soluuntur. mors uerò omnia soluit, in auten.de nup.§. deinceps autem, Hostien. de regimine

ciuitatis

ciuitatis Romanæ tene, quod habes. infra de elec. fundamenta, lib. sexto [*& infra*] hic deciditur, quòd quia iudices non procedebant, abbas, & monaci conquesti sunt papæ, ut patet in antiqua, sic supra cap. proxi.
10 ¶ Secunda † gl. mistim, dupliciter obiicit, & soluit satis clarè. ¶ Glo. ulti. tractat de ferijs fauore hominum introductis, & quomodo illis renunciatur, alijs non, & quomodo ex causa tunc quis cogitur litigare. ¶ *In*
11 † *gloss. 1. ibi, iuris ordinem*] ibi dicitur, quòd peruerteretur
12 ordo iuris, si reus sequeretur forum actoris. ¶ *In* † *glo. 1. in fine*] & est expressum in Clem. de sequestra. pos. cap.
b uno, [b] & ab ea potest appellari, de hoc infra de resti. spo. cum ad sedem, in fi. primæ gl. ¶ *In gl. secunda ibi, & hoc locum habet*] circa hanc determinationem omnino uide, quòd scripsi in spe. de rescrip. præsenta. §. ult. super uer. item quòd facit [c] [*& ibi, eiusdem fori*] sed obiicitur, Istud castrum dicitur esse de feudo communitatis Florentiæ, ergo in hoc communitas castri, & monaci erant eiusdem fori. infra tit. 1. ex transmissa, & c. uerum. so. licet ponamus, quòd castrũ est feudale; electio tamen non est feudalis. uel dic, ut dixi super uer. respondere, Hostien. [*& ibi, non poterant*] infra de iure patro. relatum. 2. re spon. ff. de iudi. l. secũda, §. sed & si, & C. qui legi. per. l. ult. Phi. ¶ *In glo. ult. ibi, elabantur*] idem
d Host. [d] vel secundum Gui. Na. qui dicit se fuisse † aduo-
13 catum in hac causa, ideo fuerunt compulsi; quia tota communitas circa uindemias non poterat occupari, & per unum sindicum litigat. ff. quod cuiusque uni. l. 1. huius contrarium no. Innocen. de ferijs, cõquestus. uel dic secundum Inno. quòd ideò, quia de regimine reipublicæ agebatur, & in ferijs causæ publicæ tractãtur. C. de ferijs. l. publicas. vnde sicut fiscales & publicæ tunc agũtur, sic & causæ ecclesiarum. Dixit Hosti. infra de ferijs. c. fi. istud posse locum habere, quando ecclesia habens causam contra laicum, ad hoc instat: secus, si laicus. C. de legibus, quod fauore: fatet tamen hoc non seruari. uel dic ſm Vin. & Phil. quod hic agebatur de executione sniæ. & sic nõ obstantibus ferijs nindemiarum mandatur sniæ executioni. & hoc dicit decre. ad hoc, de pœni. di. 1. Adam. 2. q. 1. sicut. & idem
e esset in aliis solennib. ferijs, uel repentinis. C. de ferijs [e] l. j. [*Et in fi.*] uel cum actio est peritura tempore. ff. de ferijs. l. 1. §. sed excipiuntur, & l. solet. vel sicut tutores, & curatores dantur tpe feriato. ff. e. l. 2. sic & rectores, ut hic, Gof. Idem in alijs, q̃ facti celeritatẽ desiderãt, & in quibus mora periculum inducit. ff. de dam. infec. l. 1. Vincen. pone, magister iuxta scholas alterius magistri scholas conducit: uoces sonoræ ad inuicem confundunt, depellit ultimũ primus. C. de stu. li. ur. Ro. & con. l. una, lib. 11. & causa tractari poterit his diebus, secundum Hostien. dicit hic Pet. d. Eg. dixisse, quòd tempore istius decre. in curte istius castri non erãt uineæ. & ideò fuit exceptio repulsa: hoc tamen non iuaret, si tunc aliunde parant sibi uina, ut dicam. infra de ferijs, conquestus, in gl. prolixè, in fi. Alij dicunt, quòd tempus erat feriatum Bono, sed non in Tuscia,
f quia tardius [f] colligunt uina.

ANNOTATIONES.

a ¶ Dicit Bononiæ. Adde secundum Io, de Imo. in c. fi. de re. permu, quòd Bononia, de qua fit mentio hic, est in finibus Lombardiæ, Tusciæ, & Romandiolæ. Dominicus uerò in c. statutum, de reser. in 6. dicit, quòd est in Romandiola.

b Illa esse perpetua. Adde istud procedere in rectoribus assumptis per electionem: secus in succedentibus iure hæreditario, secundũ Host. & do. Ant. hic per c. licet, de uoto.

c ¶ Posset c. uno. Ista est communis opi. canonistarum, quam sequuntur Pau. Laudu. Zenze. & alij Moderni in præcedenti Cle. Bartol. autem hunc articulum latius aggreditur, quem uide in l. 2. ff. de appel. recip. & uide de hac materia in spec. de appell. §. in quibus, uersi. 6. ubi etiam Io. An. ponit ad propositum notabilem. q. Gui. de Suza. & uide Bal. in l. post sententiam, C. de senten. et interloc. omnium iudi. ubi notabiliter loquitur.

d Ver. item quod facit. Quia determinatio ista glo. & hoc locum habet, & non conuenit delegato, nec ordinario, finita lite ex causis uel proprietatis, uel possessionis, ibi uide Ioan. And.

e ¶ Idem Host. Agitur ergo secundum gl. hic tempore feriato, quòd res tempore peribat: quia labebatur inutiliter ipsi electio; qd uidetur limitandum per §. fi. in l. 1. ff. de feriis, ut eatenus agat tempore feriato, quatenus sit sublatum istud incommodum, & ista necessitas, & non ultra, & uide ibi Bar. & in l. 1. §. nunciatio, ff. de noui ope. nunc. & in l. senatus, ff. de off. præsi.

f ¶ C. de feriis. Vide Ioan. And. in Spe. de lib. conce. §. nunc dicendũ uers. 25. & ibi ad declarationem huius ponit. q. singu. Azo.

g ¶ Quia tardius. Ad id autem, quod hic dixit glo. libellum posse offerri die feriata, uide omino Bal. in l. 1. C. qui admit. ad bo. possess. possunt.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, uel œconomia tituli.*
De fori competentia ubi alibi præterquam hic tradatur, ibid. uer. habetur mate.
2 *Forum in neutro ponitur pro territorio cuiusque iudicis, & quod intra ipsum fieri possit ab eo.*
Diœcesis tota dicitur territorium episcopi, non extra.
3 *Forus in masculino quæ significet.*

De foro competenti. Rub.

1 ¶ Quia † rei ad iudicia uocati frequenter excipiũt de foro, & solet plerunque dubitari, quod forum sic excipiens sequi debeat, ideò post tractatum &c. Goffr. hĩ materia 96. dis. 3. q. 6. & 6. q. 3. & 4. 11. q. 1. 21. q. 5. per totũ, & repetitur in Vi. & Clemen. congruit Rubri. de uerb. sig. forus, in prin. e. tit. super quibusdam. §. fi. & c. nouimus, li. 6. de priuil. c. 1. de sen. ex. si iudex, & Clem.
2 de re iud. pastoralis. Dixit † Ho. forũ in neutro ponitur pro territorio cuiusq; iudicis, infra quod pt in facinorosos aĩaduertere. ff. de verb. sig. pupillus. §. territoriũ. vnde & tota diœcesis dicitur territorium episcopi. 26. quæstione septima, omnes basilicæ. extra quod impu
3 ne non paretur, de consti. cap. 2. li. 6. Dicitur † forus in masculino locus, ubi ius reddit. infra de uerb. sig. nundinæ forus. secundò dicitur forus locus, in quo fiunt unde dicit Ouidius, Ad fora conueniunt, quis unquã credet amori. tertiò dicitur forus locus, quo calcantur uuæ. scilicet calcatorium. quartò quædam spacia plana in nauibus, de quibus Virgilius, Laxatque foros. hoc est tabulatum in naui. & dicitur à ferẽdo pro eo, quòd homines fert. quintò foramen in naui, per quod remus emittitur, à forando, siue perforando: quia perforatur. unde forulus dicitur bursa, siue scriptoriũ, eo q̃ crebrò sit perforatũ ad pẽnas, & cornua imponenda; & dicit hoc iungendum in summa, co. ti.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram suo episcopo conueniri debet.*
2 *Negocium pro causa, siue quæstione.*
Episcopi forum duobus modis quis relinquit, ibid.
3 *Supplementum ad contextum.*
Consilium à consensu differat, ibid.
4 *Epilogus, & additio glossarum.*
Cap. iudices. 11. q. 1. & c. si auten. 15. q. 7. c. quæstionum. §. quem no. cum hac decretali conciliatio, ibid. & intellectus, ibid.
Commissio, siue delegatio ordinarij ualet sine consensu partium, saluo iure recusationis, ibid.

CAPVT I.

1 Iquis. Casus. Clericus † coram suo episcopo cõueniri debet [*Clericus*] uel laicus [*Clericum*] secus, si aduersus laicum infra eod. cum sit, Goff. [*Negocium*] idest causam † siue quæstionem. infra de uerbo. sign. forus [*proprium*] ipsius rei. 11. q. 1. ex periẽtiæ, Pe. [*sed prius*] hoc dicit, quia per ap. posset ad metropoli. deuolui Ho. Vel propter epi negligentiam, Pe. [*Consilio*] & † consensu. non enim hoc casu sufficit consiliũ. infra c. proxi. & c. Romana, Ho. cõcor. de offi. dele. uenerabili. ¶ Vltima † gl. ad id, quod

quod dicit textus, q̃ utraq; pars eligit iudices, scilicet duo contraria. primum, q̃ solus actor. secundum, q̃
5 solus reus. ¶ *In* † *glo. 2. in fine*] vel propriè, si de uoluntate fuerit proponentis, Goff. ¶ *In gl. 3. in fine*] secundùm Vin. ¶ *In gloss. ulti. ibi, cum. R.*] ubi de hoc [*& in fine.*] Idem Hosti. imò teneret, si loquatur in causa criminali episcopi. presbyteri, uel diaconi. 15. q. 7. si autem, dicebat Ala. illud intelligitur secundum istud. Item contra, q̃ neuter habeat consentire, de offi. deleg. super quæstio num. §. quem no. & §. fin. so. quod hic dicitur de consensu partium, est consilium, ne possit recusari, ut e. c. §. uerum. facit, infra e. si quis contra: ualet tamen commissio sine consensu facta, saluo iure recusationis, ut in contrario.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis, si clericis per se distringit, uel condemnat, excommunicari debet, nisi in casibus. nu. 3. uide nu. 4. & nu. 6. & 7.*
2 *Clerici nomine hic accipitur etiam primam tonsuram tantum habens etiam coniugatus, & alij, & qui.*
3 *Pontificis appellatio Papam, & episcopum comprendit.*
4 *Condemnare qualiter hic accipiatur.*
5 *Iniuria clericorum pertinet ad Christum.*
Clerici legatione Christi funguntur, ibid.
6 *Epilogus, & additio glossarum.*
Argumentum à contrario quibus uacet casibus, eod. nu. §. in gloss. hic uacat.

CAPVT II.

1 Nvllus. Casus. Iudex † secularis, si clericum per se distringit, uel condemnat, excommunicari debet. & quidã habent hoc capitulum pro palea. 11. q. 1. c.
2 2. & duo facit. prohibet, & pœnam adijcit, ibi, quòd si 2 [*clericum*] etiam † si primam tonsuram tantum habeat, de hoc, supra tit. 1. cum non ab homine, Hosti. [*Vlium*] etiam coniugatum, non bigamum, si incedit in habitu, & tonsura. infra de cleri. co. c. uno, lib. 6. ubi de hoc concilio fit mentio [*Iuniores*] uel ianitores, Vinc. & isti iuniores senioribus sub custodia commendantur. 12.
3 q. 1. omnis ętas, Vin. [*Pontificis*] ideſt papę, qui solus potest hæc generaliter concedere, ut nõt. supra de arbit. contingit. uel ideſt episcopi, qui hoc potest concedere in casibus, ut infra de sen. ex. ut famę. §. laici, & supra ti. 1. cum nõ ab homine, Host. [*Distringere*] clericos, uel in loco aliquo ipsos inuitos detinere. infra de sen. ex.
4 nuper, Host. [*Condemnare*] si † iuniores, uel seruientes. nã clericum etiam de permissu episcopi condẽnare non posset. infra eo. significasti. uel dic condemnare, s. clericos, ideſt ad condemnandum coram episcopo inuitos ducere etiam depositos. supra ti. 1. cum non ab ho
5 mine, Ho. [*Iniuriam*] iniuria † clericorum ad Christum 1 pertinet, cuius legatione funguntur. 2. q. 7. accusatio, in fine, Gof. [*Emendet*] infra de uer. sig. ex parte. i. & c. cũ
6 olim, Host. ¶ Secunda † glo. quærit. quarta excipit. ¶ *In 1. glo. in fine*] uel etiã ecclesiasticorum quò ad clericos alienos, in quos non debent mittere falcem. 6. q. 3. scriptum, secundùm Vincen. & Fran. ¶ *In glo. 2. ibi, potest dici*] secundùm Tan. & Vin. [*& ibi censentur*[a]] adde, quod no. 89. dist. iudicatum. 11. q. 1. c. 2. & in spe. de compe. iudi. adi. §. 1. uer. 27. & uide quod dixi de officio deleg. si-
b gnificantibus, in glo. ex quo [b] [*Et in fi.*] uel fortè conuersos, infra de senten. excom. parochianos, Phi. Ho. & Ab. ¶ *In glo. hic uacat, ibi, à contraria*] simile. 1. quæst. 1. quos constiterit, cum suis concor. & quod no ea. q. fi qui à simoniacis, in ulti. gl. & dixi de hoc, supra de electione publicato, super gl. fi. [*& in fine*] uel non uacat, si intelligatur condemnare in causa meræ ciuili secundum ea, quæ not. supra titul. proxi. c. 2. & 96. dist. bene
7 quidem. ¶ † *In glo. nisi, ibi, reconuentionis*] in causa feudali. supra titu. proxi. cæterum, & in casu, eod. titul. cum
8 non ab homine, Goff. & quando inuocat † episcopus brachium seculare, ut hic, de offic. ordi. cap. 1. Sunt & alij casus notati in summa. de senten. excomm. §. quis posit excommunicare, sub. §. sub illo autem canone. Host. [*& in fine*] quod dic, ut no. 3. quæst. 11. in summa.
c ¶ *In glo. ult. in fine*] nisi fieret districtio [c] in persona.

ANNOTATIONES.

a ¶ Censentur. Ad hoc facit, quod dicit Io. And. in c. fi. de sta. mo. an familia scholaris gaudeat priuilegio scholarium, ad hoc no. in c. fi cet, de priuilegijs. libr. 6. & not. in auten. habita, C. ne fil. pro patre, Archi.

b ¶ In glo. ex quo. Famuli ergo clericorum gaudent ipsorum priuilegio: quod facit, quòd famuli scholarium gaudent ipsorum priuilegio, de quo uide per doc. & maxime per dom. Bartho. de Saly. in auct. habita, C. ne fil. pro patre, & ibi hoc tenet. & quòd reseruatio papæ de beneficijs familiarium suorum includit beneficia familiarium, ad hoc optime. l. quæsitum. §. sed an instrumentum. ff. de fun. instruc. & ff. de pecu. leg. l. dominus. §. 1.

c ¶ Fieret districtio in personam, ut 17. q. 4. si quis suadente, & cum tex. dicat, sit sequestratus, & sic per uerbum præsens loquatur, uideretur ipso iure legari; uide glo. in c. 2. de hære. lib. 6. & Bald. & Bar. in l. iubemus nulli, C. de epis. & cler. & glo. in l. in criminali, C. de iurisd. om. iud. & ibi Cy. & Bartho. de Saly. & Bar. in l. imperator. ff. de iur. fis; & uide in c. fi. de iura. calum. ubi latius de hoc: potest tamen dici gl. uera: quia sic iure expressum est in iuribus alleg. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Forum quis sortitur ratione rei, de qua agitur. uide num. 2. & 3. an & quando in personam. nu. 3.*
2 *Resolutio uerbi in alia uerba.*
Primãs pro archiepiscopo, ibid.
Subaudiri quid hic non debet, ibid. ad dictio. prouincia.
3 *Limites prouinciarum si non sint certi, quid iuris in sortiendo forum.*
Iudex ratione rei non habet iurisdictionem in personam domini rei, nisi in casu, ibid. ad dictio. Locus.
4 *Suffragium glossarum.*
Agere ubi oporteat, & nu. 5. §. 1.
Forum quibus quis modis sortiatur. ibid.
5 *Iudices dare primãs, de quo fit hic mentio, quando intelligatur.*

CAPVT III.

1 Sine. Casus. Rationem † rei, de qua agitur, sortitur quis forum. & pars huius de arbit. capit. 1, [*Causa*] realis, ut infra patet ibi locus, &c. [*Versatur*] ideſt † uerti speratur, Pet. & Ab. [*Diuersarum*] si enim esset eiusdem, nulla esset dubitatio. [*Primãs*] ideſt archiepiscopus. nec enim est uis in nominibus. supra de offi. ordi. duo simul, de procura. petitio, Hosti. [*Det iudices*] aliàs diu dicet [*prouincia*] sub. Goff. uel is, in cuius diœcesi reus habet domicilium. Nam coram utroque potest conueniri. C. ubi in rem actio. l. fin. ubi de hoc: sed secundùm Host. facilè erat hoc iniungere, si hoc intellexisset, de decimis, ad audientiam. unde per hoc uideretur semper agendum coram iudice, sub quo sita est res; de hoc notauit, supra de rescriptis, dilectus. 2. ubi etiam Inno. tenens primum, alle. ad id. C. de præscrip. long. tempo. l. fina. & uide quod ibi dixi super gloss. secunda, de opi. Azo. & Goff. not. in summa huius tit. §. Item sortitur quis fo-
3 rum ratione rei. Quid † si non est certum de limitibus prouinciarum? tunc uidetur, quòd uterque causam audire, uel committere debeat, argu. infra de sentent.
a excommu. cum illorum. §. si uerò claustralis, [a] uel recurratur ad papam, supra de offic. delegat. cap. 2. Host. Ne sint iudices in propria causa [*Locus*] dixit Vincẽ. q̃ si Bon. propter rem, quam habet Mutinæ, citetur per Mutinensem episcopum, licet non compareat

per illum excõmunicari non potest: quia non habet iurisdictionem in personam, sed in rem, vnde missionem in eam facere potest. infra eo. Roma. §. 9hentes, lib. 6. si verò contumax ei, qui missus est, violentiã inferret, rõne huius delicti eum excõicare posset, secun
b dùm eũ [b] [*contenditur*] vel eligantur arbitri, & tunc &c.
4 supra de arbi. c. 1. ¶ *In† glo. 2. ibi, si uero*] agrorum tributa soluuntur ciuitati, in cuius territorio sunt, & not. de paroch. c. fi. in ult. glo. [*& ibi, actor*] l. fi. est, & dicit, possessorem conueniri reali in loco, vbi domicilium habet, & vbi sita est res [*& ibi, si prædium*] si prædium minoris alienetur, auctorizat iudex loci, in quo est prædiũ [*& ibi. l. ulti.*] ista lex videtur facere contra, quæ vult in loco domicilij reum conueniri posse pro re, quæ est
5 extra prouinciam. ¶ *In† fine 1. gl.*] vel remotus est à partibus ultra duas dietas, tũc dabit iudices propinquiores, nisi impediatur ex iusta causa, puta quia subditi suffraganeorum nolunt recipere. supra de offic. or. pastoralis, Vin. ¶ *In gl. 2. ibi, forum*] alios quosdam modos, quibus quis forum sortitur, not. hic Pet. & Ab. uidebis, infra cap. fin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Si uerò clauſtralis. Imò uidetur, quòd mutuo ſe impediunt, arg. ff. de teſta. tu. l. duo ſunt Titij, & glo. no. in c. ex tenore, de reſcrip. dici poteſt, glo. loqui in delegatis: quia incertitudo inutilem reddit delegationem: hic in ordinarijs, de quorum iuriſdictione conſtat, & uide Io. And. in Spec. de rapto. §. 1.

b ¶ Secundum eum. Intellige, ſi uiolentiam in dioece. Mutinẽ. commiſit, iuxta not. in §. contrahentes, aliàs, ſi illam non ingreditur, ut ibi nota. ſecus eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram epiſcopo ſuo conueniendus eſt.*
Ordinarius epiſcopus ſi recuſatur, dabit delegatum partibus non ſuſpectum, ibid. cui committit uices ſuas, nu. 2.
Diuiſio decretalis, ibid.
2 *Recuſationis ordinarij formula.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
Delegatus ab ordinario, an exequatur ſententiam ſuam, nu. 7. & 8.
6 *Suppletio gloſſarum.*
Appellari ad quem poſſit à delegato ordinarij recuſati, eod. num. 6. uer. Dixit hic Vincen.
8 *Delegatus principis quæ ſpecialia habeat, quæ non habeat delegatus ordinarij.*
9 *Officialis, ſiue Vicarius ordinarij habet ordinariam.*

CAPVT IIII.

1 SI quis. Caſus. coram† epiſcopo ſuo conueniẽdus eſt clericus, qui ſi recuſatur, dabit delegatum partibus nõ ſuſpectum. & duo facit. primò prouidet reo. ſecundò ibi, Aut ſi actori. & hoc dupliciter. primò circa delegationem. ſecundò circa executionem ibi, A quibus, & dic [*ſi quis*] clericus, uel laicus, Pet. [*Adeat.*] ſupra c. 1. [*Qui*] epiſcopus clerici rei [*Recuſatus*] à
2 reo, uel etiam ab actore, Ho. qui† dicere poterit, Domine, habeo cauſam contra Pe. & quia uos habeo ſuſpectum; peto iudicem, vel appello ad archiepiſcopũ. & ſi itur ad arbitros, citabitur aduerſarius, ut interſit: quia contra eum recuſatur, ar. de ap. cum ſpeciali. 11. q. 1. peruenit. Vin. [*Qui*] ſup. aliquis. T. [*Iudices*] quibus
3 † committet epiſcopus vices ſuas. vel dic iudices, ideſt arbitros. primum uerius [*Compleatur*] ideſt executioni
4 mandetur, Pet. ¶ Secunda† glo. poſt princ. quærit ad quem appelletur &c. ¶ Quarta reſpõdet per modum quæſtionis, an delegatus ordinarij ſententiam ſuam exequi poſsit, alle. & non tenet contrarium, quod poſtea modificat. ¶ *In† gl. hoc ideo, ibi, à diuo Pio 1. reſpon.*] vt infra ſequitur, lex iſta affirmatiuè loquitur, ſic à diuo Pio reſcriptum eſt, iudicum à ſe datorum, vel arbitrorum ſententiam exequantur ij, qui eos dederũt. [*& ibi, iubere*] ibi dicitur, & in poſſeſsionẽ mittere magis eſt imperij, quàm iuriſdictionis. ¶ *In† gl. 1. in fi.*] hic
6 non refertur quæſtio, quin ſit ſuſpectus: ſed ibi de hoc quæſtio refertur, ſecundùm Goſ. ¶ *In glo. 2. quia ordinarius*] de delegato dic, ut de offi. dele. iudex, lib. 6. [*& ibi, poteſt dici*] hoc eſt tutius, Hoſt. [*& ibi, omiſſo medio*] dixit hic Vin. & Hoſti. & Guil. in ſpe. de ap. §. nunc tractemus, in fin. 1. columnæ, quòd hoc non obſtante poteſt ad archiepiſcopum appellari: quia cum epiſcopus ſit recuſatus, remotum eſt medium, Ab. ar. infra de offi. dele. ſi is cui, & c. ſi à ſubdelegato, lib. 6. ad hanc partem facit, infra de ap. dilectis. Dicebat. T. & Phi. appellabitur ad ſuperiorem, non ad epiſcopum, qui eũ delegauit [*& ibi, ſatis poſſet*] Vin. contra [*& ibi, Committatur*] ſequetur abſurdum. quid ſi committat deteriori? & non licebit tertiò appellare. Item ſi committat duobus, qui ferant contrarias ſententias, ipſe hãbebit alteram approbare. infra de re iudic. ca. ulti: Hoſti. [*Et inſi.*] & 11. quæſt. 1. presbyteri. ad illa iura tenens, quòd ad ſuperiorem recuſati ſit appellandum, non habet reſpondere: quia faciũt pro ipſo, & facit etiam, quod ibi no. Ioan. in cap. placuit [¶ *In glo. ſupra dixit, ibi, dictum eſt*] vel quia fortè impeditus circa hoc non poſſet in-
7 tendere [*& ibi peruenit*] ubi de hoc. ¶ *In† glo. hoc ideo*] no. Ioan. & Inno. de offic. ordi. cum ab eccleſiarum, ubi ui de ſuper uer. obſeruari, & Gof. de offic. deleg. ex literis. ſed ipſi. Idem Gof. hic, & Innoc. de arbi. innotuit, tenent contrarium, & Bertran. Lau. T. Vin. Phi. & Hoſt. per prædictam. l. à diuo, & Ber. Brix. videtur eis fauere, & Guil. in ſpec. titu. 1. §. 1. in fi. de hoc etiam de ſenten. excom. §. 2. in prin. & Bonagui. qui not. hic.
8 4. ſpecialia† in dele. principis, quæ non habet delegatus ordi. primum hoc, & ille exequitur, iſte non. de hoc ſupra ſecũdum, quòd ille delegat, iſte non. ſupra e. paſtoralis. C. de iudi. à iudice. 3. quòd ille citare poteſt per edicta. ſupra de offi. deleg. paſtoralis. 2. reſpon. melius. eod. titul. gratum, in princ. iſte non. C. de iudi. ſancimus. uide quod no. in ſpec. de cita. §. ſequitur uidere, uer. Et nota ſecundùm Vbertum, & quod poſt Hoſt. dixi in prædicta decre. gratum. in princip. 4. caſum. ſupra de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §. porrò. & hoc prius notauerunt Pet. & Abb. de offi. deleg. ſi-
9 gnificaſti [*& ibi, officialis*] de iſto † non negatur, cum habeat ordinariam, iuxta ea, quæ not. de offic. uica. licet. lib. 6. [*& ibi, ſententias ſuas*] ar. ad hoc, infra de offi. ordi. cap. 1. in fin. lib. 6. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] de hoc ſupra de offi. deleg. quærenti.

SVMMARIVM.

1 *Laicus, à quo clericus, uel eccleſia rem uendicat, debet coram iudice ſuo laico conueniri, & in quibus caſibus. ibid. & nu. 3.*
2 *Clericus agit nomine eccleſiæ ſibi commiſſæ, per negationem fit res dubia, ibid.*
Exceptio declinatoria fori, quæ etiam poteſt negocium principale tangere, quo caſu non inducat litis conteſtationem.
Proteſtatio de non conſentiendo excludit à litis conteſtatione proteſtantem, & quando ibid.
Fori declinatoria ſi proponitur ex cauſa rei, quæ poſſit huius, uel alterius fori eſſe, ſummariene cognoſcatur, & quid, ibid.
3 *Rigor, & ſtrictum ius pro eiſdem accipiuntur, qui rigor non ſeruatur in cauſis eccleſiaſticis, ibid.*
4 *Cap. ſi quis presbyter. 2. q. 5. intellectus.*
Conſuetudo dat iuriſdictionem, ibid. & eſt fauorabilis, nu. 6.
5 *Suffragium gloſſarum.*
Forum rei etiam accuſator ſequitur, ibid. idem in nu. 1. & de conſuetudine contraria. nu. 6.
6 *Additio gloſſarum.*

CAPVT

CAPVT V.

1 SI clericus. Caſus. Laicus† à quo clericus, uel eccleſia rem uẽdicat, debet coram iudice laico conueniri. Et ponit dictum, rationem dicti, & contrariam localem obſeruantiam. partes patent [*Suis*] ideſt quas dicit eſſe ſuas proprias patrimoniales, & peculiares, de peculio cler per totum, Hoſt. hoc autem ſecundùm Inno. ideò dicit, quia ſi conſtat res, quas laicus poſsidet, eſſe eccleſię, uel ſi agatur ex legato, locato, uel ſi. actionibus, coram iudice eccleſiaſtico agi debet. hoc non placet Hoſt. qui dicit, & textus iſte omnino contradicit, niſi ratione priuilegij, uel conſuetudinis aliud dica
2 tur [*Eccleſiæ*] ſibi† commiſſæ, cuius nomine actionem exercet, ſupra tit. 1. cum deputati, Hoſt. [*Laicus*] conue
a niendus [*Non eccleſiæ*] & ſic per negationem fit res dubia [a]. infra, de reſti. ſpo. Piſanis, ubi de hoc, Hoſt. [*Aſſeuerat*] hæc uerba dicebat laicus non ad iudicij ordina-
b tionem, ſed ad fori excluſionẽ [b]. Dicebant igitur Pet. & Abb. & reus dicebat hæc uerba extra iudicium, uel coram iudice eccleſiaſtico proteſtãdo, & per hæc uer
c ba non intendebat [c] conſentire in iudicem, uel litem conteſtari: aliàs eſſet lis cõteſtata, nec competeret poſtea declinatoria fori, de offi. deleg. in ſinuante. primò ergo ſecundùm Goffr. uidetur examinandum, an reſit eccleſiaſtica, infrà, de teſtibus, ueniens. 2. & fiet hoc ſummariè, & ſine præiudicio principalis quæſtionis, arg. ff. de liber. agno. l. ſi quis à liberis §. ſi uel parens. & ſi apparet eccleſiaſtica, coram iudice eccleſiaſtico cognoſcetur: aliàs ad ſecularem remittetur, & m Goff. arff. de iud. l. ſi quis ex aliena. Sed nõ placet omnino hęc glo. Goff. Hoſt. pro quo facit, quod dicam, infra eod. cum ſit. Dixit Vincẽ. infra eod. conqueſtus, & ſi laicus negat raptũ, uel inuaſum, iudex eccleſiaſticus cognoſcet, quouſque intelligat, & non eſt ſua iuriſdictio, & tunc condemnabit clericum in expenſis, & remittet ad iudicem ſuum, de appe. ut debitus, & c. cum ſpecia
3 li [*De rigore*] ideſt de ſtricto iure, qui non ſemper ſeruatur in cauſis eccleſiaſticis, infra de dolo, & contum. c. 1. ſupra tit. 1. dilecti, Hoſt. [*Trahi*] niſi agatur de ſpoliatione, uel oppreſsione, infra eo. cum ſit, Inno. [*Pleriſque*] de alien. mut. iudi. ca. c. 2. uide quod ibi dixi ſuper
4 gl. 1. & ſecundùm hanc conſuet. poteſt intelligi. 2. q. 5. ſi quis preſbyter, & ibi not. [*Paribus*] ut Pariſijs, infra eo. quod clericis, Pet. [*De conſuet.*] quæ iuriſdictionem dat, infra eod. cum contingat. ſed nunquid laico ita ui
5 detur, ſupra, de arb. innotuit, dic ut ibi, Hoſt. ¶ *In† glo. 1. ibi, in criminali*] ibi in criminali negocio rei forum ac cuſator ſequatur [*& ibi. l. ult.*] uide ſupra eo. ſanè, ſuper gl. 2. † *& ibi, quia etiam*] ibi, ſi cum eo, quia alterius prouincię eſt, experiar, in illius prouincia experiri debeo † *& ibi. 1. reſpon.*] ibi dicitur, & habens cauſam pecuniariam contra clericum, prius adeat ipſius epiſcopum.
6 ¶ *In† glo. ult. ibi, prædicta eſt*] ſed eſt ſeruanda, quia fauorabilis. 11. diſt. in his, Pe. & Abb. [*& ibi, quæſtione*] ſupra tit. 1. c. fi. de reſtit. in integ. conſtitutus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Dubia. Adde gloſ. in c. ueniens, de reſti. & glo. magnam in c. 1. de offic. deleg. in 6. adde etiam Bald. in l. 3. C. qui ad liber.

b ¶ Fori excluſionem. Poteſt ergo excipi taliter, quòd ipſa exceptio tangat principale negocium, & iuriſdictionem, exceptio ergo declinatoria, quæ etiam poteſt negocium principale contingere, non inducit litis conteſt. ſed declinat iudicem, uide Innoc. de reſcrip. ſuper litteris, & Io. And. in c. Romana. §. contrahentes, iſto titulo, lib. 6. & Ioan. Cald. de rapto. c. 1. & pleniſſimè per Bar. in l. præſcrip. C. ſi contra ius, uel utili. publi. ex quo enim negans factum in iudicio deducat, licet aliàs inducat lit. conteſta. ubi tamen talis negatio iuriſdictionem etiam concernit, & illam elidit, non fit lit. conteſta.

c ¶ Intendebat. Vide de hoc Innoc. in c. ſuper litteris, de reſcriptis. & d. Pet. de Anch. in regula, ea, quæ, de reg. iur. lib. 6. & quod ſcripſi. 3. q. 6. §. exceptio, Archid.

SVMMARIVM.

1 *Feudi quæſtio debet per dominum terminari; excipitur caſus, ibid. & alius, num. 2. in fine, uide num. 6.*
Dominus feudi poteſt eſſe delegatus in cauſa feudi, & nihilominus recuſari poteſt.
Recuſationem legitimam non uidetur auferre, dando iudicem delegatum dominum, niſi dicat expreſsè; & eſt exceptio hæc legitima, ibid. uerſi. non enim.
Decretalis hæc cui ſcribebatur, quis erat, ibid. uerſi. uel dic ſecundùm Innoc.
3 *Vaſallo dominus præcipere poteſt ſub debito fidelitatis, & quò ad quæ, iurat enim domino fidelitatem, ibid.*
4 *De obedientia non ſemper iuratur, ibid.*
5 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum.*
Decretalis huius caſus qui, ibid.
Laicus in qualibet cauſa poteſt trahi coram eccleſiaſtico iudice, ſecundum generalem conſuetudinem Gallicanam, eod. nume. uerſi. unde dicebat.
6 *Domino inuito coram delegato etiam uolentes partes uaſalli litigare nequeunt.*
Declinatoriam, qui proponit contra delegatum non tenetur ſatisfacere redeundo ad eum, domino negligente, ibid.

CAPVT VI.

1 EX tranſmiſſa. Caſus. Quæſtio feudi debet per dominum terminari: qui ſi negligit, eccleſiaſticus iudex, aliàs ſuperior eius hoc faciet. & ponitur primò partis conqueſtio. ſecundò Pa-
2 pæ prouiſio [*Eccleſiæ tuæ*] hic patet, quòd dominus† poteſt eſſe iudex delegatus inter homines ſuos, argumẽ. contra, ut lite non conteſta. accedens. ſecundo, ſo. licet Papa domino iſtorum militum commiſerit cauſam ex certa ſcientia; nihilominus tamen recuſari po
a teſt. non enim uidemus cauſam & rationem [a], quare
b Papa uelit auferre parti legitimam recuſationem [b], niſi dicat, non obſtante exceptione recuſationis, Innocent. quod dic, ut de officio deleg. ex parte, ſecundo, & quòd hæc ſit legitima exceptio, eſt expreſſum, de officio delegat. cauſam quæ, Hoſtienſ. uel dic, ſecundùm Innocent. quòd ad hunc, cui ſcribebatur, pertinebat ordinariè cognoſcere de hac cauſa, tanquam ad dominum ſuperiorem, à quo tenebatur feudum. & ideo uel in defectum medii domini, uel quia appellatum erat ad ipſum, ad eum, & non ad ordinarium cognitio pertinebat; de hoc ſupra, de iudic. cæterum. Alia littera eccleſiæ Trecenſis; & uidetur melior, ſecundùm Hoſtienſ. [*Poſſeſſione*] quò ad ipſius utile dominium. nam ſi uendicaſſet directum, dominus non eſſet iudex, iuxta notat. ſupra titulo primo.
3 cæterum [*Debito fidelitatis*] nota. quòd ſicut† epiſcopus poteſt præcipere clerico in uirtute obedientiæ, ſic dominus uaſallo ſub debito fidelitatis quò ad ea, quæ ſpectant ad feudum. ſim. infra eodem, ex tenore. Iuratur enim fidelitas, quod patet infra, de iureiuran. ueriratis: & capitulo ego. quod tamen non ſemper ſit de obedientia, de maiorita. & obedient. legebatur, & Hoſtien. [*Et infra*] & quia propter hanc cauſam non reſpondebant, epiſcopus excommunicauit eos, ut patet in antiqua [*Iubeas*] tu', cui ſcribimus, iubeas epiſcopo Trecenſi, ut permittat hanc cauſam per domi-
4 num feudi terminari, Goffr. ¶ † Vlti. gloſſ. nota. quòd
5 per negligentiam &c. & dat duo ſimilia. ¶ *In 1. glo. Tibi, clericus*] & ideo deſiderabat ibi iudicium epiſcopi
c Ala. [*& ibi, litteras*] uult intelligere gloſſ. c iſta, & ulti

ma, ꝙ iſte Trecenſis impetratus fuit per eũ a Papa: ſed hoc non patet ex antiqua. unde dicebat Hoſti. ꝙ Trecẽſis cognouerat, ut ordinarius generalis militum, & ſecundùm generalem conſuetudinem Gallicanam, qua in qualibet cauſa coram iudice eccleſiaſtico laicus trahi poteſt. ſed ipſi exceperunt, ꝙ quæſtio feudalis erat; ut ſequitur. Tenebant enim poſſeſſionem illã in feudum à domino de Campis, licet eſſent aliàs homines eccleſię. & quia exceptio nõ admittebatur, fuit appellatum ad Papam, & Papa ad inſtãtiam militum commiſit cauſam; & ſic nõ fuit commiſſa ad petitionem ipſius. R. ut dicit gl. uel dic etiam ſecũdùm Hoſt. ꝙ licet non fuerit appellatum; quæ tamen epiſcopus forſan excommunicauit milites reſpondere nolẽtes, conqueri potuerunt de iniuſta excommunicatione, de offi. deleg. cum contingat. ¶ *In glo. quò ad feudum, in fi.*] Ala. intellexit, ꝙ ipſi erant milites eccleſiæ mediãte iſto domino, qui erat uaſallus eccleſiæ. Idem Vinc.

6 & Lan. ¶ *In glo. ult. ibi apud delegatum*] coram, quo† partes
d etiam uolentes inuito domino litigare nõ [d] poſſunt. Item pars declinans non tenetur ſatisfacere redeũdo ad delegatum, domino negligente, ut in Spe. de compe. iud. adi. §. 1. ſub uerſi. octauus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cauſam, & rationem. Vide quod ſcripſi in l. apertiſſimi, C. d iud. & in l. 1. ff. qui. appella. non licet. ſed contra hoc dictum facit, quod not. in l. idem Vlpia. in fi. ff. de excu. tut. videlicet, quòd ſententia principis idem operatur, quod clauſula, nõ obſtante. quod facit ad materiam l. quidam, in fi. ff. de re iud. & not. in c. 1. de ęta. & qual. lib. 6. & c. ueniens, de fil. preſby. & c. diuerſis, de cler. conuiuga. poſſet tamen huic capitulo reſponderi, Arch.

b ¶ Recuſationem. Quando Papa poſſit tollere recuſationem, adde moder. in cap. poſtremò, in princ. de appella. & dom. Felin. in c. ad hæc, de reſcrip.

c Intelligere glo. Ad materiam glo. uide ſupra tit. proxi. in c. 2. per glo. & uide Ioan. And. infra, de appell. c. ſua.

d ¶ Litigare non. Gl. iſta procedit intelligendo, quòd iſte epiſcopus eſſet delegatus. ſed intelligendo, quòd eſſet dominus, ut non eſt, ſupra in tex. in glo. hoc patet, ceſſat d. glo.

SVMMARIVM.

1 *Feudalem cauſam cognoſcit dominus feudi, eccleſiaſticus ſit, uel ſecularis, cuiuſcunque ſit conditionis, & de quibus feudis & inter quos, eod. num. & 2. & 3. ad quem appellabitur, num. 2. excipiuntur cauſæ criminales, & quæ, num. 4. uide num. 6. & 7. & 8. ubi de cognitoribus feudi.*

Dominus feudi quilibet eſt iudex ordinarius, & ſuas exequitur ſententias etiam laicus contra clericos, & an habeat in eorum perſonam iuriſdictionem, ibid.

2 *Feudalis iuriſdictio fauorabilis eſt, in fine.*

Dominus feudi poteſt ad ſe cauſas feudales reuocare etiam inuitis litigatoribus, ibid.

3 *Baroniæ ſi concedantur eccleſiis non in feudum, ſed ſimpliciter, tunc in nullo tenetur donatori etiã de alijs muneribus, quæ prius ſubibant baroniæ, niſi in caſu retentionis ipſorum.*

Eccleſiæ ſi concedantur baroniæ, uel alia bona ſub conditione, quòd ſi eccleſia non ſubierit onera impoſita, liceat laico donatori ſua auctoritate capere, an id poſſit, eod. num. uerſi. dicunt autem.

4 *Clericus in cauſa feudi criminaliter intentata remittendus ad ſuũ prælatum.*

Ex delicto clerici non debet eccleſia priuari feudo, & quo, niſi uiuente clerico, & quo caſu, ibid.

Laicus de crimine clericorum, nec directè, nec incidenter poteſt cognoſcere, nec etiam de legitimitate, ibid. uerſic. de crimine enim, & num. 5.

5 *In teſtem clericum crimen obiectum non propriè dicitur obiectum clerico, ſeu contra clericum, ſed contra eum, qui eum produxit, & laicus non poteſt ex hoc eum punire, ſed remittendus ad eccleſiaſticum.*

Lex, nullum, C. de teſtibus, non aſtringit clericos, ibid. uerſi. ſed contra.

6 *Feudalis quæſtio quando dicatur.*

7 *Domino licet uaſallus paret per recognitionem alterius, qui non eſt dominus, præiudicium quò ad poſſeſſionem, non tamen quò ad proprietatem facit.*

Vaſalli confeſſioni an ſit ſtandum, quem recognoſcat in dominum, ibid.

Poſſeſſionem qui aufert, quandoque aufert, & proprietatem, eod. num. in fine.

8 *Epilogus, & additio gloſſarum, & num. 9.*

Capitulum non ſuccedit in iuriſdictione feudali, nec collatione beneficiorum, niſi ſit commune feudum, eod. num. 9.

Collatio beneficiorum, & feudorum cognitio non eſt propriè epiſcopale, ibid. & quando ſit, eod. nume. & ſup. nume. 1. & ibi nota.

CAPVT VII.

1 VErum. Caſus. Dominus feudi, eccleſiaſticus ſit, uel ſecularis, cauſam feudalem cognoſcit [*Feudis*] quilibet dominus; quantuncũque uilis, uel etiam ruſticus, ſuper rebus feudalibus iuriſdictionẽ habet per l. Federici, ut not. ſupra, de iudi. cœterum. Item uidetur, ꝙ quilibet dominus ſit iudex ordinarius, & ꝙ ſuas ſententias exequatur, & etiam laicus contra clericos uaſallos. nec incidit in excõmunicationem, ſi eos
a reſiſtẽtes repellat, ut infra, de reſt. ſpo. olim[a]. 1. Hoc d. Inno. cõiter non approbatur, ꝙ in perſonam iuriſdictionẽ habeat priuatus, uel ruſticus, qui in cauſis feudalibus iuriſdictionem habet; ut ſine pœna excõmunicationis poſſit manus mittere cõtra regulam cano
2 nis, ſi quis ſuadente. ſubdebat † Innoc. Hoc idem dicimus, ꝙ ſi principatus, uel comitatus, uel caſtellaria, uel alia huiuſmodi cõcedantur in feudum, quæ ſi de his agatur inter aliquos, coram domino feudi agendum eſt. & ſi corã uaſallo clerico inter ſubditos comi tatus agatur, dominus feudi appellandus eſt, nõ Papa. infra, de ma. & obe. ſolitæ; quod dic ſecundùm Hoſt. ut
b infra, de app. Romana. §. debet, [b] lib. 6. Item uidetur ali quibus, ꝙ ſi de illis feudis agitur ĩter aliquas eccleſias in caſibus, in quibus ſub domino feudi agendum eſt inter laicos, ſub eo agetur, & inter eccleſias, uel inter laicũ, & eccleſiam: quæ in fauorẽ dominorũ hęc iuriſ dictio eſt eis ſeruata. unde poſſent ad ſe cãs huiuſmodi reuocare, ẽt inuitis litigatoribus, ſupra c. proxi. alij
3 contra. Si ſautẽ baroniæ prædictæ nõ concedãtur eccleſijs in feudũ, ſed ſimpliciter, tũc in nullo tenentur donatori etiam de alijs muneribus, quç prius ſubibãt baroniæ, infra, de do. cum dilectus, & de cenſi. c. 1. ubi de hoc. Si autem retinuerat ſibi aliqua munera, illa præſtabuntur, dummodo ſint honeſta, ut not. infra, de immun. eccle. non minus. Dicunt autem quidam, quòd ſi baroniæ, uel quæcunque alia bona dentur eccleſiæ ſub conditione, uel cum eo tenore, quòd ſi eccleſia non ſubierit onera impoſita, quòd liceat laico donatori ſua auctoritate capere, quòd poteſt, eccleſia non parente, illa capere ſua auctoritate, argum. in
c frã, de conditio. appoſi. uerum[c]. C. de pigno. l. 2. ff. de
d pigno. actio. qui ratiario. Sed nos contra dicimus [d], & maximè ea ratione, quæ cum iſtarum dominium ſit eccleſiæ quæſitum, ſanctum ſanctorum eſt domino. & ideò per nullum poteſt capi niſi auctoritate iudicis eccleſiaſtici: quia ſacrilegium committitur. 12. q. ſecunda, nulli liceat, & nota. infra cap. proximo, ſi autem non eſt in rebus feudalibus, quia eorum dominium nõ eſt ſanctum ſanctorum domino, cum id remaneat penes dominum, licet fructus, & alia utilitas ſit uaſalli; ad hoc faciunt decima quæſtio. prima. capitul. ſecundo. & capitu. ſe. & uidetur ex præmiſſis, quòd fructus rei feudalis, poſtquam percepti ſunt, ꝙ dominus

dominus nihil in eis poſſit, cum iam ſint ſanctum ſanctorum domino, Inno. ſed uidetur, ꝙ in hac quæſtione primi melius ſentiant, & pro ipſis caſus expreſſus,
4 infra de dona. cum dilectus, Hoſt. licet autem † ſecundùm Inno. cõtra clericum poſſit agi, ciuiliter & corã domino. & coram paribus ad amiſſionem feudi; non tamen agi poteſt, ad hoc criminaliter, nec etiam ciuili liter pro crimine: ſed remittenda eſt cognitio ad prælatum ſuum; ad hoc de cle. co. c. uno, lib. 6. etiam ſi feudum ſit paternum, ſi enim non eſſet paternum, ſed ec cleſiæ, tunc conſtat, ꝙ eccleſia nõ eſt priuanda feudo pro delicto perſonę. 16. q. 6. ſi epiſcopum, quamuis eo uiuente ipſum amittat; ſed eo mortuo ad eccleſiam reuertitur. in l. feu. de cap. Cor. regis, ſi clericus, uel epiſcopus, Hoſ. Sed ſi fuerit clericus per Prælatum ſuum condemnatus de proditione, uel de alio crimine, pro pter quod debeat amittere feudum, tunc ſecundùm
c Vin. dominus auferret feudũ [c] pro uelle ſuo: & ſi fuerit abſolutus, tunc ulterius dominus nõ poterit ei pro pter crimen feudum auferre. De crimine enim clericorum, nec directè, nec incidẽter poteſt laicus cogno ſcere, ſicut nec de legitimitate, arg. ſupra ti. proxi. at ſi. infra, de ord. cogn. tua, infra, qui filij ſint legit. lator. in
5 fra eo. poſtulaſti: Nec obſtat, ſi dicas, quç contra cleri cum productum in teſtem coram laico obiicitur crimen, & probatur, ut à teſtimonio repellatur infra, de teſti teſtimonium: quia non propriè obiicitur crimẽ clerico, uel cõtra clericum, ſed contra laicum, qui eũ produxit, & quia ipſe ex eius repulſione pœnam patietur, & non clericus: quia eius teſtimonio non credi tur, ſecundùm Inno. ſed contra, quæ ſi teſtis in ferendo teſtimonio aures iudicis offenderit, per eum puni ri debet, C. de teſti. nullum. So. ſecundùm Hoſt. dicendum eſt, quòd ſi coram laico crimen opponitur clerico, ut à teſtimonio repellaſ, huius cognitio ſit dioceſan. remittenda, arg. ſupra eod. nullus, de ord. cogn. tuam, infra. de ſolu. c. fi. ſecũdùm Hoſ. [*Præpoſitum*] qui erat officialis, & uaſallus eccleſiæ, nõ tamen clericus, ſecũdùm Goff. uel erat præpoſitus eccleſiæ cathedra-
6 lis, ſecundùm Hoſt. [*Cognoſcatur*] quæſtio † feudalis, nõ illa, an ſit feudum eccleſię, uel imperiale, in qua actor ſequitur forum rei, uel eligentur arbitri [*Pertineant*] i. ſi præpoſitus hoc recognoſcit, Hoſt. ideſt ſi fuerit feudum eccleſiæ. Innoc. [*Alioquin*] ideſt ſi non ab epiſcopo, ſed ab Imperatore aſſerit ſe tenere, Hoſt. qui † dice
7 bat, quòd licet prępoſitus recognoſcat feuda ab eo. ꝙ dominus nõ eſt, & ſic quò ad poſſeſſionem paret præ iudicium domino, argu. ff. de lib. agno. l. 1. §. Iulianus, & de probat. etiam, ff. de Carbo. edict. quod Labeo. & ſupra duobus, c. proxi. non tamen quò ad proprietatem, argu. contra. C. de Carbo. edict. l. 1. §. ſi quis. C. de probat. non nndis. ſoluit, quòd hic putat conſiderandam & inquirendam famam loci, ſi forſan dicatur, ꝙ malicioſè ſit hæc recognitio, argu. infra, de teſti. præterea, aliàs in poteſtate uaſalli eſſet ſubtrahere ſe domi uo, quãdo uellet; & forſan hæc quæſtio prius eſſet co ram ordinario uentilanda, arg. ff. de lib. cauſ. liberis. §. ſi quis ex ſeruitute, & C. de libe. cau. non ideo, & l. nec ſi uolens, & l. non mutaut, & l. nec omiſſa, & l. principaliter, & l. ea, quæ. ff. de lib. agno. l. ſi quis à liberis. In aliquibus tamẽ regionibus ſtatur ſoli cõfeſſioni q uò ad poſſeſſionem, ut ſupra, quod tamen continet ſolu tio, non minus æquum eſt, quàm iuſtum. nam qui au fert poſſeſſionem, quãdoq; aufert & proprietatem, ut patet. C. de rei uen. l. fi. ff. eo. l. is qui deſtinauit, & infra,
8 de reſ. ſpo. ſæpe, ſecũdùm Hoſt. ¶ Pe. † glo. reſpõdet per quæſtionem, quid ſcilicet ſi epiſcopus feudi dominus
9 negligit &c. ¶ *In † glo. 1. ibi, illa quæſtione*] quia erat de mẽ ſa epiſcopali. cõtra ſupra, de ma. & ob. cum olim. Sol. licet capitul ũ ſuccedat in iuriſdictione generaliter, nõ
f tamẽ ĩ feudalif, ne epiſcopus uaſallũ hẽat, quẽ habere nollet, ſicut nec in beneficiorũ collatione, infra, ne ſe de uacan. illa, Hoſt. & facit, quod ibi dicã ſuper uerſ. in iure. cognoſcere de feudis, & beneficia cõferre nõ eſt propriè epiſcopale. unde multi non epiſcopi faciunt iſta. & aliqui epiſcopi neutrum horum habent: puto tamen, quòd ſi feudum eſſet commune epiſcopo, & capitulo, quòd uacante ſede capitulum cognoſceret. arg. infra, ne ſede uac. c. uno, lib. 6. ¶ *In glo. 2. in ſi*] uel ſi aliàs ante cõfirmationem haberet adminiſtrationem pone exemplum ſupra, de elect. nihil eſt, Goffr. Inn. & Hoſt. ¶ *In glo. quæ forte, ibi cæterum*] ſecundùm T. & Vin. Idem Hoſt. nec ob. ſupra tit. 1. qualiter, quod intelligitur in actionibus perſonalibus, nõ feudalibus, ſicut de reſpirituali compromitti non poteſt in laicũ, de temporali, ſic, de arb. contingit, & c. expoſita [*& in fi.*] hoc uerum de iure communi: ſed prima pars glo. uera de iure ſpeciali, de appell. Romana. §. debet, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Olim. 1. Pro hoc, quod ibi not. & per Ioan. Andr. in c. nuper, de ſent. excom. in glo. fin. ad fi. glo. & in c. dilecto, eod. tit. lib. 6.

b ¶ Debet. Vide Ioan. Andr. ſupra titu. proxi. cæterum, in glo. hoc ideo dicit.

c ¶ Verum. Ibi uide Ioan. And. in fi. tex. & facit ille tex. pro iſta opi. & uide Cyn. Bal. & Salic. in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam, & Bart. in l. filius. §. diui. ff. de lega. 1. & dicit Innoc. contra id, quod infra dicit in c. poſtulaſti. infra eod.

d ¶ Contradicimus. Iſtud dictum Innoc. ſi eſt uerum, uiderur contra doctrinam Bart. in l. reſcripto. §. ſciendum, ff. de munic. & honori. & eſt magna reſtrictio ad materiam l. creditores, C. de pign. & ad hanc materiam uide Bald. in l. nec ex uera, C. de acq. poſſ.

e ¶ Feudum. An autem confiſcabitur, uide Bart. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus; ff. de damn. infect. & an fiſco applicetur, uide in Spe. de feud. §. 1. uerſic. 40. & ibi latè Ioan. Andr. quid de emphyteuſi. Et uide per ipſum, de hæret. cum ſecundùm, lib. 6. & Oldr. conſil. 17. & Bald. in l. ſi quis preſbyter, C. de epiſc. & cler.

f ¶ Non tamen in feudali. Adde, quòd ea, quæ competunt epiſcopo iure accidentali, non tranſeunt in capitulum, ſecundùm Inno. & omnes hic. Adde glo. in c. ſcriptum, in uerſi. temporis, de elect.

SVMMARIVM.

1 *Malefactores eccleſiarum in utroque foro conuenirí poſſunt.*

2 *Forũ rei actor ſequitur, etiã ubi de libertate, & fuga ſerui quęritur. De ſacrilegis cognoſcit eccleſiaſticus, ibid. in fine, & de quibus alijs, num. 3.*

3 *Eccleſiaſticus iudex de quibus poſſit cognoſcere & num. 8. In dubio fori cognoſcit eccleſiaſticus, ibid. in prin. In petitione debet apponi cauſa fundans iuriſdictionem fori, ibid. oportet tamen.*

4 *Hæc conſtitutio quando locum habeat.*

Eccleſiæ fauor non extenditur ad clericos, ibid. licet contrarium de conſuetudine ſeruetur, ibid.

5 *In foro ſeculari melius & expedientius quæ expediantur.*

Fori electio in quibus caſibus præter caſum huius conſtitutionis eſt conceſſa, ibid.

6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 7.*

Crimina quæ dicantur eccleſiaſtici fori, & num. 8. & ſupra nu. 3.

8 *Additio gloſſarum.*

CAPVT VIII.

1 CVm ſit. Caſus. Malefactores † eccleſiarum in vtroque foro cõueniri poſſunt. & primò ponit regulam. ſecũdo caſum exceptum, & triplicem ipſius cauſam. primo negligentia iudicum ſecularium. ſecũ dò fauor eccleſiæ. tertiò qualitas criminis, quia ſacrile
2 gium [*Forum rei*] etiam † ubi de libertate, uel fuga ſerui quæritur, de quo uide ſupra, de ſeruis non otdi. cap. 2. ſuper gloſſ. 2. in fine [*Fauore*] man. iam per conſuetudinem fauore &c. [*Sacrilegi*] de hoc ergo cognoſcet
3 eccleſiaſticus iudex, immo etiam, ut † dixit hic Inno.

† dato, quòd dubium ſit, puta quia negetur rapina, tamen cognoſcit eccleſiaſticus. 16. quæſt. 1. in canonibus. 24. quæſt. 3. ſi quis depo. uerſicu. & dicitur, quòd nõ ſolùm de rapina, ſed de qualibet etiam oppreſſione nõ ſolum clericorum, ſed omnium pauperum cognoſcet. immò ſi de fraude habita in contractu eccleſiæ agatur, uel etiam ſi in fraude contractus nullus dicatur, eccleſia cognoſcet. 12. q. 2. apoſtolicos. immò quocunque modo de re eccleſiaſtica agatur, cognoſcet eccleſia. 12. q. 1. quicunque militum. oportet tamen, q̃ ſemper in petitione mentionem faciat de oppreſſione, uel fraude, uel minus legitimo contractu, & ſuper cauſa illa fundet petitionem ſuam. & ſi pars aduerſa neget, nihilominus procedetur in cauſa principali. & ſi nõ probauerit fraudem, uel illicitum contractum, abſoluetur reus ex illa cauſa: ſed iterum poterit agere ex alia. ff. de except. rei iudi. & an eadem. §. auctoritate. Si uerò uelit proponere aliquid in libello, quod non pertineat ad fraudem, uel oppreſſionẽ, uel per quod ſit minus, quàm licitus contractus, puta quæ non fuit in præſentia clericorum aliquorũ, non audietur niſi coram iudice ord. rei. ſupra, e. ſi clericus, tamen quidam, & nõ malè dicunt, q̃ etiam ſi dicatur aliquis contractus tenere, ſed petat reſtitutionem coram eccleſiaſtico agetur. & idem, ſi dicat alicuius canonici nõ interueniſſe conſenſum, arg. prædictorum capitulorum, & c. ſi clericus, non cõtradicit, quod loquitur, ubi agitur rei uend. uel depoſiti, uel conſimilibus, in quibus nullo ſpeciali iure iuuatur eccleſia. de talibus enim iudex bene cognoſcit ſecularis, ſecundùm Inno. & idem Hoſt. [*Rectores*] datur † ergo rectori actio. ſupra eod. ſi clericus. Hoſt. & not. per hoc Pet. hoc locum habere ſolùm, quãdo rapiuntur bona eccleſiæ. unde rapiens bona clerici non poterit inuitus coram eccleſiaſtico iudice conueniri. hoc enim in fauorem eccleſiæ introductum non poteſt extendi. 7. q. 1. petiſti. Fatetur tamen, quòd de conſuetudine ſeruatur cõtrarium, & huius conſuetudo poteſt eſſe ratio, ſecundùm Abb. quia ſi uidua poteſt coram eccleſiaſtico iudice agere poſſeſſorio, non ob. excepti. fori. ergo & clericus hoc poterit. & Egi. hoc tenet illa ratione: quia bona clericorum & c. de ui. & ho. cler. c. ulti. cum ſuis concord. [*Maluerint*] plerumque enim melius † & expedientius hæc per ſecularem iudicem conſequuntur. & eſt ſimilis electio in proœ. ff. §. pen. uerſ. in Beriten. uerò ciuitate, & in libro feud. de ſchola. & eorum priuil. habita, ad fi. Hoſt. [*Iudice*] eccleſiaſtico, uel ciuili, Pet. ¶ Vlt. † glo. tractat de pœna, & foro ſacrilegorum, ſecũdò ponit 5. crimina eccleſiaſtica. tertio arguit à contrario. ¶ *In* † *1. glo. ibi, iuris ordinem*[a]] uide ſupra, c. 1. c. fi. ſuper 1. glo. ¶ *In glo. 2. ibi, hoc autem*] alleg. §. ſe. ſi tamen, ibi dicitur, quòd ſi maior iudex prouinciæ lædit partem, illa conqueritur epiſcopo, qui iubet eum ſatisfacere, quòd ſi iuſſus non fecerit, ſubditur ſupplicio. non enim debet opprimere, qui iudicare debet oppreſſum [*& ibi, iudicauerit*] & de hoc euidẽter arguitur, ut ibi [*& ibi, ſi appellationem*] conqueritur appellans de iudice, qui non ſuſcepit appellationem, uel denegauit apoſtolos [*In ult. gloſ. ibi, ſi quis in hoc genus*] uide 2. q. 1. in primis, uerſicu. de perſona Ianuarij.

¶ *In* † *glo. 2. in fi.*] Vinc. adde, quod not. 2. q. 6. hoc etiam placuit, & 11. q. 3. temerarium, & infra, de re iudi. cum æterni, lib. 6. ¶ *In glo. ult. ibi, quandoque*] cum de corpora li pœna quæritur, Hoſt. [*& ibi, uſurarum*][b] infra, de uſu. cum tu, & c. quia in omnibus, & uide quod dicam de uſuris, c. 1. lib. 6. [*& ibi, hæreſis*] infra, de hær. ad abolendam, & c. uergentis [*& ibi, ſimoniæ*] de ſimo. per totum [*& ibi, periurij*] de elect. uenerabilem, & infra eo. c. ult. lib. 6. Et uide quod ibi dicam ſuper ult. glo. [*& ibi, adulterij*] cum agitur ad ſeparationem tori, ſupra, de procura. tuæ. Goff. dicebat illud eſſe crimen eccleſiaſticum, quod ſecundum l. non eſt crimen, ut uſurarum, & cõcubinatus. ff. de concubinis. l. in concubinatu, in fi. un de dicebat, q̃ in prædictis criminibus enumeratis in glo.[c] laici coram ſeculari, & clerici coram eccleſiaſtico iudice conuenient; & ideo in his criminibus leges pœnas imponunt. ſpeciale autem eſt in hoc caſu propter ſacrilegium, q̃ datur optio. Quid de crimine falſi in litteris apoſtolicis? non uidetur, q̃ illud ſit eccleſiaſticum, per decre. ad falſariorum, infra, de crimine falſi, uerſi. per quem, facit eo. ti. ad audientiam. 19. diſt. in memoriam, & quod not. de pur. ca. nos inter [*& ibi, de alijs*] etiam prædonibus, raptoribus, & inuaſoribus aliorum locorum, ſic intellexit Hoſt. hanc glo. dicens de facto ſeruari contrarium: quę à Papa, & à ſuis Legatis contra omnes raptores indiſtinctè litteræ impetrãtur; quod ſecũdùm eum conſonat iuri, ſupra tit. 1. nouit, ſupra, de treu. & pac. c. 1. infra, de rapto. per totum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iuris ordinem. adde d. Marianum hic, qui ponit multas limitationes, & Bart. in d. l. iur. ord.

b ¶ Et ibi, uſurarum. adde Bal. in l. quoties. C. de iud. Petr. de Anch. in clem. 2. de iudi. Lap. alleg. 56.

c ¶ Enumeratis in glo. Præterquam in hæreſi, ut in c. inquiſitionis. §. prohibemus, de hære. libr. 6. ubi patet crimen illud nullatenus in laicum cadere iudicem, in caſibus autem poſitis in glo. ſi agatur coram ſeculari, ut in uſuris iuratis, & alijs, an ſeruabitur ius ciuil. uel canonicum, uide in glo. cum repetuntur, in clem. 2. de iud. quæ eſt not. & an in caſibus poſitis in glo. in quibus eccleſiaſticus eſt iudex etiam cõtra laicum, an poſſit laicum delinquentem carcerare, & punire alia pœna, quam cenſuræ; uide Io. And. in Spe. de offi. ordin. in rubr. & in quæſtionibus Oldr. q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Caſus.*

2 *Clericorum cauſæ ſecundùm iura, non ſecundùm laicorum conſuetudinem terminantur, & quæ: & num. 7. uerſi. non dico. & 9. intelligitur ſingularium, num. 2. uerſi. ſingulares, & num. 3. uerſi. & ſicut littera.*

De hæreditate temporali ſi agatur, ſecundùm laicorum iura eſt terminanda, ibid.

3 *Cleric i etiam ſpe quidam dicuntur, & qui.*

4 *Commorantes qui dicantur, moræ cauſa an & quando quis ſortiatur in loco moræ forum, ibid. & num. 5.*

Domicilium contrahere quanto tempore quis intelligatur, ibid. uerſi. ſed contra.

5 *Viatores, & tranſeuntes non coguntur in loco uiæ, & tranſitu reſpondere in iure, niſi in caſibus, & quibus.*

Legis habita, in fin. uerſi. uerumtamen, expoſitio, ibid. uerſi. ſed contra.

6 *Huic conſtitutioni quibus caſibus locus ſit, & num. 4. 5.*

7 *Suppletio ad contextum ad uocem, canonico.*

Canonico iuri includitur etiam ciuile non reprobatum per ius canonicum, ibid.

Conſuetudo hic reprobatur etiam præcedens ius canonicum, ibid. uerſi. nam hæc.

Conueniri poteſt quis in loco, ubi ſoluere promiſit, ibid. uerſic. unum non.

8 *Additio gloſſarum.*

Nomen dignitatis, licet quis in actu ſuo, ut hic in commiſſione, non addiderit, cuius dignitatis ui geſſit, nihilominus ualet, ibid.

CAPVT IX.

1 VOd clericis. Caſus. † Conqueſti ſunt ſcholares Pariſien. q̃ quando conueniebant, uel cõueniebantur, non recipiebantur canones allegari, ſed conſuet. terræ tantum. ſuper hoc prouidetur

2 detur eis, ſummabat ſic Abb. Cauſæ clericorum † ſecundùm iura, non ſecundùm laicorum conſuet. terminantur [*Pecuniarias*] ſecus in realibus, & feudalibus, quæ ſecundùm conſuetu. terræ & curiæ regis terminantur; q̃ & ipſius eſt cognitio, & cuiuslibet domini feudalis, ſupra eo. ex trãſmiſſa, in fi. & c. uerum. arg. infra de eo, qui mit. in poſſ. c. 3. & idem uidetur, ſi de temporali hæreditate agatur. infra, qui filij ſint legit. lator, & c. cauſam, quæ 2. de hoc; Hoſt. [*Clerici*] ſingulares, & ſic ſcholares laici[a] nõ includuntur. ex quo patet, q̃ nec in perſonam, nec in rem iutendit ius regium uſurpare, ſupra eod. nouit 1. reſponſo. ſupra, de

3 elect. uenerabilem, in prin. uel dic † clerici re, uel ſpe, quaſi dicat, ſcholares, qui ueniunt ad ſtudium, ut promoueantur ad clericatum, & ſic ſpe, uel animi deſtinatione ſunt clerici. Sed primum iuſtius eſt, ſecundũ Hoſt. ſaluo eo, q̃ dicam infra. & ſicut littera iſta loquitur de ſingulis uniuerſitatis, tamen clericis, ſic alia de uniuerſitate loquitur nõ de ſingulis ſ. de proc. q̃ in cauſis [*Commorantes*] nõ dicit, ſtudentes, ſuper quo uide, quod dixi ſ. de reſt. in integ. cum ex literis, uer. perſpe

4 ximus. expone † tamen commorãtes, ideſt cauſa moræ faciendæ uenientes, quamuis ſtatim recedant. & ſic uidetur, q̃ cauſa moræ ſortiatur quis forum. nam & miles ibi dicitur habere domicilium, ubi inhæret. ff. ad municip. municipes. §. miles. & clericus cœleſtis miles eſt, ſiue Chriſti. 11. q. 1. Chriſtianis, ſupra, de ſeruis non or. eo libentius. Sed contra, quæ licet aliquò cauſa ſtudendi me transferam, non tamen intelligor

b ibi habere domicilium[b]. ff. de iniur. lex Cornelia. §. do-

c mus, niſi poſt moram[c]. 10. annorũ. C. de incolis. l. 2. lib. 10. ergo, ſi quis talem ibi conueniat, non cogitur reſpondere, niſi ſuper hoc habeat auctoritatẽ ſui epiſcopi, & conſentiat in perſonam eccleſiaſticam ordinariam iuriſdictionem habentem, infra eo. ſignificaſti, de renun. admonet. ſicut enim Pariſien. talem nõ poſſet ſine ſui epiſcopi licentia ordinare, ſupra de offi cio archidia. ſignificaſti, de tempo. ordi. q̃ translatus; ergo nec iudicare, de paroch. nullus. 11. q. 2. c. 1. & 2. & per totum. Item nec ſola domus poſſeſſio facit incolam. ff. ad munici. libertus. §. ſola; nec ſola mora. C. de incolis. l. 3. & 4. Soc. dicit Hoſt. hanc litteram intelligi in cõtractibus, & quaſi, in delictis, & quaſi Pariſijs initis & commiſſis, ut probat lex, quæ iſtius eſt glo. ff. de iudi. hæres abſens. §. at ſi quis, & uerſ. ut ſi quo. & ideo

5 dixit littera, commorantes: quæ deſuiatoribus, & trãſeuntibus ſecus eſſet, qui & ſi ibi contraherent, nõ cogerentur, ut ead. l. uerſ. nam ubi ſit, niſi forſan ad hoc uenirent, & inuenirentur ibidem, quod dic, ut infra eod. Romana. §. contrahentes, lib. 6. Ratione uerò delicti compelluntur, ut in proœ. ff. §. pen. & excommunicantur, infra de ſenten. excomm. à nobis. 1. ſed contra in lib. feud. de ſchola. & eorum priuileg. habita, ad finem, uerſic. uerumtamen, ſi eis litem ſuper aliquo negocio &c. Sed quod ibi dicit, ſup aliquo negocio, expone, ſuper quo ibidem ualeat conueniri, argu. de uſu Pa. c. pen. de conſecr. diſtin. 1. omni tempore, ideſt omni anno. Item poteſt dici in omni negocio iure re conuentionis, infra, de mutu. peti. c. 1. & 2. ff. de iudi. l. 2. §. ſed ſi agit. Igitur ſuper contractibus in partib. ſuis initis poſſunt tacere, & reſpondere, ſi uolunt. 3. q. 6. pulſatus: cogi tamen nõ debẽt inuiti. & eſt ratio, quæ in partibus ſuis defendere ſe coguntur. & ſi procuratorem non dimiſerint, imputatur. ff. ex quibus cauſis maior. l. ergo, & l. præced. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. ead. l. hæc autem de hoc ſupra, de offi. deleg. conſulationibus, infra, de dolo & contum. cauſam quæ. unde periniquum eſſet, q̃ duobus locis ſe defendere cogerentur; argu. ſupra, de reſcriptis. c. fi. de ſequeſtr. c. 1. C.

6 de iudi. nulli, Hoſtiẽ. [*Contra eos*] in † contractibus, uel quaſi: in delictis. uel quaſi Pariſiis initis, uel commiſſis, ut dictum eſt ſupra [*Iure*] & non ſecundùm conſuetudinem terræ, quæ erat, q̃ libellus non daretur,

7 uel q̃ ordinarius non recuſaretur, Pet. [*Canonico*] † & ciuili, per ius canonicũ non reprobato. 10. diſt. c. 1. & c. ſi in adiutorium, de noui ope. nun. c. 1. quod dic. ut plenè no. de ſolut. c. fi. habebunt ergo prębendas ſuas in ſcholis; quod dic. ut infra, de magiſtris, ſuper Spec. non dico iure conſuet. unde & ſi conſuetudo eſſet generalis. q̃ commorantes Pariſijs cogerentur in ciuilibus, & in quibuslibet reſpondere: ad clericos tamen ſcholares non extenderetur. nam hæc epiſtola repro-

d bare uidetur omnem conſuetudinem contrariam[d] etiam ius canonicum precedentem. ff. de ſepul. uio. l. 3. §. diuus, infra. de conſecrat. eccl. uel alta. aqua. Vnum non omitto, q̃, ſi quis promiſit ſe ſoluturum Pariſijs certam ſummam pecuniæ, cogetur ibidem, quantuncunque ſit extraneus, reſpõdere, quod dic, ut legitur, & nota. infra c. dilecti, & ſupra, de offic. deleg. P. & G. nam & largo modo acipitur hic contractus. ff. de iu

8 dicijs. l. omnes. Hoſt. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, ſpeciale*] dicit Hoſt. quòd non facit uim in hac ſpecialitate: quæ idem eſſet alibi [*& ibi, comitis*] & talis ſi committit cauſam ſpectantem ad ipſum ratione comitatus ſimpliciter, in cõmiſſione ſe dicens epiſcopum, ualet commiſſio, ſecundùm Guil. in Spe. tit. 1. §. ſequitur, ad fi. uer. quid

9 ſi epiſcopus [*& ibi, municipali*] aduocati † ciuilis fori multum allegant hanc gloſſ. ad probandum cauſas, quas mouent clerici contra laicos in foro ciuili, non ſolùm ſecundum leges, ſed etiam ſecundùm ſtatuta, uel conſuetudines ipſius fori tractandas, uide quod ſcripſi in ſpe. de conſtitut. §. 1. ſuper uerb. & not. quòd

c in fine[c].

ANNOTATIONES.

a ¶ Scholares. Adde Dominicum in c. quæ contra. 8. diſtin. & in c. eos, in 1. colum. de tempo. ord. in 6, Cardi. in clem. dignum, in 5. colum. de cele. miſſa.

b ¶ Non tamen intelligo: ibi habere domicilium. Adde d. Fel. in c. dilectus, lo 2. de reſcriptis.

c ¶ Niſi poſt moram. Vide, quod not. in d. §. domus, per Bart. & l. 2. ubi de cri. agi opor. & in l. 2. ubi ſenator. uel cla. & Ioan. And. in ſaluratione. & hoc nõ procedit in ſcholare, quòd per decennium uideatur ibi trahere moram, & domicilium: in alijs bene; ut no. in locis alleg. uide ad hoc text. in cap. ex parte, de cleri. non re. an per decennium uideatur ibi domicilium conſtituiſſe, uide etiam quod not. in c. fi. infra de ſepul. Bal.

d ¶ Videtur omnem conſuetudinem cõtrariam. Conſuetudo enim clericos non altringit, de quo uide Ioan. And. ſupra, de conſuet. ſuper rubr. & per Ioan. Cald. in ſua diſputatione, & Barr. in l. 1. C. de ſumma Trin. & per Bart. de Salic. in authen. caſſa, C. de ſacroſanct. eccle. Et uide Ioan. And. nota. in c. ſine culpa, de regulis iur. lib. 6. in Mercu.

d ¶ Et nota. quòd in fin. Ibi Ioan. Andr. adducit pro iſta opin. 10. rationes, & de materia iſta, an ſi ſunt diuerſa iura actoris, & rei, uide Cyn. Bald. & Sali. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. & ibi etiam glo. & docto. noſtros. de conſuetu. ſuper rubrica, & per d. Bart. de Sali. in reper. l. de quibus. ff. de leg. & pleniſſimè Ioan. Cald. in q. quam diſputauit, quæ habet in materia plura membra. & uide Federic. de Senis conſilio 95. qui dicit, inſtrumentum productum in foro eccleſiaſtico contra uſurarium non repelli uigore ſtatu. municipalis illud reddentis inhabile; & idem, ubicunque uerſatur periculum animæ, ibi uide per ipſum, & uide Bal. in l. 1. C. ubi ſe. uel cla. & uide de conſti. c. 1. in fi. per Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Laicus laicum ſuper re ciuili coram eccleſiaſtico iudice conuenire non poteſt, niſi in defectum iuſtitiæ ſecularis, uel niſi id habeat conſuetudo. num. 2. & 3. etiam ſecundario indirectè.*

Diuiſio conſtitutionis, ibid.

2 *Præcipuè, tantùm.*

Verborum, auctoritate noſtra irritas, & c. expoſitio quæ, ibid.

Supple, per tales, & num. 3. uerſi. clauſula autem.

3 *Literæ non ualent ab iuriſdictionem non habente emanatæ.*

Ab initio quæ non ualent, ex poſtfacto non conualeſcunt, ibid.
Negligentia, per quam iudicium in eccleſiam, ut hic, deuoluatur, ut intelligenda, & quo tempore attendenda, ibid.
Reſcripti de uiribus quando quæritur, tempus datæ inſpiciendum, ibid. uer. ad hoc ſic reſponde.
Papa an habeat iuriſdictionem in ciues Vercellenſ. ibid.
4 *De ſe, particularis explicatio quæ.*
Appellari ad quem liceat imperio uacante, eod. num. uerſi. hoc ius habet, & quando omiſſo medio ad ſuperiorem, & num. 5.
6 *Præſertim, tantum.*
7 *Papa in ius imperij ſuccedit eo uacante, & regum, ac principum facere iuſtitiam negligentium, & uacantibus regnis, & principatibus, quibuſcunque, & ubicunque etiam iudex ſecularis negligens eſt in iuſtitia reddenda poteſt, & debet iuſtitiam reddere, quo iure & ratione ibid. & latius num. 8. & quando neceſſe ad eum recurrere, num. 9. uer. & quamuis, & populi & nationes non Chriſtianæ pertinent ad eius iuriſdictionem, & quomodo num. 10.*
Inter Papam, & Imperatorem ſpecialis eſt coniunctio, eod. nu. uerſi. nam ſpecialis.
Imperator conſecratur, & examinatur ab Imperatore, & eſt eius aduocatus, & iurat ei, & ab eo tenet imperium, ibid.
8 *Eccleſiaſticus iudex quibus caſibus ſecularem exerceat iuriſdictionem, remiſſ. & num. 14. & quando exercet, ſecundùm canones iudicat, non ſecundùm leges, num. 11.*
Cœlum, & terra & omnia, quæ in eis ſunt, curauit Deus, eod. num. uer. ſed ſi diligenter.
Spiritualia, & temporalia, & mundum per ſe ipſum rexit Deus, & quouſque, & poſtea per miniſtros, ibid. & quos, ibid. & numero 9.
Noe primus miniſter Dei, ac Rector populi, eodem num. uerſi. & ſic recto.
Sacerdotis officium Cain, Abel, & Noe exercuerunt, ibid.
Vicarij Dei qui fuerunt, ibid. in fine, uerſi. in hac ergo.
9 *Chriſtus naturalis Dominus, & Rex noſter; Vicarium ſuum conſtituit Petrum, & ſucceſſores eius, & quando.*
10 *Iudæi, Saraceni, Gentiles, & Sciſmatici pertinent ad Papæ iuriſdictionem, & quomodo.*
11 *Recuſatur ordinarius, qui ſecundum leges non recuſatur, recuſatur & collegium conſulum, ibid.*
12 *Epilogus, & additio gloſſarum. & num. 13.*
Reſcriptum impetratum à laicis contra laicos ab Apoſtolica Sede ad iudicem eccleſiaſticum quando non ualeat, ibid.
Complementum iuſtitiæ cur hic dictum, ibid.
14 *In ambiguitate opinionum legiſtarum ſtatur interpretationi canonicæ.*
15 *Recuſatus an comittat cauſam, cap. cum ſpeciali, de appell. & c. ſi quis contra clericum, ſupra eod. cum hac decretali an pugnet.*

CAPVT X.

1 Icet ex ſuſcepto. Caſus Laicus † laicũ ſuper re ciuili coram eccleſiaſtico iudice conuenire nõ poteſt, niſi in defectum iuſtitiæ ſecularis, uel niſi conſuetudo id habeat. Et primo ponit dictum cũ ſua modificatione. ſecũdò ibi, liceat, prouidet contra grauamina conſulum. tertiò ibi, ſi uerò, prohibet circa recuſationes ipſorum [*A laicis*] cõtra laicos: ſecus cõtra clericos. nã actor &c.
2 ſupra eo. cum ſit, Hoſt. [*Præcipuè*] ideſt † tantùm [*Contingunt*] etiam ſecundariò indirectè: aliàs bene aditur iudex eccleſ. ſupra tit. primo, nouit, ſecundùm Goffr. [*Auctoritate noſtra*] ſupple, q tales litteras nõ poſſe procedi, ſicut procedi non poſſet, ſi conſtaret ipſas irritas &c. aliàs nõ bene exciperet, uerſ. ſequens. uel hoc intelligitur, quando impetrãs ſuggeſſit in reſcripto, q conſules negligentes erant, cum tamen ſuper hoc non fuiſſent requiſiti, ſupra de reſcriptis, ſuper literis, de offi. dele. ſignificantibus. & ſecundum hoc ſub audi, nec aliàs debere impetrari, uel ad iudicem eccleſiaſticum recurſum haberi, dummodo &c. Hoſt.
3 [*Irritas* † *& inanes*] cum enim Papa in eos iuriſdictionem non habeat, iuriſdictio, uel litteræ cõtra eos datę non ualent, nec quod per eas fit. C. ne de ſtatu defunct. l. pe. & uidetur mirum, quod poſt ſubiungitur. dummodo &c. quia ſi irritę ſunt, quomodo per negligentiã conualeſcunt. Item quid ſi iudex negligens erat tempore impetrati reſcripti, ſed reſcriptũ de negligentia non facit mentionem? Item quid ſi tempore impetrationis non erat iudex negligens, ſed modo eſt negligens? Item quid ſi fuit iudex ſolicitus in incipiendo cauſam, ſed negligens eſt in terminãdo? ad hoc ſic reſponde, q litterę huiuſmodi nullę ſunt, ſicut hic dicit text. nec tractu temporis conualeſcũt: quia, quando quæritur de uiribus reſcripti, dictum tempus datæ inſpiciendum eſt, ſupra, de reſcriptis, eãte. & ideo ſi tempore datæ non erat negligens, quantumcunque poſtea deprehẽdatur in negligẽtia, non ideo cõualeſcunt litterę. clauſula autem, quę hic adducitur, ſcilicet dummodo &c. nõ contradicit, quia nõ eſt is ſenſus huius litteræ, ut litteræ prius impetratæ ualeant, ſi contingat iudicem ſecularem fieri negligentem. Sed hoc uult dicere, quia cum fuerit negligens, q ab eo poſſit appellari ad Papam, & ſuper appell. litteræ impetrari, Inno. Sed hęc glo. nõ placet Hoſt. qui dicit tenendum, quod ſupra dixi, ſecũdùm eum. & negat, quod dicit Inno. Papam nõ habere iuriſdictionem in ciues Vercellen. ſed dicit id tenẽdũ,
4 quod infra dicam, ſecundum eum [*De ſe*] ideſt † corã ſe. uel ideſt de ſuis ciuibus, ne ſit contra. 2. q. 1. in primis, ſecũdùm Pet. & Abb. [*Prægrauari*] 2. q. 6. quoties, & c. ad Romanam. Phil. [*Ad tuam*] hoc ius habet epiſcopus in terra: ſed ad Papã iure imperij appellatur, Inno. ſed Hoſt. dicit hoc de iure: quia epiſcopus domi nus eſt ciuitatis, quam tenet ab imperatore in feudũ, & dicit ſe uidiſſe de poteſtate, & cõſulibus ad epiſcopũ appellari. In hoc tamen poſſet ualere cõſuetudo, q omiſſo poteſtate de conſulibus appelletur ad epiſcopum, ſicut infra, de præbẽ. referente, de noui ope. nun. ſignificantibus: aliàs de iure nedũ ad Papam, ſed ad archiepiſcopũ appellatur ab ipſo epiſcopo; quod dic, ut infra, de appell. Romana. §. debet, libr. 6. uel illud, in perſonalibus, hoc in realibus, arg. ſupra ti. 1. no uit, uerſi. nõ enim intendimus. Item in hoc operatur euidenter conſuetudo, q recuſati conſules non committunt cauſam, ut dicam in fi. Hoſti. [*Si maluerint*] te
5 non exhibente illis iuſtitiam. cum enim hic Papa cognoſcit loco imperatoris, non appellabitur ad eum omiſſo medio, ſic nec ad ipſum imperatorem. 2. q. 6. anteriorum. ff. de appell. imperatores. ergo hic appellandum eſt prius ad Vercellen. ſecundùm Io. & Vin. qui dixit, q forte timore conſulũ non exhibebat epiſcopus iuſtitiam: uel ſecundùm eum non omnes cauſæ deferri poterãt ad epiſcopum per appellationem; & ideo dicit eas deferendas ad ſe, uel ad epiſcopum, qui cognoſcet quaſi delegatus Papæ de illis, de quib.
6 prius cognoſcere non poterat [*Præſertim*] ideſt † tantùm. 12. diſt. illud, cum ſuis concord. Vin. & Goff. uel ſecundùm Hoſt. dic, ideſt maximè; & hoc uerum, cũ
a temporaliter [a] tenetur ab eccleſia, uel cum hoc ha-
7 bet conſuetudo [*Vacante*] hoc † eſt propter defectum
b imperij, in cuius iure tantum Papa ſuccedit [b]. unde ſi alius rector alij ſuperiori, quàm imperatori ſubditus mortuus eſſet, uel negligens eſſet in reddenda ratione, uel non eſſet rector in aliqua terra, non deuoluetur iuriſdictio ad Papam, ſed ad proximum ſuperiorem
c [c]. nam ſpecialis coniunctio eſt inter Papam, & imperatorem, ſicut dicitur in ſimilibus, de teſtamentis requiſiſti: quia Papa ipſum conſecrat & examinat,

minat, & Imperator eſt eius aduocatus, & iurat ei, q ab eo tenet imperium. ſupra de elec. uenerabilem. 63. di. ego, & c. tibi domino. & inde eſt, q in iure, quod ab eccleſia Romana tenet, ſuccedit Papã, imperio uacante. Sed quid ſi non ſit negligens, ſed ſuſpiciones ſunt ſic inobedientes, q non poteſt facere iuſtitiam, tunc non credo, q ſuccedat in iuriſdictione eius: ſed debet eum iuuare ad domandam rebellionem ſubditorum, arg. 95. di. eum ad dominum. Sed quid ſi alius rex eſt negligens, uel princeps, qui ſupe
d riorem non habet? [d] dicimus idem. ſ. q ſuccedat in iuriſdictione eius, ar. 15. q. 6. c. alius, & ſupra de elec. cum inter uniuerſas, in fi. Sed hoc non facit, quia ab eo teneat regimen, ſed de plenitudine poteſtatis, quam habet, quia uicarius eſt Chriſti, ſupra ti. proximo, nouit, uer. non enim, & ſequenti. uel dic q uacãtibus regnis nõ poterit ſe intromittere, niſi ut in præ alle. c. nouit, Inno. Tu uerò dicas, q uacãtibus regnis, & principatibus quibuſcunque, & ubicunque etiam
e iudex ſecularis negligens [e] eſt in iuſtitia reddenda, Papa non ſolum de poteſtatis plenitudine, ſed etiam de iure & conſuetudine poteſt, & debet iuſtitiã reddere: quia de iure communi ij caſus omnibus epiſcopis, & ciuitatibus, & ſuis diœceſibus ſunt cõmunes, ut patet in glo. ſe. ubi ipſe Inno. uidetur huius ſui di-
f cti contrarium tenuiſſe [f] ſecundum Hoſt. [*Imperio*] hic
8 † eſt unus caſus: aliõs habes in gl. & aliquos ibi addã. Sed ad hoc quæ de his caſibus dicuntur, opponit ſic Inno. dicet aliquis, quamuis non ſine pœna ſacrilegii, hæc ſibi pro ſe ſummi põtifices ſtatuerunt; unde non eſt his tanta fides adhibenda, ar. ff. de interro. act. de ætate. §. 1. & 13. q. 2. §. 1. Sed ſi ij diligenter attendũt quod dicunt iure ſacrilegij, culpam incurrunt; quod ut melius intelligas, eſt prænotandum, q Deus creauit in principio cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, angelicam & humanam naturã: ſpiritualia, & temporalia ipſa, quæ per ſeipſum rexit, ſicut factor ſuam rem gubernare ſolet: & homini, quem fecit, prę cepta dedit, & tranſgredienti pœnam impoſuit, ut Gen. 2. Ex omni ligno &c. ipſis etiam peccantibus pœnam impoſuit per ſeipſum. ſ. Adæ, & Euæ. Gene. 3. Mulieri quoque dixit &c. Qualiter etiam per ſeme tipſum Caim puniuit, & Lamech, & quoſdam alios, infra eo. lib. Gen. 4. & 5. c. legitur. Et ſic recto mundo per ipſum Deum uſque ad Noe, Ex tempore Noe cę pit deus creatutas ſuas regere per miniſtros, quorum primus fuit Noe, de quo, q fuerit rector populi, ex eo apparet, q ſibi dominus gubernationem arcæ, per quam eccleſia ſignificatur. commiſit, Gen. 5. & 6. c. Item quia etiam dominus Noe, & filijs rectoriam, & legem dedit, Gen. 9. Vbi etiam, licet non legatur ſacerdos fuiſſe, officium tamen exercuit ſacerdotis ſtatim poſt egreſſum arcæ, antequàm leges populo daret, Gen. 8. ibi, ædificauit autem Noe. quod officiũ ſacerdotis ſimul Abel, & Caim prius ſimiliter fecerant. in hac ergo uicaria ſucceſſerunt patriarchæ, iudices, reges, ſacerdotes, & alij, qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudęorum; & ſic durauit uſ-
9 que ad Chriſtum, qui fuit † naturalis dominus & rex noſter: de quo dicit pſal. Deus iudicium tuum regi da, & Iſaiæ. 33. Dominus iudex noſter, dominus legifer noſter, do. re. n. & ipſe Ieſus Chriſtus uicarium ſuum conſtituit Petrum, & ſucceſſores ſuos, quando ei dedit claues regni cœlorum, & quando dixit ei, Paſce oues meas. & quamuis in multos diſtincta ſint officia, & regimina mundi; tamen quãdocunque neceſſe eſt, ad Papam eſt recurrendum, ſiue ſit neceſſitas iuris, quia iudex dubius eſt, quam ſententiam de iure proferre debeat, uel neceſſitas facti, quia alius, non ſit iudex ſuperior; ſiue facti, puta quia minores iudices nõ poſſunt ſuas ſententias exequi; uel nolũt, ubi debent, iuſtitiam exercere, infra qui fil. ſint legi. peruenit. & pro his optime facit infra, de homi. ne
10 pro humani. lib. 6. De Iudæis † autem, ſarracenis, & gẽtilibus, & ſciſmaticis quomodo ad Papę iuriſdictionem pertinent, no. infra de uot. & uo. re. quòd ſuper his. Inno. & hæc placẽt Hoſti. [*Opprimatur*] pauperes & debiles, qui potentioribus non poſſunt eſſe pares
11 ff. de ali. mu. iud. cauſa fac. l. 3. [*Recuſare*] recuſatur † ergo ordinarius, qui non recuſatur ſecundum leges; & ſic eſt optimum ar. ſecundum Ab. quòd ubi eccleſiaſticus iudex iuriſdictionem habeat temporalem, ſecundum canones iudicat, non ſecundum leges. & ad idem infra de ap. ſi duobus, in fi. ubi dicam de hoc. Item recuſatur collegium conſulum; & facit ad ea, quæ dixi ſupra ti. proxi. c. 1. [*iuſta*] & uera, ex quo ſolicet pronunciauerint. ¶ Secunda † glo. ad caſum, quẽ
12 ponit littera, addit 5. caſus, quibus &c. ¶ Vltima ſi-
13 gnat contrarium de decr. &c. ¶ *In † glo. 1. ibi, Reſcriptum*] & hoc uerum uidetur, licet Tan. Ioan. Vinc. ſub dubio, fortè, dixerint hic dici complementum: quia forte expirat reſcriptum iudicio inchoato, ar. de reſcriptis, pler unque. impetrandum autem non ualeret, niſi de iudicio inchoato mentionem faceret, ar. de reſcriptis, ceterum, Vin. ¶ *In glo. 2. ibi, tertius*] dicit † Pe. hoc facere ad queſtionem de duabus quartis, no. infra, de teſta. Rainutius, quòd ſcilicet in ambiguitate opinio
g num legiſtarum ſtetur interpretationi [g] canonicæ [*& in fi.*] & de hoc. 11. q. 1. in ſumma. Item cum locus eſt de temporali iuriſdictione eccleſię, infra de app. ſi duobus. Item per reconuentionem. 3. q. 8. ciuilis neque. Item cum conſuetudo hoc habet, ſupra eo. clericus. uel priuilegium, ſupra eo. nouit. Item cum iudex ſecularis recuſatur ſuſpectus per hanc decret. & per hunc caſum, poſuerunt Ioan. Vincent. Tan. Phi. Goff. Innocen. & Hoſtien. allegant etiam in auten. ut diffi. iudi. §. 1. & 2. Item ſecundùm Hoſtien. in cauſis mortuariorum à defunctis relictorum, in auten. de ec. ti. §. ſi autem per redemptionem 9. col. ¶ *In glo. ulti. ibi, locale eſt*] uel ſecundum Goff. hoc intellige, quando ſuperior aditur per appe. puta quia conſules recuſati nihilominus procedebant. & hoc probat littera, quę dicit, ſicut ſuperius &c. quaſi per appellationem. nã de ea dictum erat ſuperius. uel ſecũdum cum, quod dicit; Recurratur, intellige, niſi committatur. uel ſecundum Vincen. ſufficit, quòd iudex ſecularis per ſe non poſſit cauſam cognoſcere, ad hoc, ut fiat tranſitus ad eccleſiaſticum. uix enim contingeret, quin per alium cognoſcere poſſit, ſupra de offi. deleg. coram.
h Hoſt. dixit hoc procedere de conſuetudine. [h] uel ſecundũ eum poſſet dici contraria locum habere, cum epiſcopus recuſatur; hic, cum recuſatur minor epiſcopo. pro hoc fauor epiſcopalis iuriſdictionis, & ex
i cellentia dignitatis [i].

ANNOTATIONES.

a ¶ Temporaliter. Ad hoc uide in c. uenientes, de iureiuran. & in c. ſi duobus, de appel. & glo. 2. q. 6. ius omnis oppreſſus, Archi.
b ¶ Papa ſuccedit. adde d. Alexan. conſilio 3. uolu. 5.
c ¶ Sed ad proximum. Ad hoc uide etiam, quod not. Ioan. Andr. in c. cum ueniſſent, infra de eo, qui mit. in poſſeſ. & in ca. uenientes, de iureiuran. & Hoſti. in c. nouit, de iudi. & ſunt quattuor or. quando laicus inclinat iudicis eccleſiaſtici tribunal: quando imperiũ uacat, quando non habet ſuperiorem, & quando conſuetudo eſt, quòd appellatur ad Papã, & ad principẽ no. in d. c. uenientes, in glo. interpoſitis, de iureiuran. & faciunt nota. in c. ſi duobus, de appel. & in c. cum Ioan. de fide inſtrumen. & quando conſuetudo eſt etiam, tex. in d. c. ſi duobus, in fi. & ad hoc. c. ſua nobis, & c. ex parte, de appel. Item in caſu propter participem delicti cum delinquente, ut in concubina, ſiue muliere delinquente cũ ſacerdote, ut nota. in c. 2. infra de cohabi. cle. & mu. & ibi ſcripſi, & in c. ſi concubina, de ſenten. excommuni. & c. 1. de poſtulat. præl. Archi.
d ¶ Superio-

d ¶Superiorem non habet. Vide gl. quæ incip. de facto. & super illa Ioan. an. qui fi. sint legi. per uenerabilem. & uide cap. infra de sup. ne. prælato. lib. 6.
e ¶ Negligens est. adde Cardi. in clem. pastoralis. §. ut illud in 2. oppo. de re iudi. & in cle. præsenti in. 6. q. de cens. & per d. Feli. in. c. cum non liceat. de præscrip.
f ¶Contrarium tenuisse. Oldr. late disputat. an de iure diuino gentium uel alio subsint reges imperatori. uide in suo consilio 64.
g ¶Opinionum legistarum stetur interpretationi. Vide qui filij sint legi. per uenerabilem. §. rationibus.
h ¶ De consuetudine. Adde hic. d. Ant. post Cardi.
i ¶Dignitatis. Istud dictum Hostien. est magna limitatio ad præall. c. si quis contra clericum.

SVMMARIVM.

1 *Laicum uidua coram iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi super causa ecclesiastica, uel in defectum iustitiæ secularis. Diuisio decretalis, ibid.*
2 *De hæreditate, & testamento quando iudex ecclesiasticus cognoscat.*
3 *Suum, pronomen qualiter hic accipiatur, & ex hac uoce intelligitur actum petitorio.*
Sub debito fidelitatis dominus feudi mandare potest, ibid. ad uerb. mandauit.
4 *Iniustia magna, uel præiudicium graue non inferendum.*
5 *Pertinere quid dicitur de iure, uel de consuetudine.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, & nu. 7.*
Viduarum, pupillorum & orphanorum causæ ad quem pertineant, & num. 89.
Ab initio quod non ualet, expost facto conualescit, ex iuribus citatis. 55. in glo. ulti. & nu. 9.
8 *Additio glossarum.*
9 *Capituli supra proximi cum hoc conciliatio.*
Super uiduas habet Papa iurisdictionem, & quod hic dicitur, quo modo non sit contrarium.
10 *Negligentia secularis iudicis hic suppleri mandatur, non si male pronunciet.*

CAPVT XI.

1 EX tenore. Casus. Vidua† laicum coram iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi super causa ecclesiastica, uel in defectum iustitiæ secularis. in prima comitis conquestio. in 2. Papæ, prouisio, ibi, Nos igitur. quæ tria facit. causam reddit. supersederi mandat. duos casus excipit [*Mulierem*] uiduã & impetrantem, ut infra patet [*De Meduano*] qui con-
2 ueniebatur [*Super hæreditate*] idest de hæreditaria† sibi in dotem concessa, uel legata, uel ex successione sibi delata, & secundum hoc potest uel non potest agi coram iudice ecclesiastico. ar. ff. de iudic. quod legatur. dos enim potest intelligi hæreditas mulieris: quia suũ patrimonium appellatur, ff. de minoribus. l. 3. §. Sed utrum, in fin. de qua potest ecclesia cognoscere, infra de dona. inter uirum, & uxo. de prudentia, maxime quando uidua [a] repetit. eo. ti. nuper. Item ratione testamenti spectare potest ad ecclesiam, infra de testamentis, tua nobis, aliàs nisi in casibus ecclesia non ha-
bet se intromittere de hæreditate; quod dic, ut infra qui filij. sint legi. causam. 2. & ideo dicit infra. Nisi sit ta-
3 lis causa, Host. [*Sua*] idest quoniam† mulier suam dicit in totum, uel in partem, secũdùm Abb. idest erat possessa, Hosti. & per istud, sua dicebat Pe. q agebatur pe-
b titorio [b] [*Ipsius*] sicut subiecti, & uasalli ipsius, Goffr. [*Mandauit*] sub debito fidelitatis, mãdare potuit, si erat de feudo illius, supra eo. ex transmissa, Hosti. [*Viduis*] uidua, cuius maritus mortuus est. 34. di. uidua, Phi.
4 [*Iniustitiam*] magnam†. C. de præcibus imper. offe. quoties, & infra de decimis, suggestum, Vinc. & Philip. Gof. dixit cautius, uel præiudicium graue: alias pos-
set concedere priuilegium nõ inferẽs damnum enorme; alleg. eadem iura [*Debemus*] ne inde nascantur iniuriæ &c. de accu. qualiter. i. Pet. & Abb. [*Pertinere*] de
5 iure, † uel de consuetudine, de excep. c. 2. lib. 6. [*Iudicem*] non dicit, Comitem: quia forte & rex Franciæ superior Comitis primò requiri debet. ar. contra supra eo. ex transmissa, Pe. & Abb. [*Alioquin*] idest si non potest per iudicem secularem &c. uel si causa sit ecclesia-
6 stica. ¶Secunda† glo. no. causas uiduarum non pertinere &c. ¶Vlti. glo. respondet per quæstionem, an scilicet comite negligente procedant isti delegati uirtu-
te primarum, uel secundarum &c. ¶ *In† glo. 2. ibi. l. una*] impetrans contra tales non trahit eos extra prouinciam etiam coram principe. ipsi uerò præsertim cum timent alicuius potentiam, coram principe ttahere possunt aduersarios. ¶ *In glo. ulti. ibi. §. 1.*] fideicommissum filiifamil. uel serui in codicillo relictum confirmatur, si postea manumissus in eadem uoluntate de-
cedat [*& ibi. l. 4. in fi.*] si proconsul ante ingressum pro-
uinciæ dedit legatum, eo in eadem uolun tate manẽte confirmatur per ingressum: quia tunc dare poterat [*& ibi, Donationes*] uide de dona. inter uirum & uxorem. c. ulti. in glo. 3. [*& ibi, Stipulationem*] uide de iureiuran. c. quemadmodum, in glo. secunda [*& ibi, Cum in secundo*] ista. l. non probat, ad quod inducitur; & quid dicat, uide de elec. auditis, in ulti. gl. sed lex ibi sequens, quæ incipit; filio, bene facit, quia dicit, q licet præteri-
tione filij testamẽtum sit nullum, de æquitate conualescit, si filius abstinet à bonis patris [*& ibi, si quis posthumos, in prin.*] hæc etiam lex non probat, ad quod inducitur. ibi dicitur, q si post primum testamentum facit quis secundum, in quo posthumum hæredem instituit, licet ætate, uel infirmitate posthumũ habere non possit. rumpitur primum [*& ibi, Si rem. §. ulti.*] ibi, qui
7 ante solutionem egit pignoratitia, licet non rectè egerit; tamen si in iudicio offerat pecuniam, rem pignoratam, & quod sua interest, consequi debet: secus, si solum satisdet, ut in l. ibi. se. q si non [*& ibi. l. 1. §. si pendeat*] scilicet cum filius, qui mutuum recepit, patrem
8 habet apud hostes. ¶ *In† glo. 2. ibi, nuper*] & infra de statumona. in singulis. §. porrò, de rescriptis, ad aures, & de officio delega. super eo, ubi de hoc Hostien. [*& ibi, Spectant*] quid ergo speciale in istis, cum istud reliquis
c sit commune? de hoc 87. dist. eos qui [c] ¶ *In gl. sicut, in fi.*] & Host. remittit ad summam eo. ti. §. ex quibus causis, sub §. ex præmissis, & §. Item dominus. ¶ *In glo. ulti. ibi, Impetratæ*] hoc placet Inno. qui etiam dixit se per
9 hoc† non esse contrarium ei, quod notauit supra ca. prox. super uer. irritas. ibi enim Papa iurisdictionem non habet, nisi prius causa deferatur ad ipsum; hic se-
d cus: quia Papa super uiduas [d] iurisdictionem habet: sed de gratia defert hic iudici seculari, ut non procedat iudex ecclesiasticus, nisi secularis sit negligens in facienda iustitia. Sed hoc non placet Host. ut ibi dixi [*& ibi, Non ualent*] ope exceptionis: secus, si ipso iure; & sic soluitur sequens contrarium [*& ibi, De negligentia*] si enim† secularis iudex pronunciet, licet male, de
10 legati se non intromittent, cum solam negligentiam suppleri uelit hic, secundum Vincen. & Pet. & Egid. ad hoc supra eo. ex transmissa, ibi, distulerit. adeat ergo superiorem, uel Papam.

ANNOTATIONES.

a ¶Vidua. no. quòd uiduis est fauendum; uide per do. Barba. consil. 41. in 2. uolu.
b ¶Petitorio. Verbum ergo, suum, &, meum, &, tuum, no. dominium: nõ autem uerificatur ex sola possessione. quòd an sit uerũ, uide per Bar. in rubr. ff. de ao. ope. nun. & in l. qui meus. §. argento. ff. de aur. & ar. le. & ibi uide quomodo hoc inducitur ad. q.
c ¶Eos qui. Vide plenius Ioan. And. de offi. dele. significantibus, in glo. ex quo autem.

Viduas

d ¶Viduas. Quæ autem dicatur uidua, uide glo. in l. 2. C. quando imper. inter. pub. & uidu. & in l. malum. §. uidua, de uerb. signi.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest sibi constituere laicum iudicem, etiam si proprium iuramentum, & aduersarij consensus accedat. uide num. 3. 9. & 17.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Tenere, in opinione esse, hic significare dicitur.*
Temporalia hic pro causis, in quibus de eis litigatur, ibid.
3 *Clericus cui iuri non posse renunciare intelligatur, & n. 9. & n. 24.*
Præsertim, tantùm, eod. nu.
4 *Ad renunciationem iuris, uel prorogationem iurisdictionis consensus aduersarij non operatur, nisi in casu, & quo.*
5 *Priuatus quis dupliciter dicitur.*
Conductores uectigalium fisci etiam uolentes non admittuntur ad munera municipalia subeunda.
6 *Clericum etiam coniugatum actor trahens ad secularem forum, perdit causam, & quando nu. 7.*
Auctẽ. statuimus, C. de episco. & cleri. uerba referuntur, ibid. uerb. Sunt hæc.
7 *Publicum hic bis exponitur pro communi.*
Negocium pro causa, ibid.
Actio pro accusatione, ibid.
8 *Contra clericum licet uocatum & non euntem processus coram iudice seculari non tenet.*
9 *Renunciare beneficio suo posse quo casu quis dicatur, & quibus canonibus.*
Consuetudo contra quæ canonica instituta non ualeat, ibid. ad uocem, Canonica.
10 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 11. 12. 13.*
Iuri, cui quis possit renuntiare, uel derogare & nu. 12. §. in glo. pen. uide distinctionem nu. 14. uer. uel potest dici, & uide nume. 15. 16. 17. 18. 19. 24.
12 *Desistendo ab incepto quando quis euadat pœnam, & nu. 20. §. 1. & num. 21.*
Renunciatio tacita ualere quando dicatur, eod. nu. §. in glo. penul.
13 *Iuramentum non tenet, si contractus non ualet.*
Principali sublato tolli, & accessorium.
14 *Additio glossarum.*
Legis, si quis in conscribendo. C. de episco. & cleric. intellectus, ibid. in prin.
15 *Velleianum ius quid sit, & an & quando mulier ei renunciauerit, ualeat renunciatio.*
16 *Macedonianum senatusconsultum unde dictum, & cur introductum, & an ei, & quando ualeat renunciari.*
18 *Prorogatio ut ualeat hic notatur requisitum, & quod, in prin.*
19 *Publicum ius auctoritate, & utilitate quod dicatur, aut auctoritate tantum, uel utilitate.*
Probationi per testes renunciari non potest, & ratio, ibid. in fine.
Probatio non debet angustari, imò ampliari, eod. num. in fi. 20.
Præpositio, in, auget.
22 *Pœna excommunicationis huius capituli quæ, & quandiu duret pœna alia, quæ utrique parti contrauenienti canoni, ibid. & an habeat reus electionem pœnæ, nu. 23.*
Papa non habet superiorem, eod. nu. §. in glo. hic ergo.
24 *Clericus an possit tacitè renunciare foro suo, & an etiam scholaris clericus non possit.*
Auctẽ. habita, C. ne fil. pro pat. an habeat locum in scholaribus clericis, eod. nu.
25 *Doctoris sententiam quis exequatur an ab ea appelletur, & ad quem, remittit.*

CAPVT XII.

1 SI diligenti. Casus. Clericus† non potest sibi constituere laicum iudicem, etiam si proprium iuramentum, & aduersarij consensus accedat. & secundum Hostien. & Pe. pars huius de præscr.
si diligenti. & potest diuidi in tres partes. In prima ponitur falsa opinio archiepiscopi Pisani. secunda ipsius impugnatio 3. conclusio. 2. ibi immemor. 3. ibi manifestè [*Asseruisti.*] Pisano archiepiscopo legum doctori loquitur, Pe. [*Tempora*] qua. di. paratum corri-
gere, si Papa contrarium asserat, de summa trinita. damnamus, in fi. qui fili. sint legitimi, per uenerabilẽ,
2 ad fi. [*Tenuisse*] idest ea† in opinione fuisse, Pe. & est modus loquendi, Ita tenet gl. uel talis doctor, Abb. [*Temporalibus*] idest in causis, quibus de temporalibus liti-
3 gabatur, Pe. [*Iuri suo*] usque hic† uerum dixit, si intelligas de iure speciali, proprio, & priuato: secus si diceres, Suo. i. ecclesiæ suæ. Sed quod sequitur, indistinctè falsum est [*Præsertim*] idest tantum. nam si aduersarius post renuncationem conueniret clericum in fo-
ro ecclesiæ, tenetur ei respondere, Gof. non† intelligo, quòd quantum ad renunciationem iuris, uel prorogationem iurisdic. consensus aduersarij aliquid operetur, hoc excepto, quòd aduersa pars non tenetur litigare, nisi & ipsa consentiat coram extraneo iudice, cuius est iurisdictio prorogata. ff. de iud. l. prima, &
5 secunda, Host. [*Priuatorum*] idest † singularium personarum: aliàs dicitur priuatus, qui nõ est in dignitate. 24. q. 1. qui contra pacem, Pet. & Ab. [*Mimime*] & ideo conductores uectigalium fisci etiam uolentes non admittuntur ad munera municipalia subeunda. ff. de iu. immu. l. semper. §. conductores. ff. de postu. l. quos prætor infra de exceptio. exceptionem. ff. de officio præsi. l. legatus. C. de defen. ciui. l. fina. in auten. de defen. ci. §. interim, col. 3. infra de iureiuran. ueniens, supra de arbi. cum tempore, Hostien [*ius hoc*] publicum de quo præmisit, scilicet quod clerici non possunt sibi laicum iudicem constituere, Pe. [*Ne clerici*] actor
6 † trahens clericum ad secularem forum, etiam si sit laicus, causam perdit; quod patet per aut. statuimus; signatam. C. de episcopis & clericis, omnes, qui, sumptam ex constitutione Federici, hac edictali, aliàs incipit ad decus. Cuius uerba posuit Hostien. supra eo. tit. proximo, clerici, Pe. & Abb. hic, & sunt hæc, statuimus autem; ut nullus ecclesiasticam personam in cri-
minali quæstione, uel ciuili, trahere ad iudicium se-
a culare [a] præsumat contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones, quod si fecerit, actor à iure suo cadat, iudicatum non teneat, & iudex sit extunc potestate iudicandi priuatus. Sancimus etiam, ut si quis clericis, uel ecclesiasticis personis iustitiam dene-
gare præsumpserit, tertiò requisitus, iurisdictionem amittat. & putat Guil. hanc pœnam locum habere in eo, qui trahit clericum coniugatum gaudentem priuilegio. hoc no. in spe. de compe. iudi. c. adi. §. 1. uer. Sed nunquid idem, & uer. se. quod dic, ut de clericis
4 [*Declinare*] quod uidetur, cū† priuilegiū superueniens generaliter eximat. 16. q. 1. frater, de priui. cū capella, & liberat ab eo, ad qđ qs tenebat. 54. di. executionis. &. c. si seruus. ff. de arbi. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de excu. tu. l. pe. §. si post, & l. spadonem, §. scire. ff. de ali. & cib. le. l. is cui. non ob. citatione præcedenti quasi priuilegium in sequentibus locum haberet, ar. ff. de usu. cum quidam. §. fiscus. ff. de iure fis. l. fiscus. C. de restit. in integ. ea quæ, auten. si minor. sed cōtrariū respondetur. per citationē. n. priuilegium est præuen
5 tū. ff. de excu. tu. l. tutor, Hos. [*Reuocandi*] i. † declinandi hoc. n. loquitur de iure reuocandi forum, & supra c. 1. de iure reuocandi domum, Host. [*Alio*] . s. à te, uel aduersario,

uersario, q fecit illū citari [*Præuentus*] si.. §. de pro. nō in
6 iuste, Pe. ¶ Glo. † arbitraria dicens perpetuationē, & præuentionē in ordinariis, & delegatis fieri per citationem ¶ *In† glo. 1. ibi, si quis postea*] [d] sequitur, quam-
7 d uis uocatus est miles, uel alterius fori esse cœpit, in ea causa ius reuocandi foi um non habebit quasi præ-
c uētus [*& ibi, ubi cœptum* [c] *est*] sequitur, semel iudicium, ibi & finem accipere debet [*& ibi, Cum quædam*] ponit casum in muliere præuenta, quæ postea nupsit uiro
8 alterius fori. ¶ *In† 1. glo. in fi.*] intellige, ut maior sit dubitatio de illo, qui aliàs non tenebatur ratione rei, uel alterius fori coram primo iudice respondere, sed solū ratione domicilij.

ANNOTATIONES.

a ¶ Proposuisti. Ad materiam istius c. uide quæstionem glos. in c. præterea, de appell. & quod ibi nota. & q. Bart. de laico accusato, qui se facit clericum fieri, Bald.

b ¶ Respondere cogetur. Adde d. Ant. & Abb. hic in clem. pastoralis, in 6. char. uersi. sexto quæro, de re iud.

c ¶ In glo. Host. not. contrarium de offic. deleg. licet & pro ipso uidetur text. c. uenerabili, eod. tit. licet ipse non alleg. illud. pro prima opin. facit clem. fi. ut lit. pen. & quod not. glo. de appell. ut debitus. & an sola commissio de citando sufficiat ad hanc præuentionem, uel ad perpetuationem inter alios, uidetur, quòd sic, per not. in c. gratum, & c. relatum, de offic. deleg. in contrarium facit, quod not. Lapus in clem. fin. ut lit. penden. & Bart. in l. multum, ff. de conditio. & demonst. & ad materiam uide not. in decisio. Rotæ conclusio. 13.

d Per citationem. Adde text. in c. gratum, & relatum, & ibi doct. supra, de offic. deleg.

e ¶ Vbi cæptum. Adde d. Felin. in c. ex tenore, supra, de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *In Romana curia conuento clerico non competit declinatoria fori: posset non ius competere reuocandi domum ex causa.*
Diuisio, ibid.
2 *Forum sortiendi modi plurimi, & qui, & nume. 9. uide nume. 10. 11. & 12.*
3 *Romana ecclesia à Deo recipit potestatem, et ab ea cæteræ ecclesiæ.*
4 *Reuocandi domum ius quando competat, & num. 13. exceptio dilatoria, num. 6. uide alia de reuocatione hac, num. 7.*
Necessaria & quasi necessaria causa æquiparantur, ibid.
Commodum, & remedium ad æquantur, ibid, in fi. uersi. nec patet.
5 *Rectituere qui possint in integrum, aliò reijcit.*
6 *Dilatoria proponi debet ante litis contestationem.*
Allegare factum non sufficit, nisi probetur, nisi sit notorium, ibid.
7 *Reuocandi domum exceptionis formula, & qui eam proponit, cauere debet, & quid. uide etiam num. 13. uersi. quidam dicunt.*
8 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 9.*
Delicti ex commissione quibus in locis sortiatur, & §. fi. & nume. 10. & 13.
Contractus, uel quasi contractus largissimè capitur, & num. 10. §. 1. ad finem.
Forum quis sortitur ratione domicilij, §. 2. & num. 11. & qua alia ratione. §. 3. & num. 12.
10 *Additio, uel suppletio glossarum.*
Forum quis sortitur etiam alibi, quàm in loco domicilij, sed an persona cogi possit eò uenire, uel in eam habeat ille iudex iurisdictionem, quæritur, ibid.
11 *Sacerdos, siue clericus habet domicilium beneficij, & patrimonij, prius tamen principaliter spectatur.*
Vagabundus potest, ubi inuenitur, conueniri, ibid.
13 *Domum reuocandi qui ius habeant, & quibus de causis.*

CAPVT XX.

1 ICet. Casus. Clericus† in curia Romana cōuēto nō cōpetit declinatoria fori: posset tamē sibi ex causa competere ius reuocandi domū. & primò ponit quatuor modos sortiendi forum. secūdò addit quintum,

cum modificatione ibi, Quia tamen [*Regulariter*] hic
2 habes† quinque modos, quibus quis sortitur forum. Hos, & alios quinque quære notatos. ff. de iudi. l. hæres ab. §. 1. in fi. & enumerabat hic Hosti. hos casus, ratione originis, manumissionis, adoptionis, militiæ, & dignitatis, matrimonii, priuilegii, cursu temporis, trās lationis, extremæ uoluntatis, conditionis, compromissi, recusationis, appellationis, delegationis causæ, maioritatis, consensus siue prorogationis, negligētiæ iudicis, recōuentionis, quæstionis feudalis, patriæ cōmunis, & uagationis. Remittit autē ad nota. plenè per ordinem, eod. tit. §. 2. in summa. Et addit rationem naturæ incidentis, de ordin. cog. tuam, & relationis, uel remissionis, supra, de offi. legat. licet, quinquagintaduos modos prosequitur. G. in Spec. de compe. iudi. additione. §. 1. [*Episcopus uidetur*] scribit forte. cap. quod mirabatur, quomodo ibi fuerat cōuētus episcopus, Abb.
3 [*Omnium† ecclesiarum*] Romana enim ecclesia à Deo. aliæ uerò ab ipsa recipiunt potestatem; de hoc supra, de iud. nouit. & hoc uult ius canonicum, ut hic, & 17. dis. sacrosancta, & c. reuocantes; de priuilegijs, antiqua; & cluile, in auth. de ecc. tit. §. sancimus, coll. 9. ut ecclesia Rom. in prin. colla. 2. C. de sum. tri. l. fi. Host. [*Mater*] sic 12. dist. c. 1. de consec. dist. 1. Basilicas, Phil. [*Necessaria*]
4 Item† probabili. ff. ex quib. cau. ma. l. necnon. 1. respō. cum lex generaliter ponat casum. ff. de iud. l. 2. §. legatis, nec adijciat necessariam, ut hic, nō tamen uidetur probabilis causa sufficere, nisi sit quasi necessaria; ut patet in eo, qui uenit cā suæ appellationis prosequendæ: quam & si de necessitate præcisè nō teneatur prosequi, tamen quia ipso non prosequente rata manet sententia, iō hæc cā quasi necessaria reputatur. Idē est in reo uocato ad iudiciū, ut in §. legatis. Quid ergo, si aliquis ueniat ad curiam causa petēdæ restitutionis in integr. contra sententiam in se latam, nunquid talis hoc priuilegio gaudebit? Respondeo non: quia, & si causa ista sit probabilis, est tamē omnino uoluntaria, nō necessaria, nec quasi necessaria. & talis de nouo agit, ſm Inno. & ut dixit Hos. causa non est fic per app. ad curiā deuoluta, nec sententia suspensa, sicut per appellationem suspenditur. ff. ad Turpil. l. 1. in fi. Est & alia ratio, quia appellatio iniquitatis sententiæ quere-
a lam [a] continet, quæ appellanti imputari nō potest. un de & ipsam prosequitur excommunicatus, ne prætaleat iniquitas æquitati, supra, de excep. cum inter, cum si. petitio uerò restitutionis in integ. continet petitionem ueniæ proprij erroris, q meritò imputari potest erranti; & ideo in restitutione, qua impugnat aliū, nō habet hoc priuilegium, quod habet, quando se defendit. colligitur hæc ratio. ff. de mino. præfecti. Dicunt tamen quidā, q quamuis quò ad subtilitatem iuris prædictæ rationes locum habeant, quò ad ueritatem & finalem utilitatem locum non habēt. sicut enim appellante non prosequēte rata manet sententia, & irreuocabiliter ius suum perdit, quod prosequendo recuperat; ita in perente & non petente restitutionē in integ. est reperiri. & ideo hac ueritate & æquitate inspecta, quibus fauent canones, supra tit. 1. dilecti, supra, de trā sact. c. fi. infra, de don. c. 1. distinguendum est, an sentētia lata sit à tali iudice, qui possit in integ. restituere; & tunc cum uoluntariè, nō necessariò, uel quasi ueniat ad curiam pro restitutione petenda, non habet ius reuocandi domum. uel an sit lata per iudicem, qui non possit restituere in integ. nec patet remedium, uel nō ita cōmodū circa sedē apo. Hęc enim duo satis æquparātur, arg. §. de uerb. sign. l. Nepos. infra, de dilatio. c. fi. de elect. quia propter, quo casu uera sit secūda sententia, q talis habeat ius reuocandi domum, cum ueniat
5 necessariò, uel quasi, qui† uerò sint iudices, q possunt, uel non; in integ. restitu. legitur, & not. supra, de restit.

in integ.

in integ.cau.Hoſt. [*ſi tunc*] q.d.cū hæc exceptio ſit dilatoria,in initio proponēda eſt: aliàs lit.conteſt.tardè proponeretur,nec audiretur excipiens.C.de prob.exceptionem.C.de excep.l.fi.& de hoc,infra, de re iudi. inter,p̄m Inno.Hoſt.Pet.& Abb.[*Allegaſſet*] & probaſſet,niſi forſan eſſet notoria,Hoſtiē.[*Reuocandi*] ſupra c. proxi.declinat forum, ut ibi dixi [*Domum*] q.d.Domi-
7 ne †non ueni ad hoc paratus,remittatis me ad domū,
b ᵇ deliberabo:ſed parum prodeſt:quia quod differtur, non aufertur.tenetur enim cauere,ſaltem nude de iudicio ſiſti,& ad diem ſibi aſſignatam reuerti.ff.de iud.
8 l.2.§.ſed ſi dubitetur. Hoſt. ¶Primaſt 4.glo.& prin.ultimæ recitare ſoleo textualiter, & demum de ultima quærere,quæ ſit iuſta cauſa reuocādi domum, & glo.
9 ponit 6.exempla declarans &c.¶*In* †*1.glo.ibi,qua in prouincia*] quis deliquit,illic iuri ſubiaceat,omni priuilegio ceſſante[*& ibi.l.1.*] clariſſimi non illuſtres,ubi de linquunt,conueniuntur,quorum reatus omnem ex
c cludit honorem ᶜ[*& ibi.l.ult.*] alterius prouinciæ reus accuſatur,& cōdemnatur,ubi deliquit,etiam ſi ſit miles[*& ibi.§.idem imperator*] ſeruus punitur,vbi deliquit. & ibi,dominus illum defendere debet, nec poteſt eū in ſuam prouinciam reuocare[*& ibi, Defertorem*] uide ſupra eo.poſtulaſti,ſuper gloſ.¶*In glo.2. ibi, oritur*] ut ſi quis geſſerit tutelam,curam,uel negocia alterius, uel argentariam,uel his ſi.h.d.§.ſtatim alleg.[*& ibi,omnem obligationem*] obligatio habeē pro contractu,ut ubicūque quis obligatur,contrahi uideatur.& idē.l.ſequēs. ¶ *In glo. 3. ibi, proinde*] ſi emi à mercatore aduena , uel uendidi ſtatim profecturo, domicilium illius ſequar. ¶*In gl.4.ibi,quod legatur*] legatum per actionem in rem peritur,ubi eſt res,etiam ſi ſit mobilis.¶*In glo.ult.ibi, de liquiſſet*] ipſe, uel eius ſeruus , ut in §. ſtatim allegato.
10 ¶*In* †*glo.1.ibi, tuarum*] & c.1.libr.6.& 6.q.3.c.ult.[*& ibi, Domicilium*]immò dicunt quidam ſolum domicilium conſiderari quantum ad perſonam conueniēdam, & quantum ad forum.nam ſolum forū iudicis,ſub quo quis habet domicilium,intelligitur eſſe proprium, & ordinarium forum illius.unde,ſi alibi contrahant,poteſt ibi conueniri; ſed perſona non poteſt cogi præci-
d sè illuc uenire,ut not.ſupra eo.dilecti.& eodem[d] mo-
e do, ſi alibi delinquat[e].immò plus dicūt,q̄ licet ſortiatur quis forum ex cauſis prædictis,ſi ibi inueniatur,& tunc procedi poſſit cōtra eos excommunicando , & mittendo in poſſeſſionem:tamen ſi non ſint ibi,& de extra uocentur,poteſt procedi in rem eius ad miſſionem in poſſeſſionem rerū,quas ibi habet: ſed nō contra perſonam ad excommunicationem,argu.ad hoc, quia ſi non debet perſona cogi ire ad eos,ergo nō debet excommunicari ratione contumacię,quę nō eſt. 11.q.3.nemo epiſcoporum.nec eſt contra, ſupra eod. ſanè, q̄ ibi loquitur,quando ratione rei ſortitur quis forum:quia ibi in re habet iuriſdictionem:ideò in eā poteſt ius dicere miſſionis in poſſeſſionem,& quodlibet aliud, ſicut quilibet ordinarius: ſed in perſonā nō poteſt ius dicere.Quidam tamen dicunt,q̄ in perſonā habet talis iudex iuriſdictionem,ſed limitatam per iura. Alij dicunt ſic,q̄ ex quo habet iuriſdictionem,poteſt eum citare extra territorium[f]. qui ſi citatus non uenit, eſt contumax, & per conſequens poteſt excōicari,infra,ut lit.nō conteſt.tuæ,& c.quoniam.ſed primi reſpondent,q̄ non poteſt citari extra territorium: ſed ſi etiam poſſet, non tamen poteſt eum excommunicare:quia nō eſt contumax:quia ire non tenetur,& ſufficit, ſi res ſuas poſſidere patiatur, arg.ff.de procur. ſed hæc.§.ult.& l.ſe.nec mireris,quòd dixi eū nō contumacem,& fieri miſſionem contra eū.hoc enim ſit in abſente cauſa reipublicæ, &in pupillo, qui nō ſunt contumaces.ff.ex quib.cau.maio.l.Item ait prætor.§. hoc autem.ff.de priuil.credi.l.pupillus:uel etiam ſi ſit contumax,tamen procedere non poteſt,niſi per miſſionem in poſſeſſionem, arg.infra eo.Romana.§.cōtrahentes,Inno.uide quod dicam infra,de dilat.c.2.in glo.hic habes.¶*In glo. 2.ibi oriatur*] ut ſi quis geſſit tutelam,uel negocia alterius[*& ibi, Remitti*] hoc uerū p̄m lac.But.ſi latitat:aliàs non[*& in fi.*] & remittit Hoſt.ad ſummam,eod.tit.uerſic.item ratione contractus.¶*In*
11 †*glo.ratione,ibi,pluribus locis*] habet enim ſacerdos domi
g cilium ᵍ beneficij,& patrimonij,ſupra eod.poſtulaſti: in hoc tamen caſu regulariter ſpectatur domiciliū beneficij.Regulariter dixi:quia ſi de patrimonio,uel delicto ibi commiſſo queratur,tunc illud domiciliū patrimonij ſpectatur,ut ibi. Quid de uagabūdo? ſo.locū habet, ubi te inuenero &c. C.ubi de cri.agi oportet. l.
h 1.ff.de iud.heres [h].ff.ad muni.municipes.2.§.miles,&
12 l.eius qui.§.pen.Hoſt.¶*In*† *glo.ratione poſſeſſionis, ibi ſit mobilis*] idem not.ſupra eod.ex parte, in glo.pen.& idem Azo,Goff.Innoc.& Hoſt.quem uide in ſum.huius tit. §.2.poſt prin.[*& ibi.l.ult.*]ubi de hoc[*& ibi,quidam*]Hu. qui hoc dicebat per l.ſenatus.ff.de offi.præſi.& per l.ſi fideiuſſor,in fi.ff.qui ſatiſd.cogan.ſed in l.ſenatus,non propter defectum rei, ſed ratione officij differretur,in l.ſi fideiuſſor pro re mobili ſatiſdatur, & agitur ibidē. aliqui dicunt hoc uerum,ſi res eſt in loco,ut ibi remaneat:aliàs non,arg.l.debitor.ff.de pigno.quæ bene facit,& uide in Spec.de compe.iud.adi.§.1.uerſi. quid ſi
13 quis per locum. ¶*In glo.ult.ibi, reſpondere tenebitur*] nota etiam hic Inno.quoſdam, q̄ in cauſis electionum, & in aliis,quæ celeritatem deſiderāt,& quæ ſunt tempore periture,non habet locum ius reuocandi domum, arg.ff.de iud.l.2.§.pe.& l.ſed & ſi.§.ædium,infra de appel.oblatæ.ff.de feriis.l.1.§.ſed excipiuntur, & l.2.& 3. & infra de feriis. c.fi.§.quib.quod poſſet intelligi,quā do agitur de electionibus prælatorum:ſed ſecus in electionibus canonicorum , ubi nō eſt tantum periculū in mora. legati autē, licet in aliquibus caſibus habeāt priuilegiū reuocandi domum;tamen ſi ultra tempus
i legationis[i] morētur pro ipſis cauſis,amittunt priuilegium:quia iam uoluntariè morantur,& ſola uoluntate cauſam cœperunt. ubi uerò cauſam non tractant, ſed parant ſe ad reditum , licet plenè ſit finita legatio, habēt ius reuocandi,uſquequò in domum redierint, uel redire poterint,intelligēdo de qualibet ſua domo, nō de illa tantùm,de qua legationem ſuſceperit.idē,ſi neceſſitate, infirmitate, captiuitate tenētur,uel ſuper iure reuocandi interlocutoriam expectāt. ff. ex quib. cau.maio. qui mittitur.§.fi.& l.ſi cui.§.1.p̄m Innoc.in addi.Item not.q̄ licet ij,qui pro cauſis aliis neceſſariis uocantur ad curiam,& multi alii, qui habēt ius reuocandi domū,non poſſunt in urbe conueniri: poſſunt tamen conueniri in propria domo:alioquin fiet miſſio in poſſeſſionem, ſi non ſit , qui defendat plenariè: ſuper quo antequam fiat miſſio, cognati ſunt interrogandi,& amici,ut ff.ex quib.cauſ.maior. Item ait prætor,& l.ſe.ff.ex quib.cau.in poſſ.ead.hoc autem. C.de reſt.mili.l.ignorante.Si autem tempore legationis cō trahat,etiam ſi per gulam in curia teneat, nūquam tamen conuenitur,niſi de his, quæ ibi contraxit,argu.ff. de iudi,l.2.& l.ſi legationis,& l.de eo: ſecus,ſi agit contra unum: quia cōtra omnes ſe debet defendere. ff.de iud.l.2.§.1.& 2.& §.ſed ſi agant.legatus etiā poteſt conueniri ab omnibus,ſi ipſe aliquem cōueniat,maximè dum conuenit alios.nam tunc impeditur eius legatio ex cōuentione,quam facit:& ideo eſt ei imputādum, ff.de iudi.l.2.§.ſed & ſi agant,& l.ſed & ſi reſtituatur.l. reſpon.& l.non aliàs, & l.qui non cogitur. ſed contrarium uidetur auth. de ſanctiſ. epiſc.§,reuerendiſſimi, colla.9. ſed illa auth.non loquitur, quando legatus ſit conueniendus pro ſua perſona : ſed dicit illum legatū procura. conſtitutum ad cauſam agendum ſubire reconuen-

conuentionem illorum tantùm, contra quos agit. Si autem conueniatur,& reſpondet,licet uoluntariè,tamen ꝓpter hoc non amittit quò ad alios ius reuocandi domum, arg.C.de excuſa.tuto.l.uoluntariè, cū ſuis concordā.Et non ſolùm legati ab his miſſi habent ius reuocandi domum,ſed etiam ſi quis propter ſuam legationē uenerit,puta prælatus propter negocia eccleſiæ ſuæ,uel ciuitatis.in auth.de ſanc.epiſc.§.ſi uerò epiſcopi, niſi pro cauſa, quam cōtra alium moueret.iret ad curiam.tunc enim nō gauderet priuilegio,ut eſt dictū. ſed ſi ut reus uocatus ſit à Papa,ut alijs reſpōdeat, ius habet reuocādi domum in alia cauſa.ff.de iudi.l.2. §.2.ubi dicitur,q̄ uocatus cauſa tutelæ,in alia reſpōde re non tenetur, arg.5.q.2.uocatio. ſed quidam dicunt illud loqui in criminalibus.poteſt ēt dici, q̄ prælati,& alij,qui habent ius reuocandi domum, ſiue ſint appellantes, ſiue appellati,ſiue actores, ſiue rei, gaudebunt hoc priuilegio.poteſt tamē præfigi eis terminus, quo poſſint redire domū,& poſtea reuerti ad curiā,cautio ne recepta,q̄ ad diem certā ſibi aſſignatam reuertātur ad curiā,& ibi ſe defendant,arg.infra,de dila.expoſuit. §.fi.& eſt expreſſum.ff.de iud.l.2.§.ſed ſi dubitetur. qđ intelligunt quidam uerum ēt de his, quæ in legatione contraxit,& de alijs:ſed Inno.plus placet,q̄ nunquam dēt dare cautionem,qđ reuertetur ad curiam ibi cām acturus, ſed quod corā ſuo iudice ordinario reſpōdebit, ar.ff.de iudi.l.2.§.legatus.hoc tamē,qđ placet Inn. nō placet Hoſt.per iura proximè allegata,,vt ēt dixi in
k textu in fi.[k] Legatus etiam ſecundùm Inno.non cogitur audire ſententiam ſuper lite,quam cōteſtatus erat ante legationem: ſed ſi uult,poteſt audire.ff.de arb.nō diſtinguemus. §.item ſi quis Romæ. Legatum autem appello etiam procur.ad cauſam conſtitutus ab his,q̄ habent poteſtatē imperandi ei,& ut tunc.ſ.de ſuis cauſis non conueniatur, in auth.de ſanc.epiſc.§.reuerendiſſimi,coll.9.nam &quicunque pro neceſſaria cauſa mittitur,uel uadit ad curiam,habet ius reuocandi domum,arg.ff.ex quib.cau.mai.l.qui mittuntur.§.reſpō. & 1.§.Procuratores autē,& alij nuncij uoluntarij non gaudent hoc iure reuocandi domum, arg. ff.ex quib. cau.maio.l.qui mittuntur.§.fi.& l.ſe.& l.nō uerè.item qui pro ſuis negocijs ſpecialibus uenerint ad ſe. apoſt. hoc priuilegio nō gaudēt per eadē iura,p̄m Inn.Hoſt. autem de materia huius gloſ. remittit ad ſummam de exceptio.§.fi.ſub §.item effectus,& uide in ſpe. de leg.
l §.ſupereſt,uer.porrò [*& l ibi, ſed legati*] hoc dicit aduer
m ſatiuè:quia differentia eſt inter legatos, [m] & alios, qui ex probabili cauſa,uel neceſſaria ueniunt ad ſe. apoſt. quia alij præter legatos,ut qui cauſa teſtimonij,uel cō ſimili ueniunt, tenentur præcisè reſpondere de cōtra ctibus extra locum ſuæ iuriſdi.celebratis,& ante legationem.nā in eis ſolis,quæ in ciuitate ſua, uel intra ſuā prouinciam contraxerunt, hoc priuilegium habēt.ff. de iudi.l.2.§.item ſi extra prouinciam:legati uerò non poſſunt. ſed & legatorum priuilegio gaudent peregrini,arg.infra,de peregri.cap.uno, ſecundùm Inno. [*& in fi.*] de hoc 5.q.2.c.1.& in ſpe.de reo, uerſi.item legati, & uerſi.ſe.& an in concilio prouinciali, uel ſynodali competat hoc ius reuocandi domum, dicam infra, de præben.graue.

ANNOTATIONES.

2 ¶Querelam. Secundum ueritatem,licet aliquando ſic æque ſecundum iuſtitiam actoris, & iudicis, ut quia redditur iniqua ex nouis probationibus, quod intellige in diffinitiua,& uide Bart.in l.præferri, infra alleg.

b ¶Ad domum. Adde hic do. Felin.poſt Moder. qui plenè examinat hunc articulum .

c ¶Honorem.Glo.in uerſ.illic,in fi.in auth.qua in prouincia.C.ubi de cri.agi oportet, ubi dicit nō extēndi ad priuilegia clauſa in corpore iur.& glo.in l.hæres abſens,in uerſ.excuſatum,ff.de iud.Im. & do.Abb.in c.1.ſupra,de reſcriptis.

d ¶Eodem. Vide quod dixi de delegato in c.paſtoralis, infra,de appell.& uide ad hoc not.per Io.And.in c.Romana. §.contrahētes, de ſo.compe.& uide tex.in c.ex tuæ,de ele.non reſi. ubi poteſt excommunicari extra exiſtens, ſed forte ideo, quia ibi domicilium habere cenſetur,uel ubi bona habet,ut not.ſupra,de reſcrip.cum dilectus filius,el 1.non poteſt excom municari, ut ſupra dixit, Bal.

e ¶Delinquat. Adde etiam ſi fictè delinquat, puta per alium; ita do. Abb.in c.tuarum,de priui.quia ita poteſt puniri mandans,ſicut delinquens,Cle.paſtoralis,in princ.ibi,per ſtipendiarios, & ibi hoc, de re iudi.

f ¶Territorium.De hoc uide latius Io.An.in §.contrahentes,alleg. & Cyn.Bart.Bald.& Sali.in l.omnes,C.de epiſc.& cler. & per Bar. In l.1.ff.de requi.re.& in extrauag.ad reprimen.& per Pau.in Cle. paſtoralis,de re iudi.

g ¶Domicilium. Adde, quòd forus domicilij eſt generalis,& ordinarius concurrens cum quolibet foro,in tantum, quod ſubditi ex alio foro non dicuntur propriè ſubditi; glo.eſt ordi.in Clem.1.in uerſic.ſubditos,de for.compet.quam ſequitur Abb.& do. Mar.in c.1.ſupra eod.

h ¶Hæres. Ibi uide gloſ.& Bart.in §.proinde, & in l.dies. §.prætor, ff.de damn.infect.& uide ibi differentiam inter habentem in loco uno domicilium,aut cōuerſationem,& ibi,quis dicatur uagabundus,& uide Bar.in l.1.C.ubi de cri.agi opor.

i ¶ Tempus legationis. Adde,quòd legato,qui legationem affectauit,non competit ius reuocandi domum, per l.& qui datam,ff.ex quib.cau.maio. & Feli.in c.ſi.de teſti.

k ¶In fine. Pro Hoſt.facit,& etiam pro Inno.quia tex.in §.ſed ſi dubitetur,in l.2.ff.de iudi.loquitur perſonaliter : cauere debet de iudicio ſiſti, ubi uidetur adhærere opi.Inno. & idem ibi Bar.

l ¶ Porro &c. Quod hic dicit glo.quòd qui uocatur extra ſuam ciuitatem cauſa ferendi teſtimonij , habet ius domum reuocandi , eſt uerum , ubi trahitur extra ſuam propriam iuriſdict. & ſpecialem . unde comitatenſis tractus ad ciuitatem pro teſtimonio non habet ius reuocandi domum,& idem in alijs caſibus expreſſis hic in glo. hoc not.glo.in l.2.§.omnes,& in §.legatis,ff.de iudic.

m ¶ Legatos , Adde , quòd præſentibus in curia reipubli. cauſa non competit ius reuocandi domum, ſecundùm do.de Rota, in tit.de dolo & contu,in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *Ad tituli huius materiam quæ faciunt, ubi alijs in locis tradantur, oſtendit.*

De libelli oblatione. Rubrica.

1 ¶ Quidam † rei ad iudiciau ocati, ſi non declinant forum,petunt libellū,ut ſciant,quid & qualiter petitur, & ſuper quo debeant reſpōdere;ideo &c.Goff.ad ma-
2 teriam facit 2.q.8.per totum.81.diſt.Maximilianus,cō gruit rubricę de app.ſignificantibus,& Cle.de uer.ſig. ſæpe,& Inn.hic ſuper rubrica formabat quæſtionem, quam format Hoſt.infra c.1.in prin.ſtatim dicam.

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur in ſcriptis libellum porrigere ; & quid debeat in eo exprimere.*
2 *Ignarus auctor huius conſtitutionis gnarus fuit, & præſes concilij. Supplere factum in iuſſu editionis libelli iudex poteſt, et ratio, ibid.*
3 *Litis conteſtatio à penſionario poſſeſſionis domus , quam peto à te tradi mihi uacuam,etiam amotis inde penſionarijs,in die aſſignata, quatu non pares, facta an ualeat.*
4 *Libellum paratum non habere imputatur autori, non reo. Oportet,uerbū ſignificat neceſſitatem,ibid.aliquando nō,ut nu.10.*
5 *Libellus obſcuritatem non debet ullam continere.ſemper offerendus, niſi in caſibus, & quibus,num. 6.7.8.& 9. & quod debeat continere, num.1.& 9.10.11.& eo dato quid faciendum,ibid.nume.10. cui porrigatur, nume.11. & quando reſpondendum,eod. num.ad dictio.reſponderi,& nomine cuius formandus, num.13. eius oblatio an neceſſaria , & quomodo formare eum ſufficiat , num.16. obſcuritatem quæ pariant in libello , ibid.*
Reum cautum reddit,quid debeat cauere in aduerſarij libello , ibid.
7 *Officium iudicis quando loco actionis proponatur.*
8 *Conſuetudo ualet in his , quæ circa iudicium uerſantur.*
10 *Subſcriptio in libello non eſt neceſſaria.*

11 *In ſynodo hoc quis eſt iudex, & qui ſententiam pronunciet.*
12 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 13.*
Reclamare, habet ſe ad ciuiles & criminales cauſas, ibid. num. 13.
14 *Et non citato poteſt offerri reo libellus in iudicio caſu præſenti.*
Cap. ſi quis cũ clerico. 11. q. 1. intellectus, ibid. ad dictio. requiritur.
Annales actiones quæ ſint, ibid. ad uocem, Annales.
15 *Inducię deliberatoriæ ſunt de ſubſtantia, ſi petantur. eas arctare poteſt iudex, ſed non penitus denegare, licet eis renunciari poſſit tacitè, & expreſsè.*

CAPVT I.

1 IGnarus. Iſta rubrica habet tria capitula, & tria dicit ſin ſumma hæc, ſcilicet, actor tenetur in ſcriptis libellum porrigere. hoc primò. & ſi agit rea li, debet in eo exprimere rem, quã petit. ſi agit perſonali, debet exprimere cauſam. & primam decret. quæ ponit quandã facti narrationem, non diuido. & Igna
2 rus ſiſte gnarus erat, [a] ut patet ex ſequẽtibus, & iudex
a erat, qui præerat ſynodo. ꝑm Hoſt. [*Dixit*] ipſis fratribus actoribus [*Habetis*] in hoc potuit iudex ſupplere de facto, ꝑm Hoſt. ne ſibi illudatur: quia aliter non valeret iudicium. ff. de iudi. ſi prætor, & ſupra de alie. iudi. mu. cauſa fac. c. 1. & ne contingat partes uexari laboribus, & expenſis, de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. porrò. unde cum ex hoc cotingeret publicam utilitatem lædi, ſupplere potuit; de hoc de poſtu. bonæ. 1.
3 [*Poſtulationis*] quid ſi ſ peto à te tradi mihi uacuã poſſeſsionem domus etiam amotis inde pẽſionariis, die aſsignata non pares, ſed uenit penſionarius, & dicens hoc non eſſe faciendum; conteſtatur litem; quæritur, an ualeat talis litis conteſt. Inno. in rubrica, & Hoſt. di
b xerunt hic, q non: tum quia penſionario[b] non eſt o
c blatus libellus. 3. q. 3. offeratur:[c] tum quia in uno libel Io nõ ſunt conueniendi duo; quod intelligas uerum eſſe, niſi penſionarius conduxiſſet à me domum. tũc enim ſi uult cõparere, & cauſam ſuam iuuare, audietur. ff. de appe. ab executore. C. de liti. auth. nunc ſi hæres, & infra de re iudic. cum ſuper. immò ſibi præiudicaret, ſi non defenderet. infra de re iudic. quamuis. & ſic intelligitur de ſi. preſb. ueniens. ita ad litterã habetur in Inno. ſuper rubrica. tamen Archid. in ſuis correctionibus ſuper illa glo. ponit, uacat, & ponit eam, infra c. 2. in ſi. Guil. in Spec. de lit. conteſt. §. 2. uerſ. quid ſi in libello, ponit prin. huius glo. dicens illud Inno. notaſſe, de foro compe. Romana, in ſi. & ponderato cõtextu Inno. in quo præcedit proxi. illa decre. facile po
4 tuit eſſe talis error [*Nullum habere*] hoc ſ nõ reo, ſed eis eſt imputandum. ff. de doli excep. l. purè. §. ſi. ff. de diu. & tempor. præſcri. l. 1. ff. de calum. l. annus. C. de temp. in inte. reſt. l. petendæ, Hoſt. [*Oportet*] ideſt neceſſe eſt, ut hic, & infra, de iura calumn. d. c. pen. [*Declarare*] q. d.
5 † nullam debet obſcuritatem cõtinere. caue ergo tu,
d qui es ex parte rei, de nimia generalitate [d], ut infra c. proxi. caue de; uel ff. de iniur. prætor edixit. §. quod autem prętor, quod dic, ut infra, de empt. & uendi. cũ cã caue de, Si. nam cõditio eſt incerta. ff. de condi. indeb. ſufficit, & inſtitu. de uerb. oblig. §. ex conditionali. caue de uerbo duplici, ſupra de reſcrip. c. fi. & prægnãte, & de omni dubio, ſiue obſcuro, ſupra de renun. ſuper hoc, ff. de rebus dubijs, ſi is, qui ducenta. §. cum ita, & §. utrum, & in §. penul. & fi. & l. ubi, & per totum, Hoſtien. iunge, quod dicam infra c. ult. ſuper glo. 2. [*Eamque*]
6 petitionem. patet hic ſemper ſofferendum libellum in omni cauſa ciuili, & criminali, inquiſitionis, & denunciationis. In omnibus enim utilis, & neceſſarius eſt, ut ſciat reus, an cedat, an contendat 3. q. 3. offeratur, licet in denunciatione, & in inquiſitione aliqui contradicant, ſecũdùm Inno. Hoſt. dixit in inquiſitio ne, quæ procedit ex puro officio, libellũ dari non poſ ſe: quia non eſt, qui offerat, ſed dantur loco libelli capitula, de quibus eſt inquirendum, ut infra de accuſa. qualiter. 2. §. debet. In denũciatione uerò poteſt & debet à denunciatore offerri, ſicut in accuſa. infra de accuſa. licet. & c. ueniẽs, & c. cum dilectus, & c. qualiter, & c. prelatorum. & breuiter ſecundùm Inno. quando agitur inter partes, libellus requiritur, niſi ius dicat ipſum non eſſe dãdum, ut in auth. de exhiben. & intro. reis. §. ſancimus igitur, col. 5. ergo in interdictis offerri debet: quæ ideo ſic appellantur: quia inter duos dãtur, inſtitu. de interdictis. §. ſunt autem qui. & quando
7 officium ſ iudicis loco actionis proponitur, ſupra de
e offi. iud. c. fi.[e] & ubi cautio petitur de damno infecto, ff. de dam. infec. l. 4. §. quoties. aliqui tamen dicunt cõtra, quia hæc res celeritatem deſiderat. ff. eo. l. 1. ſecundùm Inn. Hoſt. dixit hoc eſſe arbitrarium, prout prætor ex cauſa id uiderit accelerandum, uel protelandũ ff. de damn. infect. l. 4. 1. reſpon. ff. de ferijs l. 1. §. fi. & l. 2.
f & 3. Sed & ſecundùm [f] Inno. libellus requiritur, ubi agitur de poſſeſsione, niſi in caſu, quem not. ſupra de
g procura. in præſentia[g]. & quando agitur contra aſcriptitium, qui dicitur fugiſſe, & quando petitur aliquis de ſua iuriſdicti. licet ſit argu. contra. ff. ad munici. l. de iur. quamuis enim olim non darctur libellus, niſi per ſonis illuſtribus. C. de digni. quoti. lib. 12. ff. de priuatis delictis. l. fi. hodie tamen regulariter omnibus uocatis ad iudicium offerendus eſt, ſecũdùm Inno. fallit hoc in caſibus, ſecundùm Hoſti. quorũ aliquos poſuit hic Inno. Primò quando partes in hoc conueniunt, q iudex non in figura iudicii, ſed de plano ex officio ueritatẽ audiat, & inquirat, qua reperta dicat, & ordinet, quod uult. ſic intelligit caſum, quem alij faciunt ſpecialem. C. de priuile. ſcho. quoti. in fi. lib. 12. in auth. ut dif. iu. §. ſi uerò contigerit, collat. 9. & quod not. ſupra de arbi. cum tempore, 1. reſpon. non poſſet autem fieri ex pacto partium, q iudex eo omiſſo diffinitiuam
h daret, & facit quod not. de re iud. c. ult. lib. 6. [h]. Secũdò in cauſa inquiſitionis, & alijs, quibus proceditur lite non conteſt. infra, ut lit. non conteſt. quoniam. §. ſunt & alij. Tertiò, quando cauſæ ſunt uiles, & paruæ ſummę, uel quando agricultores, & pauperes ſunt litigantes, maximè cum ex longinquo uenerunt, in auth. de mand. principum. §. ſit tibi, & de quæſto. colla. 6. & de reſt. ſpo. c. 1. Quartò, quando epiſcopus inter clericos ſuos iudicat. 11. q. 1. ſi quis cum clerico; quod quidam dicunt ſpeciale. Alii dicunt idem in delegato: quia nõ occurrit eis diuerſitatis ratio, ſupra de conſtit. trãslato, quod placet Inno. & glo. in Spe. eo. ti. §. nunc dicendum, uerſi. ſed nunquid. ſed ſecundùm Hoſt. utriſque contradicit hoc c. & ideo illud poteſt intelligi, quãdo breues ſunt lites, uel ut dicetur infra uerſi. 8. Quintò, quando iudex reddit rationẽ de adminiſtratione ſua, in auth. ut iudi. ſine quoquo ſuff. §. neceſsitatem, col. 2. Sextò, quando agit de beneficiis authoritate reſcripti apoſtolici obtinendis ſecundum quoſdam, ut no. ſupra de ætate & qualitate, accepimus. Septimò in cã matrimoniali, quãdo iudex procedit ex officio, infra de clandeſt. deſpon. cum inhibitio; & ſic intellige, infra de teſti. Albricus; quod dic, ut ibi not. Octauo, quã do diœceſanus petit certificari de beneficijs minus canonicè obtentis ſine ſua licentia, uel uacatione diuti na, uel alijs exceſsibus, quæ diœceſanus ex officio habet corrigere; quod dic, ut leg. & not. ſupra, de cler. pe reg. c. fi. ut ec. be. c. vno, de ſi. licet Hely. Nonò, quando agitur de re per tranſact. ſententiam, ſeu compoſitionem finita, ne lites ex litibus contra propoſitum principis oriantur. C. de fide inſtr. l fi. ad fi. C. de fruct. & lit. ex. terminato, C. ſententiam reſcin. non poſſ. l. fi. de lit. conte. exceptionis, lib. 6. unde & quando adiudicatur

eccleſia

eccleſia eum pertinentijs, probantur pertinentia ſine libello, ut not. infra de reſtit. ſpol. cum ad ſedem, circa princ. Decimo, quando agitur inter religioſos de his, quæ ad religionem pertinent, de regularibus. c. fi. de appell. reprehenſibilis. Vndecimo ꝑm Inno. ſi conſue
8 tudo ſit, q libellus non detur: quia ſ in his, quæ circa iudicium uerſantur, ualet conſuetudo. C. de priuileg. ſcho. l. fi. li. 12. infra de eo qui mit. in poſſ. c. 3. §. fi. Duodecimo, quando factum narratur à partibus corã Papa. de hoc dicam infra, de lit. conteſt. c. uno. Decimotertio, ubicunque iudex procedit ex officio, ſub quo plures caſus comprehenduntur; de hoc infra, qui fil. ſint legit. lator, & de hoc ſupra, de offi. ord. c. 1. de offi. iudi. c. 1. & 2. de iureiur. ad noſtram. 2. & c. ſicut nobis. unde ꝑm Inno. ſi quis ſit iuſſus in poſſeſsionẽ mitti, facienda eſt executio ſine libelli oblatione. ff. ne uis fiat ei, qui in poſſ. mit. l. 3. 1. reſpon. Et idem uidetur, ubi iã cõfirmatus, uel inſtitutus de aliqua eccleſia prohibetur poſſeſsionem nancíſci. infra de appel. conſtitutis. 2. §. fi. & infra, de conceſſ. præben. poſt electionem. §. fi. quod dic, ut ibi, & infra de accuſa. accedens. Idem in denunciatione noui operis, quæ fit uerbo, & facto in præſentia, & in abſentia. ff. de noui ope. nunc. de pupillo. §. nũciare, & l. operis, & l. cuilibet. ſed in proſecutione bene eſt neceſſarius, quando ſcilicet petitur remiſsio denunciationis, & in alijs. & remittit Hoſt. ad ſum. de no. oper. nun. §. qualiter fiat, & §. qualiter tollatur. ſed nec requiritſ libellus in cauſis merè ſpiritualibus; ut de do. & contu. c. 1. nec in cauſis, in quibus ſumma
ria requiritur cognitio tantum. ff. ad exhibẽdum. l. 2. & 3. §. ibidẽ. ff. ut in poſſ. leg. ſi is, à quo. ff. de ædil. edic. l. 3. §. cauſæ. ff. de uent. in poſſ. mitt. l. 1. §. ſi ea. ff. de lib. agno. ſi quis à liberis. §. ſi uel parens. nec in notorijs. 2. q. 1. de manifeſta. & infra, de accuſa. euidentia, & de iureiuran. ad noſtram 3. de his autem, quæ officio iudicis expediuntur, dubitatur, an ſit in eis offerẽdus libellus; puta petitur alicuius electi cõfirmatio, uel poſſeſsio ex edicto diui Adriani, uel Carboniano, uel nomine uentris: uel petit aliquis ſibi dari bonorũ poſſeſsionem contra tabulas: uel aperiri teſtamentũ, uel ne q d fiat in loco publico. in omnibus his, & ſimilibus dicẽ dũ eſt, q ſi contra neminem agatur ſpecialiter; nec aliquis cõtradictor apparet, non eſt offerendus libellus, quia nec eſt, cui offeratur, ut in auth. offeratur. Si uerò aliquis eſt contradictor, dabitur ei libellus. ſupra, de electi. dudum. 1. & 2. & infra de teſti. cum olim. ff. de appel. non recipi. l. fi. ff. quemad. te. app. l. 2. §. fi. & C. eo. ti. l. 1. ꝑm Inno. melius tamen eſt & tutius ꝑm Hoſt. q in
9 omnibus his ſ ſcriptura iudici offeratur, in qua conti neatur, quis, & quid, & quare petat, ut pronũciatio iu
i dicis[i] habeatur certior, arg. inſti. de act. §. curare, & patet in eo, quod le. & not. infra, de uerb. ſign. dilecto, ad fi. uel dic hæc arbitraria, ut dictum eſt ſupra, de cautione damni infecti. Miſsio tamẽ in poſſeſsionem ex primo decreto, ꝑm Inn. ẽt ſine libello fit. Expeditur enim officio iudicis deſeruiẽte actioni, uel quia ſit ad dẽfenſionem iuriſdictionis iudicis cõtra contumaciam partis, quæ notoria eſt, ut infra, ut lite non conteſtat. quoniam. §. fi. & in notorijs non offertur libellus, ut dictũ eſt ſupra, uerſic. nec in notorijs, hæc omnia dicta ſunt ꝑm Inno. & Hoſt. Sed plenius de hoc Guil. in Spec. de libel. concep. §. nunc dicendum [*Roboratam*] ideſt ſub
10 ſcriptam, & repete, Oportet ſ & nunc ſumitur pro decet. nam ꝑm Hoſt. non eſt neceſſaria iſta ſubſcriptio p partem. tabellio enim ſubſcribet diem porrectionis, & dilationem datam reo; & ita ſeruatur, & ſic intelligatur in auth. de exhiben. reis. §. ſancimus, colla. quin
k ta. & huic Pet. concor. [k] licet Inno. uidcatur uelle con
11 trarium [*Synodo*] arg. quod ſynodus eſt iudex, & nõ archiepiſcopus; ad idem. 11. q. 3. ſi quis preſbyter, & c. ſi quis epiſcõpus, & infra de præben. graue. §. ita ut. porrigitur autem libellus iudici, nõ de neceſsitate, ſed ad cautelam: quia aduerſario poteſt offerri 3. q. 3. offeratur, ꝑm Inno. Hoſt. dixit, q archiepiſcopus, & ſuffraganei ſimul in ſynodo congregati ſunt iudices, archiepiſcopus tamen tanquam caput de conſenſu & cõſilio ſuffraganeorũ. uel maioris partis pronunciare debet, arg. infra de accuſa. ſicut olim, & melius de tempor. ordi. ſi archiepiſcopus. §. 1. & c. nec epiſcopi. §. fi. cum ſuis concord. & de his, quæ fiunt à maiore parte capituli. c. fin. Mandat ergo libellum porrigi ſynodo, ideſt ei, qui præerat tanquam capiti, & ſuffraganeis tanquã cõiudicibus. & libellum ſic oblatum eadem ſynodus
l porrigit[l] aduerſario, ſicut actor iudici, & index reo [m].
m C. de epiſc. & cle. generaliter; & ſic exponitur 3. q. 3. offeratur [*Vt tunc*] ſcilicet oblato libello [*Canonicè*] ergò aliter non reſpondetur canonicè [*Reſponderi*] poſt deliberatorias [*Conſcribentes*] non dicit ſubſcribentes porrexerunt ſynodo, & ſynodus aduerſario. Hoſti. ¶ Pri-
12 ma ſ glo. reſpon. per modum ſummæ quærendo de. 7. ſcilicet quid ſit libellus, cui offeratur, qualiter, quãdo, quot ſint ſpecies libellorũ, quis ſit eius effectus, & an
13 ſit de ſubſtantia. ¶ *In ſ prima glo. ibi, in criminalibus*] reclamari, iuxta uulgare habet ſe ad ciuiles, & criminales cauſas, Goff. [*& ibi, Libellorum*] & quid ipſe libellus accuſatorius continere debeat, ibi patet, & not. ſupra de
n procur. tuæ [*& ibi, Scriptura*[n]] q. breuis liber, uel modica ſcriptura, Goff. [*& ibi, Per totum*] dixit Hoſt. q quamuis libellus multa debeat continere, hoc ſufficit de cõſu. approbata, q appareat quis petit, & à quo, & quid, & quare, & coram quo, ut in hoc titulo, & ſupra, de electi. querelam, arg. ff. de procura. ſi procuratorem, & ponit uerſus. Quis, quid, corã quo, quo iure petat, ſed, & à quo, Rectè compoſitus quiſque libellus habetur. Vinc. ponebat alios uerſus; non curo. Dicebant tamẽ ipſe Lau. & Phi. hic, q ſi prælatus, uel ſyndicus petit rẽ eccleſiæ, formare debet libellum nomine eccleſiæ, argu. C. de epiſc. & cler. auth. ſed hodie, & l. omnes. nomine ſuo petere non poteſt, cum nulla habeat actionem directam. ff. de rei uend. in rem actio. §. 1. [*& ibi, Per ip*
14 *ſum reo*] Et ſufficit ſ ipſum caſu ueniſſe, licet citatus[o] nõ
o fuerit; de hoc in Spec. de libell. concep. §. ſequitur, Inno. [*& ibi, Non requiritur*] uel correctum eſt, quod ibi dicitur, uel de cõſenſu partium intelligatur, Ala. & ad hoc ultimum allegat Goffr. C. de priuil. ſcho. quoti. in fi. lib. 12. uel ſecundùm eum loquitur, cum epiſcopus cognoſcit inter ſuos familiares [*& ibi, Per talem*] ponit effectum libelli triplicem [*& ibi, Annalis*] ut iniurarũ, ui bonorum raptorum, quod metus cauſa [*& ibi, Quoniam*] expédit etiam hoc iudici, actori, & rẽo, ut no. in Clem. de uerb. ſign. ſæpe, uerſi. uerum, in glo. 2. [*& ibi, Optimè*] ſi intelligas, prout ibi not. Ioã. parum facit [*&*
15 *ibi, Indultum*] per hoc ſ uidetur, quod etiam inducię de liberatoriæ ſint de ſubſtãtia, ut no. Io. 2. q. 1. in ſumma; quod intellige, ſi petantur, ut ipſe not. 17. q. 4. uxor; ad hoc 3. q. 3. cum accuſatus. Idem Inno. & Hoſtiẽ. qui dicunt, quod non teneret proceſſus, ſi denegarentur inducię deliberatoriæ. arctare enim poteſt iudex eas, ſed nõ penitus denegare, licet eis renunciari poſſit tacitè, & expreſsè. ff. de ferijs. l. 1. C. dẽ epiſc. & cleri. auth. generaliter. & adde quod dicam de dila. c. 1. & 2. & uide, quod not. in Clem. de uerb. ſigni. ſæpe, poſt prin. in
16 glo. ſed cum petitio [*& ibi, Quidam*] & ſ Accur. in auth. offeratur, in ulti. glo. [*& ibi, Calumnię*] adde quod not. ſupra tit. proxi. ſi diligenti, in glo. pen. [*& ibi, Canonico*] Idem hic Inno. & Hoſt. alleg. Inno. in authen. de tempo. non ſolu. pec. ſuper do. §. conteſtationem, colla. 7. Hoſtiẽ. alleg. authẽ. de exhiben. & intro. reis. §. illud, collat. 5. per quam dicit, quod nec expreſsè, nec tacitè
p remitti poteſt ꝑ erant enim ſ quidam, qui aduerſarios

ſimplices

17 simplices uocabant ad iudicem, & eis negantibus dicebant litem conteſtatam, quod ibi reprobat imperator in ſequenti. §. ſtatuens, quòd libellus offeratur, & quòd litis conteſ. hac oblatione omiſſa habeatur pro nulla: tamen Vincen. & Philip. dicebant, quòd ſecundùm leges, erat de ſubſtantia, ſecundùm canones nō, inducebant c. ſi quis cum clerico, & decret. prout, quibus reſponſum eſt in gloſ. & hoc dicebant per authē. offeratur: quæ tamen eſt canonizata. Guil. tractauit de hoc nihil approbans in Spec. dē libel. concep. §. utrum libellus, ſatis credo, quòd petitio ſit de ſubſtantia: ſed ſi fiat in modum poſtæ, & non in modum libelli, & ſuper ea lis conteſtetur, credo tenere proceſſum. parte uerò petente neceſſe eſſet dari in modum libelli. huic uidetur contra Clem. de uerbo. ſign. ſæpe, & uide quod ibi not. in glo. datur per hoc [*& in fi.*] & à iudice ſedēte, & per ſe recitante; quod dic, ut infra de re iudic. c. ult. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Gnarus erat. Non fuit ergo nomen conſequens rei, ad hoc l. pe. C. de conſti. pecu. uide glo. inſtit. de dona. §. eſt & aliud. uel dictio. in hic auget. uide in l. Gallus. §. ille, per Barto. ff. de libe. & poſthu.

b ¶ Penſionario. Non eſt conteſtata, ſed an quaſi conteſtata ad interruptionem præſcriptio. uide, ut lite non conteſta. quoniam. §. quòd ſi ſuper.

c ¶ Offeratur. Contra hoc facit illa clauſula, amotis inde penſionarijs, per quam contra illos, ut expreſſos uidetur agi, ad hoc, quod nota. Ioan. Andr. ſupra, de iudic. quia V. ſuper gloſſ. 1. & probat c. propoſuit, de conceſſio. præben. & not. eod. tit. cum noſtris, & de re. permu. cum uniuerſorum.

d ¶ Generalitate. Vide per dict. Barba. in conſilio 25. in 4. colum. in ſecundo uolumine.

e Capitulo ſi. Ibi uide per Ioan. Andr. formam libelli in glo. & contra. & plenius Bart. in l. nec quicquam. §. ubi decretum, ff. de offic. procon. & le. ubi omnino uide.

f ¶ Sed & ſecundùm. Guil. in Spec. de libel. conceptio. §. nunc uidendum, uerſi. 32. tenet ſecundam opinio. quòd non detur libellus. Guil. autem de Cu. tenet primam in l. 4. præalleg. & ibi idem Bart. licet dubitando.

g ¶ Præſentia. Quando duo contendunt ſe poſſidere, & timetur de rixa, tunc ſine libello iudex recipit informationem, & uide per Ioan. Andr. plenius in Specu. de libell. concep. §. nunc dicendum, uerſicu. 22.

h ¶ Vlti. libr. 6. Ibi uide in gloſſ. C. de ſenten. & uide, de offic. deleg. de cauſis, & Bart. in l. prolatam, C. de ſenten. & uide in deci. Rotæ concluſio. 96.

i ¶ Iudicis. Hoc expreſsè ſentit tex. in clem. ſæpe, de uerb. ſign. ibi, iuxta petitionis formam. & hoc uoluit ibi gloſſ. datur intelligi, quam uide, & glo. ſe. & idem Bart. ſuper uerſi. ſummariè, in extrauaganti, ad reprimendum, quod intellige uerum in omnibus caſibus, in quibus dicitur, libellum non eſſe neceſſarium, & uide Bal. & Sal. in auth. offeratur, hic alleg.

K ¶ Concord. Pro quo facit, quia ſubſcriptio tunc in actibus tantùm eſt neceſſaria, quando in iure id reperitur expreſſum, uide Ioan. Andr. in capitu. 1. de his, quæ fi. à præla. ſuper uerſicu. ſubſcriptionem.

l ¶ Porrigit. Expenſis actoris, hoc uoluit glo. in Clem. quamuis, & in Clem. ſæpe. de uerbo. ſignificationib. ſuper uerſicu. pronunciatio, & uide Cyn. & Barto. & moder. in authen. offeratur, hic allegata, & Bartol. in l. 1. C. de edendo, & Cyn. & Bal. in dicta authen. tenent contrarium.

m ¶ Iudex reo. adde, quòd ſufficit, quòd libellus offeratur parti in præſentia iudicis, ut per Bart. in auth. offeratur, C. de lit. conteſt.

n ¶ Scriptura. adde Cyn. in dicta authen. offeratur, qui melius, & breuius diſtinguit.

o ¶ Citatus. Nec libellus habet citationis uim, niſi quò ad interruptionem; uide tex. & ibi Bartol. in l. libertus aduerſus, ff. de in ius uocand. & gloſſ. in l. 1. ff. eod. titu. & hoc dictum probat iudicium abſque citatio. nō poſſe procedere, de quo in prædicta l. 1, per Bar. & uide Arch. 82. diſt. propoſuiſti, & Io. And. in c. bonæ, de elect. & eod. tit. c. ſi. lib. 6. & Bar. in l. prolatam, de ſent. & in Spe. de lit. conteſt. §. ſequitur, ad fi. & in deci. Rotæ, concluſ. 329. & Bald. in auth. offeratur, & Sali. in l. 1. C. de in ius uocand. & ibi Bart.

p ¶ Remitti poteſt. Adde hic d. Franc. de Areti, qui latè examinat hunc paſſum.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc alibi habetur, & quando earum in eodem, uel alio titulo reiteratio non ſit reprehendenda, & cur non præſentis.*
Repetitio eiuſdem decretalis, uel alterius rei in eodem titulo, uel loco, ſiue diuerſò non reprehenſibilis, quando quid addat, uel aliò reſpiciat, ibid.

2 *Libellus offerendus.*
Res petita, ſi ſit ambigua, declarari, & deſignari oportet, & qualiter, ibid.

3 *Deduxiſſe omnia non ſemper, ut hic, quis uidetur, ſiquid generaliter dicat.*
Quantitas etiam expreſſa colligitur ex uerbo generali, ibid.
In ſententia quod deeſt, ſuppletur ex proceſſu, ibid. in fi.

4 *In appellationis iudicio conſtare quæ debeant, & c. quid his uocibus compendioſis contineatur appoſitis fini decretalis, ibid.*

5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 6.*
In libello ſiue petitione quæ exprimenda, & num. 7.
Libellum mutare 'ne liceat, ibid. uerſicu. licet pœnitere, cum ſequentibus.
Electio actionis quæ obſtet, uel quando facienda ſit, ibid.

7 *Additio gloſſarum.*
In libello quid exprimendum, & contineri debeat in eo in realibus & perſonalibus, in uniuerſalibus, & ſingularibus, & alijs actionibus, & num. 8. de eius declaratione in priore ſuffragij parte, de eius mutatione, correctione, & additione, uel diminutione, quando liceant, & quouſque num. 9. & 10. & an quod interſit, ideò ueniat, num. 11.
Sententia quandoque generaliter lata tenet, & quibus caſibus, licet debeat eſſe clarior libello, eod. num. 7. uerſi. nec mirum.
Vniuerſales quatuor ſunt, quæ pro hæreditate competunt, & quæ ſint. An petitio iurium epiſcopalis ſit uniuerſalis, & quarum rerum condemnatio fiat in eis.

8 *Condemnatio in pluribus rebus, quàm quæ petitæ ſunt, in quibus fiat cauſis, & quarum rerum, uer. & quòd res uniuerſaliter.*
Hæres quæ debeat in libello exprimere iure ciuili, & quæ iure canonico, ibid. ad uerſi. quia ſum hæres.
Subtilitates in expreſſione actionis, & iuris non admittuntur à iure canonico, eod. num. uerſic. item ſecundum leges.

10 *Leg. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxali. intellectus.*
Tributoria, & peculiaris actiones diuerſæ, in eisq; petitio diuerſa ſit, atque ſententia, eod. num. uerſi. quamuis bene.

CAPVT II.

Significantibus. Summatum eſt ſupra, & diuiditur in duas partes. In 1. appellantis narratio. In 2. appell. commiſſio. ſecunda

1 ibi, Quocirca. & ad literam habetur † decr. hæc de appell. ſignificantibus. Ad quod opponitur, hanc, uel illam eſſe ſuperfluam, contra id, quod dicitur in proœmio, Reſecatis ſuperfluis. dixit Hoſtiē. q͡ ſeriò factum fuit hoc ad euitandas mordētium oppoſitiones, qui dicunt, decret. interdum nō facere ad titulum. ſufficit enim, q͡ propter aliquid faciat. nā propter finem ponitur ibi, & quia tractat de libello, ponitur hic. Item ſunt alij, qui reprehēdunt materias pluries tractatas; per hoc habetur defenſio cōtra illos. Boa. dixit ſupra in proœmio, q͡ ſi plures ſimiles decre. ponuntur in eo dem tit. dum tamen altera aliquid addat, non reprehenditur: ſi nihil, reprehenditur. Si uerò ponuntur in diuerſis ti. dato, q͡ nihil addāt, non reprehenditur pro

a pter diuerſum finem, quem reſpiciunt [a]. hic uerò dicit forſan hoc factum, ut ſciatur, q͡ nil in humanis rebus ſit perfectum, quod amplius perfici nō poſſit: un de dicit, nullam inſulam ſic inciſam, q͡ melius incidi non poſſet [*Ipſos*] fratres conuentos [*Et V.*] agentem & impetrantē, ut ſequitur, Hoſt. [*ſuper quadam*] ſic erat in libello. & forte bene ponebatur nomen uillæ [*Obla-*

2 *to*] not. libellum † offerendum; de hoc ſupra c. prox. & per

per hoc facit ad titulum, ſm Hoſti. [*Cum plures*] q. d. ſi non poſſiderent niſi unā petiam terræ, forſan aliud eſſet, arg. ff. ſi certum petatur. l. certum: ſed ſub. maximè, ſm Hoſt. nam & petia poſſet eſſe parua & magna. Debet ergo deſignari per confinia, ut dicit glo. & ſi neceſſe ſit, ſubijcietur res oculis iudicis, uel aduerſarij. ff. ſi cer. pe. ſi in emptione. §. fi. & arg. ff. de ferijs, l. 2. & patet

3 infra, de probatio. c. antepe. [*Terras*] ſed non net uidetur omnes in iudicium deduxiſſe. C. de anna. excep. l. ult. ſo. non: quia illud in ſuo caſu tantùm accipiēdum

b eſt. ſ. ut interrumpatur præſcriptio [b], ſm Vinc. ſecundū quem etiam plerumque ex uerbo generali expreſſa quantitas colligitur. ff. de re iud. ait prætor. §. unico, & quod deeſt in ſententia, ſuppletur ex proceſſu. C. de ſent. quæ ſine certa quāti. l. 3. [*Denegarent*] & male [*Prouocarunt*]

4 & bene [*Si eſt ita*] conſtare † debet de grauamine, & q͡ propter illud fuerit appellatum [*&c.*] ideſt in negocio procedatis iuxta priorum continentiam lite

5 rarum, Pe. ¶ Gl. † duo facit. primò tractat, qualis declaratio [c] libelli fiat ī iudicijs ſingularibus, uniuerſalibus, & generalibus. ſecundò, an libellus poſſit mutari &c.

6 ¶ *In † glo. 1. ibi, curare*] debet iudex, quantum ei poſſibile eſt, ut certæ pecuniæ, uel certæ rei [d] ferat certam ſententiam [*& ibi, Forma cenſuali*] ibi deſcribitur ager cēſualis, & ponuntur duo uicini [*& ibi, Defalcationem*] ut ſcilicet legatarius uēdicet incertum, quando dubitatur, an Falcidia competat hæredi, & ad quam quotā; hoc uolūt. ll. iſtæ. poſſet enim aliquid ſupereſſe hæredi, propter quod non detraheret de legatis integram quartā: ut ſi hæreditas ualet. 4. legata ſunt. 3. ll. quia tunc detrahit ſolùm dimidiam quartæ [*& ibi. §. Colonus*] ponit caſum, cum colonus, cōtra quem propter ſucciſas arbores agebam ex locato, iurauit ſe nō ſuccidiſſe: ſi de eodem agam alia lege, puta edicto arborum, &c. uel l. aquil. uel interdicto, ius erit exce. iurifiurandi [*& ibi. l. ult.*] uide hanc l. & ſe. de iudi. dilecti, ſuper gl. 2. [*& ibi. l. 4.*] lex & ſequens dicūt, q͡ ſi ille, contra quem egi petitione hæreditatis, cepit poſtea aliquid poſſidere, etiā illa reſtituet [*& ibi. §. ul.*] ex cauſa peto incertam partē hęreditatis, ut ſi ſum frater defuncti, & aliorum fratrū uxores ſunt pręgnantes [*& ibi, Licet*] ſi poſt latā ſententiam in iudicio tutelę iterū ago de ſpecie, de qua prius non fuit cognitum, ſi excipiatur, de re iud. replicabo, de dolo [*& ibi, Non poteſt*] ſequitur, uideri in iudicium ueniſſe id, quod poſt iudicium acceptum accidiſſet; ideoq͡ue alia interpellatione opus eſt [*& ibi, cum quæritur*] Sequitur, an hæc exceptio noceat, nec ne, quæren dum eſt, an idem ſit corpus, & lex ſequens, quātitas ea dem, & idem ius, & l. ſe. & eadem cauſa petendi, & eadem conditio perſonarum [*& ibi. §. ult.*] licet pœnitere reſpōſi, ſi nulla captio ſit actoris, & maximè ſi poſtea plenius ſit inſtructus [*& ibi. §. is autem*] qui iuſſus à prætore rationes non edit, præſtat intereſſe, quod tunc erat, non quod hodie eſt, ſit pluris, uel minoris [*& ibi eum, quem temere*] ſequitur, aduerſarium in iudicium uocaſſe conſtiterit, uiatica, litisq͡ue ſumptus aduerſario reddere oportebit [*& ibi. l. 1.*] ſi ex pecunia mea ſeruo meo mediante prædium emiſti, eligere debeo, an furti agam, an mandati, & unius electio præiudicat alteri [*& ibi. l. una*] ſi ſeruus ſe peculiaribus nummis emi mā dauit, agit dominus mādati, uel ex empto, & ſunt præiudiciales [*& ibi. l. ult.*] ex ſcriptura, ex qua directè petij, ut ex teſtamēnto, non poſſum petere, ut ex codicillo [*& ibi. §. eligere*] ſequitur, quis debet qua actione experiatur, utrum de peculio, an tributoria, cum ſciat ſibi regreſſum ad aliam nō futurum [*& ibi. l. commiſſorię*] qui uendit ſub pacto. l. commiſſoriæ, ſi precio ſua die non ſoluto recipit uſuras pretij, commiſſoria uti non potuit [*& ibi. §. Variis actionibus*] legatarius partem legati uendicare, & partem ex teſtamento petere non pōt.

7 ¶ *In † 1. glo. ibi, exprimenda e eſt res*] & ipſius qualitas, ut ſi

e petit terrā. exprimat, an ſit aratoria, pratiua, uel uineata, arg. C. de bonis proſcript. l. ſi quis intra. & ſecūdùm antiquos exprimendus eſt etiam modus, infra de ſpō.

f de muliere. quod intellige [f], ut dixi de reſcri. dilectus, prim. ſuper 1. gl. Si uerò petatur materia infecta, puta maſſa, debet exprimi qualitas materiæ, utrum ſit aurum, argētum, uel aurichalcū. dicat ergo, talem maſſam argenti, & exprimat pondus [g]. ſi ſignata ſit, exprimat numerum. ſi facta, nomen uaſis, ut ſcyphus, uel

g ſcutella, & pondus: ſed non debet exprimere, an ſit rotundum, uel latum. ſi petat ueſtem, exprimat nomēn, & colorem, non tamen, an ſit noua, uel rupta. ſi homi nem, dicat nomen, & an ſit ſenex, uel iuuenis. quod ſi nomen ignorat, circumlocutione utatur, ut ex tali an cilla natum. probantur hæc omnia. ff. de rei uend. ſi in

h rem [h]. ff. depoſi. l. 1. §. ſi quis argentum. per quam l. dicebant Ioā. & antiqui ſuper ignorantia cum iurare. ff. de contrahen. emptio. in uenditionibus, & duabus legibus ſe. C. de epiſc. & cler. authen. generaliter. ff. de hæred. inſtit. quoti. §. ſi quis nomen, & infra de teſti. licet 2. uerſic. perſonas, ſecundùm Hoſtien. [*& ibi, Circa defalcationem legatorum*] & idem quotiens actor eſt incertus, nec poteſt ſibi imputari, ſed reo, qui cum certifica re non uult. ff. ſi pars hæred. peta. l. 1. §. fi. ff. quorum legatorum. l. 1. §. quòd autem nonnunquam, & ſupra,

i de teſti. in integ. conſtitutus, de hoc, Hoſtien. [i] nec mirum ſi ex cauſa recipitur libellus generalis, ſecundùm Innocen. cum etiam quandoque ſententia ſic generaliter lata teneat, ut patet infra de ſepultur. in noſtra, ad finem: quæ tamen debet eſſe clarior, quàm libellus, in ſti. de actio. §. curare, ſufficit enim petere fructus de tali fundo ſine alia expreſsione: & ſi non extant, peti poteſt æſtimatio, & exprimi. ſed in ſententia exprimi debet quantitas: aliàs non ualet; ut ſi dicatur, Cōdemno te ad expenſas factas in lite, uel ad res, quæ tibi obuenerunt à tali, niſi in actis de certa quantitate cōſtaret. ff. de re iudic. ait prætor. §. 1. & ſic intelligitur. C. de ſen. quæ ſine certa quant. l. 2. & 3. Hoſtien. dixit in generalibus, & uniuerſalibus iudicijs & naturam ipſorum ſequentibus ualere generalem ſententiam, & libellum per iura, quæ alleg. gloſſ. Dixit etiam de conſue. curiæ ualere hanc ſententiam, Condemno te ad expenſas factas in lite, quarum taxationem mihi reſeruo; de quo

k ſupra, de procur. auditis [k], & de dolo, finem, ubi etiam contrarium nota. Innocen. & dicam infra, de ſequeſt. poſſ. c. 1. in fin. [*& ibi, Eo ipſo*] nec obſtat. ff. de rei uend.

l Ie. 1. [l] ubi dixit, quòd uendicare poteſt adiecta cauſa: quia ibi ideo additur cauſa: quia res petita, ſcilicet liber homo, nunquā poteſt eſſe noſtri dominij, & ideo

m nec ſimplicitēr uendicari [m], Innocen. in decr. conquerente [*& ibi, non obſtante*] & ideo conſulebat Philipp. in cap. proxi. quòd reus non peteret exprimi cauſam in reali [*& ibi, eſt actori*] quantum ad hoc: ſed alio reſpectu eſt tutius non exprimere cauſam per id, quod ha-

n bes infra, de re iudic. Abbate, [n] lib. 6. & ſatis dicam infra, de ordina. cogn. c. fi. in fi. magnæ gloſſ. [*& ibi, Cauſa petendi*] in reali dico me dominum, quod eſſe non poteſt, niſi ex una cauſa, de fide inſtruct. inter: ſed aliquid poteſt mihi deberi ex pluribus cauſis [*& ibi, Vniuerſali bus*] Innocen. de offi. ordi. conquerente, ubi nota. ma-

8 teriam primæ partis huius gloſſ. dicit, quòd quattuor ſunt uniuerſales actiones, quæ pro hæreditate competunt, cuius nomine comprehenditur uniuerſum ius defuncti. ff. de uerbo. ſignifi. hæreditas, ſcilicet petitio hæreditatis, familiæ erciſcundæ, actio ex teſtamento, quæ datur pro hæreditate ex Trebellian. reſtituenda, & actio ex empto, quæ datur, quotiens tota hæreditas emitur. & quod res uniuerſaliter, non ſingulariter ueniant in hac petitione, probatur ex eo, quòd di-

cit

eit lex,quòd ſi reus tempore ſententiæ inueniatur plura poſſidere,quòd tempore litis conteſt.debet ad omnia condemnari.ff.de peti.hæred.l.4.& ult.ex quo patet petitionem uniuerſalem, cũ aliàs in pluribus principalibus rebus, quàm quæ petitæ ſunt, condemnari non poſſet,licet in acceſſorijs poſſet, & in iudicijs bonæ fi.& ſtricti iuris,ſicut ſunt fructus,& uſuræ.ff.de uſuris,uideamus.Item,ut ibi dixi ſuper fi.1.glo.ipſe Inno. non putat, quòd petitio iurium epiſcopalium ſit uniuerſalis,ſed generalis; & de materia gloſ.uide in Spec. de act.uel peti.§.ſequit̃,uer.ſed & ſi uis,uſq; ad uer.ad hoc[*& ibi,Quia ſum hæres*] ſed cogitur dicere,utrum ex teſtamẽto,uel ab inteſtato.ff.de peti.hæredi.legitimã. C.de codicill.l.fin. Si dicit ex teſtamento,dicat utrum ſolẽne,uel nuncupatiuum: quia aliter probatur unũ, quàm reliquum,& multa ueniunt in vno,quę non in alio. C.de teſtam. hac conſultiſſima, & inſtit.de teſtamentis: ſed hoc ſecundùm ius canonicum non uidetur uerum,ut patet in eo,quod legitur,& not.de teſtament.cum eſſes, & capit.relatum. Item dicat,quis fecit teſtamentum: quia nec omnes teſtari poſſunt, ut patet infra,de ſucceſſio.ab inteſta.capi.fi. C.qui teſtament.facere poſſunt. l.furioſum,& l.diſcretis. Quid ſi dicat ab inteſtato,nunquid dicere cogitur, an de iure ciuili, an prætorio, an municipali, uel conſuetudinario,uidetur quòd ſic,argum.ff.de peti.hæred.l.1.2.3.& 4.ubi & mater fecit mentionem Tertuliani.ff.de exce. rei iudi.ſi mater.1.reſpon.ſed forſan hoc fecit ex abundanti, nec eſt hoc aſſignare cauſam principalem, ſed potius cauſam cauſę,& ſecundùm hoc res procedere poſſet in infinitum, quod uitandum eſt, de reſcriptis. c.2.lib.6. Item ſecundnm leges huiuſmodi ſubtilitates admittuntur:nos tamẽ reſpuimus,& uia ſimplici ambulamus,ſupra de iudi.dilecti;de teſtamentis,cũ eſſes, & c.relatum.& c.cum tibi.& plures cauſas quãdoque admittimus in libello, infra de fide inſt.inter dilectos, de præſcript.cum olim,ſecundùm Hoſtienſ.quia cito poſſet in talibus quis malè eligere,& de facili capi.hęc omnia maximè in foro canonico dixit committẽda arbitrio boni uiri. nam & hæc ſunt diuerſa,& diuerſas defenſiones pariunt.poſſet enim eſſe ſtatutarius excõmunicatus,p̃ſcriptio conſuetudinis interrupta,& alia occurrere, quæ defenderent rem.argum.ff.de interro.actio.ſi ſine.§.illud quæritur,aliàs eſt lex,& incipit, ſi defenſor,& ſupra,de tranſac.cap.fin.Remittit etiam ad ea,quæ not.in ſumma, eod.tit.§.quid debeat continere libellus,& hoc ipſe nota.infra c.proximo [*& ibi,*
o *Pertinentijs ſuis*] & prębendam ° cum plenitudine iuris canonici,de conceſſio.præben.propoſuit. & uendicatur grex nõ facta ſpecificatione capitum.ff.de rei uen. l.1.§.fi.& 2.& 3.Hoſtienſ. [*& ibi,Cum ad ſedem*] &, ut ibi not.in gloſſ.2.tempore executionis fiet declaratio [*& ibi, Nec exigitur in libello*] fiet tamen in iudicio, uel ſententia, Goff.dicebat Vincen. in proceſſu cauſæ ſingu-
p la capitula, uel res exprimendas per eandem p l. idem Hoſtien.infra cap.proxim. [*& ibi,Licet*] ab hinc, ſupra quære hanc gloſ.per Accur.ff.de edendo. l.1.quod ſequitur,quære plenè. C.de edendo.l.edita,& in Spe.de libelli concep.§.nunc oſtendamus.plenius tamen tractat accumulationis materiam dominus Di.de regu-
9 lis iuris, nullus pluribus,lib.6. [*& ibi,emendari*] dixit† Innocent.quòd aliud eſt mutare,aliud emẽdare.ex quo enim libellum obtulit,non poteſt cauſam mutare, ut primã omninò dimittat,ſed bene poteſt ueterẽ & nouam,ſimul proſequi,niſi uetus actio,in qua perſiſtere intendit,talis eſſet,quæ pareret actionem rei iudi.contra ſecundam,de excep.rei iudi.ſi mater.§.eadem,& l. cum quæritur:uel niſi ſint tales,quæ electione tollan-
q tur;ut dixit gl.ſi uerò uult emendare q, ut quia minus petijt,modo uult plus petere, uel econuerſo, hic uide quod dicam infra poſt gloſ.Inno.uerſi.ſcire debes.dicunt quidam,ut refert Innoc.hoc licere quandòcunque ante ſententiam,ut inſt.de actio.§.ſi minus;quòd uerum eſt in uniuerſali,& generali actione tãtùm;per l.ff.de peti.hæredi.l.4.& l.ſi quo tempore,& C.de iudi. licet;& ſic intelligitur.C.de appell.l.fi.& C.de anna.exceptio.l.fin.in ſingularibus uerò licet hoc uſque ad litem conteſt. & iuramentum calumniæ præſtitum, & non ultra. quia poſtea noua interpellatione opus eſt, ut in l.cum quæritur,& aliis,quas allegat glo.nec† obſtat. ff.de noxalib. in delictis.§.ſi detracta: quia ibi eædem perſonæ ſunt,& ad idem agitur,ſcilicet ad emendationem totius damni.ff.de re iudic.miles.§.1. quòd autem conuentus noxam dare poteſt, hoc eſt ex quo dam beneficio,quod habet per l.ibi enim ſemper dominus egit noxali, nec expreſſit in libello, quod totũ damnum peteret pro eo, quòd ſciẽte domino ſeruus dediſſet damnum, uel minus pro eo, quod domino neſciente: quia ſi hoc expreſſiſſet,poſtea mutare non
r poſſet,ut eſt dictum.r:ſed poſt libellum generalem datum proſecutus eſt unum membrum tãtùm, & ideo nõ minus poteſt proſequi alterum, cum ambo comprehenduntur ſub actione propoſita:ſed ſi reus à principio uellet actorem cõgere, quòd de illis duobus unum eligeret, ut ſcilicet ageret inſolidum.vel ad dictũ benẽficium,forte poſſet,argumẽt.ff.de tributo. quòd in hæredem. §. eligere. Quamuis bene poſſet inter illos caſus differentia aſſignari: quia quando agitur de peculio,licet ſemper agatur eadem actione cum altera adiectione, ſcilicet ſiue de tributoria, ſiue de peculio: tamen aliud debet petere,ſi agat tributoria,aliud, ſi de peculio, & aliud ſententiabitur in una, quàm in altera:ſed quando agitur.l.Aquil.noxali,ſemper in ſolidum fit condemnatio, quamuis liberetur præſtãdo alterum, ſcilicet damnum,uel noxam, ut in præalleg. l.miles.ff.de re iudic.§.1.ſecundùm ipſum Inno.& Hoſtienſ.qui hoc not.ſupra tit.proxi. & remittit Hoſti.ad ſummam,eod.tit.§.utrum poſſit,& §.an libellus. Scire debes,quòd Ioan.Vincent.& Philipp.tractauerunt de hac materia,infra de fide inſtrum.inter,in prin.ubi placuit Vincen.quòd qui plus petijt,poteſt petere minus,nec eſt opus nouo libello, uel nouis iuciis: quia nil deperit reo, cui ius editionis ſaluum manet: ſed ſi petis minus,non potes petere plus, niſi per nouum libellum,& nouas inducias,&erit nouum iudicium.C. de aſſer.toll.l.1.§.ulti.ff.de iudic.l.de qua re,licet duret eadem cauſa petẽdi,puta ex cauſa mutui, niſi in libello dixiſſet,ſaluo iure ſuperfluí; & ſic intelligit inſtit.de actio.§.ſi minus. refert tamen quoſdam tenere, quod cũ additur in libello,ſatis eſt dare nouas inducias:Icã. & Philipp.diſtinguit ſingulares ab uniuerſalibus,ut ſupra dixi poſt Innocen.uerſi.quod uerum.In cauſa appel.refert Vincen.quoſdam dicere,quod addi poteſt, & detrahi quantitati libello comprehenſæ;argumen. l.ulti.C.de appel.Vincen. ipſe tenet nil extraneum ibi peti poſſe, cum nec ſuper tali poſſint in ea teſtes producí. C.de tempo.appell.l.per hanc.quia nouus libellus,& iuramẽtum eſſet neceſſarium:hæc ratio ſimpliciter dicta non placet,& eius veritatem collige per id, quod dicam infra tit.proxi.c.1.in gl.reconuentio, uer ſic.coram iudice,ut eo caſu illud dictum procedat,cũ procederet reconuentio. fatetur tamẽ Vincen.quòd ſi iudex principalis cauſæ minus cõdemnauit, quàm dẽbuit,illud peti poteſt in cauſa appellationis,de teſtament.Rainutius. Idem,ſi malè compenſauit, de ordine cognit.cum dilectus;' uel ſi fundus accreuit,poteſt petere,quod accreuit.ff.de euictio.l.ex mille.nam per fructus,& partus augetur ſ hæreditas. ff.de peti.hæred. Item ueniunt.§.item non ſolum [*& ibi, Intereſſe*] quid
11 † enim ſi aduocatum reus duxit de loginquo,& cu debet

bet reſpondere, mutatur libellus. Vincen.[*& ibi.§. eligere*]ubi de hoc[*& ibi, Actionibus*]& infra de poſtu. c.uno, de electio. ut quis duas, libro ſexto, ubi de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶ Reſpiciunt. Finis ergo attenditur in agente, & ſecundum illum nominabitur opus.& ad iſta faciunt,quæ no.Io.An.de teſti.ut matres,el 2.de reſti.ſpo.c.2.& in c.fraternitatis,in 9.q.de teſti.& ui de bonum tex.eo.tit.cum cauſam,el 2.& c.cum intra.

b ¶ Præſcriptio. Hoc no.uerum, quia ſemper libellus ille generalis, & incertus procedit, ſi non petitur, ut ibi, & in l. edita. C. de edendo.ſed dic, quòd hic non petebat terras; ſed unam de terris, & ſic libellus erat obſcurus, & petebatur declarari; & quia non audiebatur, fuit appellatum. Archi.

c ¶ Declaratio.adde Bar.& Cy.& alios in l.edita,C.de eden. & in l. an eandem.§.actiones,ff.de excep.rei iud.& doc. in c. Abbate ſane,de re iudi.in 6.

d ¶ Certæ rei adde hic.d.Franc.de Are.poſt Inno.

e ¶ Exprimenda.adde ſecundùm Innocen. hic, quòd etiam in caſibus, in quibus procedit libellus incertus, tunc ſententia debet eſſe certa in iudicijs ſingularibus; ut inſtitutio.de actio. §. curare.

f ¶ Intellige. In hac gloſſ. ibi,duas uicinas confines, ad hoc uide, quod no.Inno.in cap.certificari,de ſepul. & in c.conquerente,de offic. ordi.ad materiam libelli,Bald.

g ¶ Pondus:Vide bonum tex.& ibi Barto.in l.in actione,ff.de fur.& ibi per ipſum, an bonitas metalli, ut de qua liga, debeat exprimi.

h ¶ In rem. Et ibi tenet, quòd actor ſimpliciter petendo rem, uidetur totam petiſſe,gloſſ.in l.Pompo.§.ſuus.ff.de procurato.tenet libellum non procedere.primam tenet Bartol. utrobique, & in l.de pupillo.§.qui nunciat.ff.de no.ope.nunc.

i ¶ Hoſtien.Vide Barto.in l.prima,§.quod autem,ff.quo,le. & in §. eligere l. quòd in hæredem.ff. de tribu. & per Ioan. Andr. in ſpecul. de libel. concep. §. iuxta, uer. item debet, & ibi ponit opinio.Mar.de Fano, & uide gloſſ.in capitulo Abbate, de re iudica, libro ſexto.

k ¶ Auditis.Et ibi hoc probatur,& uide Pau.in c.finem, hic alle. & Cy.Barto.& Bald.& Salyc.in l.ſecunda,& tertia.C.de ſenten.quæ ſine cer.quan.& intereſſe,quomodo peti debeat, uide Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur,ff.de uer.obli.in q.fin.

l ¶ Ven.l.1.Ibi uide Bar.& per Ioan.And.in ſpec.de maio. & obed. & Bar.in l.1.ff.de libe.exhib.& tex.& ibi glo. & Io.And.in c.non eſt nobis,de ſpon.& in c.fi.de conuer. infi.

m ¶ Vendicari.Et ſic uult dicere, quòd regulariter cauſa non eſt exprimenda in realibus,ſaltem remota, ut quia præſcripſi, uel quia emi, & hoc quando ex expreſſione ipſius cauſæ proxi. ſcilicet, quia dominus, concluditur ius agentis: ſed ubi non concluditur ut quia ius reſiſtit, ut hic, quod liber homo ſit alterius dominii, tunc bene debet exprimi, quia dicat adiecta cauſa de iure Quiritum,ſi uendicat filium,& in fin.facit not.in c.ex parte M. de reſtitu.ſpol.& uide Innoc.in c.conquerente,de off.ord.ad hoc,an cauſa petitionis in libello ſit exprimenda,not.etiam in c.2. de conuconiu.& ibi glo.10.pa.Archid.

n ¶ Abbate. Ibi uide, & per Barto. in l. & an eadem §.actiones, alleg. in glo. pen.& Cyn.& Moder. in l.edita, C. de edendo. & uide Bart. in l.de rebus, ff. de arbi. quæ eſt not. ut not. ipſe in §. actiones, præalleg.

o ¶ Prębendam.In iſtis ergo,& ſimilibus haberet locum l.ſi quis libertatem,ff. de petit.hæred.& l.fin.C.eo.tit.& ſua materia:quod an ſit uerum,ibi uide Barto.& Cyn.& moder.& hoc tenet Innoc. in c.1.de conceſſ.præben.lib.6.& uide Barto.in l.poſt litem,ff.de excep.& ad id,quod ſequitur hic, et in glo.de declaratione literæ,quòd in executione ſententiæ fiat rerum declaratio,uide bonum tex.in l.defenſione.C.de iur.fi.Barto.in l.1.ff.de edendo, & Cyn.& moder.in l.2.C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti.qui iſta inducit ad q.executionis inſtrumenti.

q ¶ Per eandem.Vide ibi Bar.Cyn.Bal.& Sali.& formam libellandi, & differentiam ſiue rationem differentiæ inter uniuerſalia iudicia, & generalia in iſta expreſſione rerum in proſecutione, uide Bar.ff.de edendo l.1.

r ¶ Emendare. Quid autem ſit mutare, & quid emendare, laborant docto.Vide Ioan.Andr.in ſpec.de libel. concep. §. nunc oſtendemus,& plenius Bar.Bal.& do.Bartho.de Sali.in l.edita, C.de edendo,& ibi iſta materia plenè.

s ¶ Dictum.Vide Bar.in d.§.ſi detracta,& in l.ſenatus, ff.de accuſ.& in l.deuunciaſſe.§.quid tamen,ff.de adulte.& dic,quòd in §.ſi detracta,non fit mutatio,uel emendatio libelli in ſubſtantia, ſed in quadam qualitate.uel dic,quòd nulla fit mutatio, ſed ius diuerſimodè auget, uel minuit concluſionem ſecundum occurrentiam probationum,& ibi patet,& uide doct.in l.edita.

t ¶ Augetur.Item ſi petitorium in cauſa appellationis ſit deductum, & iudices etiam ad id dati fuerunt, forte poterit etiam poſſeſſorium coram eiſdem deduci: quia cauſa eſt connexa, ut l.nulli, C. de iud.& quod not.in c.fin.de iudi.ſupra, pro.hoc tex.in c.accedens, c.2.ut lite non conte. ubi illi iudices appel.fuerunt dati,& fuit commiſſa quæſtio proprietatis,cum deducitur coram eis poſſeſſorium; ad hoc Clemen. paſtoralis, de cauſa poſſeſ. & proprieta. & ibi uide Bald.

SVMMARIVM.

1 *Contra libellum multa excipiuntur, & ad obſcuri etiam declarationem,& deliberationem.*
2 *In libello debet expreſſio cauſæ fieri, & ratio, & quæ ſufficiat, nume.5.*
3 *Si eſt obſcurus, reus cautius petet non teneri ei reſpondere, quàm peti declarari, & an tunc litis ſit conteſtatio facienda.*
Exceptio ſufficit concludat implicitè, & exceptioni conformis debet eſſe ſententia, ibid. & quæ differatur poſt litis conteſtationem,nu.5.
4 *Clauſulæ,ſi eſt ita, probationem intelligit oportere, remiſſ.*
Clauſula,Reuocato & c.in decretalibus quid comprendatur, ibid. remiſſ.
5 *Epiſcopi libellus quis reijciatur,uer.quid ſi epiſcopus.*
Exemptionis exceptio transfert onus in aduerſarium aliter probandi,ibid.
6 *Actiones plures in eodem libello poſſintné proponi.*

CAPVT III.

Dilecti. Summatum eſt in prin.& diuidi tur, ut proxima. ſecunda ibi, Ideoque [*Ipſos*] fratres ſanctæ Mariæ de Hiſpida [*Ipſorum*] reorum [*Propoſitum*] non
1 † ad litis peremptionem, nec fori declinationem,ſed ad dubij & obſcuri declarationem, & iuris deliberandi conſeruationem.ſic, ſupra cap.proxi. Hoſtien.
2 [*Conuentus*] actores [*Nollent † exprimere*] quaſi quantum ad periculum animæ nihil referat, ex qua cauſa debeatur, ſed hoc eſt falſum: quia ſecundum hoc reus deliberare non poſſet, nec etiam ſe defendere poſſet, donec eſſent teſtimonia publicata. Item ſi recipiendus eſſet libellus ſine cauſa, eadem ratione poſitio, probatio, & teſtimonium; quod eſſet abſurdum, cum & per illud ſubuerterentur multa iura, quod non eſt ſentiendum, ſecundum Hoſtien.[*Minimè teneatur*]no. ſecundum † Petrum & Abb.quia non
3 petierunt libellum declarari, ſed dixerunt ſe non
a teneri[a] reſpondere. Primo enim caſu uidetur quis inſtruere aduerſarium. unde hoc cautius: nec debet tunc iudex dicere libellum debere declarari, ex quo reus hoc non dicit, ſed ſecundum excepta dicere debet, reum non teneri reſpondere,& de hoc in ſpe.de libelli conceptio.§.fi.uer.cautus etiam ſis. Dicunt tamen quidam quòd quando in libello perſona non eſt cauſa, ſtatim debet reus conteſtari litem: qui poſtea non poterit mutari, ut no. ſupra c.proxi. & ſic reus abſoluetur. Sed hoc eis non placet: quia in proceſſu poterit cauſam declarare, & probare. C. de an-
4 na.excep.l.ulti.[*Appellarunt*] & bene [*ſi eſt † ita*] expone, ut dixi, ſupra c. proxi. [*Reuocato*] hanc clauſulam habes integram, ſupra de iudi.exhibita,in fi.Hoſtien.
5 ¶ [*In † glo.ſecunda, ibi, cauſam*] & ſecundum Inocen.poſt quem etiam de hoc ſcripſi, de priuile. ex parte 1.in prin. cauſa debet eſſe talis, quæ inferat iuſtum eſſe, quod petitur, ut ſi creditor contra prælatum agens dicat, peto mille marcas: quia ipſas tibi mutuaui. & ſi dicat reus, Exprimas, quòd conuerſæ ſint in utilitatem eccleſiæ,uel quòd contractus legitimè ſit factus, cõſentiẽtibus illis quorum cõſenſus requiritur:

uel exprime, quòd non ſit tibi ſatisfactum, uel cõſimilia, quæ ſi uera eſſent, tollerent intentionem actoris, non cogitur actor hoc exprimere in libello: quia non ſunt de natura actionis; & ideò reſeruantur poſt litem conteſtatam; & tunc qui melius probabit, obtinebit. C. de probatio. exceptionem, & infra de proba. ex literis, & c. licet. in fi. ſufficit ergo, quòd creditor petat, quia mutuauit. [b] Quid ſi epiſcopus petat aliquod epiſcopale ius ab eccleſia, quam confitetur exemptã? Reſpondeo ſecundum Inno. & Hoſt. non eſt admittendus talis libellus, niſi talem cauſam exprimat, quæ ad hoc ſufficiat, puta, quòd illud præſcripſit, de præſcrip. auditis: uel illud in exẽptione fuit exceptum, de reli. do. cum Veñ. uel aliud ſimile, quod ſufficiat. Si uerò epiſcopus petat ius epiſcopale: quia eſt ſita eccleſia in ſua dioc. & reus dicat libellum non admittendum; quia ſtatim paratus eſt probare eccleſiam exemptã, non ob. tali exceptio. admitteretur libellus, & fiet litis conteſtatio, & probatio exemptionis differetur in principali, ut patet ſupra ti. 1. ex parte, de lit. conteſta. c. 1. li. 6. niſi malitia actoris eſſet notoria, cui non eſſet indulgẽdum, ſecundum eos infra qui ma. ac. poſſunt, 6 ſignificante, cum ſimilibus. Nunquid † autem plures actiones in eodẽ libello poſsint proponi, remittit Hoſtien. ad ea, quæ no. ſupra de electio. querelam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Teneri. ſufficit ergo exceptionem implicitè concludere; de quo Io. And. in c. a nobis, de excep. & Bar. in l. 1. ff. de excep. & no. ſententiam conformem debere eſſe exceptioni, ſicut etiam actioni. contra iſtam opi. iſtorum facit, quòd dicitur, iudicem in notorijs de iure ſupplere, & maximè ne iudicium ſit eluſorium, uide de iudi. examinata, & quod no. ſupra eo. c. 1. in glo. ius.

b ¶ Mutuauit. Vide Bar. in l. 1. ff. de edendo, & eo. ti. C. in l. edita, & ibi Moder. & an ſufficiat libellum concludere præſumptiue, ut peto fundum: quia fuit meus, & his ſimilia, uide bo. tex. in l. omnis, §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cre. & uide ibi Bar. & in l. certum, ff. de confeſ. §. 1. & Moder. in l. edita, & in dec. Rotæ. conclu. 352.

De Mutuis petitionibus, Rub.

¶ Quia plerunque ab utraque parte porriguntur libelli, & ſiũt hinc inde mutuæ petiones, ideò &c. Gof. de materia. 3. q. 8. cuius in agendo. & conuenit de arbitris, cum dilectus, de fide inſtrum. G. perpetuus, & libr. 6. de reſcrip. diſpendia, & Cle. de uerborum ſigni. ſæpe. §. uerum.

SVMMARIVM.

1 *Reconuenire poteſt reus actorem etiam coram iudice delegato, qui ſimul audiet, & finiet cauſam utranque, & de eodem facto.*
2 *Per reconuentionem ſecus proceditur, quàm per exceptionem contra libellum propoſitam. An habeat locum in criminalibus, & alijs caſibus & quando nu. 3. & quando facienda, num. 4. 5. & 10. & aliqua ex legibus in ſuffragio. Poteſt fieri ſuper pluribus. nu. 5. eiusq; proceſſus cum conuentione qualiter fiat, nu. 6. & 7. ſuper eadem deliberatorias habebit actor. nu. 6.*
Lex ſiquidem. C. de exceptio. cap. primum, infra de ordi. cogni. habent locum in exceptionibus proponendis, ibid.
Iuriſdictio etiam delegata ad alios extenditur caſus per reconuentionem. ibid.
Arbitria minime, ibid.
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 9.*
Ad concordiam inde ex primo ſi poteſt, debet partes reducere.
10 *Additio.*
11 *Schiſmatici, intruſi, & excommunicati non conueniunt, & conueniri poſſunt.*

CAPVT I.

a 1 b IX literis. [a] Caſus. Reus † reconuenire [b] poteſt actorem etiã coram iudice delegato, qui ſimul audiet, & finiet cãm utranque, & de eodem facto infra de teſt. cauſam, quæ 2. & duo facit, ponit mandatum, qđ primò iuſtificat. ſecunda ibi, Mãdamus [*Romanis*] aliàs, Romanus: ad idem, ſupra de off. Archidi. c. 1. & c. ad hoc [*Clerici Marturen.*] actores; & poſſet poni exemplum per decre. ueniens, de tranſac. ꝓm Hoſt. 2 [*Proponunt*] reconueniendo † non excipiendo. tunc enim procederetur, ut dicitur. C. de excep. ſi quidem, & infra de ordi. cogni. c. 1. Inn. [*Delegatis*] no. quòd licet reſcripta ſint ſtricti iuris; tamen iuriſdictio delegata per modum reconuentionis ad alios caſus extendi c tur: Secus [c] in arbitraria, ſupra de arbitris, cũ dilectus 3 [*Iuſtitiam*] reconuentio † non habet locum in criminalibus: quia non relatione criminis, ſed purgatione deſinit eſſe innocens a cauſatus. ff. de pu. iudici. is d qui [d] 3. q. 11. neganda. quamuis ex illis. l. dici poſſit locum habere reconuentionem, cum ibi dicit, quòd deponere debet inſcriptionem accuſatus contra accuſatorem etiam pendente accu. ad idem. ff. de adulterijs. ſi maritus. §. præſcriptionis. Item quòd de maiori poteſt reaccuſare, uel ſi ſuam proſequatur iniuriã. Sed hoc ſatis uerum eſt, quòd ſimul ambæ accuſationes non procedunt, ut ibidem no. Item non habet locum reconuentio, ubicunque iudex, ſub quo fit cõuentio, de reconuentione iudicare non poteſt, ut ſi coram laico fit reconuentio de ſpiritualibus, uel ſub inferiori iudice de libertate, ſupra de iudi. c. quanto, infra de or. cogn. tuam. C. de or. iu. l. j. Ex his uerbis Inno. quæ poſuit etiã Hoſt. patet ipſos contradicere Accur. in eo, quod no. C. de ſen. & inter. authen. & conſe e quenter, in glo. 2. qui tenet, quòd reconuentio [e] procedit etiam in cauſa, de qua iudex conuentionis iudicare non poſſet, per. l. quoti. C. de iudicijs. & illud eo adiuuatur per. l. ff. de iuriſ. om. iudi. ſi idem cum eodẽ, poſt princi. ubi patet, quòd ſi tu conuenis me coram defenſore ciuitatis, reconuenire te poſſum de maiori ſumma, quàm ad eius iuriſdictionem ſpectet. Guil. tenet primam in ſpe. de reconuẽtione. §. 1. poſt. prin. & §. 2. uer. & trado. ubi reſpondendo ad l. quotiens, dicit, quòd incidenter cognoſcens non pronunciat ſuper illa; & uide quod no. infra de ord. cogni. c. 1. ſed in reconuentionis cauſa pronunciari oportet. In l. ſi idem, diuerſa eſt litera, ut ibi no. ſecundum literam, quæ obſtat, Iuriſdictio defenſoris bene recipit quantitatem maiorem diuiſim petitam, ut ibi in prin. ſed hic de qualitate tractatur, non de quantitate ſummę. redeundo ad glo. Inn. dicit ipſe, quòd cum generaliter dicat l, cuius in agendo, &c. ut de ſen. & inter. om. iudi. cum Papi. in fi. & 3. q. 8. cuius, nõ uidetur iniquũ, ſi conuẽtus ſimiliter ciuiliter, reaccuſet criminaliter, dummodò competens iudex ſit, uel è conuerſo, ſecũ f dum Inno. [f] contrarium tamen dicit, infra eadem gl. uer. cõtra agentem autem criminaliter. ratio, ſecundum ipſum, nam & idem ciuiliter poteſt conueniri, & criminaliter poteſt ꝑ alium agere, cum nõ inueniatur prohibitio ſuper diuerſis rebus. ſuper eadem autẽ nõ põt ſimul ciuiliter, & criminaliter agi. C. de publicis iu. l. ſi quis [g] ad. Sed finita una quæſtione uel ciuili uel criminali, bene ad aliam tranſibit, ut in eadẽ. l. & C. de inoffi. teſta. eum qui, inſti. de excu. tuto. §. qui autem: ſed qui primò de uno crimine agens condemnatus eſt de calumnia, ulterius accuſare non poteſt nec priorem accuſatum, nec alium; quia proſequi nõ poteſt

poteſt, quia infamis eſt, tertia quæſt. 4. nulli, & quæſti. decima cap. primo, lex uerò dicit, quòd talis non facilè admittitur ad alium accuſandum. ff. de accu. ſi cui. §. primo, ff. de ſuſpect. tute. leg. prima, §. ſi autem. Idem dicunt quidam, quòd cœptam accuſationem, proſequi non poteſt. ſed melius dicitur, quòd poſſit proſequi. nam de qua re co. &c. ff. de iudic. de qua, de calumnia. cap. 2. argum. de hoc, quòd etiam condemnatus, qui inſcriptionem depoſuit, & ſi condemnetur poteſt proſequi accuſationem 3. q. undecima, neganda. alii dicunt, quòd nunquam in prędictis admittitur reaccuſatio. Item cor. t. a agentem poſſeſſorio bene agitur petitorio, ſed poteſt repelli per exceptionem ſpoliationis, & ſic intelligitur infra de ordi. cogni. ſuper. Contra agentem autem criminaliter reconueniẽ do non agitur ciuiliter; quod ſic probatur: quia quod plus eſt, etiam ſi aliquis prius mouiſſet actionem ciuilem, & conuentus contra actorem moueret crimina lem, ſuperſedendum eſſet ciuili, & tantum in crimina li procedendum. C. de ordi. iudic. l. ult. ergo multomi nus poterit eam de nouo proponere. Quidam tamen dicunt illam legem loqui, quando criminalis actio ſe quens contingebat propoſitam actionem, ut ſi quis petebat centum, & reus accuſabat actorem de uiolentia facta in promiſsione illorum centum. Item hanc actionem non uidetur poſſe proponere niſi ante litẽ conteſt. in ciuili actione factam. nam l. con. non uidetur, quòd iudex impediri debeat, quin diffiniat de re de qua cognouit, ar. ff. de iudi. de qua re. coram iudice appellat. non habet locum reconuentio, ff. de iudic. l. 2. §. legatis, ff. eum qui appellat. in prouincia defendi. l. 1. & in rubro. & ſecundum hoc dixit Hoſt. intelligendum, quod de hac quæſtione no. in ſumma, co. ti. §. & quando, uer. fi. & de hoc in ſpe. de reconuen. §. 2. uer. ſed nunquid coram. & ſecundum opi. quæ habet eam fieri non poſſe poſt litem conteſt. planum eſt, ꝙ ſi appellatum eſt à diffinitiua, uel interlocutoria poſt litem conteſt. non procedit reconuentio. ubi uerò appellatum, eſſet ante litem conteſt. quandiu pendet articulus appel. 1. cognitio, an bene, uel male fuerit appellatum, non poteſt fieri reconuentio; quia nec tunc ſuper principali proceditur. ſi autem pronunciauit iudex illius appellationis bene appellatum, & cœpit de principali cognoſcere, tunc cum ſucceſſerit iudici cauſæ principali, bene procedet coram illo reconuentio. Si uerò pronunciat, male appellatum, cauſa remittitur ad iudicem, à quo, de appella. ut debitus. & ſic, cum ibi non fiat conuentio, ergo nec reconuentio. h ſi tamen ex iuribus [h] delationis cognoſcit iudex appellationis de principali, ut de appel. cum appellationibus, li. 6. cognoſcit etiam de reconuentione. & ſecũdum prædicta patet, quòd ubi. intentatur officium iu i dicis, locum habet reconuentio [i] quod intelligo, ſi principaliter intentetur. nam ſi incidenter, non habet locum reconuentio, arg. de offi. iudi. c. 2. Illud autem notandum eſt, quòd ubicunque locum habet ſummaria cognitio, [k] non habet locum reconuentio, niſi conſimilis ſummariæ cognitionis: quia cum conuẽ k tio, & reconuentio ſint ſimul tractandæ, ubi unà requirit plenam diſcuſsionem, alia ſummariam, reſtat, quòd ſine alterius præiudicio ſimul tractari non poſſunt, cum una accelerationem exigat, alia longiores dilationes expoſcat, Inn. & Hoſt. uide quod no. in clemen. de uer. ſignifi. ſæpe, in glo. quod requirat. [l] utrum l autem laicus coram laico conuentus à clerico poſsit eum ſuper crimine reconuenire. diſtinguebat Hoſtien. dicens, quòd ſi crimen eſt etiam ciuile, non ſolum canonicum, & infligat pœnam ciuilem, & pecuniariam tantum, & ad ipſam tantum agatur ciuiliter, locus eſt reconuentioni, & diffinitioni, & ad requiſitionem ipſius ſecularis iudicis epiſcopus, ſi fuerit neceſſe, ſententiam exequetur. ar. de foro comp. poſtulaſti, de re iudi. à diuo. §. 1. 96. diſtin. cum ad uerum. Si uerò crimen ſit canonicum tantum, uel tale, quod corporalem pœnam infligat, & ad ipſam agatur, ceſſat reconuentio: quia cum illa non poſsit examinare, multo minus iudicare, in auten. de man. prin. §. ſi uerò canonicum. colum. 3. ut clerici appel. p. c. §. fi. uerò eccleſiaſticum, col. 6. de ordi. cogni. tuam; & ſic dicit intelligendum, quod no. de iudiciis, at ſi clerici, & de arbitris, cũ dilectus, ubi inuenies caſus, in quibus ceſſat reconuentio, ipſe idem Hoſt. in decre. diſpendia, de reſcrip. lib. 6. diſtinguit, an crimen inducat degradationem, & tunc non procedit reconuentio. cum illud iudex laicus examinare non poſsit: imò nec electus confirmatus ſecundum quoſdam; de hoc ſupra de elec. tranſmiſſam, & ſic poteſt intelligi, de iudiciis, at ſi clerici, & c. clerici, & c. cum non ab homine. erit ergo cauſa ad epiſcopum reuocanda, & præiudicabit ciuili primò propoſitæ, de ordi. cogni. tuam, cũ concor. Si uerò ciuilem tantum & pecuniariam pœnam inducit, tenet ibi, quod ſupradixi. Contra iſta diſt. facit ſupra de foro compe. c. 2. & quod notauit. co. ti. uerũ, ubi dixi in glo. 2. de cle. coniug. c. uno, li. 6. per quæ uidetur, quòd etiam ſi agatur ad pœnam pecuniariam tantum, non poſsit fieri reconuentio coră iudice laico; & hoc credo, & uide quod dixi de iudi. at ſi cleri- 4 ci, ſuper gl. 2. [*Incontinenti*] li. † ante, quam procedatur ad alia, & debet proteſtari de reconuentione ante litem conteſta. ut quidam dicunt, & ſic intelligunt authen. de execut. §. ſancimus. Alii dicunt idem, & ſi ante nõ fuerit proteſtatus, dummodò incontinenti poſt litẽ conteſt. i. antequam terminus ad alia aſſignetur, recõueniatur, ar. ff. ſi certum pet. lecta eſt. de elec. officij, & hęc fuit opinio Azo. pro qua. C. de li. cauſa, l. fin. C. de proc. nihil. alii autem dicunt, ꝙ uſque ſententiam etiã ſine proteſtatione reus poteſt reconuenire; ſed tunc m non ſimul procedat utraque [m] lis. nã ſi negetur recõuentio, hæc inde ſequetur abſurditas, quòd actor lite quam mouit, conteſtata & pẽdente de alia re ſub nullo iudice poterit conueniri; quod ualde abſurdum eſt. Quid enim ſi de iniuria, quæ lite pend. nte contingit, uel alia actione cum reconueniat; utique quæ de nouo emergunt, conſilio indigent, ſupra de offi. dele. inſinuante, infra de iura. calum. cæterũ. Item quæ cauſa, imò uerius inſania foret, abſtuliſſe huic reo iudices ordinarios actoris, coram quibus reus actorem conuenire poterat, niſi alium illi, coram quo conuenire poterat, ſubrogaſſet. Item in antiquo iure ſcilicet, C. de ſenten. & interloc. cum Pap. dicitur indiſtinctè, cuius in agendo quis ſequitur arbitrium, eum contra ſe iudicem habere non dedignetur; ita, quòd non fa- n cit mentionem de lite conteſtat. [n] ergo ſimpliciter eſt intelligenda 11. quæſt. 5. conſuluiſti. Si autem proteſtetur, nihil facit proteſtatio, niſi quia tunc indubitanter eſt uerum, quòd poſt litem conteſtatam incontinenti poſsit reconuenire. Sed oppones, leue eſt cuilibet facere, quòd non poſsit conueniri niſi ſub iudice, quem malit, cum ſit leue impetrare literas ad aliquem delegatum, & facta citatione ulterius ſub alio iudice non poterit conueniri, cum ſub eodem iudice debeat fieri conuentio, & reconuentio, ut de reſcrip. c. diſpendia. reſpon. ſub alio iudice reconueniri non poteſt, niſi lata fuerit ſententia, uel niſi fuerit appellatum, uel niſi faciat ſe abſolui ab inſtãtia iudicii, ut no. ſ. de off. delega. conſuluit. & ſic contra hanc fraudem altero prædictorum modorum prouideri põt, Inno. dixit Ho. ꝙ cũ non ſit in poteſtate ſolius rei, quãdo feratur ſententia, uel quando abſoluatur ab inſtãtia, uel quãdo poſsit rationabiliter appellare, reſtat, ꝙ dũmõ

non sint actor, vel iudex in culpa, parum prosunt hęc remedia. unde dixit alia esse remedia, s. ꝙ reus teneat procuratorem in curia: uel si habet causam recusandi, recuset. vel componat, vel ad eundem iudicem impetret, de rescri. dispendia: aliàs est necesse, quòd expectet sententiam, per auct. & consequẽter. dicit etiam, quòd lit. conte. non est locus reconuentioni, nisi protestatione præmissa. nec mouent eũ rationes per Inn. allegatæ. fatetur enim Hostien. quòd lit. contest. coram uno iudice non potest actor coram illo, uel alio conueniri: nec reputat absurdum hoc imputari reo, qui ante litem conte. cõuenire, uel protestari debuit, ar. ff. locati. l. 8. §. subiungi, supra de seruis non or. c. 1. nec reputat absurdum. quod differatur actio de nouo exorta ex causa. s. ut maior absurditas euitetur, idest ne coram diuersis iudicibus eodem tempore agatur, de rescrip. c. fi. nec insaniam reputat huic reo subtrahere ad tempus ordinarios actoris, cum imputandũ sit illi, qui nõ conuenit, ante quàm conueniretur, & subueniendum sit illi, qui uigilauit, & sibi prouidit, de ap. vt debitus. ff. de his, quę in faudem cre. pupillus; ad fi. Cum ergo natura iudicii non patiatur, quòd talis reconuẽito fiat, si ex causa suspendatur petitio, nõ reputat hoc absurdum, cum ex causa nedum suspendatur, sed priuetur quis suo iure sine culpa, infra ti. 2. quoniam. §. si uerò aliter. nec obstat secundum eum, quod in auct. non dicitur de lite conte. satis enim est, quod ibi dicitur, In eodẽ negocio idest iudicio, quod uocatur mista conuentionis, & reconuentionis examinatio; quod bene elucidatur in aucten. de execu. §. sancimus, & ibi, Sancimus igitur. si quis obnoxium habere arbitratur eum, qui contra se conuentionem exposuit, nõ apud alium iudicem, sed apud eum mox à principio conuenire, & eundem esse iudicẽ in utroque iudicio. q. d. bene caueat sibi reus, qui ab initio uocatur, & intra se deliberet, an in aliquo actor teneatur sibi. quod si putauerit à principio, idest ante principiũ idest ante lit. conte. supra de offi. deleg. super quæstionũ. §. intentionis. C. de iudi. rem non nouam, prin. respon. C. de iura. calum. l. 2. 1. respõ. uel etiã statim post lit. conte. protestatione præmissa libellum reconuentionis reus offerat, & sic vicissim contestetur litem, & idem sit iudex utriusque iudicij, quòd idem negociũ censeatur. & est valde notandum secundum eũ, quòd prędicta auct. altero non contenta, dicit, Mox in principio, innuens, ꝙ reconuentio non sit ultra lit. conte. protrahenda. si. not. secundum eum, de sen. excom. de his. Dicit ergo lit. conte. nulla protestatione præmissa non esse locum reconuentioni: sed si iudex, corã quo lis est contestata, vtriusq; partis sit ordinarius, coram eo locus est non reconuentioni, sed conuentioni. Reconuentioni non, ne fiat pręiudicium principali quęstioni, & ipsam differri contingat propter naturam reconuentionis, quę habet, quòd simul tractantur, & finiantur, ut hic, ad id. ff. de iudic. qui prior. In modum conuentionis sic, nisi obstet alia exceptio, cum perpetua sit iurisdictio ordinarij. unde procura. lit. conte. uice mutua conuenitur; non dicit, Reconuenitur. ff. de compensa. in rem. & hoc uerum, quãdo actor, & reus sunt eiusdem fori: alioquin post lite contesta. nec reconuentioni est locus, supra de iu. c. fi. secundum Hostien. qui remittit ad ea, quę not. in sum. cod. titu. §. & quãdo, uer. sed nunquid corã ordinario [*Quæstionibus*]
5 patet † per hanc literam, ut no. infra proximo ti. quod licet conuentio fiat super uno solo, reconuentio fieri
o põt super pluribus° [*Respondere*] Si tamen monaci ante factam responsionem porrexerunt libellum reconuentionis, Ala. hoc dixit, ne obstet auct. quã alle. glo.
6 & dixit. T. ꝙ † actor super libello rei habebit deliberatorias, si uoluerit. 3. q. 3. spatiũ. & sua causa interim differatur. & idem Vincen. qui etiam dixit, quòd in hoc casu præstabitur duplex iuramentum, sicut in iudicio finiũ reg. & fi. de quibus, infra de bap. ex literis. sed differunt, quia in illo testes unius deponunt pro alio: hic secus secũdum eum. & est ratio: quia hic sunt duæ petitiones circa diuersa, ibi una tantũ, uel duæ circa idẽ. & secũdum id quod post Tan. dixi, malitiosi aduocati reorum sæpe ad protelandam causam, aduenięte termino, quo debent respondere libello, si deficiunt eis exceptiones ad protelandam contestationem, porrigunt libellũ reconuentionis, ut sic non respondeant libello actoris, donec actor eorum libello separatum offerat respondere. & si ipse actor statim uellet respõdere sine deliberatorijs, illa malitia non iuuabit [*Vicissim postmodum*]
7 quasi † dicat facta super utraque lit. contestatio. primò iurabitur super conuentione, secundò super reconuentione. primò ponetur super conuentione. secundò incontinenti super reconuentione. Idem in probationibus, & in alijs, quę occurrunt, quousque una die quasi sententia terminentur, infra de ordine cogni. cum dilectus, Hosti. uide, quod ibi
p dicam super glo. si isti, Io. An. ℙ Prima † glo. facit tria.
8 ponit modum in reconuentione tenendum. secundò tractat, an post litem contesta. procedat reconuẽtio. tertiò arguit ex textu, quòd frustra petit & c. alleg. 8. concor. demum alleg. 5. cõtraria, & ultimum soluit. ¶ Penultima gl. docet duo, scilicet, quid si mutuæ petitiones sunt possessorię, vel vna possessoria, altera peremptoria. secundò, quòd uirtus reconuentionis est
9 &c. ¶ *In † gl. prima ibi, mutus. §. pœna*] sequitur, non defendentis procuratoris hæc est, ut denegetur ei actio [*& ibi, Neque scriptura*] ibi, uir conuentus reconuenit rerum amotarum, & illa mota compensat [*& ibi. §. ultimo*] mutuas petitiones extraordinariarum cognitionum audit præses [*& ibi. l. ultima*] si compensatio, quæ obijcitur, longam requirit indaginem, reseruetur alteri iudicio, & litem iam ferè expeditam diffinit iudex [*& ibi. §. Reuerendissimi*] conueniens pro ecclesia reconuenitur pro illa [*& ibi. l. ultima*] casus patet per solutionem, & habetur, infra depo. bona fides. ¶ *In glo. ultra ibi, equissimum*] ibi, cur enim ad arma, & rixas procedere patiatur prætor, quos potest sua iurisdictione compescere? ¶ *In † glo. prima ibi, appellandum*] hoc tenet Vin. [*& ibi, non sit audiendus*]
10 nisi post litem contest. statim hoc faceret, ut no. in auctẽ. & consequenter, in gl. fi. §. sancimus, in prima glo. quia quæ incontinenti fiunt, &c. ut dixi in gl. 1. Ante [*& ibi, Ab initio*] exponit Vinc. 1. post initium [*& ibi, Finita*] ad hoc facit ordo, istorum titulorum: quia post libel. oblationem, & ante litem contest. ponitur Rubrica de reconuentione, secundum Hosti. [*& ibi. l. ultima*] concor. Vincen. & Inn. Fran. hic & ipse, & Archidia. in decre. dispẽdia, & Guil. in ipe. de reconuentione. §. sequitur. Contra Inn. est, quod ipse no. supra eo. c. in gl. reconuentio, uersi. illud autẽ, Ala. Tanc. Goffre. & Host. contra, & Io. Mona. in decre. dispendia. quod uerum puto, si de uera recõuetione loquamur. & uide quod no. in Cle. de uerb. signi. sæpe, in glo. ꝙ requirat, & in glo. sequẽ. Intellexit Hosti. decre. dispendia, cum ante litem contest. fuerit protestatus. Posset dici, ꝙ decr. dispẽdia, non obstat per literã ibi, Cõuentionis, quasi dicat, Eodẽ durãte iudicio ante litem cõtest. potest recõuenire, postea cõuenire. & sunt ista ualde diuersa. nam in cõuentione non est necesse, quòd una sentẽtia terminetur cũ principali: in reconuẽtione secus; & de hoc, infra de ordi. cogni. cũ dilectus, in glo. si isti, & adde quod dixi in glo. 1. ante quàm, in fi. supra eo. c. Idem sublata appella. in rescripto, in reconuentione non poterit appellari. infra c. proxi: secus crederem in conuentione. Item illud uerbum Conuentionis in decre. dispendia, potest respice

re

rever. ibi, Si literas contra eum & c. secundũ quod potest dici allegãdo, quod etiam conueniri non potest actor coram delegato post litem contesta. sine nouis
11 literis [*& in fin.*] præcedentia † etiam sunt specialia in scismaticis, intrusis, & excõmunicatis, qui non conueniunt, & conueniri possunt, supra de iudi. intelleximus. ¶ *Inglo. 2. in fi.*] & c. examinata. ¶ *In glo. istud, ibi, habes*] & 20. q. 2. c. primo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ex literis. Ad materiam istius c. & materiæ. s. conuentionis, & reconuentionis, uide Inno. & Io. And. in c. cum dilectus, de ordi. cogni. & quod scripsi 3. q. 8. c. 1. Archi.
b ¶ Reconuenire. An sit differentia inter reconuentionem, & recõpensationem, uide Bar. in l. in rebus. §. fi. ff. commo. & per Bal. in l. Papinianus, in fi. C. de sent. & interlo. om. iud.
c ¶ Secus. Adde spec. in tit. de recu. §. fi. uer. sed nunquid.
d ¶ Is qui. Difficilis est lex, & habet multa contraria. & ibi per Bart. uide pleniſſimè de hoc, & Cy. & Sali. in l. 1. C. qui accus. non pos.
e Reconuẽtio. Limita, ut per Archid. 11. q. 1. in glo. summæ, in uer. reconuentio.
f ¶ Secundum Innoc. Adde Bart. in auth. & consequenter, qui plene examinat hunc passum. C. de sent. & interlo. om. iud.
g ¶ Si quis. Ibi uide Cy. & do. Bar. de Sali. & Bart. in l. rerum amotarum, ff. rerum amo. & in l. fi. ff. ui bon. rapto. facit ad materiam l. si de ui. ff. de iud. & in l. interdum, ff. de publ. iud.
h ¶ Iuribus. De causa appell. & de alijs, in quibus non habet locum reconuentio, uide glo. in c. cum dilecti, supra de arbi. & uide Ioã. And. in c. 2. supra de li. obla. & in Clem. unica, de causa posseſſ. & propr. Bald.
i Reconuentio. Contra notat Cy. post Pe. in authen. & consequenter, prædicta leg. cuius opi. ibi uide per Bart. defendentem ibidem, & in l. 1. §. fi. ff. de ua. & extraor. cogni.
k Summaria cognitio. Adde Bar. in l. 1. ff. de præto. stipu. & in extraordinaria ad reprimendam, & per Bal. in l. præsenti, C. de his, qui ad eccle. confugi. per spec. in tit. de offic. iudi. §. 1.
l ¶ Requirat. Ibi Io. And. per distin. concordat hanc opin. cum alia contraria, & uide Bar. in prædicta. auth. & consequenter, & in l. sed hæc. §. non solum. ff. de proc. & in l. 1. §. fi. ff. de ua. & extraor. cog. & in l. 1. C. ubi causa status, & ibi etiam Bal. qui dixit post Bart. de reconuentione non habere locum in causa, quæ est ad aliam præparatoria. & an confitens possit reconueniri, uide Bal. in l. fi. C. qui ad lib. procla. non licet.
m ¶ Procedat utraque. Et istam uidetur sequi Bar. in authen. & consequenter, dicens, quòd erit tractanda cum priuilegio reconuentionis quò ad identitatem iudicis, non quò ad uicissitudinem decidendi: quia forte dudum post lit. contest. fuit inchoata, & uide glo. in c. dispendia, de iudicijs, lib. 6. quæ incipit, forte, & gl. ibi se.
n ¶ Lite conte. Idem no. infra de resti. spol. c. ex conquestione. sed illud c. facit contra glos. An quia ibi reconuentio uidetur post lit. contest. admitti: sed potest dici, quòd ideo, quia causæ hic connexæ. s. petitorij & possessorij, quo fiebat reconuentio. uel dicit, quòd ideo, quia petit ibi per iudicem, quominus reconuentio ante lit. contest. fieret: sed contra hanc opi. uidetur tenere Bar. in authen. & consequenter, C. de sent. Archi.
o ¶ Pluribus. Et si unum petit, an reus idem illud possit contra actorem petere, & quis erit tunc effectus istius petitionis, uide Io. An. post Inno. de off. deleg. cum contingat, in glo. quia melius, ad fi. & de re iud. cum Bertoldus, in glo. uidetur.
p ¶ Ioan. An. Scias, quòd Bar. in authen. & consequenter, dixit, quòd coram delegato de consensu utriusque partis dato non habet locum reconuentio. & dixit, quòd ratio est, quia cum utraque pars illum elegerit, cessat ratio c. cum Pap. 3. q. 8. ex eadem causa dixit non procedere reconuentionem coram arbitro; si illa est ratio in arbitro, uerũ dicit: sed illa uidetur ratio: quia quò ad id, in quo non est compromissum, est priuata persona, & sic cessat reconuentio: ita sentit tex. de arbi. cum dilectus. At deleg. etiam ab utraque parte electi. habet iurisdictionem non à partibus, sed à delegante, & sic ratio Bart. cessat.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui impetrauit rescriptum cum clausula, Appella. remota, in causa reconuentionis appella. remota respondere tenetur.*
Reconuentio fieri potest etiam coram iudice ab actore impetrato, ibid. uer. qui contra eum. Aliqua, quando liceat ea uti, in suffragio, & nu. 6. §. in glo. 2.
Dubitandi ratio quæ his erat, ibid. ad dictio. deferendum.

2 *Papa quid sentit, & nos sentire debemus.*
Appellatus coram iudice appellationis uti potest nouis probationibus, sicut appellans, ibid.
3 *Ius iniquum impetrans an in nulla causa appellet.*
Appellationis remotio non extenditur ad aliàs personas, nisi in casu, & quo, ibid. non est ius iniquum, & ratio, ibid. ponitur in certis causis ex stylo curiæ, ibid. & nu. 7. & quemadmodum id intelligatur, e. nu. 7. Appellationis remotionem qui impetrat per rescriptũ, quando incidat in edictum hic allegatum, ibid. in fine.
Contrariorum quandoque utrunque bonum, & quandoque utrunq; malum, ibid. uer. & nota quòd.
Appellatione rationabiliter est quoddam medium, ibidem uer. Posse igitur.
4 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 5.*
In iurisdictione prorogata iudex habet eandem auctoritatem, quomodo habet in delegata.
Concessum in uno, intelligitur in alio repetitum.
Reconuentio an procedat super pluribus contra conuenientem super uno, & nu. 6. §. 1.
Ea an liceat actori quasi reo, uer. licet actori, & nu. 6. §. 1.
6 *Additio, siue suppletio glossarum.*
8 *Extra diœcesim priuilegiatus quo casu trahi possit, licet ei concessum sit, ne trahi possit.*
Priuilegio suo quis contra alterum non utitur, quo pro se non utitur, imò ipsum transgreditur, ibid.

CAPVT II.

2 doquè per ipsas &c. [*Omnino*] tenetur† enim quis procuratorē constituere tam instructum, & si interrogetur de facili respōdeat ueritatē, infra de dol. c. 1. Quia nisi iusta causa subsit, ad consulendū dominū terminum non habebit. C. de procu. l. fi. ff. de proc. si actor, & melius de proc. dilectus, ubi de hoc. unde si id, super quo proc. interrogatur, uel quod ponitur, pertinet ad principale negociū, & ipse dicit se nescire, uel uelle consulere dominū, condemnabitur in expensis ꝑm Inn. ad hæc prædicta iura, & de procu. auditis, & c. constitutis, nisi forsan sit articulus, qui de nouo emerserit, uel de quo non possit domino imputari, si procuratorem nō instruxerit, ar. infra. c. cœterū. in prin. c. unde ꝑm Hosti. hoc arbitrariū, argu. hic, de transac. c. ult. ad fi. & infra c. ul. uide in spe. de posi. §. 6. uersic. in
3 summa, & uer. seq. [*Non nesciant*] i. non† ignorent, sed omnino sciant. & no. ꝑm. Host. & Abb. contra religiosos, uel alios, qui mittunt ad causas ignaros facti, & interdum uiles, qui sine cōscientia omnia negant, cō-
a stituendi sunt idonei, & qui causam bene cognoscāt. C. eo. l. 2. §. si autē uel dignitas, & sc. nec debet iudex cōtrarium sustinere; sed ex officio suo occurrere malitiis occultantium ueritatem, arg. ff. de testi. l. curent, & iura, quæ alle. supra c. prox. in fi. ult. gl. & infra qui ma. accu. posuiderit, uer. qui enim, & compellere, ut constituatur persona idonea, & ut consulat illos de con-
4 uentu, quod dic, ut de testi. præsentium, & si† procur. ueritatem negat, uocandus est principalis. ff. de procur. si actor. C. eo. l. fi. remittit etiam ad no. de syndi.
5 c. uno. ¶ Vltima† glo. parificat syndicos, tutores, &
6 curatores, & dicit secus de procu. ¶ *In† glo. 4. ibi, uideamus*] in causa pupilli non cogitur tutor in litem iurare [*& ibi, Marcellus*] pater amouentis, uel eius hæres non cogitur iurare, sed ille solum, qui dicitur amouisse.
7 ¶ *In† gl. ul. ibi, syndicatus generalis*] secus in speciali ad certam causam secundum Guil. in spe. eo. ti. §. restat, uer.
b sed quid dices [*& ibi, Propriam animam*[b]] de hoc 63. dist. tibi domino [*& in fi.*] hodie iurat in animam domini si habet speciale mandatum: ut infra eo. c. ult. libr. 6. & nihilominus in propriam, ut probatur infra ca. 2
2. respon. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Bene cognoscant. Dic in ista materia aut dominus se absentat ante lit. contest. & constituit procuratorem generalem: & tunc potest petere inducias istas, ut in c. dilectus, de procur. si autem lite mota se absentat, tunc si est citatus ad unum articulum, tunc super alio articulo debet habere inducias ad consulendum dominum. si uerò est citatus ad totam causam, uel ad certum articulum, tunc si nouum aliquid emergat, debet habere, ad hoc glo. in uersi. contingentibus. in c. cupientes, de elec. in prin. si non emergit nouum, tunc si in citatorio tenor libelli est insertus, propter quod potuit esse instructus, tunc non debet habere. & facere, quod no. infra titu. proxi. c. 2. & Bar. in l. prætor. ff. ex qui. caus. in poss. ea. si non esset insertus, tunc debet habere. & not. quòd licet debeat esse instructus, non tamen tenetur nisi suo loco & tempore ostendere probatio. Item licet instrumenta ad causam portare debeat, non tamen testes secum ducere tenetur, ut gl. in uer. alibi, in c. cupientes. §. si uerò, de electio. lib. 6. Archi.
b ¶Propriam animam. Adde Archi. in d. c. fi. eo. ti. in 6. & Bar. in l. 2. C. eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *De calumnia iurat œconomus in causa collegij, non singuli de collegio. & qui de calumnia iurent, nu. 5. 7. & 8.*
2 *Iuramentum hoc non coguntur religiosi præstare, sed possunt delegare, nec impediuntur etiam præstare, licet per alium litigent. & an tacitè possit omitti, nu. 3.*
3 *Excipere, & agere pro respondere.*

4 *Mandatum*

4 Mandatum procuratorium quod sufficiens.
6 Epilogus, suffragium & suppletio glossarum.nu.7.& 8.
9 Syndici constitutio an teneat etiam sine confirmatione episcopi.
10 Procurator ecclesiasticarum causarum non potest infamis esse.
11 Defensorem poterit inuito capitulo & negligenti dare episcopus.
Curatorem dat inuito adolescenti iudex ecclesiasticus, ibid.

CAPVT IIII.

1 IMperatorum. Casus. In † causis collegij non
singuli de collegio, sed ipsius œconomus
iurat de calumnia. Et primò narrat repre-
hensibile factum. secundò id prohibet, ibi, Ad id qđ.
tertiò prouidet, quid in posterum faciendum sit, ibi,
sed ne [Fratribus] forte ab omnibus fratribus; & hoc
est, quod reprehenditur, Gof. [Claræualis] Francorum
uallium, deberet dicere secundum Abb. [Ab alijs] sin-
gularibus, uel secularibus, quasi secundum Hostien.
2 uelit hæc litera, ꝙ † religiosi non coguntur hoc iura-
mentum præstare, sed possunt delegare; de hoc supra
c.1. [Exigitur] exigi ergo prohibet, sed non impedit præ-
stari, si illi hoc sponte uelint, ut etiam dicebat Innoc.
[Iuramentum] licet per alium litigent, quod fieri non
debet, supra c.1. Pe. [Huius occasione] scilicet quia singu-
li non coguntur iurare [Cum res] aliàs reus. & per hanc
3 literam est argu. quòd † iuramentum calumniæ pos-
sit tacitè omitti, quod dic, ut infra eo.ti.2. respon.li.6.
[Excipere] idest respondere. sic infra de plus pet.c.uno
§.1. ad fi. alibi ponitur agere pro respõdere. ff.de edẽ.
li.1.§.1. Hostien. & per hanc literam dixit Guil.Na. suf
4 ficiens † esse procuratorium illius, qui datus est ad a-
gendum, & excipiendum, cum excipere ponatur pro
defendere; & ad hoc constitui debet, de procurato.
accedens, & cap. constitutus [cum necesse] forte hoc di-
cit, ut excludat spirituales causas, supra c.2. [Exhibere]
5 scias † scilicet quòd œconomi, syndici, actores, tuto-
res, parentes, orphanotrophi, & omnes alij, qui ad-
ministrationem habent à lege, uel à iudiciali auctori
tate, iurant de calumnia, C.de iura. calum.l.2. §. 1. &
2.C.de bonis mater.l.1.C.de episc.& cler.orphanotro
phos, & auctẽn. sed hodie, instit.de cura. §.fin.de pro
cura. dixi supra c.proxi.& uide in spe.eo.titu.§.restat.
6 ¶ Prima † glo. obiicit, & dupliciter soluit. ¶ Tertia gl.
a tractat, quid sit œconomus[a], & quis in eius consti-
tutione auctorizet, & quis suppleat. ¶ Vltima glo. di-
cit idoneum facti conscium, nõ infamem: signat cõ
7 trarium &c. ¶ [In † gl.1. ibi, municipes] uide de simo. di-
lectus 2. in glo. sic supra [& ibi, Municipibus] conditio,
quòd municipes iurent, possibilis est: & iurant hi,
per quos municipij res geruntur [& ibi. §. hoc etiam] in
causis corporis, uel collegij ab idonea parte corpo-
ris iurari debet [& ibi. l. ulti.] uide supra c.2. super 1. glo.
8 ¶ In † glo. 1. ibi, secularibus] quæ forte non habebant syn
dicos, de consuetu. secundum Vinc. uel aliud secun-
dum leges, aliud secundum canones, secundum Gof.
[& in fi.] secundum Lau. ¶ In glo. œconomus, ibi, uolumus]
& c. diaconum, ubi de hoc [& ibi, actor] de his omni-
bus notauerat hic Ioan. quod etiam no.2. q.7. si quis
erga, & 16. quæst. 8. quoniam [& ibi, Ordinari debet] di-
9 cit † Inno. quòd licet constitutum episcopus confir-
met per §. statim alle. tamen & sine ipsius confirma-
tione tenet ipsius constitutio, ad id. ff. quod cuiusque
uniuersi. l.1. supra de syndico. c. uno. unde dicebat Pe.
quòd licet id iure caueatur, tamen consuetudo non
habet, nec curia seruat, quòd in inferioribus eccle-
sijs sit necessarius consensus episcopi in constitutio-
ne syndici. Hostien. distinguit inter causas discretas,
& communes secundum ea, quæ habes, de rescrip.
edoceri. ¶ In glo. ult. ibi. c. 1.] ubi de hoc, & l. dist. acce-
10 dens [& ibi, §. ul.] Vlti. glo. ibi distinguit † inter infa-
miam magnam & paruam, & uide in spe. de procura.
§. 1. uersi. item quòd est infamis, dixit Hostien. aliud
secũdum leges. idem dixit Vin. sub dubio forte, infra
de decimis, tua. 2. in fi. ubi etiam dicit, quòd licet pro
b curatorem ecclesiasticarum causarum repellat[b] infa
mia per iura, quæ allegat glo. non tamen repellit pro
c cura. negociorum[c]. C. de preci. imperato. offe. l. uni-
uersis, dummodò sit catholicus. C. de sum. tri. l. 2. [&
11 in fi.] uel propriè † cum sunt negligentes, ut supra glo.
proxi. & poterit tunc hoc ideò, ne propter defenso-
ris defectum ius suum amittant, qui de capitulo con
queruntur, quo casu iudex eccle. etiam inuito dabit
defensorem, sicut adolescenti, qui negligit curatorẽ
petere, licet inuito, curatorem dat. C. qui pe. tu. li. 1. &
per totum, C. de in litem dan. tuto. l. 2. in fi. sm Host.

ANNOTATIONES.

a ¶ Quid sit œconomus. Adde bonam glo. in c. si quis erga 2.q.7.
b Repellat. Vide de materia in c. deputati, de iudi. & quod scripsi. 3.q.7.§.1.c.1. Archi.
c ¶ Procu. negociorum. Adde. d. Bal. hic, qui dicit, quòd infamis potest esse tutor, uel curator per l.1.C. de infa. item executor ultimarum uoluntatum. l. ex facto, ff. ad treb. item arbiter. l. Pedius, ff. de arbi.

SVMMARIVM.

1 De calumnia iurant in proprijs causis clerici, nec obstat contraria consuetudo.
2 Antidotum quid sit, remittit, & hic accipitur pro medicina.
3 Iurare recusans, propter hoc appellans non auditur.
Iuramentum de calumnia cur introductum, ibid. uersi. & dic, & num. 6.
Consuetudo contraria non ualet ei, quod sit introductum, ut animarum periculum uitetur, ibid.
Iuramentum præstare debet aduocatus prius, quàm in causa audiatur, & qua ratione, ibid. in fin.
4 Epilogus, & suffragium glossarum. & nu. 5.
De nouo quæ emergunt, nouo indigent auxilio, nouis rebus nouum remedium adhibendum.
6 Suppletio glossarum.
7 Iuramentum calumniæ præstat etiam procurator habens speciale mandatum.
Procuratori, si non habet mandatum iurandi de calumnia, quãdo detur dilatio, ut denunciet domino, ibid. & an hoc casu admittatur iuramentũ procuratoris ex remotione domini, ibid. in fin.

CAPVT V.

1 CAeterum. Casus. In † propriis causis iurant clerici de calumnia, nec obstat contraria cõsuetudo.
Et præmissa cã ponit mandatum, & cõtra
riã consuetudinem dãnat [Antidota] quid sit antidotũ
2 † thẽs. ff. de peti. hære. l. sed & si. §. cõsuluit. hic sumitur
pro medicina, Vin. [Canonicos] pro quibus ille. R. fide-
iusserat, ut patet. j. de fideius. ꝑuenit [Ad ueritatem] pa-
tet ergo illud c. esse de iuramẽto. & si quæreret uerũ,
non inficietur, licet quidã ꝯ sm Abb. [Appellatione ces
3 sante] dicit † Fran. notãdum, ꝙ recusans iurare, propter
hoc appellans non auditur [Consuetudine] de non præstã
do huiusmodi sacrũm. T. Et erat in Anglia illa cõsue-
tudo, Pe. [quæ legi] sic infra de fideius. cõstitutus. & dic,
legi. idest rationi, uel subaudi ob utilitatẽ publicam,
& ut uitetur animarum periculum introductæ; unde
non ualet contraria consuetudo, ad hoc supra de con
sue. c. fi. j. de testibus, tuis. & sm Hosti. hic adde, quod
ibi not. Idem dicendum est sm eum, & Abb. de iura-
mento, quod præstare debet aduocatus prius, quàm
in causa audiatur: quia eadem est ratio, ut patet. C.
de iudic. rem non nouam. non ob. glo. Bur. dicentis,
quod iuretur. l. caueatur, sed consueta non habetur.
quam

quam gl. fatetur inter aduocatos sibi forsan inuicem
a differentes haberi pro euangelio[a]. ¶ Penultima † gl.
4 signat cõtrarium, & soluit. format quæstionem, & sol
5 uit. ¶ In † glo. 1. ibi. §. ex causa] uide de iudicijs. c. 1. super
glo. 2. [& ibi, Planè] propter mortem, uel nouam ino-
piam fideiussoris exigitur noua cautio. & no. de mor-
te infra de excep. pastoralis, in gl. pe. [ibi. l. 1. in prin.] no-
uo casu de marito dicente post diuortium mulierem
prægnantem, & muliere negante prouisum est nouũ
remedium, mulieris. s. inspiciendæ per tres obstetrices.
6 ¶ In glo. hæc † est, in fi.] tertia, ut timore iuramẽti nõ effi-
ciatur immemor suæ salutis quò ad alia capitula; quæ
no. supra eo. titu. 1. vt. 1. q. vlti. sancimus, secũdum Gof.
¶ In glo. utraque, ibi, sed pone] hodie non procedit hæc
7 † quæstio in procura. qui habet speciale mãdatum ad
iurãdum de calumnia, infra e. c. vlt. li. 6. [& ibi, Remotus]
si nõ esset in tantum remotus, no. Vin. supra c. 1. quòd
dabitur dilatio procuratori, ut denunciet domino. C.
ubi in rem actio. l. 2. & supra ut lit. non conte. quoniã.
§. quod si super. & in secundo apparatu addit, quod in
b hoc casu admitteret iuramentum procuratoris[b]; all.
c de procura. petitio,[c] ad hoc in spe. eodem. §. restat, ver.
quid ergo, & uer. sequenti.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iudicium. Vide Io. And. supra tit. prox. accedens, el 2. in gl. ordo iur. & no. ex hoc, quòd causa regitima reuocandi delegatum est: quia non processit in causa, & sic negligens est; uide Bar. in l. iudex ff. de ua. & extraor. cogni. ubi de iudi. negligente.
b ¶ Arguit. Adde glo. in l. 2. §. quod ob. eruari, C. eo. tit. per l. si debitor, ff. de pe. hær.
c ¶ In fine. Vide Ioan. And. Quid si dubitetur, an iurari debeat, an dabitur tempus ad deliberandum, ubi ponit opi. Py. Accur. & aliorũ plurium doct. si autem dubitetur super eo, quod petitur iurari, an sit uerum, uel non, an detur dilatio deliberatoria, ponit Io. An. in spec. de positionibus. §. fi. & uer. hic allegato.

¶ Hæc additio est c. cum causam seq. & illa ibi posita est præsentis cap.

SVMMARIVM.

1 Procurator ecclesiæ, & uniuersitatis de calumnia iurare potest.
Actio hic de quibus erat, ibid. ad dictio. Alijs.
2 Reuocatio negocij fit à papa sine causa ex negligentia iudicis.
3 Syndici, & procuratores non cauent de rato, nisi cum de mandato dubitatur.
4 Forum rei laici hic non sequi dicitur ex duabus causis, & quibus.
Romandiola tota spectat ad ecclesiam, ibid. uer. hodie.
5 Ad iuramentum calumniæ quo deueniatur ordine.
Calumnia quid, ibid.
Procurator iurat de calumnia, ibid. ad dictionem, procuratoribus.
De nomine procuratororis non curandum, sed de modo constitutionis, & conditione constituentis, ibid.
Syndicus est, qui constitutus est ab uniuersitate, quocunque nomine alio uocetur, ibid.
Actor, qui à non domino & cum decreto constituitur, ibid.
Procuratorem constituunt episcopi, & alij prælati, licet non domini, sine decreto superioris. item uniuersitas in re propria, ibid. uer. dicit tamen.
6 Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 7.
In iuramento de ueritate dicenda præstando quis habet inducias ad deliberandum.
8 Suppletio glossarum.
9 Confessio de credulitate præiudicat, sicut & de ueritate.
10 Pupillus, & minor quibus casibus hoc calumniæ præstent iuramentum.
Iudæus an iuret, & sub qua forma, ibid. uer. De Iudæo.
Iuramentum calumniæ est oneris iuramentum.
11 Procuratorem ante litis contestationem dat prælatus, non autem tutor.
12 Interrogationes in iudicio qui faciant, & non fiunt per iuramentum, nu. 13.
13 Respondere quis cogitur ad positionem, non autem ad interrogationem, & ratio, tamen si non responderit, fit interpretatio contra eum, ibid.

CAPVT VI.

1 CVm Causam. Casus. Procura. † ecclesiæ, & uniuersitatis de calumnia iurare potest: & pars huius. de proba. licet, de testi. cum causam.
1. & est quædam narratio processus huius causæ us-
que ad iuramentum calumniæ [Archiepiscopum] agen-
tem, ut infra patet [Alijs] temporalibus, non spiritua-
libus, & sic non ob. supra c. 2. & erat super iurisdictio-
ne, honore, & distructi uillæ. supra p. & castri Arioli,
2 ut præ. decre. licet [Processissent] q. d. si † processissent, nõ
reuocauissemus ad nos negocium sine causa, arg. de
appe. interposita. §. ille denique, de sen. ex. ad hoc. ff. de
arbitris, litigatores, licet hoc possemus facere, si velle-
a mus. ff. de iudi. iudicium,[a] Host. [De rato] idest cum de-
3 cretis. Syndici † enim & procuratores non cauent de
rato, nisi cum de mandato dubitatur. ff. quod cuiusq;
uniuer. l. item eorum. §. actor, Gof. uel secundum Ho-
sti. habuerãt mandatum sub nomine procuratorum,
quo promisserant constituentes habere ratum &c. ff.
de procura. si procuratorem. si. de transac. cõtingit; de
dolo, cum dilecti; de hoc. de reli. do. cum dilectus [Pe-
4 titionem] & sic archiepiscopus erat actor: sed † quare nõ
sequebatur forum reorum? dic quod vacabat impe-
rium, de fo. compe. licet: uel erant Fauentini uiolenti,
eo. ti. cum sit: vel uoluerunt excipere. hodie tota Ro-
mandiola spectat ad ecclesiam, sicut recognouit Ro-
dulphus rex Romanorum, secundum Boa. hoc ulti-
mũ uide in spec. de rescrip. præsentium. §. ratione cau-
sæ, uer. item quod est obtentum ab imperatore [Ex-
hiberi] & proponi; quod dic ut de lit. cõte. c. uno, Host.
5 [Iuramentum] no. hunc † ordinem. dic tamen, vt infra c.
1. li. 6. [Calumniæ] calumnia est, cum quis scienter iniu-
stè agit, vel resistit. ff. ad Turpil. l. 1. §. calumnia. 2. q. 3. §.
notandum, Pe. [Procuratoribus] hic habes expressum,
quòd procurator iurat de calumnia. Sed dici potest,
quòd isti tenebant locum syndicorum: alias principa
les iurarent, supra c. 1. & c. cæterum. dicit Inn. quod nõ
curat de nomine, sed de modo constitutionis, & con-
ditione constituentis. Si enim ab vniuersitate, quocũ-
que nomine vocentur, syndicus est. si à non domino,
& cum decreto, actor est. dicit tamen nota. dignum,
quòd episcopi & alij prælati, & si nõ sint, de dona. c. 2.
rectè, & ꝑpriè per se constituunt procuratorem, & si-
ne decreto superioris; quod non est in alijs sentiendũ;
de hoc, de procu. petitio. vniuersitas etiam proprie lo
quendo in re propria vniuersitatis procuratorẽ con-
stituit. C. e. l. 2. §. hoc etiã. in rebus autem non suis con-
stituit actorem. ff. qđ cuiusque vni. item suffragium. §.
actor, Hosti. remittit, de procura. quia in causis, de syn
di. c. uno: sed de procura. quò ad casum nostrum. dic,
6 ut infra e. c. ult. & adde, quod ibi notaui. ¶ Glo. 1. † tria
facit. 1. no. etiam per uniuersitatem, uel collegium de
vtroque iure procur. constitui, qui iurat de calumnia.
secundò & tertiò format duas quæstiones in vtraque:
b arguit[b] ad negatiuam, & soluit contrarium. ¶ Vlti. gl.
ponit. 8. uel. 10. interrogatoria, quæ fiunt ante litẽ con-
7 testa. subdens, ꝙ generaliter, vbicunque &c. ¶ In † glo.
1. ibi, qui interrogatur] interrogatus, an sit hæres, vel quo-
ta parte, vel an suus sit seruus, habet tempus ad delibe-
randum. & de hære. idem dicit sequens [& ibi, iusiuran-
dum & ad pecunias] & ibi deliberat, an Sticus promissus
mortuus sit [& ibi. l. 2.] vide de iudi. intelleximus, super
8 1. glo. ¶ In † gl. 1. ibi, per procuratorem] qũo respondent le-
gistæ, dixi in præ. decre. quia, sup. 1. gl. [& ibi, uidetur quòd
non] hoc tenẽt hic Io. Vin. [& ibi, Non credo] præiudicat
9 tñ † cõfessio de credulitate, sicut de ueritate, vt no. de

 iureiu.

iureiu. ex literis, in gl. fi. [*& ibi, Dubito*] Accu. ō in præ. l. C. e. l. §. 1. in gl. ante p. per. l. si debitor, ff. de peti. hære. & per l. quas statim alleg. gl. ad hoc facit. quod proximè dixi de præiudicio respōsionis. uide quod dicā de test. ex tenore. super. 3. glo. [*& ibi, deliberandum*] adde quod dixi, supra eo. in pertractandis, super uers. omnino, & de hoc in speculo. e. titulo, in fine, & plenius de positio. §. 6. uer. sed nunquid, & tribus uer. ptæcedentibus [*& ibi, uidetur, quòd non*] arg. infra de præsump. scribam
c
10 [*& ibi, Non potest*] & per hoc uidetur quòd † pupillus, & minor his casibus, quibus in iudicio esse possunt, præstent hoc iuramētum. de hoc in spe. eo. ti. §. restat, uersi, sed cum pupillus, & uersi, sed nunquid minor. de Iudæo, & sub qua forma iuret, eo. §. uer. sed nunquid Iudæus [*& in fi.*] est ergo istud iuramentum oneris; facit quod dixi de ma. & obe. cum necessarijs, super glo. pe. de præscrip. literas, super ult. gl. ¶ *In gl. 2. in fi.*] & ita
11 † prælatus in causa ecclesiæ suæ ante lit. contest. dat procuratorem; quod non facit tutor. C. de procu. l. neque tutores. T. de hoc. 5. q. 3. c. ul. Host. remittit, de ele. cum nobis olim, ad fi. & de hoc in spe. de procu. §. 2. uer. itē quòd fuit. ¶ *In gl. ult. ibi, ante litem*] dato prius libello. alij contra, de hoc in spe. de interro. §. 1. uer. sed nunquid prius [*& ibi. l. alienum*] & l. 1. ubi plenius. de hoc in spe. de
12 interro. in prin. [*& ibi, Iudicem*] vel † assessorem: quia & ipse participat interrogationibus. ff. de of. assess. l. 1. Idē no. uel alium, cui iudex hoc officium delegaret, supra de offi. deleg. super quæstionum. T. Phi. [*& ibi, Interrogationem*] ad † positionem bene, & est ratio: quia interrogatio non fit per iuramentum, sed positio sic, secūdū Gof. qui remittebat ad ea, quæ notauerat, de elec.
13 dudum [*& in fi.*] T. alias fiet interpretatio contra eum, infra de accu. cum dilecti. remittit Host. ad summam, de iudi. §. quæ sint necessaria, usque ad. §. illud autem.

Euangeliorum præsentia terrorem inducit, & impendit ueritati suffragium, ibid.

8 *Ad §. pœna uerò, huius decretalis intellectum qui uidendus.*

Pœna huius decretalis in quibus habeat locum, ibid. & nu. 11. & an ipso iure, an per sententiam, nu. 12. §. in glo. ulti.

De euictione an agat emptor qui nolit, ut hic constituitur, iurare, ibid. in fin.

9 *Pro confesso qui habetur, in quibus habeatur, ad dictio. confesso.*

10 *Epilogus, & suffragium, glossarum. nu. 11.*

Iurare de calumnia nolentium pœna. §. 1. & nu. 12. §. 1.

12 *Additio.*

13 *Contra iurare recusantem si iudex uelit ferre sententiam, numquid habebit actionem pars aduersa; & an potuit excipere de recusatione huiusmodi, si recusans agat postea, & nu. 14. usq; in fin.*

Post litem contestatam quæ eueniunt, ad officium iudicis pertinēt, ibid. uer. Respon. quod non.

Excipere non possumus de his, quæ pertinent ad iudicis officium post litem contestatam, ibid.

Iudex tenetur si non tulerit sententiam contra iurare recusan. ibi, in fi.

14 *Litem oriri ex materia litis non debere, quando intelligendum.*

CAPVT VII.

Cvm in causa. Casus. Episcop' † per alium agēs
1 causam propriam, per illum iurat de calū-
a niā: si per se agit, ipse iurat, ꝓpositis, sed nō [a]
tactis euangelijs. secundo ponit pœnā non iurantis. &
patet, quòd sunt duæ partes. 2. ibi, Pœna [*Pecuniaria*]
olim enim secus in spirituali, supra c. 2. [*Syndicum*] idest
2 † procuratorem. de hoc dixi supra ca. proxi. sed poterit ne procu. in causa spirituali præstare iuramentū veritatis, sicut hic præstat iuramentum calumniæ? videtur quòd non: & est ratio diuersitatis: quia ubi de calumnia iurat, de credulitate iurat, & quisquis de suo, uel de alieno facto credere potest: sed in iuramēto de ueritate dicenda, ubi non excusat credulitas, nisi absit veritas, quisquis per se iuret, & respōdeat. potest enim esse, ꝓ illud, de quo ego quæro, scit dominus, & non procur. ad hoc, supra de rescrip. ab excommunicato. unde diuersa respondebunt, ar. ff. de in litem iurā. l. uideamus, in prin. sed tamē uidetur contra, quod ibidē dicitur, quòd tutor, & curator, pater, & mater delinquentis non cogunt iurare: possunt tamen, si uolunt; sic uidetur, quòd ille iurare possit, si uult. Secundò dicit Inno. quòd id accidit propter defectum domini, q iurare non potest, quia pupillus. Sed dicit Hosti. quòd hoc non est sufficiens respon. ad uirum, & uxorem, & adolescentes, de quibus dubium non est, quin iurare possint. C. si aduersus uen. auct. facta. ff. de in lit. iuran. videamus, circa mediū, & 22. q. 5. paruuli, & c. pueri. dicit ergo, ꝙ hęc est ratio, quare volūtarij admittuntur: quia nō est verisimile, quòd hoc onus in se reciperēt, nisi de ueritate certificati essent, ar. de proc. in nostra. Idem ergo de procuratore, ut non cogatur, ne iudice cogente incurrat anceps periurium, ut præal. l. uideamus, & de cohabitatione cleri. clericos. [b] voluntarius uerò admittetur, dummodò mandatum habeat speciale ad id. c. di. optatū. 17. q. 4. metuentes. sed & secundum antiqua tempora præstito iuramento à procuratore de calumnia, nihilominus dominus iurat de ueritate. C. de procura. l. ult. ff. de procu. l. si actor, quamuis illud intelligatur de iura. calū. Item ad hoc est 11. quæstio. 1. testimonium. 16. q. 3. dilectio. bene tamen possunt tūc ueri domini committere alicui, quòd in eorū animas iuret; & tunc ille, qui iurat, non respōdebit per se aliquid, sed ꝙ mandabitur illi ab illis, in quorū animas iurabit. ĵ. de testi. præsentiū, tñ satis uidetur, quòd

ANNOTATIONES:

a ¶ Euangelio. Vide Host. de foro compe. Romana, lib. 6. & Guil. in spec. de aduo. §. 1. uersi. item quòd non iurauit.

b ¶ Procuratoris. Hoc non credo, quòd seruaret, quia diceret, imputetur domino: quia sibi speciale mandatum non dedit, Arch.

c ¶ Petitio. Idem no. Bart. in l. qui bona. §. si aliena, ff. de dam. infec. ubi not. loquitur, & no. quia ista glo. tenet, quòd absenti potest dari cura. i. bonis suis, de quo uide l. ab hostibus, & ibi glo. in princ. ff. ex qui. cau. manumit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus per alium agens causam propriam, per illum iurat de calumnia: si per se agit, ipse iurat propositis, sed non tactis euangelijs, & nu. 11.*

2 *Procuratorne iuramentum ueritatis, & alia iuramenta præstabit, sicut hic præstat iuramentum calumniæ, & quibus casibus, & nu. 3. 4. 5.*

Vir, uxor, & adolescentes iurant, ibid. uer. sed dicit.

Tutor, curator, pater, & mater uoluntarij iurant, ibi. uer. sed tamē.

Iuramentum calumniæ, ueritatis, & alia iuramenta à quibus præstetur, & de differentia eorum, ibid. nu. 2. 3. 4. & 5.

3 *Iuramentum de ueritate dicenda de quibus præstari possit, & nu. 4. & est secundum conscientiam iurantis, nu. 5. uer. patet autem. & quando præstetur. nu. 9.*

Sciri factum & indubitatum dicitur, quod communi auditu percipitur ab antiquis, ibid. uer. & lex dicit.

5 *Testis de quibus iuret.*

Procurator iurat in animam constituentis, et etiam suam, ibid. uer. sic & procura.

Periurus qui non sit etiam falsum iuret, ibid. uer. Patet autem.

Iudicis iuramentum quomodo intelligatur, ibid.

6 *Episcopus in seculari foro an debeat agere per alium.*

7 *Debet, aliquando non importat necessitatem, & quando.*

quòd syndici, & actores, & etiā procuratores possunt iurare de ueritate dicenda, arg. C. de iudi. properandū. §. 1. C. de rebus cre. l. pe. C. de iura. cal. l. 2. §. quod obseruari. ff. de noxa. ac. quotiens. §. eos, & §. prætor ait. licet sit ar. contra quò ad procu. c. l. §. si tutor, uer. si autem procur. & intelligo hæc uera, quòd possunt præstare iuſm circa ea, quæ respiciunt solam credulitatem; uel quæ continent ueritatem, ut sacramentum de ueritate dicenda, uel de quātitate expensarum, & quod defertur pro lite decidenda, & huiusmodi. De iuramento
c uerò decisorio, [c] uel de ueritate intellige verum esse, quòd iuret procur. dummodò ei mādatum sit, uel liberam habeat administrationem, uel cōstitutus sit in rem suam. ff. de iureiu. iusiurādum, quod ad pecuniā, ff. de pcu. procurator cui, & l. se. quamuis illę leges loquantur tm̄ in deferente iusiurandum, non in recipiēte. Si autem sit iuramentum, quòd solum uolūtatem respiciat, uel affectionem, ut est iusiurandum in lite, illud à prædictis nō præstatur, nisi in casu. ff. de iureiur.
3 in litē, uideamus, in prin. usque ad. §. deferre. illud † autem iuramentum, licet dicat de ueritate dicenda, non tamen est de his, quæ quis uidet, sed est etiam de his, q̄ indubitāter nouit, ac si dicat Inn. quòd ita possum bona conscientia confiteri, quæ indubitanter noui, uel quæ firmiter credo, sicut ea, quæ uidi: quia non uidi Christum crucifigi: tamen hoc firmiter credo. Item non uidi Constantinum, uel Iulianum, uel Iustinianū imperatores, tamen ipsos bene noui, & ad hoc facit,
4 quod dicit Aug. quia spes † est certa expectatio futurę beatitudinis: quia de futura beatitudine nō potest esse
d certitudo scientiæ, sed credulitas [d] tantum. sic est de iuramento de ueritate dicenda: quia iurans potest asserere illa uera esse, de quibus non dubitat, licet ea non uiderit, & l. dicit factum sciri, & indubitatum esse, q̄ cōmuni auditu percipitur ab antiquis, ff. de aqua plu. ar. in summa. §. item Labeo, & uide in spe. de prob. §. j.
5 uer. & no. quòd, sed † testis non tantum iurat de ueritate, sed de his, quæ in eius præsentia facta sunt. C. de testi. testium. sic & procur. iurat in animam constituentis de ueritate dicenda, & etiam de consuetudine Romanæ curię in animam suam approbata hodie, de iura. calū. c. 2. §. 1. lib. 6. & cum bona conscientia respondere potest uera esse ea, quæ scit, uel ab alijs, in quorū animas iurauit, intelligit uera esse, infr. de test. ad hoc, aliàs præsentium, li. 6. secundum Inn. & dicit Ho. quòd fuit in aliquibus Inn. sibi contrarius in hac gl. Patet autem in hac gl. secundum eum, quòd iuramentum de ueritate est secundum conscientiam iurantis, & facit quod dixi, supra c. literas. nec est periurus, qui q̄ falsum est, affirmat uerum, credēs sic esse, & sic iudex secundū iura pronunciat, sed non iurat simpliciter pronunciare, quod iusta fuerit: sed quod sibi iustum uisum fuerit, in auct. iusiuran. quod præstatur ab his. §. & æquus, colla. 1. ad id de re iudi. cum æterni, uer. contra conscientiam [*Vel actorem*] sub. uel procuratorem
6 secundum Hostien. [*Elegeris*] in † seculari foro nō haberet locum hæc electio: sed haberet episcopus necesse per alium agere, ar. C. de procur. l. pe. & sic non corrigitur. 5. q. 3. c. fi. 11. q. 3. cū scimus. Alij dicunt illa correcta, Hosti. & adde, quod ſtatim dicam [*per illum*] dūmodò sufficiens sit mandatum, Host. [*Quod si*] sup. ele-
7 geris litigare [*Per teipsum*] nec † ob. 5. q. 3. c. fin. quia ibi uerbum, debet, non importat necessitatem: sed ponit pro potest. si. 26. di. c. fi. 77. distin. quicunque. ff. de iudi. & post, Phi. [*Propositis*] præsentia euangeliorum terrorem inducit, & suffragium ueritati impendit. C. de iudi. rem non nouam, Gof. [*Testimonio*] uide quod no. de elec. ut circa, lib. 6. in gl. per hoc dicas, in fi. qui finis fuit
8 additio [*Pœna*] ad intellectum † huius. §. uide quod no. in spe. eo. tit. §. fi. ubi inuenies, an sic punitus appellet,

& an pœna locum habeat in illo, qui uoluit non iurare; & dicitur quòd sic, & quid si partes pepigerunt nō iurare? Et quid si pars uult partē omninò iurare: quia non contentatur de hac pœna. & an emptor bonæfidei nolens iurare, quia sciuit postea rem alienam, agat
9 de euictione [*Cum præstandum*] non † enim in oībus causis præstatur, ut supra c. 2. Item secundū quosdam: hoc
e tamen non placet hic Fran. cum hic non remittatur [e] episcopo, qui pater est. & istud iuramentum remittit parentibus, & patronis: quia non est uerisimile eos calumniari contra suos liberos. & libertos. ff. qui satisdare cogā. de die. §. ult. alias pe. ff. de iureiu. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum, Phi. & de hoc in spe. e. ti. §. 2. uer. & no. [*confesso*] in his capitulis, quæ continebantur in libello, Host. & habet hoc locum etiam
10 in criminali, de hoc in spe. e. §. fi. uer. pe. ¶ Glo. 2. † objicit, & soluit. ¶ Vltima gl. quærit, & sol. ¶ *In † gl. 2. ibi, sed iudex*] ibit iudex ad episcopum pro testimonio, qui iurat propositis, & non tactis euangelijs. & idem in §. ista
f tim alleg. [*In glo. ul. ibi. l. 2. f*] §. quòd si actor [*& ibi, Principales, in fi.*] ibi dicitur, si quis litigantium prædictum iusiurandum præstare noluerit, per sententiam iudicis actor casum actionis, & reus condemnationem sustineat. ¶ *In † gl. 2. ibi, imperator*] aliàs non flagitetur [*& ibi quotiens*] 1. ubi de hoc, & uide in spe. e. §. pe. uer. item
12 no. ¶ *In glo. ultima ibi. l. 2.*] §. quòd si actor, ubi de materia gl. [*& ibi, an per sententiam*] dicit Hostien. quosdam tenere, quòd per sentēriam & per iura, quæ alleg. hic gl. & per. l. properandum. C. de iudi. §. & siquidem. sed secundum eum alij dicunt, q̄ punitur ipso iure, & p sententiam. nam & ipso iure cadit ab actione, quod p sententiam iudicis declaratur, qui reum absoluit, reus ipso iure habetur pro confesso, & in petitis sine proba-
g ne [g] illa per iudicem cōdemnatur, ut in legibus, unde sumptus fuit. §. iste, quas alle. gl. & auct. de litigi. § edita, in fi. coll. 8. 10. q. 2. §. qui res iam dictas, uers. emphyteusis. & ꝑm hoc dicit Hosti. intelligendum, quod no.
13 in summa, e. ti. §. fi. [*& ibi, iudicis*] sed † quid si iudex nolit ferre sententiam contra recusantem iusiurandum, & ita pereat instantia iudicij, nunquid habebit aliquā actionem ille, qui contēdebat cum recusante iurare? Insuper, si adhuc suscipiat agere, qui recusauit, nunqd poterit contra eum excipere, tu debes cadere à lite, ergo non debes audiri agēs. arg. quòd sic. ff. de in of. test. contra, aliàs incipit, Papi. §. si qs impubes filius, respō. quòd non potest agere, uel excipere de recusa. iuramē ti: quia ea, quæ eueniunt post lit. contest. ualde pertinent ad officium iudicis. ff. de ædi. edic. ædiles. §. item
h sciendum. [h] & nefas est ex materia litis litem oriri. C. de fruc. & li. ex. l. 3. Iudex tamen tenetur ex hoc. C. de iudi. sancimus, ff. de iud. si filius. C. de pœ. iu. qui ma. iu. l. fi. insti. de obli. quæ ex delicto nascuntur, in prin. &
14 quod dicit hic gl. † scilicet litem ex lite non debere oriri, intelligas, quando negocium principale terminatū est, uel transactum. Sed si nō determinatum sit negocium per iustitiam, sed forte perijt principale negocium propter interitum rei, uel simílem causam, tunc bene fertur sententia propter accessoriū. ff. de rei uen. Item si uerberatum, & l. utique. Item non habet locū hæc gl. in his, quæ fiūt extra iudiciū. Nam si qui elegerunt contra formā concilij, priuantur potestate eligēdi, & ad istam pœnam pōt agi semper. ŝ. de elec. quia propter, ubi no. de hoc in uer. qui uero. alij tamen dicunt, quòd etiam in iudicijs, ut hic, semper poterit agi, ut cadat à lite ꝑm Inn. cuius furit' gl. quam ēt posuit Ho.

ANNOTATIONES.

a ¶ Sed non. An & quando episcopus teneatur in iura. tangere sacra, uide quod no. in c. ut circa, de elec. li. 6. & quod no. in c. quotiens; de pur. ca. & in Cle. unica, de iureiu. in uer. tactis, & qd̄ scripsi. 2. q. 4. sacramentum. & in c. presbyter, & 3. q. 9. c. hortamur. Arc hi.

b ¶Clericos. Vide Bar in l. Marcellus. §. qui rerum, & §. iurare, ff. rerum amot. & Bal. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iur. calum.
c ¶Decisorio. Si procur. uult iurare, & aduersarius sibi defert iuramentum, potest etiam sine speciali mandato iurare ad domini uti litatem, ut illi quærat actionem, uel exceptionem l. nam postea. §. iusiurandum, ff. de iureiu. & ibi Bar. ad domini autem præiudiciũ potest, cum habet liberam, uel speciale mandatum, ut hic dicit In no. non ut per illud obliget dominum ex iuramento, sed ut præiudicet illi, sicut confessio præiudicaret, nisi ad sic iurandum habeat mandatum, uide Bar. in l. qui bona. §. si alieno, ff. de dam. infe.
d ¶Credulitas. Facit, quod dicitur de teste, qui firmiter iurat, & asserit se firmiter scire aliquos copulatos, licet non possit per sensum immediatum percipi, ut quòd fuerit copula inter aliquos, ut in c. uestris, & in c. tertio loco, de præsump. & quod no. in c. præterea, de testi. & hic, & quod no. Innoc. in c. ex literis, de iureiur. ad hoc tex. 2. q. 5. omnis, in prin. idem dicit tex. in c. beati 2. q. 7. ibi, uidea mus: tamen non uidit ibi spec. & 3. q. 9. testes, Arch.
e Remittatur episcopo. Adde quòd etiam istud iuramentum ita remittitur episcopo, sicut parentibus. ita do. Stepha. hic. nec obstat iste text. quia loquitur, quando episcopus litigat cum extraneo: secus cum subdito.
f ¶Ibi l. 2. Adde Bal. in c. 2. de prob. ubi limitat istam glo. non habere locum, quando pars, quæ recusat iurare, plenè probauit.
g ¶Probatione. Vide in fi. not. supra de foro compe. c. fi diligenti, & Bar. in l. imperator, de iu. fisci, & in l. eius qui, de iure fis. Bal.
h ¶Item sciendum. Istud procedit maxime tenendo opin. glo. quòd non cadat iste in pœnam ipso iure: aliàs secus uidetur per no. per glo. & ibi Bart. in l. is consequenter. §. 1. ff. fa. er. & per Io. And. in c. fœlicis, de pœnis, li. 6. & uide per do. Bar. de Sali. in l. 1. de testa. & an per tertium possit opponi de ista pœna, uide Cyn. Bar. Bal. & Sali. in l. cum seruum, ff. de ser. fug. & Bar. in l. 1. ff. de excep. rei iudi. & uide Bal. qui allegat hoc dictum Inn. in l. 1. C. de plus pe.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De materia huius tituli ubi alibi tractetur, ibid. uer. habetur.
Dilatio denegata iure communi per restitutionem in integ. conceditur, ibid.
Conueniendi sunt exprimendi per clausulam, Quidam alij, ibid.
2 *Rubrica hæc licet sit generalis, tamen loquuntur decretales de dilationibus, quæ dantur ante litem contestatam tantum; & poni potuisset, & alibi; & ubi, & ratio, ibid.*

De dilationibus, Rubrica.

1 ¶ Iudicio † cœpto solent litigantes inducias postulare quandoque ad positiones, quandoq; ad probationes faciẽdas; ideo &c. habetur materia. 3. q. 2. & 3. & 6. q. 2. per totum, conuenit rubricæ de electione, bonæ. in fi. ubi temeraria citatio non arctat citatum, cui cõcor. Cle. de re iudi. pastoralis, uer. notorium quippe, cum sequentibus; de resti. in integ. coram. ubi dilatio negata iure communi conceditur per beneficium restitutionis; & de app. significãte, vbi dilatione pendente quiescit officiũ iudicis. Item in primo citatorio exprimendi sunt conueniendi per clausulam, Quidam alij, de rescriptis, cum in multis, lib. 6. Item confirmationem præcedere debet citatio, de electione. c. ul. e. li. Item facit Cle. de uer. sig. sæpe, uer. amputet, & uer. cita
2 tionem. & no. quòd † licet Rubrica sit generalis, tamẽ dec. loquũtur de dilationibus, quæ dantur ante lit. cõte. tantum, secundum Gof. & scias, quòd hæc rubrica poni potuisset ante titulum, de fo. cõpe. in uocatione enim, quæ fit ad iudicium, datur dilatio. Item post, quia proponẽti declinatoriam datur dilatio. Itẽ post titulum de libelli obla. quia ad respondendum & deliberandũ datur dilatio. Sit ergo hęc de arbitrarijs. ponderare tamen voluit in hoc auctor potius dilationes, quæ dantur ad probandum in principali; & idem ordo fuit in codice, & facit, quod dixi in rubrica de exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis sub alio titulo olim collocata erat.*
Terminus si detur nimis breuis peremptorius, licitè appellatur, ibi. nisi in casu necessario, nu. 3. & alijs rationibus, nu. 7. & 8.
2 *Ordo iudiciarius semper seruandus.*
3 *Maturare, quid significet, ad dictio. maturare.*
4 *Attentata prius, quàm reuocentur, cognoscitur de appellatione.*
Si est ita, clausula, iniungit probationem, ibid. & quid in appellatione, nu. 8. in fi. ad uer. ex causa iusta.
5 *Epilogus, suffragium, glossarum. nu. 8.*
7 *Additio.*
Edicta olim quot dies continebant, eod. nu. 7. uer. unde olim quando mittantur tria sub distinctione, ibid.
8 *Appellationis causa sit iusta, & uera oportet, in fin. ad uer. ex causa iusta.*

CAPVT I.

1 Dilecti. Casus. Hæc † decr. erat in prima cõpilatione sub tit. de dolo, & contu. & hic dicit. Si detur nimis breuis terminus peremptorius, vbi non subest necessitas, licitè appellatur. & sunt duæ partes, appellationis prosecutio, & ipsius commissio. secũda, Quia uerò [*Terminandam*] ad petitionem monialiũ, quæ agebant contra monacos [*Timentes*] sup. iam sentientes, sed amplius timentes, &c. nec ob. de app. vt debitus. & c. cum causam, & c. dilecto, secũdum Host. secundum quem concor. de præsump. mãdata, & quod no. de app. consuluit, & no. copulam pro his, quæ dicã
2 in glo. [*Ordinem*] s. iudiciarium † qui semper seruandus
a est[a] ut legitur & no. vt li. non coteſt. causa, de ordi. cogni. tuam, qui filij sint leg. per venerabilẽ. §. præterea, Hostiẽ. [*Maximè*] nam idẽ in alijs. ff. de re iudi. l. 4. §. si qs
3 [*Necessitate*] concordat † de sen. ex. constitutionem, in fi. li. 6. ut si cõmissa sit causa, infra certũ tempus finienda, & timeẽ de lapsu temporis, de offi. deleg. cõsuluit, Pe. [*Maturare*] ideſt festinare, iuxta illud, Muturare uiã, regique dicite uestro, Gof. uel. ideſt breue dare, Inno.
4 [*Si est ita*] cognoscit † ergo primò de ueritate app. quã reuocentur attentata. signant Pe. & Abb. contrarium de decre. ueniẽtes, infra de iureiur. dic vt, infra de app. non solum, li. 6. [*Reuocato*] ergo iusta fuit app. causa, de iudi. exhibita, in fi. Host. [*Priorum*] sup. litterarum tenorem procedatis præuia ratione, Pe. ¶ Glo. 1. † quærit, & soluit. ¶ Glo. 2. respondet per quæstionem, nũquid
b ex causa &c. & soluitur quod sic[b], quod probatur per
6 duo similia. in fi. instruit iudicem. ¶ *In † gl. 2. ibi, contumacia*] vide ut li. non conte. tuæ, super. 1. glo. & idem se. [*& ibi, expedire*] secundum conditionem causæ, perso-
7 narũ, & tẽporis. hæc lex ista, & idem sequens. ¶ *In † 1. ibi, reliquo*] secundum Inno. à cuius tempore fuit hæc
c additio[c]. ¶ *In gl. 2. ibi, tribus*] & tunc non est necesse exprimere peremptorium; de hoc. 5. q. 2. in summa, & in spe. de cita. §. uiso, uersi. sit ergo [*& ibi tria edicta*] unde olim continebat. 90. dies: quia quodlibet edictum cõtinere debet. 30. in auct. de litig. §. omnem. coll. 8. T. & 63. di. Adrianus. sed & quandoque mittuntur tria sub
d distinctione, quod dic, ut infra de testi. cog. c. 2. Hosti. de hoc[d] in spe. de cita. §. 2. [*& ibi, Nonnunquam*] per hæc
8 iura dixit † Inn. quòd sola peremptorij assignatio[e] pri-
e ma uice facta non sufficit ad appellandum. Item dicit Bonagui. quòd si terminus non fuisset peremptorius, licet breuis, curia nõ daret literas omnino, uide quod dixi in spe. de app. §. in quibus, uersi. sed quã dices, circa medium [*& ibi, ex causa iusta*] & uera, nec alterum solum sufficeret, ẽm Host. [*& ibi, appellandi*] Idem Hosti,

ANNO-

ANNOTATIONES.

2 ¶Qui semper seruandus est. Adde text. & Bart. in l. prolatam, C. de sent. & interloc. omn. iud.
b Soluitur quòd sic. An autem habens potestatem prorogandi possit prorogare parte non citata, uide Alexan. consil. 34. in 4. uolum. in penul. colum.
c ¶Additio. Vide supra, ut lite non contesta. c. 1. in glos. & dixit Innoc. per Ioan. And.
d ¶Hoc. Nota in prima citatione, & in citatione ad sententiam in intermedijs sufficit una citatio, licet aliqui dicant idem, quod in prima, & ad sententiam in citatione at producendos testes; uide in c. consuluit, de off. deleg. per Ioan. And. in monitione autem iudicis una sufficit l. 2. C. quomodo & quando iudex.
e ¶Assignatio. No. hic Inno. qui uult, quòd prima uice possit mitti peremptorium. glo. sentit 4. q. 5. quisquis, & ibi scripsi, Arch.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatoriæ denegantur reo, qui per literas citatorias plenè potuisset instrui. Sed super conceptione libelli dabuntur aliæ, num. 10. & 11. item alio casu nu. 12. An dentur in causa criminali, numero 9.*
2 *Rescriptum pro tenore rescripti sumitur hic, inferendum in citatorijs literis. nu. 8.*
Citatio delegati non ualet, nisi inserto tenore rescripti, ibid. & ratio, nec hoc sufficit, nisi de auctentico fiat fides, ibid.
3 *Inducię citatoriæ, & deliberatoriæ non requirunt causæ cognitionem, & ratio.*
4 *Instructoriæ uerò, & præparatoriæ non dantur sine causæ cognitione.*
Causæ cognitio non requiritur, cum quid datur absente parte, ibid.
4 *Citatus à iudice delegato, uel ordinario quibus casibus teneatur comparere coram eo: & si non comparuerit, quãdo contra eum, uel eius bona procedi possit, & nu. 5.*
Remissionis casus hic habetur, eod. nu. uer. Si uerò non sit. ibid.
5 *Iurisdictio an sit sua citantis est cognoscere, & quando, & à quo primum de hoc sit præcognoscendum, & pronunciandum.*
6 *Libellus offerendus etiam si per literas citatorias reus instrui potuerit, & nu. 10. & 11.*
7 *Epilogus, & suffragium, glossarum. nu. 8.*
9 *Additio.*
11 *Legis miles. §. sexaginta. ff. de adulte. intellectus.*
12 *In dilatione, quæ reo datur, an actor probare possit, & an eam reus possit renunciare sine consensu actoris.*
Dilatio potest à iudice dari, si itinerat per locum, ubi ius redditur, ibid. ad dictio. sedente.
13 *De inducijarum multis generibus, ubi tradatur, remittit.*

CAPVT II.

1 Præterea. Casus. Deliberatoriæ † denegantur reo, qui per literas citatorias plenè potuisset instrui. Et cõmunis diuisio. secunda ibi, Quia igitur] *Re-*
2 *scriptum*] ideſt † tenorẽ rescripti, Pe. & Abb. [*inseris*] no. Io. 3. q. 2. si episcopus, quod alias non ualet citatio, uia de quod dicam de accu. ueniẽs, super fine ultimæ gl. [a]
a [*Valeat*] sit hoc etiam, ut appareat de iurisdictione, nec hoc sufficit, nisi de auctentico fiat fides, supra de offi. dele. cum in iure, secundum Host. [*Et infra*] sup. & citatus ueniens petit libellum sibi offerri, & diem ad deliberandum concedi. 3. q. 3. offeratur [*Legitime uerò*] pro his, quæ dixi de foro compe. proposuisti [*Transmisso*] pa
3 tet, quòd † inducię citatoriæ non requirũt causæ cognitionem, cũ dentur parte absẽte. ff. de offi. procon. nec quicquam. §. ubi decretum. Item uidetur de deliberatorijs, quæ & augeri possunt, & diminui, ut patet in eo, quod no. supra de procu. dilectus. præparatoriæ uerò, siue instructoriæ non dantur sine causæ cognitione. 3. q. 3. §. spatium, uersi. à iudice [*Non sunt ulterius*]
4 hic habes † expressum, q̃ licet iudex delegatus nõ mittat rescriptum apostolicum bullatum citato, tamẽ ex quo mittit tenorem & nõ bullatum cõparere debet, de of. dele. cũ in iure: quia si rñdere tenetur, quod plus est; ergo & comparare debet; & si non compareat, &

in ueritate est iudex delegatus, iusta est sententia eius uel excommunicationis, uel missionis in pos. uel quẽuis alia. sed si nulla delegatio sibi facta eẽt, & sine causa citasset, & falsum tenorem rescripti apostolici misisset, tunc nil ualeret, quod faceret contra non compa-
b rentem; [b] & si comparet, saluum remanet ei ius suum: quia nec cogetur respondere, nisi prius fiat sibi copia rescripti apostolici, & aliàs priuilegium fori potest allegare, & libellum de nouo petere, supra de libel. ob. c. 1. de of. dele. cũ in iure, supra de rescr. cũ cõtingat, & supra de iudi. c. 1. ff. de iur. om. iu. si quis ex, & l. non uſ. si aũt in citatorio nullã cãm assignet, quare habet super eum iurisdictionem, nec tenorẽ rescripti inserat, nec aliàs est iudex ordinarius, etiam si in ueritate iurisdictionem habeat ex aliqua causa occulta, non tene-
c tur[c] se præsentare iudici, ar. ff. siquis cau. si seruus, & l. quotiens, & l. ult. C. ne de sta. de fun. l. pe. ff. de in ius uo. l. 2. & de hoc de of. dele. prudentiã, in gl. 2. & super ipsa concor. finis huius gl. Si uerò citatorium misit iudex ordinarius alicui, qui non sit de iurisdictione eius, in quo exprimebatur causa, quæ si uera esset, coram eo respondere debet, puta quia ibi cõtraxit, uel deliquit, uel quia agitur de re, quã ibi habet, si tamen causa falsa erat, uel non suberat; tũc si comparuerit coram eo, idem est, ac sine citatione ibi inueniret. s. in terra, quę sit de iurisdictione citantis. potest enim eum tunc tenere secundum quosdam, quousq; præstetur cautio de stãdo iuri, uel lit. conte. de iudi. l. 2. §. pe. sed male dicunt isti: quia lex illa loquitur tãtum, cum comparet coram iudice, qui super eũ habet iurisdi. sed tunc non potest illam exercere: quia reus habet priuilegium reuocandi domum, de quo satis. de fo. cõpe. c. fi. si uerò non sit ibi, non cogitur uenire: imò siue ueniat, siue non ueniat, nulla pœna potest sibi imponi, vel in causa procedi. & sic potest intelligi. ff. de iudi. nõ uidetur, nisi ubi agatur actione in rem. nam tunc proceditur, ut fiat missio in possessionem bonorũ, quæ habet sub iurisdictione citantis: & forte secus est, si agatur personali actione, nisi forte latitet. aliàs si latitaret, & de male-
d ficio ibi commisso constet, & tunc contra eum nõ proceditur, sed iudex, vbi latitat, sub fida custodia mittere debet eum ad citantem, in auct. vt nulli iu. §. si uerò quis, & auct. ut omnes obe. iudi. §. 2. col. 5.[d] & si nõ fecerit, superior eum puniet. Si autem uocatus uenerit, & lis conte. fuerit, non errãs neque in facto, nec in
e iure[e], poterit ferri sententia diffinitiua cõtra eum, & suus iudex, sub quo habet domicilium, ꝓposita actione in factum ex re iudicata, exequatur eam. ff. de re iudi. miles. §. ult. C. de re. credi. actori, ut patet ex no. de fo. compo. postulasti. Sed si postquã uenisset corã iudice, contumaciter, ideſt illicentiatus recesit: uel etiã si inuentus in sua iurisdictione, & citatus, ut coram eo compareret, non cõparuit, tenet pœnę impositio sibi facta, & excommunicatio: & si causa talis erat, in qua lis nõ contesta. poterit procedi, & tenebit eius proces-
f sus, supra ut lit. nõ conte. tuæ, & c. quoniam[f]. nec ob. si dicas, q̃ nõ fuit uerũ, quod ibi ꝺixit: licet forte sic crederẽt: unde præterẽda est ueritas opinioni. Illud enim verum esset, si citatus comparuisset, & ueritatem causę suę prosecutus fuisset: sed ex quo citatus non uenit,
5 contumax reputatur. citãtis † enim est cognoscere, an sua esset iurisdictio, supra de rescrip. super literis, & uide, quod ibi dixi in ulti. gl. uer. q̃rit Inn. & de fo. comp. Romana. §. ꝑhentes, in gl. si ergo. ff. de iud. si quis ex. ergo ꝓp hanc contumaciam poterit puniri. ff. si quis ius di. non ob. l. prima, sed tamen cognoscere de principali causa non potest, etiam si talis esset, ubi procedi posit lit. non contesta. nisi primò cognouerit, an sua sit iurisdictio: & si processerit super principali, non renebit processus eius, nisi in ueritate iurisdictionem

g haberet: [g] sed pronunciato quod sua sit iurisdictio p̃cedet in principali. nec postea poterit obijci, quòd sñia sit lata à non suo iudice, cum sit super hoc iudex, sed q̃ cognoscat, si sua sit iurisdictio, sicut & cognouit, & sententiauit, & nõ fuit appellatum, sicut nec appellari potest, [h] cum esset cõtumax. 2. q. 6. §. sunt quorum. & hæc uera, quando constat, quòd citans habebat ordinarium. sed obijcies, quare nõ eodem modo tenet, quod facit iudex deleg. qui dicit se delegatũ, cũ non sit? Rñ. quia delegati iurisdictio certos & limitatos habet fines, quos transgredi non licet, de rescri. cũ dilecta, de offi. deleg. P. & G. sed ordinarius in suo territorio, & incolis eius, & in alijs generalem, & liberã habet administrationem, uel iurisdi. & ideò quicquid facit cõtra eos, quos in suo territorio inuenit, siue sint ibi incolæ, siue sint extranei, totum tenet prima facie. Est & alia rõ secundum Host. quia delegata odiosa, ordinaria fauorabilis, de re. iu. odia, li. 6. hoc autem fatemur, quòd si literæ etiam falsæ impetratę essent ad eũ,
i q̃ adhuc posset cognoscere, an sua esset iurisdictio[i]. & eodem modo si ille, qui conuenitur, priuilegium habet, q̃ conueniri non possit siue speciale, siue propter legationem, & de hoc ipse cognoscet. Idem dicimus. s. quòd comparere non tenetur, si quis hominẽ suæ iurisdictionis citet super causa, quę non possit esse suæ iurisdictionis; ut si laicus citet super rebus spiritualibus causa expressa, nulla est citatio, ar. infra de ordi. cog. tua. Idem, si exprimat, quod ueniat responsurus seruo, uel excommunicato, vel spoliatori suo, uel cuicunque aliæ personæ, quæ non habet personam standi in iudicio. ff. si quis cautio. quoties seruus. ff. de procur. fœminas, supra de iudi. intelleximus. Item si citat
k ad diem feriatum[k], de ferijs. c. fi. Item si citat super eo, de quo quæstio esse nõ potest, ut de sole, & luna. ff. de iudi. non quemadmodum. C. de studi. li. ar. luna, li. 11. & melius secundum Host. insti. de inuti. stip. §. 1. & 2. Item si exprimat locum inhonestum, vbi citat eũ. ff. de ar. si cum dies. §. si arbiter. & generalem regulam tradere possumus, ubicunq; in citatione ponitur aliquid iniustum, uel inhonestum: uel si nõ sit turpe, vel iniustum, est tamen tale, quod exprimitur, quod certum est, quòd cõtra eum, qui agit, competit exceptio declinatoria iudicij, vt si uocet spoliatus, quod respõdeat spoliatori in causa ciuili, uel etiã alij in causa criminali, uel vt respõdeat militi alterius negocia procurãti. 3. q. 2. c. fi. infra de ordi. cog. cum dilectus, de resti. spo. frequens, lib. 6. C. de procur. qui stipendia, ire non tenetur citatus: quia errorem exprimit, de sen. ex. per tuas. Si aut em non exprimeret, sed esset notoriũ aliàs
l iudici citanti, etiam aduersario, quia iniustum[l] continet citatio, ut si citauit eũ ad locũ quẽ est notoriũ esse non tutũ: dicunt quidam q̃ cõparere non tenet: & sic
m intelligitur[m] lex prędicta. ff. de iudi. non uidetur. & p̃bat Clemẽ. de re iudi. pastoralis, uer. Pisana. tunc tamẽ prudenter faciet, si miserit executorem. 5. q. 3. si ægrotans. Sed & si non miserit, tutus erit, de excep. do. cõtra aduersarium, qui dolosè eum citari obtinuit, ar. ff. de eo, per quem factum est l. 1. §. si reus. sed si iudex, uel aduersarius nesciuit, tunc dabitur sibi integra restitutio, ar. ff. si quis cau. l. 2. & per totum, si cõtra eum procedetur secundùm Inno. dicit Host. quòd idem uidetur, quando constat de dolo aduersarij. s. q̃ tunc sit locus restitutioni, de restitu. in integ. ex literis. Si autem nil turpe exp̃ssum est in citatione, nec apparet de fraude aduersarij, nec subest causa, quare præsentiã iudicis adire non possit, tunc ire dedebit allegaturus iura, vel priuilegium suum, & nisi iuerit poterit mulctari, quãuis si iuisset, exceptione legitima se tueretur. ff. si qs iusdi. l. 1. & excommunicari, infra de ap. si duobus, ad idem. ff. de iudi. si quis ex. & procedi ad miss. in pos. cau
sa custodiæ, etiam si pupillus sit, qui citatur. ff. ex quibus cau. in pos. ea. l. in possessione, nisi ipse, qui obtinuit se mitti in pos. sciebat aduersario exceptionem competere, & dolosè obtinuit se mitti in pos. & sic loquitur. ff. de pecu. l. eo tẽpore, in prin. sed petetur tunc, si uolet is, qui absens fuit, reuocari possessionem in sua absentia datam. & si missus excipiat, tu contumaciter abfuisti, & alius replicabit, & tu dolosè excipis de dolo & contumacia mea, cum tu dolosè circa eãdem rem egeris, sciens me exceptione tutum. uel dic melius, vbicunque quis tutus est exceptione, non valet missio in pos. & si expellat missus, non datur actio ex eo edicto, ne uis fiat ei, qui in pos. quia non interest actoris mitti in pos. bonorum eius, qui tutus est exceptione. ff. ne uis fi. l. 1. §. hæc uerba; & sic loquitur ff. de pecu. l. eo tempore. nec ob. l. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. in pos. quia intelligitur, quod creditores sunt in possessionem missi pro debito conditionali, quousq; cauceatur de soluendo debito, existente conditione. Si autem sit causa appellations, uel alia, in qua potest p̃cedi lite non contest. & tamen reo competit exceptio declinatoria iudicij, si contumaciter se absentet, propter quod in negocio proceditur, ulterius non poterit exceptionem declinatoriam proponere, cum contumacia pro præsentia reputetur. C. de iudi. properandum, de do. ueritatis. Sed si præsens fuisset, & tacuisset, hoc non posset: & sic nec amplius poterit; nec absens contumaciter minor p̃sens putatur, in auct.
n ut omni obe. iud. §. si autem ille quidem. Item[n] hic iudex bene fecit, qui processit: ergo ulterius reuocari non debet. Sed reuocat, si declinatoriæ iudicij admitterẽtur. & idem quod diximus in declinatorijs iudicij, intelligimus in dilatorijs, & peremptorijs, & tãdiu eis gaudeat, qui abfuit cõtumaciter, quamdiu eis posset gaudere, si contumax non fuisset, sed postea non, & hoc rõnibus supradictis, & quia non debet esse melioris conditionis contumax, quàm obediens, de postula. c. 1. nec quæretur ulterius, an actor sciuerit excep. reo competere, cum hæc quærenda sint ante sententiam, si peremptoria est. Si dilatoria, ante li. cõte. aliàs renunciasse uidetur, infra de re iudi. inter monasterium. remittit etiam in hoc Host. ad no. de elec. c. 1. li. 6. Si autem procedit contra aliquem ut cõtumacem, sit contrariũ apparuerit, s. eũ contumacem nõ fuisse, restituet ex generali clausula. ff. ex quibus causis ma. in integ. resti. sed & si. per. §. vlt. & de hoc, de re iudi. cũ Bertoldus. Sed ad ea, quæ primò diximus, potes opponere: quia vix nunquã poterit continere citatio aliq̃d iniustum, q̃ non possit excusationem habere, uel dubitationem. uer. g. citasti dominum, ut respõderet seruo. hoc potest esse. s. si super intolerabili iniuria de eo conqueratur, insti. de his, qui sui uel alie. iur. sunt. & idẽ etiam in omnibus alijs potest inueniri. sed respon. ex quo illicitum & iniustum posuit in citatione, nisi adiciat causam, & excusationem illius iniusti, prima facie ire non tenetur secundùm Inno. cuius quasi ad literã fuit hæc glo. & ad hoc ultimum facit, quod not. supra c. proxi. & infra, de sen. exco. uenerabilibus, ad fi. lib. 6.
6 [*Indulgendæ*] nõ negat† libellum offerendum secũdùm Host. Pe. & Abb. vnde ibi, Sed, supple, libello legitimè oblato lit. contesta. & præstito iuramento procedendum &c. aliàs contradiceret, supra tit. proxi. ca. pe. de lit. contest. cap. uno. de libelli oblatione, cap. primo, se
7 cundum Hostien. ¶ Secunda† glo. tractat, quomodo litera instruat plenè, ut dicit textus, & de dilationibus
8 testium, & quid detur, & qualiter. ¶ *In† prima glos. ibi. §. primo*] coll. 8. deliberat legatarius rei religiosæ, an uelit adesse liti cum hærede. ¶ *In glos. secunda, ibi, si in rem*] uide in prælleg. decre. secunda, in prin. 1. gl. [*& ibi, §. sed quod simpliciter*] uide ut lit. nõ contest. cap. primo, super

3. glo.

3. glo. [*& ibi, C. eo. l. 1.*] cano. in §. statim alleg. reliqua pa
9 tent. ¶ *In† glo. 2. ibi, primates*] Lau. & tunc potest habere locum, quod dixit Io. 3. q. 2. in summa, quòd in criminali non dantur deliberatoriæ: alias dabuntur, ut ipse
o no. 2. q. 7. præscripta°, & de hoc per Host. in summa, e. ti. §. 1. uer. aliæ deliberatoriæ. de his etiã in spe. e. ti. uer. deliberatoriæ [*& ibi, actoris*] 91. di. Maximilianus. 7. q. 1. præsentium, Host. non placet Io. de Deo. uide quod di
xi in spe. de cita. §. iam de citatione, super uer. viso, ad
10 fi. [*& ibi, Habere*] alias habebit† saltem ad deliberandũ super conceptione libelli: imò secundùm Hostiẽ. licet oblatio libelli extra iudicium facta sufficiat ad denegandas deliberatorias, nõ tamen ad ferendam sententiam, Inno. imò erit necesse, quòd libellus iterum in iudicio offeratur parti. C. de lit. contest. l. una, & auct. offeratur, & p̃sente aduersario. 3. q. 9. chartæ: quia nec datur dilatio à iudice procedente. C. e. à iudice. sed libellus datur cum dilatione, ergo non à iudice procedẽte; ad hoc. C. de adul. iure mariti, ibi, Quibus in publico eius facultas &c. ff. quis ordo in bo. pos. ser. l. utile.
11 §. dies nec† ob. ff. de adul. miles. §. sexaginta, ubi dicit, quòd die feriato, quo tamen ius non redditur, potest
p libellus offerri, uerum est iudici[p]. remittit autem in hoc ad summam, de libelli ob. §. utrum libellus, uersi. libellus autem, & se. usq; ad. §. utrũ libellus, uersi. libellus autem, & se. usque ad §. utrum possit. nec ob. hæc decr. ut dixi in fi. secundum Hostien. qui fatetur quosdam dicere, quòd secundum ius canonicum non est locus huic subtilitati. s. de iud. dilecti. Idem & multo fortius dicit Hosti. quãdo, rescriptum, quo nil petitur, licet omnia ibi clare exprimantur, traditur loco libelli. non enim sufficiet illud ad sententiam, quæ non est ferenda, nisi lite contest. & litis contest. non fit nisi ad petitionem expressam, de elec. dudum, secũdo, de lit. cõtesta. c. uno [*& ibi, de iudi.*] vbi de hoc [*& ibi. §. sed quod simpliciter*] si tamen non maliciosè, sed bona fide hoc
12 petatur, quod est arbitrio iudicis dirimendum secundum Host. secundum no. de iudi. pastoralis, ut lit. non contest. c. 1. [*& ibi, Aduocatum*] postquam uerò respon
derit, dabunt ei, Lau. & Vinc. [*& ibi, Ab initio*] hoc† dicit, quia si reus excipiat, & actor replicet, bene habebit inducias, ut no. in uer. statim alleg. [*& ibi, Tres reo*] tenent doctores, quod in tertia, quæ reo datur, actor probare possit. C. de temp. in integ. resti. l. pe. de fructibus, & lit. expen. l. fi. ff. de arbi. si cum dies. §. pe. an autẽ reus dilationi receptæ renunciare possit, ne actor probet, uide in specu. eo. ti. §. videndum, uer. quid si reus. [*& ibi, Sedente*] uidetur tamen sufficere, si itinerat per locum, ubi ius redditur; de hoc. ff. de interrog. actio. l. uoluit, & in spe. hui⁹ ti. & ad fi. facit, quod no. de re iu
13 di. c. ult. in glo. pe. [*& in fi.*] de† inducijs citatorijs, restitutorijs, præparatorijs, deliberatorijs, & iudiciarijs no. 3. q. 2. in summa: hic per Abb. sed de his, & 20. alijs speciebus uide in spe. eo. ti. §. 1. quarum multas posuerat Hosti. in summa. c. §. 1.

ANNOTATIONES.

a Vltimæ glo. Vide Barto. in l. ex quacunque, ff. si quis in ius uoca. non ierit, & idem uidetur sentire.

b ¶ Comparentem. Vide Inno. qui distinguit inter rescriptũ falsum, & surrepticium in c. super literis, & c. cum dilecta, de rescr.

c ¶ Non tenetur se præsentare. Adde gl. in c. episcopus 3. q. 2. & Bar. in auth. qui semel, C. quomodo & quando iudex.

d ¶ Col. 5. Habet ergo in ciuilibus loci remissio; quod an sit uerum, uide Ioan. And. in §. contrahentes, cap. Romana, de foro compe. lib. 6. & ibi sentit, quòd non. idem tamen quod hic dixit Inno eẽ. no. ipse Inno. in c. fi. de foro compe. supra in glo. non exprimit, & uide Bar. in l. hæres absens, ff. de iud.

e In iure. Deest sciens illum non suum iudicem, & scienter iudiciũ illius patiens, ita notat Bart. in l. 2. ff. si quis in ius uoca. non ie. & tunc non uidetur necessaria pronunciatio super interdictione, ut ibi per Bar. in uer. procedo.

f ¶ Quoniam. Hoc intellige cum limitatione, pronunciet primò se iudicem, ut dixit in uer. sed tamen.

g ¶ Haberet. Idem tenet Barto. in l. 2. ff. si quis in ius uoca. non ie. in uer. procedo, & uide Bald. in l. 2. C. de ord. cog.

h ¶ Potest. Idem tenet Bart. in l. 2. si quis in ius uoca. non ie. & uide do. Barth. de Salic. in auth. C. ne fi. pro patre. & uide Ioan. Andr. de sent. excommu. §. nunc dicendum, uer. sed nunquid, *in spec.* & in c. de appel. §. in quibus, ad fi.

i ¶ Iurisdictio. Non tenet tamen iudicium in principali, licet pronunciasset illas ueras, & se iudicem, prout not. Ioan. And. in c. super literis, de rescri. ubi uide remissiones ad spe. & uide in c. cum dilecta, eod. tit. per Io. And. licet Cyn. & male aliter dixerit in l. ex quacunque, ff. si quis in ius uoc. non ie. in 8. q.

K ¶ Feriatum. Contra uidetur dicere glo. in l. ex quacunque, in fi. ff. si quis in ius uoc. sed debet intelligi, quòd uenire tenetur, si exprimatur causa in citatorio, quæ die feriato potest agitari, quoniam aliàs ius facit pro citato. Bald,

l ¶ Iniustum. Adde hoc, quod dicit Innoc. in c. 1. de offic. uica. & c. examinata, de iudi. c. 2. de libel. obla. Bal.

m ¶ Intelligitur. Quia contra hoc facit, quod no. Io. And. in c. accedens, el 1. supra, ut lit. non conte. & in glo. in Clemen. appellanti, de appel. ubi notorietas non excusat ab onern proponendi. Bald.

n ¶ Item. Ad prædicta facit, quòd no. glo. in c. 1. de elect. lib. 6. & Bar. to. in l. nulla, & in l. nihil, C. de procu. & l. ab executore, in fi. de appel. & Ioan. And. in c. cum M. de const. Bal.

o ¶ Præscripta. In citatione ergo in causa criminali habet exprimi specificè causa, propter quam fit citatio, & crimen, ut hic in glos. contrarium no. Bar. per l. absentem, ff. de pœnis, per illam l. dicés non differre citationem in criminali, & ciuili. hoc notat ipse in extrauaganti, ad reprimẽdum, super uer. super dicto crimine, ubi uide latius per ipsum, & uide Cyn. & Bald. in authen. offeratur, C. de lit. contest. & contra dictum Ioan. quòd in criminali dentur de liberatoriæ, ibi tenet Bal.

p ¶ Iudici. Vide Guil. in specu. de libe. concep. §. nunc uideamus, in princ. & uide per Ioan. And. & infra de feriis, c. fi. & per Bar. in §. 60. hic alleg. qui dixit idem in except. crim. ut die etiam feriata dari possint.

SVMMARIVM.

1 *Propter declarationem libelli, per quam natura negocij non mutatur, nouæ deliberatoriæ non dabuntur. uide nu. 8. & 9.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Libellus offerendus, & nomine cuius à prælatis, & quo nomine uideatur formatus, & qua actione, si non sit expressum, ibidem & nume. 3.*
Prælatus non habet suo nomine actionem, & non est dominus, ibi. numero 2.
3 *Actum qua actione & nomine uideatur, quando non exprimitur, & supra 2.*
4 *Solutum si sit tribus retrò annis, temporibus prioribus præsumitur solutum.*
Mutare non uidetur, qui exprimit, uel declarat, & quando, ibidem & nume. 8.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 6.*
Modicum tempus quod dicatur.
7 *Additio.*
8 *Dubitationis tollendæ causa quæ contractibus inseruntur, ius ecclesiæ non lædunt.*

CAPVT III.

1 Literæ. Cassis. Propter† declarationem libelli, per quam natura negocij non mutatur, nouæ deliberatoriæ non dabuntur. In prima ponitur iudicis consulatio, & appellati petitio. In secunda ibi, Nos igitur, Responsio, & appellationis repulsio [*Vrbe*] Romana. de hoc, infra de pœniten. & remis. c. 3. in pri
2 ma glo. [*Libellum*] no. libellum† offerendũ; de hoc, supra de libel. oblatio. c. 1. [*Nomine*] ita debet formari[a] libellus secundùm Vin. & Goffre. quia prælatus nõ habet[b] suo nomine actionem directam, vel vtilem. C. de episcopis & cleri. auctẽ. sed hodie; concor. de fide instrumen. inrer dilectos, Hostien. infra de restitu. spoliatorum, olim. & addebat rationem, quia procuratores sunt, non domini, infra de do. cap. 2. & quia† sicut quandò quis proponit actionem, non exprimens

utilem,vel directam,uidetur propoſuiſſe directam,ſicut ſubtiliter elicitur.ff.de petitio. hæredi.nec illam.§. ſi quis ſciens.ſic,ſi quis agat,& nō dicat quo nomine,
c uidetur agere proprio,non alieno,ff.de damno [c]infecto, qui bona.§.ſi alieno, & ſic etiam eſt concipienda ſententia,ut ibi patet, & ff.de his, qui no.infa.furti.§.ſi quis alieno.ſed uidetur contra, quòd ſcilicet prælatus ſemper videatur agere nomine eccleſię,non proprio, uel alieno, niſi hoc exprimat.quia omnia acquirit eccleſiæ,niſi aliud exprimat,vel probetur,infra de pecu. clericorum.cap.1.& per totum, Hoſt.ibi ſuper verſic. nomine domus[*De poſſeſſionibus*]ideſt q̄ eccleſiæ debebātur ratione quarundam poſſeſſionum, quas nobi-
4 les detinebat, Hoſti. [*Tribus*] ſi apparet † retrò per tres annos ſolutum, præſumitur prioribus temporib. ſolutum, Vincen.C.de apo.publi.l.quicunque.l.10.[*Exprimente*] quia uoluit. ad hoc enim nō tenebatur.ſi. de reſtitutione ſpoliato.c.1.Hoſti.[*Mutatum*] in hoc malè dicebant: quia qui exprimit, vel declarat, mutare nō uidetur.ff.de teſta.hæredes palam, uer. quòd uerò, ſecundum Pe.& Abb.quod diſtinguit hic Vincen.circa mutationem libelli de uniuerſali,uel generali iudicio ad ſingulare; vide in ſpecu.de libel.concep.§.nūc oſtē damus,in princi.[*Literarum*] per hoc patet, q̄ procede-
5 bat iudex iure delegato,non ordinario. ¶ Prima † gl. tractat de emphyteuta eccleſiæ, priuati cōductore ad tempus longum, & rei fiſcalis. ſecūdo oſtendit, quòd ſi declaratio aliud addidiſſet, ut ſi peteretur pēſio, de-
6 liberatoria dari debuiſſet.¶ *In prima* † *gl.ibi,cadit*] ſtatim ſecundum quoſdam; & in hoc differt.alij idem, quod in eccleſia [*& ibi,ad modicū tempus*] reſpectu q̄titatis,cui
7 adiicitur; & hoc vult lex ſequens.¶ *In* † *glo.1.ibi,locata*] idem no. 10.q.2.qui rem, in fi.1.glo. [*& ibi.§.Agri*] uel fiſco idem,quod in eccleſia,Iaco.quod etiam alternatiuè recitabat Inn. [*& ibi,Ad condemnationem*] quia petebantur poſſeſſiones tanquam commiſſæ [*& ibi,Superfluè*] & quæ dubitationis † tollendæ cauſa cōtractibus
8 inſerūtur ius eccleſiæ non lędunt. ff.man. qui mutuā. & addi & detrahi poteſt quantitati poſitę in libello,& idē libellus manet,inſti.de act.§.ſi minus.ff.de noxa.in delictis. §.fin.ſed tunc, cum quantitas petitur ratione additionis,dabitur dilatio,vt ſequitur;ad hoc.ff.de excep.rei iud.cum quæritur,& l.ſeq.Hoſtien.[*& ibi ultra*] ſecundum Iaco.[*& ibi,Non potuit*] vnde alternatiuè dixit Inno. uel dic, q̄ nec tunc eſſet dāda dilatio: quia & ſuper poſſeſſionibus conueniebātur, & ſuper toto negocio inducias habuerunt. & ideò ſuper eo debuerūt
9 deliberare [*& in fine*] utebatur † Hoſtien. ijs uerbis, Si glo.declarās libellum eſt multum remota à textu, dabit dilationem:aliàs denegabit, ut hic, & ſupra.c. proximo. ¶ *In glo.ulti.ibi, remittitur*] de neceſſitate, niſi ille detuliſſet, infra de appellatio. cū appellationibus, li.6.

ANNOTATIONES:

a ¶Nomine ita debet formari. Adde tex.in c.olim,el 1.& 3 .de reſt. ſpo.& tex.in c.querelam,de elect. & in c.1 .de cauſa poſ.& propr.

b ¶Directam. Vide etiam in c.ſi.de ſuc.ab inteſta.de materia, & no, ſupra de libel.obla.c.1.& Inno.in c.ſi.de procu. & ibi de uicedomino,& no,infra de reſt.ſpol.olim,el 3.de cleri.in c.olim, in c.literæ.ubi dicit, quòd in dubio uidetur intentare directam . poteſt dici, quòd hoc uerum, niſi ex expreſſione cauſæ aliud appareat; de hoc ſpe.in tit.de acto.& expen.§.1.uer. ſed nunquid.alibi in titu.de ceſſio.§.1.uer.ſi. ſed quid ſi mihi,& doct. tangunt in c.conquerente,de off.ord.dicunt, quòd in dubio uidetur ius ſibi competens intentare.unde poteſt dici,quòd ſi apparet, quid deducat, tunc eſt certum;ſi non apparet, tunc quod melius eſt, & facit l. ſi quis,de iud.& domini de Rot.tenent conclu.271.& uide Bart.in l.ſi mater,§.eandem,de excep.rei iud.in c.olim,de reſti.& c.inter, de fide inſtrum.Bald.

c ¶Damno. Ad hoc uide Bar.in l.1.§.hoc autem edictum,ff.de operis.nun.& in l.poſt dotem,ff.ſolu.matr.Arch.

SVMMARIVM.

1 *Si poſt citationem ad cauſam reus pro publica utilitate uocetur, circunducitur peremptorium, & habebit nouas inducias.*
Diuiſio decretalis,ibid.uer.& prima.
2 *Patriarcha,& primās idem.*
Archiepiſcopus poteſt defendere prouinciam ſuam contra alium primatiam petentem,& ratio,& quorum conſenſu, ibidem,ad dictio.prouincia.
Habet neceſſe reuereri primatem,ad quem ab eo appellatur,ibid.
3 *Procuratorem ſi non conſtituit in cauſa,ad quam citatus fuit, licet poſtea uocetur aliò pro publica utilitate,non tamen excuſatur quod ad ipſam conſtitutionem pertinet, & quo caſu. uide nume.6.*
Obligatus ad duo,ſi alterum reſidat impoſſibile,præcisè tenetur ad alterum,ibid.uer.obligatus enim.
4 *Eccleſia non ſolùm poteſt à prælatis,uerum etiam à principibus ſecularibus auxilium petere; & ſi non præbeant, eos excommunicare.*
Prælatus licet non debeat perſonaliter proſuæ eccleſiæ defenſione pugnare poteſt tamen alios ad pugnā hortari,ibid.uer.& licet.
5 *Procuratorium mandatum quando ſufficiens.*
6 *Reſponderene teneatur,qui eſt in curia, & ſi non ueniendo poterat excuſari.*
Abſens ex neceſſaria, & probabili cauſa, quando teneatur per alium ſe defendere,ibid.uer.& ſic etiam reſpondetur, & quando reſtituatur.
Per maius negocium derogatur minori, ibid.uer. ſoluti. ſecundum Inno.uide nu.8.& 9.
Mandata diuerſa ubi ſunt,cui parendum,ibid.eod.uer.ibi, Alij dicunt,& nu.9.
7 *Abſentia non omnis excuſat,at iuſta,& neceſſaria.*
Exceptiones principali competentes, competunt & eius procuratori,ibid.ſideiuſſori quoque,& quæ,in ſuſſra.
8 *Pluribus intentus &c.*
Mandatum prius, an poſterius uideatur hic papa reuocaſſe,ibi.ad uer.non fuerat,& nu.9.
10 *Imminere pro intendere.*
Dilatio quandoque datur ad comparendum, non ad reſpondendum, ibid.& quare hic denuò indulta.
Vſque,particula quando ponatur excluſiuè,uel incluſiuè,ibid.uer. uel ſecundum.
11 *Epilogus,ſuffragium,gloſſarum.nu.12.*
Fideiuſſori competunt exceptiones quæ reo, & eas opponere tenetur.
13 *Additio.*
Confeſſio procuratoris quo caſu domino non noceat,ibid.nu.13.
Procurator mentiri non tenetur,ibid.
Procuratorium mandatum hic factum, an ualuerit ad negocium principale,ibid.
Procuratorium,quo quis promittit ratum ſe habere, quod legitimè factum fuerit,non ualet,ibid.uer.nec alia.
Decretalis,ſignificauit, hic allegata quo modo faciat, ut mandatum hic factum non ualeat,ibid.ad fin.uer. Ad id, quod.

CAPVT IIII.

1 EXpoſuit. Caſus. Si † poſt citationē ad cauſam, reus pro publica utilitate uocetur, circunciditur peremptoriū, & habebit nouas inducias. & de eodem facto,de maio.& obe.c.ſi.de do.& contu.c. ſi.Et prima pars factum narrat.2.ibi, Nos igitur,interloquitur. & in prima ponitur rei bina citatio. & in 2. comparitio actoris, petitio rei, procuratorium, & ipſius procuratoris exceptio duplicii iure fundata,& actoris replicatio ad utrunque reſpondens [*Primatiæ*] pri-
2 mas † & patriarchia [a] idem ſunt, ſupra de offic. ordin.
a duo ſimul, ubi de hoc [*Ineo*] ſ. Burdegaleñ. [*Prouincia*] licet alia ſint iura archiepiſcopi, quam primatis; tamen

tamen poteſt archiepiſcopus defendere prouinciam ſuam contra alium primatiam petentem. & eſt ratio ſecundum quoſdam: quia ceſſante primatia omnia iura primatis recidunt in archiepiſcopum. licet enim de archiepiſcopo appelletur primas, ubi eſt:tamē ubi non eſt;appellabitur papa, & nō archiepiſcopus à ſeipſo.ſed nec primatis ,curationes recipiet, ſed archiepiſcopales tantum.unde dixit Inno. quòd hæc eſt ratio,ne ipſius prouincia à pluribus aggrauetur,& inter eſt eius habere ſubiectos locupletes,in aucten.ut iud. ſine quoquo ſuffra.§. cogitatio, coll.2. ſed Hoſtiē.dicens,quòd nimis generalis eſt hæc ratio, dicit, quòd
b uera ratio eſt,ne iugum [b] ſubiectionis cogat arripere, ne ſuperſe, excepto papa, ſuperiorem ſentiat, quem neceſſe habebat reuereri, & qui ipſum uexare poſſit, & grauare, & ne aliis,papa excepto, ſed ipſe ſolus uideatur ,puinciæ præminere,ad hoc de uſu pall.ex tuarum,& quod ibi dixi. tamē licet uideatur archiepiſcopus hic admitti: conſenſus tamē prælatorum prouinciæ requiritur ad prouiſionem perficiendā, de maio. & obe. c.ſi. ſecundum Hoſtien. [*Præteritæ*] Vin. tunc futuræ, infra de dolo & contu.c.ul.[*ad initium*]idoneū
3 † quāuis per maius negocium, ad quod uocatus fuit in propria perſona,excuſatur, & habuit ius reuocandi domum: tamen quo ad conſtituendum procuratorem nulla exceptio competebat, infra de dolo, cū dilecti.obligatus enim ad duo, ſi alterum recidat impoſsibile,precisè tenetur ad alterum.ff.de ōnen.empt. ſi in emptione.§.ſi emptio.ff.de cōd.inde.cū his.ff. de ſol.l.Sticum,cum ſi.nec ob. cauſæ arduitas ꝓp formā
c citationis,ut no.ſupra de procu.querelam. [c] quare ergo excuſatur Burgalen.dicit Gofre.pro eo, quòd pro uocatione maioris negocij fuit adeò occupatus, q̄ intendere non potuit conſtitutioni procura.idonei, qui debet eſſe talis, quòd cauſam habeat notā, ſupra ti.1.in pertractandis, uel cum ſuffraganeis deliberare non potuit,ut dicit litera,uel fuit de gratia ſecundum eum.Dicit Hoſt. quòd non fuit excuſatus à conſtitutione procuratoris. dilationem uerò quare obtinuerit,patebit, infra [*Vocatus*]tempore diſcordiæ ortæ inter Greg.cuius fuit hæc decre.& Federicum quōdam imperatorem, Hoſti.de qua, infra de re iudi. ad apoſtolicæ,in prin.li.6.[*Subſidio*]poteſt enim † eccleſia nō ſolum à prælatis, ſed etiam à principibus ſecularibus petere auxilium contra hoſtes.23. q.3. Maximianus, & c.ab imperatoribus,& ſi non præbeant,eos excommunicare.e. cauſa. q.5. adminiſtratores. Et licet prælatus perſonaliter pugnare non debeat pro ſuæ eccleſiæ defenſione, poteſt alios ad pugnam hortari, eadē
d cauſa,& q. 8. igitur, hortatu, omni timore,Phi.[d] [*Defendendo*]ſine † hoc non fuiſſet ſufficiens procuratoriū, ſupra de procu.accedens, Ho.& c.cōſtitutis [*Perſona*] per hanc formam nō poſſet procura. facere aliquam
e de ſpecialibus;quod dic ut infra de procu.qui ad agēdum, [e] li.6. [*Supradicto*] Bituricenſi [*Reſponderet*]]ſuper principali [*Non teneri*] uidetur, ex quo † erat in curia, teneretur reſpondere; etſi in nō ueniendo potuiſſet excuſari,ar.ff.de ferijs.l.2. §.ſed ſi prætor. So.ſecundū Inno.ibi conſentiebat litigare, hic contradicebat.nec ob.quòd procura. dimiſsit, cui debuit hoc negociū plenè committere ar.infra de dolo,cum dilecti, uer. ſed cōtra. nam habebat ius reuocandi domum, nec arduā cauſam tenebatur procu. committere, de procur. querelam. quibus etiam deficientibus, tamen deberet procu,inducias habere ad dominum conſulendum,ſupra de procura.dilectus;quod dic,ut ibi ſecundum Hoſtien. Item in cauſa tangente totam prouinciam ſecundum Inno.plenè deliberare non poterat,cederet,an contenderet,niſi cōſilio cum ſuffraganeis habito, ut infra eo.c.& ar. ff. de eden.l.1. licet ſe-
f cundum eum non ſit neceſſe illos uocari. [f] ff.de libe. cauſa, ſi pariter. & ſic etiam reſpondetur ſecundum eum ad id,quod opponitur,quòd abſens etiam ex ꝓbabili & neceſſaria cauſa,ubicunque in foro compe. moueatur ſibi lis,per alium teneatur reſpondere, C. de reſtitu. milit. l. ignorare. ff. eum qui ap. l.1. & 2. & ſic fortius cœptā proſequi. nam deterior eius dolus agnoſcitur,qui interruptam &c.in auten.de litig.§.ſi
g verò intra,coll.8.nam ſecundum [g] Inno. uera & ſufficiens cauſa,quare tunc non fuit reſpondere coactus: quia negocium ſubſidij fuit adeò graue, quòd ſuper prius cœpto deliberare non potuit.& licet ſit dictum abſentem etiam ex neceſſaria cauſa teneri ſe defendere in competenti foro,non per hoc tolluntur, quæ dicuntur de iure reuocandi domum, ſecundum Inno. Si autem uerum fuiſſet, quod allegabat aduerſarius, quòd habuiſſet tempus ita prolixum &c.tunc nec haberet ius reuocandi domum, nec iteratam dilationē ad ſuffraganeos conſulēdos. Alij contra, ar.ff.de arbi. non diſtinguemus,aliàs incipit.per errorem.§. ſiquis compromiſerit Romę.conſtat autem, quòd ſi in termino non ueniſſet,& ꝓp hanc uel aliam iuſtā cauſam apparet impeditus,reſtituetur. nam & tales reſtituuntur,ſi actiones,uel iura ſua præſcribuntur. C. de reſtit. mil.l.1.melius igitur fuit dilationem dare,quam reſtitutionis beneficium circuire. Sed contra.illa iura loquuntur,cum proceditur,uel præſcribitur contra abſentem pro re publica,negocio ipſo pendēte.ſed hoc
h negocium [h] iam erat finitum. ergo per hoc beneficium plus iuuari non poteſt.ff. ex qui. cau. ma. ſi cui. §.1.Sol.ſecundum Innocen.uterque terminus hic ſimul occurit, & per maius negocium derogatum eſt minori,arg.ff.de in inte.reſti.l.ſcio. Alij dicunt, quòd talis, ſi perſonaliter citatur, habet ius reuocandi domū:ſecus,ſi uel per ſe, uel procu.& habuerit ſuffi ciēs tempus ad deliberandum. ſuper utroque enim, niſi mittat ſufficientem procur. condemnabitur in expēſis, niſi excuſetur ob magnitudinem cauſæ, uel aliàs iuſtè,de procura.querelam. Alij dicunt melius ſecundum Inno.quòd ubi fuerunt diuerſa mandata,quę ſe patiuntur inuicem,ambo,ſi fieri poteſt,ſunt adimplē da.ubi contradicunt,uel ſe non compatiuntur, maiori domino eſt obediendum. 11. q. 3. qui reſiſtit, & c. Iulianus,& rei magis neceſſariæ ſubueniendum, ut dicam ſuper uer.reuocare. Archiepiſcopus uerò exiſtens in curia, habebat circa auxilium eccleſiæ & militiam intendere, quam etiam oportebat ipſum ad ꝓpria reuocare, & ſic etiam finito publico negocio habuit ius reuocādi domū;& ſic loquitur.§. ſi quis pro-
7 miſerit,ſecundum Inno.[*pro abſente*]ex iuſta † & neceſſaria cauſa,cum eccleſia reipublicę comparetur.C.de ſacroſan.eccle.ut inter diuinum.13. q.4.quid ergo. & habetur, quod hic dicitur. ff. ex quibus cau. ma.milites,& l. qui mittuntur.§.qui reipublicæ, Phi.[*Domum*] & ſic ipſe,ſi præſens eſſet, non teneretur reſpondere, ergo nec procura. Hoſt.[*Vtrunque*] belli & iudicij. ad hoc in prœmio inſti. [*Expediret*]& ſic eſt perinde, ac
8 ſi nullo mō potuiſſet,de trāſla.c.2.[*Paratus*]nam † pluribus intentus &c.& qui ad utrunque,&c.16.q.1.preſbyteros.C.de offi. aſſeſ.nemo,Phi.& Gof.[*Non fuerat*] i.præſumebatur nō fuiſſe, quaſi tanc papa fuiſſet immemor primi mandati,ar.ff.de offic.deleg.ex parte.1. ſed dicit Hoſtien. quòd hæc allegatio non obſt. propter quatuor. Primò, quia & ſi memor fuiſſet, non propterea abſtinuiſſet à ſecundo mandato, de ſup. neg.præla. licet, de uſu pal.niſi; & ſic non nocet illud tacuiſſe, de reſcriptis, ſuper literis. Secundò, quia & ipſe nō uideatur reuocaſſe in effectu, tamen reuocatur per ius reuocandi domum,de quo prędictum eſt. Tertiò,quia iſta interpretatio non eſt partis,ſed papę,

de ſen.ex.inter alia cum concor. Quartò,quia contra
ria ſunt tẽpora belli,& pacis,ut in prooemio inſt.& C.
de aduoca. diuer.iudi.l. aduocati. uidetur ergo papa
eligendo unum de cõtrarijs,aliud reuocaſſe, infra de
præſump. nõ ne, de bap.maiores, uer.ſed adhuc,in fi.
9 [*Reuocare*] ſupra de reſcrip. cæterum . ſed , ut † dixit In-
no. ibi diuerſa reſcripta ſuper eodem negocio impe-
trantur; hic ſuper diuerſis occurrunt diuerſa manda-
ta,quæ,ſi poteſt,debet omnia mãdatarius adimplere:
aliàs illud, quod maiorem feſtinationem requirit , &
ubi imminet maius periculum, ſ. de ele.ubi periculũ,
cũ concor.Itẽ ꝑm cum ꝑm mandatũ quaſi fortius re-
uocat primum; all.Ho.de ſpon.ſi inter.Plus dicit Inn.
quòd ſi Burdeg. ſpõte ueniſſet ad ſeruitium eccleſiæ,
cum ex neceſſitate iuramenti ad hoc teneatur, & per
i conſequens ſubuentionis cauſa neceſſaria [i] ſit ipſum
crederet excuſatũ ; ad hoc de iurciuran.Ego. N.[*Cum
quibuſdam*]hoc nõ ſequitur, ſi cum quibuſdam delibe-
berauit, ergo potuiſſet deliberaſſe cum omnibus [*Et
commodè*] repete,& potuiſſet,ſi uoluiſſet &c. [*imminere*]
10 i. † intendere,Pe. & Abb. [*Et infra*] deciditur cõcluſio
ſio , dicebatur per hoc nouam dilationem non dan-
dam,Pet.Ab.[*Ad primum*]aliàs proximum.& intellige
batur non appoſitum.ff.de uerbo.obl.l.eum qui [*Di-
lationem*] ut compareat,non ut reſpondeat;ad hoc,in-
fra de accu.ueniens uel ſecundum Ho.illud uſque,po
nitur excluſiuè, de æta.& qua. à multis, & concor.de
do.& contu.cum dilecti;ubi dabo remiſſiones ad ſpe
cu.& ad ſummam. plenius uide de ordi. ab epiſcopo.
k c.i.ſuper .1. [k] glo. [*Indulgendam*] multiplici de cauſa ſe-
cundum Hoſtien. quia ius reuocandi domum habe-
bat,& quia ſuper utroque negocio. ſſubſidij, & litis
deliberaſſe non potuerat,& ne cõſequeretur damnũ,
unde merebatur præmium , & ne officium obedien-
tiæ ſibi obeſſet , ut dicit glo.pe.& ne quis aliàs à ſeruitio Romanæ eccleſiæ retrahatur , infra de pœ.& re.c.
11 3.ad finem. ¶ Tertia † glo.Reſpon. per quæſtionem,
an procura.rei ſimpliciter conſtitutus domum reuo
cet , declinet forum;& tenet quòd ſic : quia &c. [¶ *In*
12 † *3.glo.ibi omnes exceptiones*] ſequitur , quæ reo compe-
tũt , etiam inuit o reo fideiuſſori competunt. & idem
dixit lex ſequens [*& ibi,ad legatum*] uide de elec.in cauſis.ſuper glo. hic habes. ¶ *In glo.ulti.ibi.§.legatis*]uide in
prealle.decre.ult.in ulti.glo.[*& ibi.§.Quod uerò*]hanc &
ſequentes uide in cap. peruenit , infra all. ſuper glo.2.
13 ¶ [*In † glo.& ita ibi, ubi de hoc*]& ſupra de excep.cum. M.
[*& ibi, Contrarium credo*] dixit Vin.quòd ualet in hoc, ꝙ
confeſsio facta omiſſa exceptione dilatoria non ua-
let,ff.man. diligẽter.arctatur enim & limitatur procu
ratio,uel mandatum,cum aliàs confeſsio procuratoris noceat domino, ſupra ti.2.c.1. non tamen tenetur
mentiri.ff. mandati. Quintus. uel ſecundum eum eſt
utilis clauſula,ne uideatur ſimpliciter conſtitutus , &
ſic cogatur illum defendere.uel expone ſecũdum eũ,
Saluis.i.ſi exceptiones, quas ſaluat , non fuerunt recipiẽdæ,faciat quod ipſe facturus erat.Dixit Gof.quòd
talis procuratio non ualet quò ad cauſam principalem,infra de ap.ſignificauit,nec alia, qua quis promit
tit ratum habere , quod legitimè factum fuerit , cum
etiam quod doloſe facit procur. debeat domino nocere.ff.de do.ex. ſi procur. licet ſuccurratur domino
ſecundum ea , quæ no. in præalleg.c.1. de hoc.21.q.1.
l relatio. dicit Ho. quòd decre.[l] ſignificauit, non probat id,ad qđ inducitur per Gof. & addit, quod quicquid ipſe notet , iſtud mãdatum Burdegalen. uidetur
fuiſſe ſufficiens ; de hoc in ſpe.de procura.§. ratione
autem formæ, ad fi.1.col.& ibi tenet dictum Gof.dicit tamen, quòd Clemẽs uiſus eſt tenere contrarium.
Ad dictum Ho.poſſet reſponderi, quòd iſtud manda
tum non fuit hic approbatum ut ſufficiẽs ſuper principali,ſed ſuper excep.tantum,quæ ſaluatæ fuerãt.Ad
id,quod negat decr.ſignificauit , facere pro Goff. poteſt dici,quod Gof.ſic inducebat,ſicut ibi procuratorium non cum generali ſigillo,ſed cum ſigillo ad certum uſum non eſt ſufficiens, ita nec mandatum non
generale,ſed certum. ¶ [*Inglo.pe. ibi , non debet*] infra de
elec.cum non deceat, lib.6.

ANNOTATIONES.

a ¶Primas, & patriarcha. Adde tex.in c.1.99.diſt. & habet patriarcha,ſeu primas iuriſdictionem ordinariam in prouinciis archiepi ſcoporum ſibi ſubiectorum.

b ¶Ne iugum.Iſta eſt uera ratio,quia agitur de ſubiectione ſua,& ſic de ſuo præiudicio.imò idem eſſet in epiſcopo etiam quo ad ius archiepiſcopale,licet illud ius ad epiſcopum non ſpectet, uide Ioã. And.de off.ord.conquerente,in glo.per hoc.

c ¶Querelam.Ibi uide glo.plenius,& ibi Hoſt.tenet cõtra id, quod hic dixit ; & uide Bar.in l.1.ff.ſi quis cau.

d ¶Phi.Vide infra de reſtit.ſpol.olim,el 1.per Ioã.And.in glo.quomodo hic licuit,& de homic.ſignificaſti,el 2.& c.ad audientiam.

e ¶Agendum. Si diciſſet, quæ in propria perſona poſſet , uideretur habere liberam l.creditor.§.Lucius,& ibi Bar.ff.mand.& l.procura.cui libera,ff.de procu.

f ¶Vocari.Vide Io.And.de maio.& obe.c.ſi.in glo.no.quòd.

g ¶Secundum,Vide glo.& Bar.in l.ſi.ff.de reſt.in integ.& glo.in clemen.ſi ante,de dolo, & contum.

h ¶Negocium.Ideſt cauſa auxilii,propter quam ſecundò fuerit uocatus;quod patet, quia rediuit domum.

i ¶Neceſſaria.Fuit enim cauſa neceſſaria obligatio iura.quid de ꝓbabili tantum,an ſufficiat,uide Ioan.Andr.de foro compe.c.ſi.in glo.idem in probabili.

K Super 1.Vide Barto.in l.patronus.§.Sempronio,ff. de leg.3.& in l.meminiſſe,ff.de off.præſi.& Cy.in l.à caligato,C.de nup.

l Quod decre.Dici poteſt,quòd iſta conſtitutio.conſtituo te procuratorem &c.ſaluis exceptionibus,poteſt intelligi duobus modis, uidelicet ꝙ procurator poſſit opponere excep.ſibi competentem & quòd nult perdere exceptio.& iſto modo bene ualet. item poteſt intelligi,quòd uelit ſaluare exceptio. contra actum geſtum à procuratore ; & tunc ſi conſtaret, quòd ſic uoluiſſet,tunc uel nõ deberet admitti,uel ſi opponatur ab aduerſario contra iſtud mandatum,non ualebit talis proteſtatio tanquam contraria actui. finautem eſt dubium de intentione conſtituentis,tunc primo modo eſt intelligenda,ut res potius ualeat,quàm pereat,Archi.

De feriis, Rub.

¶ Viſo de dilationibus quæ dantur à iudice , de dilatio.quæ dantur à iure , uideamus ; ideò &c.Goff. habetur de ferijs cauſarum,& alijs feſtiuandis.15. q.4.& de conſe.di.3.c.1.de ferijs nuptiarum.33.q.4. cõgruit, de iudi.c.ſi.& Clemẽ.de uerbo.ſigni.ſæpe.uer.tẽpore.

SVMMARIVM.

1 *Diebus dominicis mercari, litigari, iudicari , uel iurari non debet, & nu.3.niſi in caſibus in quibus nu.fin.uer.in glo.ulti.*
Decret alis hæc an teneat,& an de conſilio,ibid.
2 *Dies omnes domini ſunt , & quare dominico hæc ſpecialius attribuantur .*
Veſpera in ueſperam qualiter intelligatur,ibid.ad dictio . ueſpera .
Illicitum quomodo ſumatur hic,ibid.
3 *Studere licet diebus dominicis .*
Mercatum,placitum, ſacramenta,uel iuramenta mortis pœna quare diebus dominicis prohibeantur,ibid.& nu.4.
4 *Teſti quamuis non liceat iurare dominicis , poteſt tamen deponere .*
Gloſſa quæ olim erat,facta poſtea contextus eſt,ut hic in uer.Alia neceſſitate .
5 *Additio gloſſarum.*
In uigilia Sancti , uel die Sabbati poſt ueſperas non debent audiri cauſæ,ibid.
Cap.conſuluit,de offi.deleg.intellectus,ibid.

CAPVT

CAPVT I.

1

Mnes dies. Caſus. Diebus † dñicis mercari, litigari, iudicari, uel iurari non debet. Non diuiditur. dixit. R. & Ala. ei conſentit, quòd hoc. c. loquitur de conſilio,uel eſt locale, uel derogatũ eſt ei per tacitum conſenſum papæ. Vin.dixit, quòd tenet per illa iura. C.e.ti. omnes 15.q.
2 4.placita.T.[*Dominicos*] omnes † dies domini ſunt.ipſe enim dixit Gen. 1.fiat lux , & facta eſt lux.ſed dies dominicus , quia in eo fecit omne inſigne , ſpecialius ei atribuitur.75. diſt. ꝙ die; & ideò in eo abſtineri debet
a ab his, quæ ſequuntur, Gof. [*Veſperas*] ſabbati [*In ueſperam*]dici dominicæ [*Illicito*]i.ſeruili.infra eo.licet,uel il licito,reſpectu dici,licet aliàs in ſe licitum ſit,ut patet per exempla ſequentia.aliter , ſi ſimpliciter intelligeretur, ſubaudiendum eſſet , maximè. uel ſecundum Fran. illicito , cauſatiuè:quia.ſ. poſſet eſſe occaſio illiciti.uel ſecundum eum hoc eſt dictum per ſe, cui nõ continuatur,quod ſequitur:ſed illud cõtinuatur prin
b cipio.Nam ab [b] illicito in ſe omni tempore eſt ceſſan
dum, Ho & Rai. de hoc plenè in ſumma,e.ti. Pe.autẽ
3 † no.per hoc,quòd ſtudere licet, [c] cum ſit opus licitũ,
c ſine ſolennitate tamen,& facit quod no.ff.eo.l.penul. [*Vt mercatum*] difficile eſt inter ementes &c. de pœni. diſt.5.qualitas,& c.negocium.& ideò in hoc maxime abſtinendum eſt, Gof.in multis tamen locis de praua conſuetudine aliter ſeruatur. pro q̃tum eſt,quod leg. & no.infra eo.licet,Ho.[*Neque placitum*]quod & ſi fieri liceat,non tamen expedit.11.q.1. aliud,Gof.unde abſtinẽdum eſt certis diebus,ut hic,& infra c. fi.& locis, infra de immu.ec.c.1.ſed hoc in pleriſque locis de facto non ſeruatur; quod omninò eſſet corrigendum, infra c.fi.Ho. [*Ad mortem*] non quòd ſit peccatum iuſtè occidere.23.q.5.qui malos,& c.iudex,ſed quia hor rendum eſt , & miſerabile, ideò ob dei reuerentiã abſtinendum,Gof.nec ob.uer. pſal.Beati,qui faciunt iuſtitiam in omni tempore , quia ſub. eſt, competenti , de conſe.di.5. nũquam , de uſu pal.c.pe.excipit Hoſti. latronem publicum,& nocturnum populatorẽ agrorum , infra de immu.ec. inter [*Nec ſacramenta*] i.iuramenta , quæ ſaltem fiunt ex malo non credentium, ſupra,de elec.ſignificaſti,Gof.hoc generaliter nõ ſeruatur.ſi.de te. de.1. Ho.iurare † igitur tunc teſtis non debet,licet tunc poſsit deponere,de hoc in ſpec.eo.ti.
d §.ſecundo , uer. quid ſi tunc [d] pro pace.22.q.5. decre-
5 uit. T.[*Alia neceſſitate*]iſtud olim erat glo.T. ¶ *In † glo.1. ibi, conſulit*]idem Inno. dicebat Pe. & Egi. quòd in uigilia ſancti , uel die ſabbati poſt veſperas non debeant cauſæ audiri.nec obſtat decre.conſuluit,quę intelligẽda eſt de diebus pro feſtis. ¶ *In glo.ulti.in fi.*] uel ſi timea
e tur mors teſtium, uel diuturna abſentia , ſupra ut lite non conte.quoniam,in prin.ſecudum Pe. [e]

ANNOTATIONES.

a ¶De ueſpera in ueſperam. Adde ſecundum Papian.i.ab ortu ſolis. nam ueſpera ueſperæ capitur pro ortu ſolis.

b ¶Nam ab.Diebus feſtiuis magis à ieiunio abſtinendum eſt , quàm aliis diebus.uide glo.ſuper uer.uigilijs , in Cle.1.de celebr.miſ.

c ¶Studere licet. Adde ſecundum do.An.quòd non licet ſtudere,ꝓpter particulare lucrum.

d ¶Si tunc.Idem no.glo.in Cle.1.de off.deleg. ex quo no.quòd teſtificatio teſtis trahitur ad tempus iuramenti.ex quo argue,quòd punietur pœna ſtatuti punientis falſum in palatio dicentem,ſi iurauit in palatio,licet alibi deponat;ad hoc quod no.Guil.in ſpec.de teſte.§.qualiter,uerſi.quoque,l.qui domum,& l.ſeq.ff.de adulte. & ſic ponendus eſt locus in accuſatione falſi teſtis iurati , non depoſitionis,& ſic conſuluit do.Rain.de monte Vbiano doct.Perufinus,& faciunt etiam iſta ad q.an ſufficiat teſtem in cauſa iuraſſe,licet non depoſuerit,de quo per Bart.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infec.& Io.And.in c.pia,de excep.lib.6.

e ¶Secundum Pet.Idem not.ſupra in prædi.c.quoniam,in gl.etiam in ſolemnibus.

SVMMARIVM.

1 *Feſtorum principium.& finis fieri debet ſecundum ipſorum magnitudinem,& conſuetudinem regionum in præcipuis feſtis .*
Genuum flexio non ſit ſolennis inter paſcha, & pentecoſten, niſi in ordinationibus,ibid.& quibus aliis caſibus,nu.4.
Trinitatis feſtum ſpeciale non facit eccleſia Romana , ſed ſeruatur eccleſiæ cuiuſque conſuetudo,ibid.uer.Romana .
2 *Feſtum unum maius alio, & alicubi celebratur nouem lectionum, alibi trium,uel in nullo.*
In Reſurrectionis feſto alibi tribus , alibi diebus octo feriatur , ibidem .
3 *Dies à planetis denominari , præter dominicũ, & ſabbatũ , & hi unde dicantur.*
Sabbati die Iudæi ceſſabant ab omni opere, & à quo.eoque die debent fortius operari Chriſtiani,ne iudaizent,ibid. uer. unde ea.
Matthæi cap.24.locus ille,orate,ut non fiat fuga ueſtra &c. quomodo explicetur,ibid.uer.& Matthæus.24.
5 *Trinitatis horæ qualiter à quodam clerico Baboto dicebantur.*
Honoratur qui ſingulis diebus per magnatem , uel principem , non debet iniuriоſum ſibi putare, ſi inter alios ſpecialiter honoretur certo die,uel tempore,ibid.uer.& Franciſcus .
6 *Gloria patri,&c. Damaſus papa ſtatuit dici in fine pſalmorum præcibus.D.Hieronymi .*
7 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.8.*
Scriptum quod eſt,ſeruandum .
9 *Additio gloſarum .*
Diei computatio qualiter fiat in ordinationibus,ibid.
Cap.Capellanus,infra eod.intellectus,ibid.§.in glo.

CAPVT II.

1

Voniam. Caſus. Feſtorum † principium , & finis fieri debet ſecundum ipſorum magnitudinem, & cõſuetudinem regionum. In præcipuis feſtis, & inter paſca, & pentecoſten non fit ſolennis genuum flexio: ſi tamen tunc epiſcopi , uel clerici ordinentur , ſecundum ordinationis modum genua flectentur.Romana eccleſia ſpeciale feſtum de trinitate non facit: ſeruetur tamen circa hoc cuiuſque eccleſiæ conſuetudo. & ſic ſunt tria dicta. ſecundum ibi, Diebus.3.ibi Præterea [*Scriptum ſit*] Leuiti.23.[*Iuxta eo-*
2 *rum*]ſ.feſtorum,quorum † alterum maius reliquo.unde dicit Inno.quòd in feſto reſurrectionis alicubi tribus diebus , alibi.8. feriatur.dixit Hoſt. quòd planum eſt illos 8.dies feriatos,infra c.fi.ſed dicit,Inn.III.forte intellexiſſe de ſolenni pontificali celebratione,quæ. ſ. die lunæ , & die martis fieri conſueuit [*Conſuetudinem*] alicubi enim celebratur feſtum. 9. lectionum , quod alibi eſt trium tantum,uel in nullo celebratur, ſecun-
3 dum Hoſt.[*Dominicis*]de. † 7.planetis hic Hoſt. & quomodo ſinguli dies denominantur ab eis præter diem ſolis,quod dominicus nominatur ; quod rite fecerũt ueteres.ut dicit lex omnis, C. eo.ti.ad uenerationem enim domini ſingulis ſeptimanis diem illum feſtiuamus, poteſt enim dici dominicus , quia ſol planetis alijs dominatur. dicit etiam Ho.quòd ſecũdum Hug. ſabbatum non dicitur à ſaturno ; ſed à ſabbata, quod eſt requies.unde ea die Iudæi requieſcunt , ceſſantes ab omni opere,quare Chriſtiani, ne iudaizent,ea die debent fortius operari , de conſe.diſt.3.peruenit,Ho. intantum autem quieſcebant, quod nec eccleſias ea die parabãt,ut dicam , de Iudæ.quod ſuper,nec ultra miliare itinerabãt.unde actuum,prim.habẽs iter ſabbati.

bati. & Matth. 24. Ieſus ad diſcipulos, Orate, ut non fiat fuga veſtra hyeme, uel ſabbato. de hyeme dixit propter intẽperiẽ. de ſabbato propter legis tranſgreſſionem, ne ultra mille paſſus fuga duraret [*Flexio*] ex
4 †edicto[a] Innocen. unde cum corpus domini leuatur,
a ſemper flectimus genua, de cele. miſ. ſanè, Pe. & Ab.[b]
b [*Ex deuotione*] per hoc patet ſecundum Fran. quòd etiã ex penitentiæ impoſitione licitè fieri poterit, & debebit [*Ordinationibus*] ſi in his diebus occurant hæc faciẽda. & idem credit Fran. de benedictionibus nubentiũ, & his ſi. [*Tantum*] aliàs tamen. & litera, Tantum, non ſeruatur ſecundum Hoſt. ſecundum quem omnes de cõſuetudine flectunt, ex quo epiſcopus flectit, & omnes abſtinent ipſo abſtinente, excepto ordinando, uel conſecrando [*Modus*] ſ. quãdo dicitur letania, tunc omnes flectunt genua, & quando diaconus. dicit, flectamus genua. Quando uerò conſecratur, flectit genua conſecratus tantum [*Cum ſingulis diebus*] refert hic Ho.
5 de quodam † clerico nomine Babotto, qui fuit in eccleſia Dignenſi, qui dicebat ſe dicere horas trinitatis: quia mane dicebat ſepties, In nomine pr̃is &c. Deus in adiutorium &c. Gloria patri &c. pro quo facit hoc. c. contra eum, de conſe. di. 5. in die, infra de cele. miſ. dolentes. & Fran. arguit per hanc literam, quòd qui ſingulis diebus per magnatem, uel principem honoratur, non debet ſibi iniurioſum putare, ſi inter alios ſpecialiter non honoretur certo die, uel tẽpore [*Glo-*
6 *nia patri*] fertur † quòd ad preces Hieronymi Damaſus papa ſtatuit hoc dici in fi. pſalmo rũ, quod uide in hiſtorijs, li. 17. c. 92. & ſcripſi in Hierony. in prin. ¶ Secun
7 da † glo. ponit. 5. diuerſos modos, quibus dies incipit, & finitur. ¶ Quarta glo. ſignat contrarium, & ſoluit.
8 ¶ Pe. glo. ſignat duo cõtraria. ¶ [*In† gl. 1. ibi, proſpexit*] lex prohibet, infra. 60. dies poſt diuortium manumitti, uel alienari per mulierem ſeruos ipſius, ne ſic quæſtioni ſubducantur. & includit prohibitio etiam ſeruos, qui erant extra miniſterium mulieris in agro, uel prouincia. & ſi ſit perquam durum; ita lex ſcripta eſt. ¶ [*In glo. 2. ibi, ſedebunt*] uide in decre. ſupr̃a proxi. all. in glo. ecce [*& ibi, more*] cuius uerba ponit præall. decre.
9 cõſuluit. ¶ [*In† glo. 2. ibi, ut hic*] & facit ad no. de ſen. ex. al ma, li. 6. in glo. antepe. [*& ibi, computationem*] qua quo ad ordinandum mane coniungitur veſperi, de tempo. ordi. literas ¶ [*In glo. 3. in fi.*] & ſupra de auc. & uſu pall. ad honorem. ¶ [*In glo. ar. contra, ibi, ſcire*] & ibi ratio reddit ur, quare his diebus non fit genuum flexio. ¶ [*In gl. pe. in fi.*] illud quò ad officiorum celebrationem: iſtud quò ad numerum dierum; ſic etiã intelligitur, ſupra de reſti. in integ. coram, in fi. ¶ [*In glo. ulti. in fi.*] ſo. ut no. 11. di. nolẽte, & j. ſum. tri. c. uno, li. 6. in glo. no. quod.

ANNOTATIONES.

a Ex edicto. Quare his diebus ſacerdos non poteſt dicere, flectamus genua, uide c. ſcire, cum ibi no. 16. diſt.

b ¶ Pet. & Abb. Imò & cum nomen ipſius exprimitur, cordis genuflexio fieri debet, de immu. eccle. c. 2. lib. 6. quod & capitis inclinatione oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Diebus feſtiuis ob neceſſitatem piſcari licet, uel licet intendere rei peritur æ. Item incumbere pientatis operibus, & quibus alijs nu. 3. & qui Maieſtati altiſſimæ deputati, nu. 2. & 5.*
Die ſeptimo quieuit Deus ab omni opere, ibid.
Natalitia martyrum quare appellentur dies mortis ipſorum, ibid.
4 *Suffragium gloſſarum.*
Dominicis diebus exerceri quæ liceant.
5 *Additio gloſſarum.*
6 *Piſcationis decimæ cui ſoluendæ.*

CAPVT III.

1 Licet. Pars, infra de pœni. licet, & hoc dicit, propter † neceſſitatem diebus feſtiuis piſcari licet, uel licet, intendere rei tempore peritur æ ſecũdum Ab. & primò ponit diuinum præceptum. ſecundò propter neceſſitatem dat indulgentiam contra illud cum determinatione. 2. ibi, indulgemus [*Teſtamenti*] Gen. 2. in prin. Leui. 23. Mat. 12. [*Quietem*] Nã & illa die quieuit ab omni ope,
2 &c. ut Gen. 2. [*Deputatos*] ſpecialiter, † ſicut Natiuitas, Circunciſio, Epiphania, Reſurectio, Aſcenſio, Pentecoſtes. nam generaliter ſunt ei deputata omnia feſta ſanctorum, infra c. fi. Hoſti. [*Natalitia*] quærit Boa. quare dicit, natalitia, cum non feſtemus diem natiuitatis, ſed mortis. Reſpon. quia die martirij dicuntur
a renati[a] in ſanguine ſuo [*Seruili*] operibus † enim pie-
3 tatis in his diebus eſt fortius inſiſtendum, de ſta. re. cũ ad moñ. §. in refectorio, ſecundum Goff. [*Veſtris*] dicit Egi. quòd man. ſcribebatur epiſcopo, & capitulo nec ob. de cri. fal. quam graui [*Neceſſitate*] in illis enim partibus panis deeſt, ut patet, infra de pœni. licet, ex eadem cauſa conceditur, quandoque opus agricultu ræ ne pereat modico momento commoditas cœleſti prouiſione conceſſa. C. eo. omnes iudices, ar. de
4 treu. & pa. c. 2. ſecundum Ho. & Ab. ¶ [*In† gl. pe. ibi, ſolet*] ſequitur; etiam meſſis, & uindemiarum tempore ius dici de rebus. quæ tempore, uel morte peritur æ ſunt [*& ibi. l. pe.*] in feriis tractantur, quæ pertinẽt ad militarem diſciplinam, & ad reorum cuſtodiam. ¶ [*In† glo. 3.*
5 *in fi.*] per quæ iura dicas idem de confeſſoribus, & uiginibus, Ho. ¶ [*In gl. 4. in fi.*] & aſſumptio uirginis, ar. de ſen. ex. c. fi. li. 6. ¶ [*In glo. pe. ibi, piſcis*] ut dicit Priſcianus. T. Vin. ¶ [*In glo. ulti. in fi.*] per quam decre. & per decre. ſignificauit, de paro. dixerunt Tan. & Vin. † eccleſiam,
6 in cuius parochia eſt piſcatio, habere debere decimã, niſi conſuetudo habeat, quod ſoluatur parochijs per ſonarum. & tunc dices, Eccleſijs, quarum ſunt pa-
b rochiani[b] Goffr. dicit, quòd dabuntur duæ decimę prædialis, & perſonalis: uel ſecundum eum de eleemoſyna loquitur hic.

ANNOTATIONES.

a ¶ Renati. Adde, quia ſunt extra omne periculum tentationis humanæ. uide gl. in c. non licet in quadrageſima 34. q. 4. adde aliam glo. in l. cum quidam, ff. de ann. legat. & glo. inſti. de ingenuis, in uer. natalibus.

b ¶ Parrochiani. Vide circa hoc, quod plene ſcribit Ioan. And. de deci. non eſt, ubi facit in hac materia alias conſiderationes.

SVMMARIVM.

1 *Septimanæ tres, quibus canon prohibet fieri nuptias ante feſtum beati Ioannis Baptiſtæ, ut computentur, & nu. 2.*
Quadrageſima Sancti Martini cur dicta, & quando celebretur, ibi. uerſi. ſicut dicitur.
Nuptias quibus temporibus liceat celebrare, ibid. & nu. 3. 4. & 5. earumque conſumatio num. 4. 7.
2 *A præpoſitio quandoque includit, ut hic, quandoque contra.*
3 *Vſque, præpoſitio ponitur includ iuè hic, & aliquando excluſiuè.*
4 *Celebrari nuptiæ quomodo dicantur.*
Orationi quando uacandum, nuptiarum celebratio uetita, ibid.
5 *In, pro poſt, hic ſumitur.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
7 *Additio gloſſarum.*
Legis ſolent, de his, qui no. infa. intellectus, ibid. in fin.

CAPVT IIII.

1 Apellanus. Caſus. Tres † ſeptimanæ, quibus canõ prohibet fieri nuptias ante feſtum beati Io. Baptiſtæ, non continuãtur feſto: ſed intelligitur de ſeptimana aſcenſionis, & duabus ſequentibus.

bus. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Quia igitur [*Continuandas*] ut ſic. 3. nonas Iunij, ideſt tertia die Iunij illas incipiant computare. & ſi feſtum reſurrectionis eſſet.
a 4. exeunte[a] Aprili, tunc cõtinuarentur feſto Penteco ſtes, quaſi nulla ſit ibi contemplatio beati Ioan. ſed & quadam communi locutione uulgarium dicẽtium circa feſtum ſancti Ioã. ſunt tres ſeptimanæ temporis feriati, proceſſit illa locutio, ſicut dicitur de quadrageſima ſancti Martini, in qua tamen non habetur cõſideratio ipſius ſancti, ſed aduẽtus Chriſti [*Interuallum*] quaſi dicat, ſi feſtũ Pentecoſtes occurreret, pone exẽpli gratia Cal. Iunii. 8. diebus ſequẽtibus non poſſent celebrari nuptiæ, ſed in 15. diebus, q̃ poſt octauã ſup ſunt ante feſtum ſancti Ioan. quod eſt. 24. Iunij, bene
2 poſſunt [*Atribus*] iſtud † A. includit hic, & infra uerſi. quia tamẽ. & de eo dic, ut ſtatim remittam de, uſque [*Aſcenſionem*] computato die utriuſque feſti præcedit feſtum aſcenſionis feſtum pentecoſtes per dies. 11. & cõiungas 3. dies rogationum præcedentes, habes. 14. quibus addas. 8. poſt pẽtecoſten; & ſic habes. 21. & ſic
3 tres ſeptimanas [*Vſque† ad octauum*] hic ponitur excluſiuè. uide, ſupra de or. ab epiſcopo. c. 1. ſuper. 1. gl. [*Apparuit*] & ſic nobis apparare debet [*Contrahatur*] ideſt contrahi poſſit, licet quidam dicant, cõtrahatur, licet cotrahi non debeat [*Aſeptuageſima*] detracto tempore à dominica in albis uſque ad primum diem rogationum, Ho. & Fran. hic ponit, quod habetur de conſe.
4 di. 1. hi duo hymni [*Celebrari*] 1. cũ ſolennitate & celebritate contrahi. T. uel celebris traductio, uel cõſumã
b tio[b] fieri. unde dicunt Pe. & Ab. q̃ alteri coniugũ uolenti tunc conſumare matrimonium obſtaret exceptio. Rof. Beñ. in libel. Ru. de ſpon. & ma. & eorũ impe. ulti. colum. dicit, ſolennitatem nuptiarum, quæ fit in multis partibus cũ maioribus expenſis, q̃ ſit dos, prohiberi ante paſcha: quia tunc contemplationi, & orationi uacandum erit. poſt paſcha certis diebus uacare debemus pũtiæ Chriſti rſurgentis, & demũ ſpiritus ſancti. quare circa talia inutilia non eſt uacandũ [*Celebrantur*] de conſue. eccleſiæ, & ſine ipſius prohibi-
5 tione, Inno. [*In dominica*] exponit Goff. 1. poſt † dominicam, ideſt in craſtinũ dñicæ. probatur iſta expoſitio per literam, ſupra ad 7. dies poſt pentecoſten. † Item quia aliter non eſſent tres ſeptimanæ, de quo uide, q̃d dixi ſuper uer. aſcenſionẽ. unde dicebat Ho. tpa feriata ſic intelligenda, q̃ à prima dñica de aduentu uſque ad octauã epiphaniæ includ iuè. tantum enim durat il lud feſtũ, & pro tanto dicitur forte, epiphaniarum, in plurali, infra c. proxi. & ad hoc, ſupra de treuga & pace. c. i. & 22. q. 5. decreuit. & iſtud licet multorum loco rum approbet cõſuetudo, non uidetur iure p̃bari uel dic ut ſupra de tẽpo. ordi. c. 1. & à ſeptuageſima uſque ad octauam includ iuè, ideſt poſt dñicam in albis, & à primo die rogationum uſque ad 7. dies poſt pentecoſten includ iuè durent feriæ: & dicit, q̃ in quibuſdã par
6 tibus non inchoant facere nuptias, niſi in dñica, qua cantatur euangeliũ, Nuptiæ factę ſunt, q̃d cantatur in dñica poſt octauam epiphaniæ. & iſti abſtinẽt ultra, quàm canon iubeat. alij uerò incipiunt in dñica in albis, & in dominica poſt pentecoſten; & iſti uidentur canonem uiolare, ut dictum. ¶ Vltima † gloſ. reſpon. per obiectionẽ. ¶ [*In glo. ulti. ibi, ſancimus*] uide in decre. p̃x. alle. ſuper. 1. glo. §. quę dã. uide de procura. in nr̃a, in glo. quãdo dicatur. ¶ [*In glo. 3. in fi.*] T. maximè, cum
c utraque iſtarum[c] opinionum ad primũ finẽ tẽderet. ſi. 8. q. 1. in ſcripturis, de conſe. di. 4. de terna. 63. di. §. uerũ, p̃m Gof. Ho. reprehendit has glo. dicens, q̃ hodie oportet ſeruari opinionẽ papæ, quam hic approbat. ſed non credo, q̃ ꝛrium ſenſerint Tã. B. Gof. ¶ [*In glo. 4. ibi, carnaliter*] ſed nonne aliæ carnes his diebus in macello uenduntur p̃m Lau. qui dixit etiam tẽpore lu
ctus p̃m. l. ſponſalia ꝛ̃hi poſſe. ff. de his, qui no. infa. ſolent, quod intelligas de futuro, ut ibi not. ¶ [*In glo. ulti. ibi, examinata*] C. de legibus. l. fi. & uide quod dixi de iudi. dilecti. ſuper. 1. glo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Exeunte. Non uidetur tunc poſſe fieri tale feſtum per c. celebrantem, de conſec. diſt. 3.

b ¶ Conſummatio. Conſuetudo peruertit huius iuris mentem: quia his temporibus hodie fiunt nuptiæ, & commixtio carnis, & pro temporibus licitis benedicuntur, & male, ut hic patet.

c ¶ Pentecoſten. Facit iſta expoſitio ad q. quomodo concordari poſſint teſtes, quorum unus deponit, quòd talis contraxit, uel percuſſit in dominica, alius, quòd poſt dominicam, pro quo facit c. cum tu, de teſti. facit, quod no. Ioan. And. de tranſla. præl. c. 1. ſuper gl. melius, & in c. literas, de tempo. ordi. in uer. poſt diem. facit quod no. Bar. in l. 2. §. pen. ff. ſi cer. pet. & in l. in inſulam. §. 1. ff. ſol. mat.

d ¶ Iſtarum opinionum. Et ſic uult iſta gio. quòd nõ ſeruans ius præcepti, non peccat, ubi ſunt uariæ opi. ut eſt glo. iuncto tex. in c. 1. de poſtul. præl. Adde Bar. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. & do. Alexan. conſil. 143. & do. Barba. conſil. 12. in 9. col. 1. uolu.

SVMMARIVM.

1 *Ferijs introductis ob honorem dei, & ſanctorum, niſi ob neceſſitatem, uel pietatem, iudicium exerceri non poteſt etiam de conſenſu partium: poſſunt tamen partes renunciare ferijs fauore hominum introductis, uide etiam nu. 2. in prin. de quibus intelligatur prohibitio, & nu. 19. & 22.*
2 *Compoſitio tamen, & officium iudicis non prohibentur his diebus, & quo caſu.*
Citatio die non feriata ad feriatã ibid. uel contrà die feriata ad non feriatam, an & quando ualeat, nu. 3. & de formula, & qua quis uti debet, ut prior ualeat, ad fin. nu. 2. In ea triplex actus, & quis ualeat tempore feriarum, nu. 3. uer. ad contraria.
De proceſſu quod eſt, interdicitur his diebus, ibid. num. 2. in prin. & nu. 3. uer. Item cum præceptum.
4 *Natalis domini feſti dies quot ſeruandi*
Dies feriati in honorem Dei qui ſint, ibid. & nu. 5. 6. 7. 8.
5 *Stephanus fuit protomartyr in nouo teſtamento.*
Abel in ueteri, ibid.
Protomartyris etymon, ibid.
Dominica paſſionis pro ſeptimana ſancta, ibid.
7 *Paulus non fuit de duodecim apoſtolis.*
Sanctorum omnium ſolennitas cur inſtituta, ibid.
8 *Canonizare Sanctum poſſitne epiſcopus, ad dictio. epiſcopi.*
9 *Poſtulare qui prohibetur ob reuerentiam prætoris, repellitur etiã partibus conſentientibus.*
10 *Feriæ actoris, an rei, an iudicis obſeruandæ, & nu. 11. & nu. 14. & ſi in eis terminus imponitur parti, uel quis incipit uiam eũdi ad iudicem, uel in uia ſi incidant, non eſt uſus, nu. 11.*
12 *Proceſſum quando non impediant in curia*
13 *Ferijs ut litigatores potiantur ſuæ patriæ, cautè facit iudex ſi terminum ſic ſtatuat: ſi tamen non facit, non poterit ab eo aliqua pars appellare.*
14 *Feriæ ſi litigantium obſeruaremus, quid abſurdi ſequeretur.*
15 *Feriæ obſeruandæ licet non indicantur, & quæ, & à quibus, & nu. 16. & 20.*
16 *Qui eis gaudeant etiamſi non intendant agriculturæ.*
17 *Quibus & quomodo poſſit renunciari, de partiũ cõſenſu, & nu. 18. 20. & 21. & quando in eis quid fieri etiam inuita parte queat, ibid. nu. 17. & 18. 22. & propter quas fiat reſtitutio, nu. 20. in præiudicium tamen teſtium non ualet nu. 21.*
18 *Epilogus, & ſuffragium, gloſſarum. nu. 19.*
Celeritate ubi opus eſt, non differtur, etiam in die aliàs prohibito, & nu. 22.
20 *Suppletio*
22 *In cauſis quibus, & negocijs iudiciarijs feriæ non obſtent.*

CAPVT V.

1 Onqueſtus. Caſus. Feriis † introductis ob honorem dei, & ſanctorum, niſi ob neceſſitatem, uel pietatẽ, iudiciũ exerceri non põt cõſenſu partiũ. p̃t tñ partes renũciare ferijs fauore hoſum introductis. Diuiſio patet. 2. ibi, Licet. Dicebat Ho. hoc. c. tripartitum.

c.tripartitum. quia principiũ ſumi poterat ex decre. finẽ, de dolo & contu. cum ſuis concor. quod ſequitur uſque ad uer. quibus, ex. c. 1. de conſe. di. 3. ab inde uſque ad fi. ex legibus ibi ſignatis [*Strepitus*] non pro-
2 hibet † compoſitionem, & iudicis officium, maximè ubi immineret periculum animarum, ſecundũ Ho. [*Conquieſcere*] non ſolum in diebus ſolennibus ob honorem Dei, ſed etiã in alijs ferijs debet quieſcere cauſarũ proceſſus. nec etiam citare tunc debet iudex ad alium diem. ff. e. l. 1. 1. reſpõ. de hoc, infra ſatis dicam. iudex tamen prudenter faciet, ſi ſic dicat, Compareas tali die coram nobis, ut ex tunc in tali cauſa procedamus. nam & ſi die feriata non poſſit iudicialiter procedi, pars tamen citata comparere poteſt. uel dic, ꝙ ſicut iudex nõ põt die feriata iudicare; ſic nec aſſignare terminum ad comparendum
a ſi tamen error in aſſignatione termini exprimatur, puta qa ſic dicit, Ad comparendum coram nobis in tali cauſa tibi diẽ dominicum aſſignamus, alioquin, ſi non exprimatur error, licèt inſit tacitè, tenebit termini aſſignatio, ut ſi dicat, decima die ueniat reſponſurus. unde & ſi decima dies in diem dominicum incidat, & ſic illa die cõparere non teneatur citatus, in ſequenti die tamen, in qua nulla occurit excuſatio, comparere debet, ꝑm Inno. ſi conſueuit notari in ſentẽtia, quod dic, ut not. infra de re iudi. c. 1. Ho. & facit. C. quando prouocare
b non eſt neceſſe. [b] l. 2. ſunt, qui dicunt, ꝙ non ſequenti, ſed præcedenti die non feriata uenire tenetur, arg. C. de tẽp. app. l. 2. circa fi. ad prius autem dictũ poteſt ſecundum Inn. reddi ratio, quia duo uidentur mãdata. ſ. ꝙ decima die compareat; & ſi illa non debet, uel nõ poteſt, nihilominus intelligitur mandatum, ꝙ compareat, quo citius hoc facere põt & debet. ff. de arbi. Celſus, qđ dic ut leg. & no. infra de dolo & contu. cũ dilecti. §. præ. & ibi dixi, quo Pe. de Bel. negat. hic eſſe duo mandata, dicens unum indiuiſibile illa ratione: quia non ualet, ut dicit, citatio ſine dic. & hanc rationem improbo, infra de ap. cũ parati, in fi. dicebat autẽ Inn. ꝙ idem dicendum eſt, ſi per. 20. dies durarẽt dies feriati. ſ. ꝙ in proxima ſequenti die non feriata tenetur comparere citatus. Sed iſtud placet Inno. etiam ſi expreſſum ſit in citatione, quòd citatus in die dominico, uel alio feriato compareat. nam & hic ſimiliter, ſicut in præmiſſo caſu, duo uidentur mandata. ergo & idem iuris eſt eadem ratione. & ideò melius dicitur, quòd in utroque membro tenet aſſignatio ter
c mini quantũ ad hoc, ut ſi illa die non teneatur citatus comparere, in ſequẽti tamen, quàm cito poteſt, tenetur comparere, ut dictum eſt ſupra, unde & feſtũ beati Lucæ aſſignatur per papam ad comparendum, ſupra de reſti. in inte. tum ex literis. §. fi. & initiũ quadrageſimæ, & feſtum natiuitatis dominicæ, ſupra titu. 1. expoſuit. 1. reſpon. & §. fi. & dominica, qua cantatur, Ego ſum paſtor bonus, infra de dolo & contu. cum dilecti. §. fi. & feſtum reſurrectionis dominicæ, infra de accu. ueniens. §. 1. in prin. ſecundum Innocen. cuius eſt mens totius huius glo. Tu uerò dicas ſecundum Hoſtien. quòd citatus ad diem dominicum,
d uel alium ſolennem non tenetur [d] comparere. facit pro Hoſtien. ff. ſiquis in ius uo. l. 2. in fi. ſecus, ubi dixit iudex, Tibi mandamus, quòd uſque ad diem dominicum compareas coram nobis. tunc enim tenet termini aſſignatio, & illud, uſque, tenetur excluſiue. & ſic intelligas iura præcedentia proxi. allegata, quamuis inter ſe ſuper hoc diſcrepare uideantur, & alia, ſi qua ſimilia poteris reperire; quod dic ut not. ſupra titu. 1. c. fi. hanc opinionem Hoſtien. tenuit d. Ricardus de ſenis Cardinalis, ut refert Cyn. C. de ferijs, dies feſtos, dicens, quòd ubi ponitur, uſque, qualibet die infra feſtum uenire poterat, ſed quando citatur, ut
e die tali comparcat, prius uenire nec poteſt, [e] nec debet, & illa die uenire non tenetur, & ſic neceſſaria eſt noua citatio. Moderni tamen & cauti iudices terminum ſic aſſignat, Talem diem tibi aſſignamus; & ſi forſan dies feriata occurrat, aſſignamus tibi non feriatum proxi. ſubſequentem. ſecundum quod nulla occurit hæſitatio; & ideò conſulo, quòd quando diẽ aſſignaueris, teneas hanc cautelam, maximè quia poſſet eſſe, quòd apud te non eſſet dies feriatus, & apud citatum eſſet; ut patet in eo, quod legitur & no. in-
3 fra eod. reſpon. uerſi. fi. ſed † conuertamus caſum, & quæro de eo, quod in prin. huius glo. dixi, an die feria to citari quis poſſit ad diem non feriatum? arguitur, quod non per l. dies feſtos, C. eo ubi dicitur, quòd ſile re debet omnis horrida uox præconis. ſic factũ ergo eſt contra legem, & ſic nõ ualet, infra de teſti. c. 2. C. de legibus, non dubium. Item cum præceptum de citando ſit quædam ſententia comminatoria. C. de his, qui
f ecc. con l. præſenti, ergo die feriata nõ debet ualere, ut hic in fi. & idem, ſi dicatur nõ eſſe ſententia, ſed de [f] proceſſu, cũ finis hic notabiliter utrunque uitiet. In cotrarium eſt ſatis, quòd hic effectus dirigitur in tempus conceſſum. ff. de dona. inter ui. & uxo. ſi cũ uxori, in fin. & l. ſeq. dicunt quidam, citationem non ualere, cum in illa non ſolum finis, ſed etiam initium ſit ſpectandum, & cõius dicitur hanc opin. de iure uerã, ſed conſuetudo derogat, & de facto non ſeruatur, ut dixit Ia. de Are. & ſertur, ꝙ Di. quandoque tenuit hanc opi. tam per prius alle. quã per id, ꝙ ẽt in iudicijs ponderamus initiũ. ff. de mino. l. 3. §. ſcio. cũ igit̃ citatio ſit pars iudicij, infra de proba. quoniam inſti. de pœna te. li. in
gg fi. ergo &c. inducebat tunc ad idem. ff. de feruis ex. l. ſi
h minor, ſed hoc, quod olim tenuerat ſuper l. 1. §. item [g] nunciatio. ff. de no. ope. nun. [h] poſtea mutauit ibidem per. ll. ſupra in ꝓrium allegatas. & hæc opinio, & conſuetudo minimè mutãda, ut in l. minime, ff. de legi. ſic iuuatur. Idem iudicium de tempore, quod de loco. ff. ſi certum pe. l. uinum. ſed ualet actus habitus loco nõ habili, ſi effectus ipſius confertur in locũ habilẽ. ff. de
i off. prefec. ur. l. fi. C. de epiſ. & cle. l. omnes. §. ſi uerò [i] apparitor; ergo &c. Ad ꝓria reſpondetur, ꝙ in citatione triplex eſt actus. ſ. præceptum de citando: ſecũdus executio præcepti. ſ. citationis actus: tertius eſt proceſſus ex citatione inchoatus. primus, qui nõ requirit cauſæ cognitionem, die feriato fieri poteſt. C. e. l. actus. non ob. C. de dilatio. à procedente; quia intelligitur, cum pars dicit dilationem nõ dãdam ita, ꝙ ſuper eo oportet interloqui. Secundus actus eiſdem rationibus etiã eo tempore fieri poteſt; ad quod. ff. de adulte. miles. §. ſexaginta, præcipuè ſecundum lecturam, quæ habet, libellum in citatione tranſmitti. Tertius. ſ. proceſſus inchoandus ex citatione; iſte fieri non poteſt. unde dicebat Pe. de Bellaper. quòd olim citabatur quis ad comparendum, uel ſatiſdandum. ff. in ius uo. ut eãt in rubro, & ff. qui ſatiſ. cog. ſi uerò. §. qui pro rei. per quam citationem ſic ueniendo, & fideiuſſores quærẽdo, auertebatur quis ab his, quorũ cauſa inductę ſunt feriæ, quem reſpectum habuit. l. dies feſtos, ſecundũ eum. ſed hodie ſolum citatur, ut ueniat. Tale igitur præceptum, & citatio die feriata [k] ad non feriatam fieri poterit. de his duabus quęſtionibus in ſpe. de cita
k §. 1. uerſi. item quòd citatio fit ad diẽ [*Reuerentiam Dei*] uide quod dixi. ſupra e. licet, ſuper uer. deputatos [*Natalis † domini*] plus dicitur. ſ. de. 7. diebus an. natale domini uſque ad octauam epiphaniæ, & de alijs hic non expreſſis 15. q. 4. c. 2. ſed dicit Hoſti. huic ſtandum, & illud conſuetudine non ſeruari. & idem. G. in ſpe. e. ti. in 1. colũ [*Stephani*] iſte † dicitur ꝓtomartyr à protos, quod eſt primus: quia primus martyr in nouo teſtamento, ſicut Abel in ueteri [*Dominicæ paſſionis*] ideſt in

ſeptimana ſancta. C. eo. omnes. & dicit, dominicæ paſſionis, non dominicæ de paſſione, de qua ſupra de tẽpo. or. c. 3. ut ſeptimanam denotet, & non diem, Hoſ.
1 [*Aſcenſionis*] cum tribus diebus rogationum [l] præcedẽtibus. de conſe. di. 3. c. 1. Hoſt. quod tamen non ſeruat curia ſecundum Gui. [*Qui ſubſequuntur*] & feſtum corporis Chriſti feria 5. poſt octauas penteco. ut in conſtitutione Vrbani iiinouata per conſtitutionem Cle. que incipit. ſi dominum, de reliqui. & uene. ſanc. [*Virginis † glorioſæ*] quæ ſunt 4. annũciatio in uere, aſſumptio
6 in æſtate, natiuitas in autũno, purificatio in hyeme. feſtum autem paſſiuæ conceptionis ipſius uirginis hic non includitur, licet in multis locis celebretur ex deuotione non improbãda; de hoc in ſpe. e. ti. poſt prin. Tu tamen dicas conceptionem illam, quæ fuit ex humano ſemine, non uenerandam; & hoc tenẽdum, qđ
m fuit in originali concepta, ut not. de conſe. di. 3. c. 1. [m] ſed poſt conceptionem immediatè ſanctificata, & ob
7 hoc colit eccleſia natiuitatis feſtũ [*Pauli*] Paulus † nõ fuit de. 12. de quo uide de reliquijs. c. uno, li. 6. per quã hic addas de quatuor euangeliſtis, & quatuor doctoribus [*Dedicationis*] hoc eſt in fi. Septembris. Colit etiã eccleſia Rom. apparitionem, quæ eſt. 8. idus Maij [*Omnium ſanctorum*] dicit, Solennitatis, in ſingulari, ꝑ quod paret, quod loquitur de ſolennitate, quæ fit Cal. nouembris, quæ quare fuerit inſtituta, patet in prædi. conſtitutione, ſi dominum. §. licet. & ſup. ſecundum
8 Hoſtien. & ſancti † Martini, de conſe. di. 3. c. 1. quod teneas, licet no. contrarium. C. eo. tit. omnes dies. & idẽ dicas de feſto inuentionis ſanctæ Crucis ea. di. crucis. & quare feſtum crucis, in qua Chriſtus dehoneſtatus fuit, celebramus, ibi no. in 1. glo. [*Epiſcopi*] ar. quòd epiſcopus poteſt canonizare ſanctum, quod concedo in ſua dioceſi tantum, de conſe. di. 3. c. 1. Vin. hoc eſt falſum. ſed intelligit hoc de ſanctis ab eccleſia canonizatis ꝑm Inn. qui dicit, ꝙ aggregare aliquem nõ poſſunt ſanctorum collegio: ſtatuere tamen poſſunt aliquem
n de ſãctis ſolẽniter uenerari, & no. hoc de reli. c. uno, [n] li. 6. circa prin. magnæ glo. [*Conſentientibus*] quoniã qui
9 ob † reuerentiam prætoris prohibetur poſtulare, etiã partibus conſentientibus à poſtulando repellitur. ff. de poſtu. quos prohibet, Phi. [*teneat*] cõcor. de immu.
o ec. decet. [o] li. 6. [*Ob neceſſitates*] prolixè tractat hic Inn.
10 & Ho. poſt eum. † talem caſum. cauſa Anglicana ibi fuit commiſſa per papam audienda, & referenda, ſufficiẽter inſtructa: iudices fecerũt remiſſionẽ in Iunio, ſtatuentes partibus terminum in medio Auguſti ad comparẽdum coram papa, comparuit ea die procu. rei & impetrauit auditorem, qui condemnauit actorem in expẽſis, quia nullus pro illo cõparuerat. Poſt modum in Octobri comparẽs procura. actoris petijt datam ſententiam reuocari, dicens actorem non cõtumacem pro eo, quod in medio Auguſti ſunt feriæ meſsiũ in Anglia. in Septembri ſunt in curia, illis finitis continuatis diebus uenerat, quam cito potuerat. & ſic non fuerat contumax cum in ferijs reſpondere nõ cogeretur. ff. de iudi. non uidetur. & ubi non intereſt aduerſarium ad terminum uenisſe, prætor pœnam
p remittit. ff. ſiquis in ius uo. non ie. l. 2. ad fi. & in fauorem [p] partium potius, quàm iudicum eſt ſtatutum, ne tali tempore litigare cogantur. ff. de ferijs l. 1. quare potius conſiderandæ ſunt feriæ litigatorum, quam iudicum. C. de legi. quòd fauore. item ſi compariſſet actor in termino, abſtractus fuiſſet à re ruſtica, ſcilicet meſsium, quæ eſt cauſa conſtitutionis, id prohibentis. durat ergo beneficium conſtitutionis quãdiu durat cauſa. ff. de pactis, quod dictum. C. qui ad liber. ue. non poſ. l. ſecum da, infrà de pœni. cum infirmitas. & licet ius hoc non dicat expreſsè, interpretatione tamen principis, uel iuriſdictione iudicis leges, quæ

ſimilem habent æquitatem, ad hunc caſum ſunt trahendæ, ff. de legi. & ideò, cum duabus ſequentibus. Item facit pro actore ſupra, ti. 1. c. fi. In contrarium dicebat pars rea, quòd iudices aſſignando terminum uitare non tenebantur niſi ferias curiæ: ſed illas bene, quia tunc fruſtra quis compareret ibidem; ad hoc. 8. di. quæ contra mores. Nec obſtat, quod obiicitur. ferias iſtas inductas in fauorem ruſticorum: quia hoc non eſt uerum. immò ob requiem inter æſtiuos feruores. C. e. ti. omnes. Sed & ſi dicamus hanc eſſe rationem feriarum: quia non debet aſſignari terminus eo tempore, quo quis debet eſſe attentus circa rem ruſticã, magna exinde forte abſurditas poſſet ſequi, hæc. ſ. nunquam poſſet aliquis in ius uocari, cum quaſi ſem per ſint ferè omnes homines circa propria opera occupati. Sed iſte caſus nõ numeratur inter illos, qui in C. & ff. de in ius uoc. circa hãc materiã ſunt notati. nec fuit intentio conditoris legum tales in totum excuſare uelle, ſed tantum in duobus menſibus anni, qui ad has ferias obſeruandas idoneiores uidebantur, licet ſæpè poſſet contingere, quòd multis eſſet utilius aliis temporibus feriare: ſed nec expediuit, nec potuit lex omnes caſus exprimere, & ſingulorum utilitates præcauere. ff. de legi. l. 3. & l. ſe. & l. non poſſunt, & l. ſequẽ. ff. de præ. uer. l. 4. & quia. l. debet eſſe generalis. 4. diſt. erit. nec interpretatione imperatoris, uel iuriſdictione iudicis trahendæ ſunt iſtæ feriæ ad omnes circa propria opera occupatos: quia nec æquum eſſet, nec utile ſibi, & aliis, qui in eos in ius uocare uellent, uel quos ipſi uocarent. Nec obſtat. ff. de ferijs. l. prima. ubi dicitur, quòd occupati circa rem ruſticam non ſunt in ius uocãdi: quia hoc uerum eſt in diebus meſsis, ſiue temporibus ad meſsium, ſiue uindemiarum ferias deputatis: ſed in alijs temporibus poſſunt.
¶ Papa Innoc. tulit ſententiam pro reo dicens, ꝙ in aſſignatione termini non ſunt attendendæ feriæ partium, ſed regionum tantũ, & iudicis, coram quo agi debet. Guil. in §. in fi. all. Pe. & Abb. hic tenent conſi-
q derandas ferias rei, & iudex, uel actor [q] citans, uel citari faciens ad illas ſibi imputet, cum ſic ſuis renun-
r ciet [r] & ſecundum Innoc. non † eſt uis, ſi feriæ ſint,
11 quando parti imponitur terminus, uel quando incipit uiam eundi ad iudicem, uel ſi in uia incidant, ar. ff. de adulte. miles. §. ſexaginta. ff. ex qui. cau. ma. ſed & ſi per prætorẽ. §. penul. principes enim arbitrati ſunt tempora ferijs in legibus deputata moderata eſſe. itaque non licet iudici ea mutare, nec augere, nec diminuere, licet ſæpe occurrant caſus, in quibus utile eſſet aliud facere, ar. ff. qui & à quibus manu. lib. non fi. proſpexit. ſic & l. decem, & ſeptem annorum ætatem rata eſt legitimam & congruam eſſe ad poſtulandũ, & prodire in publicum. quid igitur ſi aliquis minor. 17. annorum ſufficientior & idoneior uideatur, quã & maior, nunquid eſt admittendus? reſpondeo non; nec licet hoc immutare. ff. de poſtulando. l. 1. §. pue-
12 ritiam. ¶ Sed quid, ſi aliquis † de remotis partibus ꝑ ſe, uel procuratores ſunt in curia, & dum cauſa eorum agitur, occurrunt feriæ, nunquid debent proceſſum cauſæ huius impedire? reſpondit tunc papa, ꝙ ſi partes denegatis feriis nullatenus læderentur: ipſos cogerent litigare. nec enim eſt malicijs hominum indulgendum, qui nihil laturi ſunt, niſi ut officiant. ff. de rei uen. in fundo. Si uerò procuratores eſſent de loco curiæ, uel alio uicino gaudebũt feriis. ſic dicit. G. quẽ,
13 in fi. allegabo ſeruatum tempore Cle. IIII. ¶ Ille † autem, qui terminum ſtatuit, cautè facit, ſi quando ſtatuit terminum, in eo ſtatuendo, quantum poteſt, attendit, quòd litigatores etiam feriis ſuæ patriæ potiantur, niſi aliqua ratione in contrarium moueatur. ſi autem iudex hoc non faciat, propter hoc non po-

terit

terit ab eo aliqua pars appellare. est enim pro iudice
præsumendum, ut patet in eo, quod leg. & not. supra
de renun. in præsentia. §. 1. & quia cum hoc arbitrio
iudicis relinquatur, siue in feriis patriæ, siue extra fe-
s rias terminum statuerit, non poterit appellari s ar. in
eo, quod leg. & no. supra de offi. delega. consuluit. §.
14 1. uersi. nec erit pars. quòd si † quis uelit dicere ferias li
tigantium obseruandas, sequitur ex inde hæc abusi-
ua conclusio; ergo sunt duplices feriæ obseruandæ. il-
lud enim certū est, quòd feriæ curiæ sunt in curia ob-
t seruandæ, t nisi in casu, ut no. supra eo. glo. respondit
tunc papa. & tu supponis idem de feriis litigantium. se
cundum hoc igitur, siue præcedant feriæ litigantium
ferias curiæ, uel sequantur, circa ipsos erunt in curia
duplices feriæ obseruandæ, quod nullo iure cauetur,
15 & admodum absurdum est, & iniquum. Quid † si iu-
dex ferias generaliter nō indicat? respon. nihilominus
iudex, siue ordinarius, siue delegatus fuerit, ipsas ser-
uare debet eo etiam tempore, quo communiter mes
ses fiunt, ut patet in prædictis iuribus, & ar. ff. de flumi
nibus. l. 1. ff. de fundo instruc. lege cum de lanionis. §.
asinam. Sed nūquid in regionibus illis, in quibus nec
uineæ sunt, nec uinum communiter bibitur, sicut in
Hybernia, dabuntur induciæ pro uindemiis? Respon.
non. in illis uerò regionibus, in quibus communiter
bibitur uinum, licet ibi non sint uineæ dandæ sunt in-
duciæ pro uindemijs, & ubiq; pro messibus: quia licet
ex suis terris nō colligant granum, uel uinum, ex quo
tamē communiter granum comedunt, & uinum bi-
bunt, oportet, quòd aliquo tempore anni præordi-
nent, & prouideant sibi de uino, & grano, quo per to
tum annū uti debēt secundum Inn. cuius est mens to
tius istius gl. si non credis ei in hoc ultimo casu, recur-
re secundum Hosti. ad exemplum formicæ, quæ sibi
parat in æstate cibum, & congregat in messe, quid co-
medat in hyeme, prouer. 6. de materia huius glo. uide
in spec. eo. ti. §. 1. uersi. sed pone, usque ad fi. §. ubi etiā
16 no. quòd † milites, & clerici, & alij, qui non intendunt
agriculturæ; gaudent his feriis. & idem Hosti. in sum-
ma. eo. ti. §. fi. uer. nunquid milites. & est quæstio uene
rialis 25. ubi dicitur, Pileum idem tenuisse. & dicit Ho.
quòd quicquid no. in præall. §. bene facit ad materiā,
17 & maximè quod no. in ult. colum. [*De † partium*] quod
dixit hic Ho. uide de iudi. c. fi. super gl. fi. [*Si de partium*]
uel si arbiter pronunciet cogente superiore. ff. de ar-
bi. si feriatis, Vin. [*Processerit*] unde etiam añ litem mo-
u tā per pactum; de hoc in spec. e. ti. §. ult. super uer. 1. u
[*Voluntate*] & parte inuita in casu decre. Cle. de uerbo.
18 sig. sæpe contingit, in prin. ¶ Secunda. g. † tractat de
triplici feria solenni, subdens, quòd feriæ introductæ
x fauore hominum renunciari potest x & ex causa eo
19 tempore procedi. ¶ [*In † gloss. 1. ibi, properandum*] uide in
cap. uenerabilis, super 1. glo. ¶ [*In glo. penul. ibi, de damno*]
in l. 1. loquitur in cautione damni infecti, quæ quan-
20 doque celeritatem desiderat. ¶ [*In † glo. 2. ibi. ff. eo. l. 1.*]
sunt & aliæ repentinæ, puta propter uictoriam prin-
cipis, uel rem prosperè gestam, uel uxorem ductam,
uel filium susceptū. & hæc ab alio, quā à principe, nō
possunt induci. C. e. ti. à nullo, licet ɔ̄rium sæpe fiat de
facto. & de his omnibus in spe. eo. ti. §. 1. læsus autem
propter istas repentinas restituitur; propter alias non
y ratio, quia istas nō potuit y præuidere, illas uerò sic. ff.
ex qui. cau. ma. l. sed & si p̄ptorem. §. si feriæ, s̄m Abb.
[*& ibi, Laboris*] alias causas habes in textu, & in glos. 15.
q. 4. placita, in fi. [*& ibi, Renunciare*] etiam compromit-
tendo, & hoc de uero arbitro: secus de arbitratore, de
hoc in spe. de arbitro. §. fi. ad fi. uersi. item in forma, &
21 duobus sequentibus [*& ibi, possunt † partes*] etiam ex-
tra iudicium, puta in instrumento contractus, & etiā
tacitè, puta scienter recipiendo talem terminum. de
his in spec. eo. ti. §. fi. & licet ualeat hæc renunciatio
quò ad partes, nō tamen tunc cogentur testes, ut ibi,
& no. C. eo. l. omnes, in ulti. gl. [*& ibi. C. eo. l. 1.*] & uide,
quod de repētinis feriis quò ad hoc ibi no. in fi. 1. glo.
22 ¶ [*In gloss. pen. ibi, exempla † plura*] quæ no. 15. q. 4. in sum-
ma. ubi etiam no. quid de causis matrimonialibus,
& quid de causis electionum, Inno. & Hostiē. dicunt
hic, ꝙ causæ spirituales electionum, inquisitionum,
& huiusmodi his diebus exerceri possunt, cū pietas, &
necessitas hoc suadeat, & facit, quod dixi de ele. bonę
2. in prin. de hoc in spec. eo. §. 2. uer. quid de causis, &
in duobus uer. se. tractatur, quid de causa usurarum,
& decimarum. dic hodie, ut in Cle. de iudi. dispendio
z sam, & de uerbo. sign. sępe z [*Et in fi.*] posset etiam esse
necessitas circa collectionem fructuum propter im-
minentem inundationem aquarum. C. eo. omnes iu-
dices, circa quęstiones & punitiones latronum. C. eo.
prouinciarum, & ubicunque in mora promptum est
periculum animarum, quæ sunt omnibus temporali
bus præferendæ. 12. q. 1. præcipimus. C. de sanc. ec. san-
cimus, Host. ¶ [*In glo. ulti. ibi, personarum*] ut pupillorum,
ut eis tutores dentur, alimenta decernantur, & in aliis,
quæ celeritatem desiderant, & ex puro officio decer-
nuntur. patent exempla. ff. eo. l. 2. & 3. decretum tamē
super alienatione rerū minoris interponi non potest,
ut in spe. e. ti. §. 2. ī fi. & uide qđ ibi dixi [*& ibi, Distinctio*]
Prosper libro epigrāmatum, Non recto seruat legalia
sabbata cultu, qui pietatis opus credit in his uetitum.

ANNOTATIONES.

a ¶Ad comparendum. Adde Bal. in l. 4. C. de don. ante nup. & in l. fi. in 2. col. C. de feriis. idem Bal. in l. cum clericus, C. de episc. & cle.

b ¶Est necesse. Ibi uide Bar. Cyn. & Sali. & glo. & Bar. & Bald. in l. 1. C. de erro. cal. & uide Bar. in l. sæpe, ff. de tu. & cur. da. ab his.

c ¶In utroque. Inno. ipse no. contrarium in c. præterea, de dilat. ubi uide Io. And. in glo. hic habes, in uersi. Idem diximus. & idem tenet Gu. in spec. de cita. §. 1. uersi. item excipitur, quòd citatio. & idem Bart. in l. 2. ff. si quis in ius uocan. non ie. uide Cyn. Bar. Bald. & Sali. in l. fi. C. eod. tit.

d ¶Non tenetur. Imò posset dici, quòd potius facit in contrarium: quoniam ibi dicit, remittit q. d. incidit in pœnam. sed prætor ei remittit; ergo pur tenetur postea. præterea dixit prætor, in ius ergo ab initio uoluit citatio, & uide Bart. in l. 2. C. de t. mp. app. & in l. qui ante calen. de uer. oblig. & glo. in Cle. 2. de appel. ad hæc etiā, & ad prædicta disputauit Marti. Sil. in lib. disputat. incipien. misso actore, &c. Archid.

e ¶Nec debet. Vide ad hæc bonam glo. quæ incip. ratio. in Clem. 1. de appe. & sic qui tenetur aliquid certo die facere, non bene facit, si ante diem facit. ad hoc uide l. eum qui, & ibi Bar. ff. de annu. leg. & in l. qui Romæ, in princ. ff. de uerb. obli. & uide ipsum, quandò citatur quis usque ad talem diem, si reus ante compareat, & in fine actor, quis erit contumax. & de uiribus huius citationis in l. q ante calendas, ff. de uerbo. obli. & uide glo. super uer. quomodo, in c. cupientes, in princ. de electio. lib. 6. & Bald. in l. fin. C. qui admi. ad bono. posses.

f ¶De processu. Vide Io. And. de prob. quoniam, in gl. 1. relationem.

g ¶Item nunciatio. Et ibi uide Bar. & quod non ualeat, optimè text. in c. bonæ, el 2. in fi. de elect. ubi propter initium malum citatus iuuatur, fallit in casu Clem. 1. de foro compe. & ibi glo. in uer. festiuis. Bald.

h ¶Ope. nunc. postea. Ibi uide plenius Bar. qui ponit opin. uarias. & ibi uide opin. Oldr. quam ibi tenet. & uide in decis. Rotæ conclu. 394. & Bald. in l. fi. C. de feriis.

i ¶Verò apparitor. contra hoc facit, quod not. in Clem. pastoralis, de citatione extra territorium. ibi uide Pau.

K ¶ Ad non feriatam. Adde Bar. in l. 1. in §. nunciatio, ff. de ope. noui nuncia. & domi. Alex. adde Cardin. in Clem. 1. de foro compet. in 3. opposi.

l ¶Rogationum. An his diebus sit in dictum ieiunium, uide glo. de consec. dist. 3. rogationem, & de obseruat. ieiu. c. 1. per Io. And.

m ¶Capit. 1. sed post. In gloss. de festo, & idem not. de consec. dist. 4. cap. 2. in gloss. ut in beata.

n ¶Vno, lib. 6. Statutum ergo episcopi arctat forum seculare; uide Bald. qui aliter loquitur in l. consulta. C. de testam.

o ¶Decret. lib. 6. Iste tex. hic in fi. probat, quòd sententia non est de processu, ibi, Nec processus, nec sententia. & sic illa ponit, ut diuersa, de quo dubitauerunt doctores. uide de hoc plenius in Spec. de

sen. §. 1. in prin. ubi de hoc per Io. And. plenè. & an app. actorū ueniat snia, uide Bart. in l. non intelligitur. §. neque, ff. de iure fisci.

p ¶Et in fauorem. Ibi uide Bar. quomodo hoc intelligitur, & in l. 3. §. 1. ff. de eo, per quem fac. erit.

q ¶Vel actor. Similis est consideratio, an debeat in iudicio attendi consuetudo actoris, uel rei, uel fori, ubi iudicatur, de qua plenius uide supra de consuet. super rub.

r ¶Sic suis renunciet. An autem ista exceptio feriarum possit opponi in qualibet parte litis, dic quòd sic. tex. est ponderatus ab Ange. in l. 1. ad fi. ff. de feriis, & d. Præpositus in c. ex parte tua, de ap.

ſ ¶Appellari. Vide glo. in c. 2. de cor. uitia. & in c. statutum. §. assessorem, & ibi Io. And. de rescrip. li. 6. & glo. antepe. & pe. in c. super his, de accusatio. & glo. in cle. 1. de iure patro. & Ioan. Andr. in c. 2. de iura. calum. li. 6. & uide in decisio. Rotæ conclusione. 478. & Bar. in l. si sic. ff. de lega. 1. & in l. alio, ff. de ali. & ci. le. & in extrauag. ad reprimen. super uerbo, uidebatur.

t ¶In curia obseruandæ. Adde, ꝙ cōis cōclusio est, ut attendatur locus iudicis. & est ratio, quia attenditur consuetudo fori ubi iudicium exercetur, in c. quod clericus, de fo. comp. & in l. 3. ff. de test.

u ¶Super uer. Ibi de hoc latius per ipsum, & scias, quòd simplex talis renunciatio porrigitur solum ad præsentes ferias, non ad futuras, ut notatur per Bar. ff. eo. l. 1. & an repentinis possit renunciari, uide glo. super uer. ob necessitates in cle. sæpe, de uerb. si.

x ¶Renunciari pōt. Adde tex. in l. 1. ff. eo. sed an ualeat renunciatio facta in cōtractu, uide Ci. & alios in l. 1. C. e. ti. & Bar. in d. l. 1. ff. e.

y ¶Quia istas. De istis feriis uide glo. in cle. sæpe, de uerbo. signi. in uer. necessitates.

z ¶Et de uerbo. sig. sæpe, Vbi uide in glo. super uer. ob necessitates, ubi ista corriguntur. & an ualeat excommunicatio istis feriis lata, uide Federicum de Senis consi. 11.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Ad titulum hunc quæ alibi tradita pertineant.*

De ordine cognitionum, Rubrica.

1 ¶Elapsis † feriis, lites recto tramite procedere dn̄t: sed
quia plures quæstiones interdū ꝓponunt per modū
actionis, quādoq; ab unaq; parte, quādoq; à diuersis,
quādoq; incidunt, aliquādo emergūt, & dubitari pos-
set, qs ordo seruādus sit in cognitione, & diffinitione
2 prędictorū; & ideò submittit hanc rubricā † ad quam
facit 2. q. 2. & 3. q. 1. item. s̄. de iudi. exhibita, de ele. quā-
uis. §. ulti. & c. prouida, li. 6. eo. ti. si forte, & c. constitu-
tionem, de uerbo. signi. quæ idem dicit.

SVMMARIVM.

1 *De peremptoria exceptione iudex ante sententiam cognoscit; sufficit tamen in principali pronunciari, & nu. 2.*
2 *Petitorium intentatur, cum petitur adiudicari.*
3 *Exceptione probata, non semper ad absolutionem proceditur rei, & in quibus casibus.*
Replicatio impedit exceptionis effectum, ibid.
4 *Epilogus, & suffragium, glossarum. & nu. 5.*
Super incidenti an intelligatur pronunciatum, si super principali pronuncietur, & nu. 6. 7. & 8.
6 *Suppletio.*
7 *Incidens quæstio oritur communiter ante cœptum negocium, & ex circunstantijs eius, non tamen semper & quando ibid. num. 6. ad uer. & ante litem cont.*
8 *An de emergenti qōstione intra litē. sit pronūciandum, & quādo.*
Emergens autem ex circunstantijs iudicij ferè, ibi.
De peremptoriarum, & præiudicialium cognitione ubi nam tractet, aliò remittit, ibid.
De tacito ad expressum communiter eadem ratio, ibid. nu. 8. circa finem, uer. de tacito enim.

CAPVT I.

a 1 INtelleximus. a C. iudex † añ sententiā de ꝑemptoria exceptione cognoscit: sufficit tñ, ꝙ in
principali ꝓnunciet. Cōis diuisio. 2. ibi, in-
2 quisitioni [*Peteret*] ergo † petitoriū intendebat, Ala. pe
tebat. n. adiudicari, ñ restitui, Gof. [*Testes*] ergo lis erat
cōtesta. G. N. [*Assertionē*]. s. ad probādū ɔ̄ctū [*Ex qua*] ex-
ceptione [*Inquisitioni tuæ*] q̄ fuit, an de cōsanguitate sit
agendū prius, q̄ sup m̄rimonio snia proferat [*Quo fa-*
3 *cto*] i. qua exceptiōe † ꝓbata [*Ratio iuris*]. s. nisi obstet ca
b nonica b replicatio, puta reprobationis testiū, uel suffi
ciētis dispēsationis ꝓbatæ, uel simile. ad primū. s̄. de te
sti. series, & c. ex tenore. ad scdm̄. j. de consang. qđ dile-
ctio, & c. quia circa, s̄m Ho. [*Absoluas*] utraq; parte p̄ñ
te, uel altera per cōtumaciā absente. s̄. ut lite nō cōte.
4 qm̄, Ho. ¶. 1. † glo. super qōne, an in his, quæ occurrūt
intra litē, sit pronūciandum, primò ponit opiniones
Burgari, ꝙ non, & inducit tres leges. Itē ɔ̄riam Mar. &
Pla. q inducunt. 4. leges. Mediā Io. & Azo. distinguen-
tiū, & hanc approbat rñdendo legibus Mar. & Pla. ɔ̄
solutionē alleg. decre. cū Io. qui dupliciter rñdet. ¶ [*In*
5 † *glo. 1. ibi, exceptionem*] ibi dicitur, ꝙ exceptio dilatoria c
c in prin. opponit, & probatur, fundata intentione acto
ris [*& ibi. Si quidem*] protestatur reus, qui de iure suo du
bitat de exceptione, quam pobat fundata intentione
actoris [*& ibi respon. 2.*] si de hæreditate agitur, ordina-
tur quæstio libertatis: sed satis est super hæreditate ꝓ-
nunciari [*& ibi, Intra utile*] ibi minore petente restitui,
pronunciatum fuit super ætate [*& ibi. l. 3.*] si allegatur
præuaricatio cōtra absolutionē, super ea pronuncia-
dū est [*& ibi. §. ulti.*] pronunciatur, & an tempore litis
inchoatæ seruus fuit in possessione libertatis sine do-
lo necne. & s̄m hoc ipse, uel dominus subit onus pro
bandi in principali [*& ibi, Quoniam Alexandrum*] accusa-
tus de adulterio de lenocinio excipit, replicat, quod
est seruus; & hoc primò expeditur, & si apparebit li-
ber, procedit exceptio. si seruus, non procedit [*& ibi,*
Præses Prouinciæ] accusatus de plagio, si dicit per se uen-
ditum fuisse seruum suum, prius hoc expedietur. ¶ [*In*
6 *glo. 1. ibi, actoris primo*] de hoc infra de testi. c. de testi. in
gl. fi. & adde quod ibi dicam [*& ibi, de or. iud. l. 1.*] ubi de
hoc [*& ibi, M. & Pla.*] & Lau. Vinc. & Phi. [*& ibi, De qua*
re] ubi etiam de hoc [*& ibi, Io. & Azo*] hos sequitur In
noc. non hic, sed in decre. cum inter. R. de elec. [*& ibi,*
7 *etiam † ante litem contesta.*] & sic oritur ex circunstantiis
negocii, Gof. & habent uetustiorē causam. s. ante iudi
cium cœptum, Accur. quod uerū est cōmuniter. nā
& post iudiciū cœptum posset fieri pactum de nō pe-
tendo, quæ est incidens, & prius potuisset excōicari
actor, uel testis, uel reus spoliari, infra c. proxi. quæ est
emergens [*& ibi, ciuilis præiudicialis*] & quid de præiudi-
cialibus, & peremptoriis dixit hic G. dicam infra eo.
tuam [*& ibi, Milite*] & sic oriuntur ex circunstantiis iu-
dicii, nō negocii; & hoc est reperire ferè in omnibus
dilatoriis. ferè dictum, propter dilatorias solutionis.
8 Go. [*& ibi, Pronnnciatur*] uel † dic, ꝙ ibi pronunciatur su
d per libello, quo dixerat actor se minorem, & læsum d
[*& ibi, Replicationis*] accusabas me; excipio me ab alio
accusatum, & absolutū: tu replicas de præuaricatione
sed forte ibi accusabat de præuaricatione, ut ibi. no.
uel dic, ꝙ ibi tale erat incidens, quod impediebat pro
cessum. s. exceptio rei iudicatæ. unde super ipsa, uel ip-
sius replicatione fuit necesse pronunciari. nā quando
cunque incidens opponitur in modum emergentis
ad impediendum processum, quod esse potest in ca-
sibus, de lit. contesta. cap. 1. li. 6. super ea pronuncian-
dum est, sed si in modum incidentis, scilicet ad uicto-
riam principalis causæ non [*& ibi, est Peremptoria*] in-
telligas hoc specialiter dictum de exceptione præ-
uaricationis: quia pronunciato, quòd ille fuerit præ-
uaricator, non audietur amplius contra illum, ut in
dicta leg. 3. ff. de præuaric. non autem intelligas hoc
generaliter in omnibus dilatoriis, Abb. [*& in fi.*] bre-
uiter dicas, quòd super omni exceptione, cuius pro-
nunciatione non facta, principalis quæstionis proces

e ſus expediri non poteſt, pronunciandũ e eſt niſi iudex ſit talis, qui pronunciare non poſſit: ſed ſi poteſt expediri, de neceſsitate pronunciandum non eſt: põt tamen pronunciare ſimiliter, nec propterea uitiatur, quod agitur, infra de app. ſuper eo, 1. in fi. Ho. & huic ſatis concor. ꝙ alii dicunt, aut incidens uerificata impedit, lit. conteſta. aut non, de quo uide in ſpe. de incidentibus quæſtionibus in 1. col. ſed moderni legiſtæ dicunt diuerſimodè poſſe recipi, quod quæritur de pronunciatione ſuper incidenti. primò ut ſit quæſtio, an præcedere debeat pronunciatio incidentis diffinitionẽ cauſæ principalis; & hoc modo hic ſumimus: & dic ut ſupra, ſecundò ut ſit quæſtio, an expreſsè, uel tacitè pronũciari debeat ſuper illa; & de hoc nõ ẽ uis. de tacito. n. ad expreſſum cõmuniter eadem ratio. ff. de rebus credi. cum quid. de his, quæ fi. à ma. par. ca. ex ore, cum concor. tertiò ut ſit quæſtio, an per modum cauſæ ſit pronũciandum incidẽs. puta, abſoluo, quia conſanguineus, quia ſoluiſti, uel his ſimile; certè non: ſed de hoc dic, ut infra de re iudic. ſicut. quartò ut ſit quæſtio, an ſit idem effectus pronunciare ſuper incidenti, ſicut ſi ſuper eo principaliter pronuncietur; non, & de hoc dic, ut infra c. proximo.

ANNOTATIONES.

a Intelleximus. Ad materiam huius c. uide quod no. Barto. in l. 1. C. de ordi. iudi. & in l. à procedente, C. de dilatio. & in l. hic alleg. in glo. facit etiam glo. in c. ſuper hoc, de renunci. & tex. in c. licet cauſam, de proba. ubi ſuper incidenti pronunciatur, & in c. ueniens, de reſti. & uide glo. in uerbo, pronunciauimus, in c. cum Ioannes, de fide inſtrumen. quæ limitat id, quod dicitur, quòd ſuper incidenti non pronunciatur. utrum autem ſuper replicatis, quæ opponuntur contra exceptio. incidentem, uel emergentem, etiam ſit pronunciandum, uide quod di cit Ioan. And. in c. 2. infra de excep. Bald.

b ¶Canonica. Ponitur ergo hic dictio, prout, limitatiuè, de cuius natura uide Bar. in extrauag. ad reprimendum, ſuper uerbo, prout, & dictionem, ſecundum, & dictionem, iuxta, uide Ioan. Andr. de uerb. ſig. Abbate.

c ¶Exceptio dilatoria, in prin. Adde glo. ſingu. in c. exceptionum, de excep. & in c. paſtoralis, de excep.

d ¶Et læſum. Vel ibi fuit pronunciatum ſuper incidenti non ex neceſſitate, ſed ex uoluntate, quod fieri poteſt; ibi uide glo. & Bar. & hoc idem uoluit glo. in fi. ibi tamen ideò pronunciatur ſuper ærate, & ab interlocutoria appellatur: quia parat præiudicium in aliis cauſis; quod no. ibi ui de Bart.

e ¶Pronunciandum eſt. Adde etiam iſtud procedere, ſiue iudex pronunciet tacitè, ſiue expreſsè, ut in c. ex parte, el. 3. de appella. & per Bat. in l. à procedente, C. de dila.

SVMMARIVM.

1 *Spoliationem ſi reus opponit excipiendo, & tunc prius auditur, & ea probata reſpondere non cogitur: ſed ob id non reſtituetur: ſi agendo, ſecus, & ſimul utraque quæſtio terminatur. ſecus etiam actore replicante eam contra reum, uide nu. 17.*
Diuiſio capituli, ibid. uer. In. i. facti.
2 *Nomen actoris quando ſit & item rei exprimendum, & quod.*
3 *Contra laicum agitur in eccleſiaſtico foro ex duobus hic caſibus, & quibus.*
Caſtrum qui potuere præſignare, uel defendere, & non fecerunt, tenentur, exercitu ueniente.
Conductor etiam locatori ex eiſdem tenentur cauſis, ibidem.
4 *Iniuriæ tot ſunt, quot ſunt capita exercitus, ſi liberi, ſecus ſi ſerui, & ratio.*
In interdicto, unde ui, etiam quæ noſtræ ſunt commiſſa cuſtodiæ ueniunt, ibid. ad dicti. animalium.
5 *Damnum in quibus datum ſit, an & quando omnia ſint exprimenda in libello.*
Super ablatis rebus iuramento actoris, & taxatione præmiſſis, ſit condemnatio, ibid. uer. reſpondeo.
6 *Actionibus pluribus competentibus, declarare, qua uelit uti actione, debet actor, & ſecundum quam condemnatio fiet. nu. 7.*
8 *Spoliatio ante litis opponenda conteſtationem, niſi in duobus caſibus, & quibus, uel ſub proteſtatione, & nu. 13. uer. Eſt autem.*
Citra, pro ante, ibid.
Quies pro pace, & ſine reclamatione, ibid.
Reſpondere quis non cogit agentis petitioni, niſi prius fiat reſtitutio poſſeſſionis, ibid. ad dictio. reſpondetur, fallit, nu. 17.
Incontinenti probare intra quantum temporis dicatur quis, ibid.
9 *Vſufructuarij, & uaſalli reſtitutionem poſſeſſionis à proprietario etiam petere poſſunt.*
Retentio rei reuerſæ ab alio poſſeſſæ ad dominum licet, excipiuntur duo caſus, & qui, eod. nu. ad dictio. reuertitur.
Prædoni etiam datur interdictum, & exceptio contra ſpoliatorem, ibid. uer. unde non.
10 *Spoliationis propoſitio, utroque etiam modo fieri poteſt primo in modum actionis, ſecundo exceptionis, & coram quo.*
Reconuentioni locus non eſt coram arbitro, ibid. ad dictio. propoſita, & refert coram quo fiat, ibid. ad dictio. mutuæ. dicitur contingens cum conuentione, nu. 11. uide alia num. 13. & 14. & quomodo in ea ſimu cum conuentione, procedendum ut, ſi altera patiatur exceptiones, altera minimè, nu. 12.
11 *Contingentes ſe minimè quæſtiones dicuntur, etiam quãdo non ſunt iure reconuentionis illaqueatæ.*
12 *Appellare pro ad iudicium prouocare.*
In mutuarum quæſtionum negocio quis erit proceſſus, ibid.
13 *Spoliationis exceptio quibus caſibus, & contra quos locum habeat, & quando proponenda, & num. 14. & 15. & qualiter in ea pronuncietur nu. 16.*
Spoliato competunt actiones multæ, & quæ, ibid.
14 *Electionis confirmatio quando petitur, non ſubuenitur opponenti per exceptionem ſpoliationis, & ratio.*
Oppoſitoris uoluntarij, & inuiti non eſt par conditio in admiſſione exceptiones, & cuius, ibid. uer. & ideò.
Oppoſitori tamen electionis multæ competunt actiones, & exceptiones, & quæ, ibid. uer. multæ tamen, remiſſ.
15 *Excipiens licet quodam modo dicatur agere, tamen propriè non eſt actor, & qua ratione dicatur agere.*
16 *In exceptione ſpoliationis, & excommunicationis modus quis pronunciandi.*
17 *Leg. parentibus, de inoff. teſta. ff. & cap. quod ad conſultationem, de re iudi. quando ſit locus, uer. dic contra.*
Renunciare quis non dicitur priuilegio per actum diuerſum, ſed contrarium, ibid. uer. dic contra.
18 *Reſtitutio, ſpoliatione in modum exceptionis probata, quãdo fiat.*
Exceptio non ſolum eſt repulſio actionis, ſed repulſio ab officio, uel munere publico, uel honoribus, & quibuſdam alijs, ibid. ad dictio. repellatur.
Quid differat à proteſtatione & actione, & quid conſequitur, num. 20.
Excipi poteſt etiam contra non agentem, nec querelam exponentem, imò etiam contra inuitum & renitentem, eod. nu. 18. uerſi.
Ex quibus concluditur.
19 *Pœna extraordinaria infligitur, crimine in modum exceptionis probato.*
20 *Proteſtatio, & actio differunt ab exceptione, & quid unaquæque efficiat, & conſequatur.*
21 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. & nu. 22.*
Articuli quot ſunt, tot ſunt ſententiæ.
Excipiens uidetur experiri, §. in gl. hic patet.
In exceptione ſi ſuccubui, an directo agere poſſim, ibid. ad uerſi. & ibi, §. ulti. & nu. 29.
Ciuilis quæſtio quibus caſibus criminali non obſtet, neque contra, ibid. ad dictio. ciuiliter.
23 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
Vis priuata quam irroget pœnam, ibid. & locum habet ipſa, cum res debitoris occupatur ſine iudicis auctoritate, ibid.
24 *Ex delicto ſiue dolo abbatis hic tenetur monaſterium, & quare, & quibus concurrentibus.*
Spoliationis exceptio non competit, niſi ubi competit interdictũ, ibi. uer. & generaliter, & an interrumpat præſcriptionẽ. nu. 26.
Interdictum, unde ui, contra quos non competat, ibidem. & in qua cauſa poſſit opponi, nu. 27. & nu. 30.

Prior

Prior qui appellat, prior agat, quando locum habeat hæc regula, remiſſ. ibid. §. In glo. ff.
25 *In mutuis quæſtionibus an lata ſententia ſuper una tantum, differatur executio ſuper altera, & quando accidat non terminari una ſententia, ibid. §. ſed quid.*
Stipulatio una dicitur ex conceptione uerborum, & tamen ſunt plures reſpectu plurium rerum, ibid. ad uer. & in fine.
26 *Præſcriptio non habet locum in rebus occupatis & mala fide poſſeſſis, & quæ ipſam interrumpat, ibid.*
28 *Probationes factæ in excipiendo, ualeantne ſi directè agatur, & quæ. et an in uno iudicio factæ ualeãt in alio, uide etiã n. 32. 33*
29 *Exceptio rei indicatæ quando in modum actionis experienti obſtet, ſi prius in exceptione ſuccubuit.*
31 *Excommunicatus etiam non infamatus uitandus, & quomodo.*
Excommunicatio ex ui interlocutoriæ latæ in primo iudicio nunquid in ſecundo probabitur.
Accuſan. ab accuſatione propter aliquas cauſas repulſi, non ideò puniuntur, niſi aliàs directè contra eos agatur, ibid. in fin.
33 *Excommunicatus repulſus ab abſolutione, donec ſatisfaciat, non audietur iterum ex iiſdem actis id petens, niſi ſatisfaciat.*
Et an per probationes ſiue ſententiam primi iudicij, niſi denuò iterum conueniatur, in alio iudicio repelletur, & excommunicatus denunciabitur, uel aliàs manus contra eum iudicis aggrauabitur, cum ad hoc non ſit actum, diuerſa concluſio ſit ex iuris ciuilis & canonici differentia uide. etiam nu. 35.
34 *Excipi poteſt ut à iure ſuo cadat excommunicatus, non ut ab agendo repellatur, nu. 34.*
35 *Innocentius hic, & in multis alijs aruiculis arguitur fuiſſe nimis ciuilis, & ſubtilis.*
Subtilitas reſpicitur in ſpiritualibus, ubi bona fide agendum, & animarum periculis occurrendum, ibid. uer. quamuis enim.
Procedendi diuerſitas eſt inter ius canonicum, & ciuile, ibid.
Confeſſio, & probatio, ex qua quis conuincitur reddunt notoriam exceptionem, & quem habet effectum, ibid. uer. igitur tenendũ.
Excommunicationis exceptio & denunciatio competit cuilibet populo, ibid.
Repellendi qui ſint ubique, qui ſint in uno iudicio conuicti, uel confeſſi, ibid. uer. & ſi per conſequens.
36 *Crimen indirectè, ut contra teſtem probatum, uel confeſſum non repellit eum à promotione, niſi in duobus caſibus, & quæ crimina ſic probata uel confeſſa in omni iudicio quem repellant, uide num. 35.*
37 *Lenocinij exceptio non prodeſt uxori iure ciuili, ſed contra iure canonico, & quando.*
Leg. primæ. §. ſi publico, ff. de adulti. intellectus, ibid.
38 *Cap. cum tu, inf. de teſti. cum hac decretali conciliatio.*

CAPVT II.

a ¶Restitutionem.Sed quid si scribam,electus fuit, & confirmatus, tamen possessionem habet,an ea tunc spoliatus obtinebit restitutionem?hic tex.cum sua glo.i.innuit quòd non. forte posset dici, quòd sic,cum poss.habeat coloratam, licet non iuridicè iuxta ea, quæ no.in c.cum nostris,de conces.præben.& c.causam,de rescr. & scripsi 3.q.1.§.patet ergo,Arch.

b ¶Cum.Continuatur tamen,& completur per hæredem usucapio cœpta à defuncto, quamuis fidum apprehenderit possessionem, ut no.in l.cum miles,ff.ex quib.cau.maio. ubi uide Bartol.& in l. cum hæredes,hic alleg.

c ¶Hæredes.Vide Bar.qui idem tenet in l.1.in fi.ff.de acquir. posse. & Guil.in spec.de peti.& posses.§.1.uersi.sed pone uacan.& quid in uniuersitate seculari,uide Bar.ubi supra,& in l.sicut,ff.quod cuiusque uniuer. no.§.fi.& in l.3.ff.de colle.illi.& uide Ioan.And.infra de testa.cum in officijs,in glo.ma.uer.sed quæritur.

d ¶Consue.Illud uerum in casu illius,c.aliàs regulariter contra quò ad possessionem,ut no.glo.in l.ut inter diuinum,C.de sac.san.eccle.& no.in c.cum duobus.§.idem rescripserunt,ff.pro soc.

e ¶Interdicto.Ibi uide Bart.qui ponit in hoc libelli formam, & per ipsum in l.stipulationes non diuiduntur,ff.de uer.obli.

f ¶Vsuf.Et an deiecto usufructuario uideatur dominus deiectus, uide Bar.post glo.in l.3.§.hoc interdictum,ff.de ui, & ui ar.

g ¶Quod sic.Vbi uide latius per Io.And.& sic dicas, quòd fuit appellatum à confirmatione,prout dixit Io.And.supra in glo.à quo cessat ar.quod facit ista glo.

h ¶Ad petitionẽ.Sic & qm̃ medij actus de iure seruantur,&res finẽ capit ab ultimo l.licet.§.quos, & ibi concordan. ff.de iure delib.

SVMMARIVM.

1 *Possessorio adipiscendæ, uel recuperandæ agere potest ante cõclusionem in causa,qui agit de proprietate,& quando possit ad possessorium recurri, & ad quod, uide nu.3.5.& 6.& an condemnetur in expensis,nu.4.*
Et quæ requirãtur,ut recurri possit,nu.7.uide ẽt nu.8.in fi.casum.
Diuisio decretalis,ibid.uer.Sunt duæ.
2 *Iudicium,uel litem qui inchoat,augurio, & rei dubiæ se cõmittit.*

Requiritur

Requiritur quandoque pars de intentione sua, ibidem uersi. requisitus.
3 *Fieri non posse dicitur, quod fit per extraordinarium auxilium,*
Conclusum in causa quando dicatur,ibid.
4 *Aut per, Et,uel idest.*
In expensis an condemnetur qui redit ad possessorium,ibid.uer. nec tunc,quid contra,uide nu.25.& uide nu.27.28.
5 *Enallage ad uerb.uendicauerit.*
Præteritum pro præsenti,ibid.
Interdicto restitutorio qui teneantur,ibid.
Experiri pro agere.
Quæ, pro quorum quædam,ibid.in fine.
6 *Possessoria quædam simul incedunt cum petitorio, & quædam præcedunt ipsum.*
Inculcare,pro addere,ibid.
Fraudibus uia non aperienda, & qualiter hic committi posset ab redeunte ad possessorium,ibid.ad dictionem,Fraudibus.
7 *Perspiciæ indicia pro præsumptionibus uiolentis.*
Petitorium ut suspendatur,quæ concurrere debeant,ibid.
8 *Casus,& malitia quomodo differant inter se.*
9 *Epilogus,& suffragium glossarum.nu.10.*
Auspicia iuris quæ, & quod in eis ꝓponi possit,& nu.11.in prin.
Experiri,idest agere.§.2.
Actionis electio facienda,si competunt plures actiones eiusdem rei nomine,ibid.& nu.12.§.1.
Testes quo tempore producendi.§.3.
Ad possessorium possitne redire qui succubuit in petitorio,& sicut è conuerso.§.penul.& nu.24.
11 *Additio glossarum.*
Legis,si de proprietate.C.si non à compe.iudi.intellectus,ibid.
12 *Proprietatis, & possessorij causa non debet eodem committi tempore diuersis.*
13 *Interdictorum libelli quo modo formandi,& quorum,remiss.*
De Saluiano interdicto ubi tractatur,remiss.ibid. in fin. & cui detur; numero decimoquinto.uer. Saluianum autem. & unde dictum ibid.
14 *Quorum bonorum,& quorum legatorũ interdicta quæ, & cui dentur, & qua de re,& nu.15.*
16 *Interdicta,unde nomina sibi sumpserint.*
17 *Vnde ui,interdictum uidetur,& ad quam rem,ibid.*
Quod ui aut clam,ad quid detur,& quando,ibid.
18 *Vtrobi,interdictum & uti possidetis pro quibus dentur rebus.*
Vendicare possum tam ab eo qui ciuiliter, quàm qui naturaliter possidet, ibid.
Possessorium retinendæ ratione etiam naturalis, in qua turbatur quis proponere potest,ibid.uer.& proponi.
Possessoria etiam retinendæ quando cum petitorio concurrant, ibidem.
19 *Possidere se quis ignorare potest,& quo casu.*
20 *Contraria quando liceat proponere.*
21 *Possessoria quomodo hic intelligantur præcedere uendicationem, & nu.22.uer.quatuor ergo.*
22 *De aqua ex castello ducenda interdictum quod & quando competat.*
Castellum quid,ibid.
23 *Violentiam qui probauit, an ei adiudicanda proprietas, & quo probato.*
24 *Ad possessorium ne redire possit, qui succubuit in proprietate, & quando.*
25 *In possessorio qui obtinet, an condemnetur postea in petitorio in expensis:uide nu.27.28.*
26 *In possessorio quando pronunciari possit non probato dominio.*
Cap. cum super supra eod. & cap. cum dilectus, de capel.mona.in quibus locum habeant,ibid.
Ad petitoriũ ne suspensum,restituto spoliato procedi debeat à spoliatore denuò,an peti,ut sententia feratur,& quæ,ibi.uer. unde dicit,& nu.27.
Auten.qui semel, quando locum non habeat,ibid.
Aduocatus quando non debet habere læsam conscientiam,ibid.uer. dicebat etiam.
27 *Petitorium & possessorium cum simul intentantur, qualis sit exitus,& nu.28.*

CAPVT V.

a
1 PAstoralis.[a] Casus.Qui† agit de proprietate, ante cõclusionem causæ possessorio adipiscendæ, uel recuperandæ agere potest: post conclusionẽ uerò,& ante sententiam hoc non potest, nisi causa iusta subsit.& sunt duæ partes principales.in prima cõsultatio. in secunda respõsio,ibi, Consultationi.secũdam subdiuide in duas partes: quia respõdendo distinguit,an sit,uel non sit conclusum in causa. secundum mẽbrum ꝓsequitur ibi, Si uerò. prima pars tria facit, quia primò respõdet ad primum distinctionis membrum.secundò ibi, Cum legali, responsum probat 3. Ibi alijs, protestatur. in uersi.si uerò, ubi est secunda secundæ partis,etiam tria facit,quia primò respondet secundo membro responsionis causam inserẽdo ibi, Ne lites.secũdo in uersi.nisi, ponit casum exceptum, quem statim exẽplificat ibi, Puta.tertio ibi, Is igitur, generalem dat doctrinam.& non fuit hæc ad consultationem Helien.sed Nouion.[*asserit*] generaliter concludẽdo,forte ut sibi iustitia fieret,supra de ordi. cog. c.2. & tunc bene sequitur, Inter ipsa, &c.[*Auspicia*]sicut olim in aspectu auiũ ꝑcipuè cõsistebant auguria
2 26.q.4.c.1.post prin.sic† augurio,& rei dubiæ se committit,qui iudicium inchoat,cuius euẽtus est dubius, secundum Abb.ff. de pecu. quod debetur[*Requisitus*] sic requiritur reus,supra de iudi.c.1.& criminum delator,infra de ac.licet.§.1.Ho.[*nullam*]nunc in electione quam facit de petitorio [*processum*] nõ dicit quantum unde infra distinguendũ [*Consultationi*]qua quæsiuisti,
3 utrum petitorio pendente† possit ad possessorium haberi recursus, Hostien.[*Adipiscenda*] licet hæc duo exprimat, non per hoc simpliciter innuit contrariũ in possessorio retinendæ, nec simpliciter intendit per hoc approbare opi. Mar. qui dixit illud non concurrere cum petitorio:sed dic,ut dicam super 4.gl.[*renunciatum*] probationibus facti.nunquid ergo publicatis attestationibus super petitorio, & disputatione super illis habita, potest rediri ad pos.quod uidetur: quia ꝓpositiones, & instrumenta adhuc potest probare, infra de fi. instru. cum dilectus, & c. cum Io.& sic non est causa tam liquida, quòd diffinire posit; & sic non obstat,quod sequitur.sed dices, quòd sm hoc ẽt post conclusionem poterit rediri ad possessorium,cum & tunc per beneficium restitutionis in inte.posint probationes induci,supra de resti. in inte.auditis. So.non dicitur fieri posse, quod fit per extraordi. auxilium,
b secundum Innocen.[b] secundum quem tunc dicetur conclusum, quando probationibus facti, & iuris renunciatur;ita,ꝙ nec de iure,nec de facto altera partiũ auditur, & uide in specu. de renun.& conclu.in prin.
c & uersi.& no.[c] [*Aut*]pro† & T.licet Gof.uideatur di-
4 cere,ꝙ idem est renunciare,& cõcludere, & tunc exponeretur, Aut,pro idest.sic in auc.de testi.§.quia ue-
d rò multi.sed dic, ut proxi.dixi.[d] [*Agi potest*] nec tunc condemnatur in expensis; de hoc in spe. de expen.§. iuxta, uer.quid si suspenso. hoc intelligo in prin.litis possessoriæ: sed bene condemnabitur, cũ absoluetur reus ab instantia petitorij, ut dicam super glo.pe.[*Legali*]ff.de ui & ui ar.l. cum fundum.§. ulti. [*Vendicauit*]
5 i.uendicare† cœpit. T.[*Potuit*]quia spoliauerat, mandauerat,uel ratum habuerat, infra ti.1.cum ad sedem [*Experiri*] idest agere, ut supra[*Pendente*] hodie in beneficialibus per ap.deuolutis ad curiam tam appellatus, quàm appellans possunt nedum petitorium, sed etiã possessorium intentare,& potest alter ante conclusionẽ suspẽdere petitorium à se & ab aduersario inchoa

tum in ſolo poſſeſſorio procedendo, ut in conſti. Clemẽ. eo. ti. cauſa [*Intentare*] ut ponebatur in caſu de nouo inchoando: fortius ſecundum Inn. poterit, ſi ſimul egerat utroque, illo petitorio. ſ. dimiſſo proſequi ſolũ poſſeſſorium [*Alijs*] finita eſt lex: nunc loquitur papa [*Quæ*] ſi exponis, ideſt quorũ quædã, litera plana [*Præcedunt*] & † quædam ſimul incedunt; & de his in glo. [*Inculcentur*] ideſt addantur. Hoſtien. [*Et uia*] quam iura præcludunt, infra de diuortijs, quanto. §. pe. inſt. ui bo. rap. §. ſed nedum, Hoſt. [*Fraudibus*] dicunt quidam, nũc uolentium teſtes ſuper poſſeſſorio producere, ut etiã ſuper proprietate forte nõ probata deponãt: ſed hoc reprobatur. infra de teſti. ueniens. 2. Tu dic ſecundum Ho, Fran. uolentium in grauamen rei ſententiam differre in petitorio. Idem Ab. [*Expedire*] actori, & iudicia
7 riæ æquitati [*Perſpicuis*], ideſt præſumptionibus † uiolentis, ex quibus etiam probatur dolus. C. de dolo. l. dolum, Hoſtiẽ. [*Iniquitas*] dicit Pe. ut quia ſpoliatus de hoc habet probationes in promptu. ſed Inno. licet alternatiuè, uidetur dicere, quòd iniquitas ſpoliatoris non ſufficit, & ſi de illa conſtet, uel conſtare poſſit, ut peritorium ſuſpendi poſſit, & ad poſſeſſorium recurri, niſi appareat ſubtractio probationum malitia, uel caſu, uel alia iuſta cauſa; & imputet ſibi ſpoliatus, qui concluſit in petitorio. unde dicebat Hoſti. quòd ſi ex hoc inſurgit aliquis fauor ſpoliatoris, non tamen fit hoc propter ipſius fauorem, ſed propter iudicij æquitatem. ſi. infra de excep. cum inter. & pro hac opinione facit copula, quæ ſtatim ſequitur [*Et caſu*] caſum
8 † ponit cum præter propoſitum [*malitia*] cum ex propoſito, puta caſu incendi domum meam, & tuam uicinam, propter quod perdidiſti inſtumẽta, vel caſu occidi teſtes tuos, uel his ſimilia. malitia uerò cũ ad hũc finem prædicta feciſſem,, uel his ſimilia [*Æquitatem*] ponunt Pe. & Abb. exemplum, ut quãdo ſunt in mortis periculo teſtes, per quos uolo probare poſſeſſo-
9 riũ; ad hoc, ut lit. conteſt. quoniam. ¶. 2. † glo. not. tres caſus, quibus delegatus petitorium, & poſſeſſorium cognoſcit, & ſignat contrariũ de. l. &c. ¶ 3. glo. arguit. ¶ 4. glo. proſequitur triplex poſſeſſorium adipiſcendæ, recuperandæ, & retinendæ, & ponit tria interdicta primi: duo ſecundi, & duo tertij. demum ponit quadruplicẽ lecturam illius uer. Alijs poſſeſſorijs, prima, quòd loquatur de poſſeſſorijs retinendæ, & ſoluit cõtrarium dc. §. nihil. ſecũda loquitur de interdictis, quę habent miſtam cauſam. 3. de præparatorijs. 4. ſecundũ caſum. l. primæ, C. de ap. & in fi. primã approbat. ¶ *Gl. ſed nunquid*] quærit, arguit affirmatiuè, ſoluit contrariũ. ¶ Antepe. gl. no, quòd ſuccumbens &c, obijcit, & ſol-
10 uit. ¶ Pẽnul. glo. quærit obijciendo, & reſpon. ¶ *In* ‡*gl. 1. ibi. l. pe.*] hæc lex dicit in litis exordio dilatoriam proponendã, ſequens ult. de codicillis, dicit, quòd inter iuris auſpicia reus eligit, an directè ex teſtamento, an fideicommiſſo petat hæreditatem. ¶ *In glo. 2. ibi, ſi de proprietate*] ideſt intelliges in ſolutione, quam dabo, & in glo. antepe. in fi. ¶ *In glo. 3. ibi. §. ult.*] hanc. l. & præall. ui de iudi. dilecti, ſuper fi. 2. glo. [*& ibi. l. uerum*] nomine rerum dominicarum, quas ſeruus manumiſſus ſuppriмebat, competit contra eum ad exhibendum, & furti condictio [*& ibi. §. quot.*] ſequitur, concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine, una quis experiri debet. ¶ *In glo, 5. ibi, quia uerò multi*] ante concluſionem, uel aperturam teſtium producendi ſunt teſtes. ¶ *In glo. ſed nunquid, ibi, ſi quis in tantam*] intelliges per id quod ſequitur. ¶ *In glo. antepe. ibi, cum quæritur*] uide de libel. obla. c. 2, ſuper glo. 2. [*& ibi. l. 4.*] ibi dicitur; uſufruc. in multis caſibus pars dominij eſt [*& ibi, ſi quis cum totum*] uide de or. cõ. c. 2, ſuper glo. hic patet [*& ibi, Officiũ*] lex Iul, dicit de pacto, uel uſuca. ſed ſic iacet litera, ubi probaui rẽ meã eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, ‡qui non obijcit aliquam exceptionem [*& ibi, Officium, in fi.*] etiam ab eo, qui non poſsider, uendico rem, ex quo facultatem habet reſtituendæ rei [*& ibi, bona fides*] uide de depoſi. bona fides, in glo. pe. ¶ *In glo, pe. ibi, res alienas*] l. ulti. eſt. uide de reſcrip. olim
11 in ulti. gl. ¶ *In*† *glo. 1. in fi.*] & C. de ſatiſ, l. una, Goffr, & C, de falſis, ubi no. ¶ *In glo, 2. ibi, propietatis*] ſecus, ſi cauſa poſſeſſionis tantum, ſecundum Io, Vin. all. infra de ſequeſ. poſ. c. 1. & adde, quod ibi dicam ſuper glo. 3. [*& ibi, ſi de proprietate* ſo. illud poteſt intelligi, quando delegans expreſsè prohibuit, ne cognoſceret de poſſeſsione, uel ubi petitorium tãtum fuit propoſitum, & ſuper poſſeſſorio pronunciatum, ſupra de or. cog. cum dilectus, ad fi. uel uerius ibi dicitur, quòd per ſententiam latam ſuper poſſeſsione nõ præiudicatur uolenti agere ſuper proprietate, ſecundum Hoſtien. [*&*
12 *in fi.*] Vin. dicit, quòd † eodem tempore non debet cauſa proprietatis, & poſſeſsionis committi diuerſis, ut ibi, ¶ *In glo. 3. in fi.*] de hoc ſupra de iudi. dilecti, Ho. remittit ad ea, quæ no. de elec. querelam. ¶ *In glo. ad intelli-*
13 *gentiam, ibi, quorum legatorum*] horum interdictorum † libellos, & formas in ſpe. de teſta. §. nunc dicendũ [*& Saluianum*] de hoc in ſpe. de do. & contu. §. poſtquam,
e uerſi. ad hoc ſi. [*& ibi, prætorio* e] nam cum † ius ciuile
14 non recognoſceret filium emancipatum ad ſucceſsionẽ patris, petebat ipſe à prætore, ut poſſet agnoſcere, & adire paterna bona, & poſtea contra detentores bonorum illorum dabatur hoc interdictum, ac ſi diceret, ago, ut aſsignes mihi poſſeſsionem talis rei, cũ ſit de illis bonis, quorum bonorum de auctoritate iudicis poſſeſsionem agnoui. & dicitur adipiſcendæ: quia adipiſcitur poſſeſsionem, quam prius habuit [*&*
15 *ibi, Interdictum*] ſ. Quorum † legatorum, datur hæredi contra legatarium, qui iacente hæreditate legatum apprehendit; ac ſi dicat, ago, ut mihi aſsignes poſſeſsionem talis rei, cum ſit de illis legatis, quorum legatorum ego ſum diſtributor, & de hoc, infra de ſucceſ. ab inteſ. c. fi. in glo. pe. Saluianum autem datur domi-
f no pro rebus, quas colonus, uel inquilinus f in fundo inuexit, ne ſuam amittat penſionem. unde, ſi res illæ aliò fuerint exportatæ, cũ eſſent illi tacitè obligatę adipiſci poteſt illarũ poſſeſsionem per Saluianum in terdictum, ſic dictum ab inuentore. Interdctorum.
16 enim quædã † ſumunt nomen ab inuentore, ut iſtud. quædam a ſui materia, ut interdicta, Ne quid in loco publico; Ne quid in loco ſacro; Ne uis fiat ei, qui de tabulis exhi. & ſimilia. Quędam à uerbis edicti, uel ipſorum parte; ut Quorum bonorum, Quorum legatorum, unde ui, & ſimilia, & eſt ſi. quod hodie dicimus de formis literarum papalium, Ea quæ de bonis; Quicquid poſt iter æreptum, Ne inane, & ſi, [*& ibi, unde ui*]
17 ui bonorum † raptorum [*& ibi, Aut clam*] de iſto ultimo patet, infra ti. 1, Item cum quis, & ad quid detur, & quando, ibi no. Interdictum autem, unde ui, datur pro recuperanda poſſeſsione rei immobilis, unde ſi eieciſti me de fundo, uel domo, ago, ut recuperem poſſeſsionem domus, unde ui me eieciſti. Si uerò abſtuliſti rem mobilem, tunc datur interdictum, ui bo-
18 norum ra. p quod recupero poſſeſsionem rei mobilis quam rapuiſti, uel abſtuliſti [*& ibi, Retrobi*] primũ † pro rebus immobilibus: ſecundũ uerò pro mobilibus, & de his ſatis, infra de proba. licet [*& ibi, Et è conuerſo*]
g de hoc iam uidi dubitari g. & uidetur hodie per Cle. e. ti, cauſa, dicendum contrarium, cum dicatur ibi ſpeciale in odium ſpoliantis, quòd de petitorio tranſitur ad poſſeſſoriũ; ibi uide in gl. per hęc [*& ibi, uti poſ.*] hoc uerum quò ad ciuilem poſſeſsionem, quã habere poteſt, qui vendicat, cuius reſpectu agit, Vti poſ. quia turbatur in illa, ut no. in §. nihilominus. plus dico, q is, qui poſsider ciuiliter & naturaliter, & rem uẽdicat ratione

tione detentationis, quam alius habet, quòd poteſt. ff.
h de rei uẽ. officium h, in fi. poſſeſſorio poterit agere, ne in ſua ciuili & naturali poſ. turbetur. & hic nulla contrarietas. Item is, qui poſsidet naturaliter tãtũ, & alius ciuiliter, poſsibile eſt per eum proponi petitorium ratione ciuilis poſ. quæ penes alium eſt, cum contra ci-
i uiliter poſsidentem i detur rei uen. ut no. ff. de rei uen. l. 1. 1. reſpon. & proponi poſſeſſorium retinẽdæ ratione naturalis, in qua turbatur. procedit ergo ſolum cõtrarietas, quando is, qui contendit ſe ciuiliter & naturaliter poſsidere, & detinere, uult agere poſſeſſorio retinendę, & petitorio. nã hoc caſu deficit perſona, contra quam poſsit petitoriũ intentari, ſupra de iudi. examinata: aliàs poſſeſſoria etiam retinendæ concurrunt
k cum petitorio, ut etiam dicam, infra c. proxi. k [*& ibi, ignorabat*] Idem Inn. & ſi dicas, quomodo potuit ignorare poſsidere? reſpondit Hoſt. quòd is, cui ſucceſsit p aliũ poſsidebat, & hoc potuit hęres probabiliter ignorare. ff. de reg. iur. qui in alterius, & ſic debet probabili ignorantiæ ſubueniri, ſecundum ea, quæ no. de cleri. ex. mi. apoſtolicæ [*& ibi, Secundam*] & ſi dicas, immò in
19 † diuerſis inſtantijs licet proponere contraria. ff. de excep. nemo. ff. de inof. te. contra ueterani. §. ſed nec impuberis. So. ſecundum Gof. & Hoſ. illud uerum defendendo, non impugnando. uel habeat locum cum prima cauſa finita eſt, uel ei renunciatum; & ſic intelligi-
l tur. C. de inof. teſt. eũ, qui, & l. contra maiores l [*& ibi,*
20 *Præcedit*] ideſt † antecedit, uel præcellit. nam uendicãs poſſeſsionem quærit, quam iam habet, qui agit interdicto de retinenda, ſicut qui eſt ad eccleſiam, præcedit illum, qui uadit ad illam, ſecũdum Ab, [*& ibi, Alij*] ſecũdum Lau. cuius fuit hæc gl. ab hinc uſque in fi. [*&*
21 *ibi, Ex caſtello*] caſtellum † eſt receptaculum, in quo adunatur, & colligitur aqua, quæ poſtea per riuulos ducitur ad loca ſingularia, habens igitur ius ſic per riuulos ducendi, ſi impediatur, habet hoc interdictum, quod in iſtã habet cauſam, ut dicit glo. de 9. publicis interdictis, & 28. priuatis, uide in ſpe. e. tit. §. quia uerò, & §. ſe, & de his, & de edictis in ſpe. de ac. & pe. §. fi. uer. ſequit, & uer. ſe. [*Et in fi.*] 3. ergo lecturas illius uer. habes ex gl. primam, quod loquatur in poſſeſſorio retinendæ. ſecundam, quòd in his, quæ miſtam habẽt cauſam. tertiam, quòd de præparatorijs interdictis. quartã, quòd de caſu. l. 1. de app. C. de hac intricatione potes te expedire exponendo, ut dixi in textu. ¶ *In glo. hoc ſimptum, ibi, mandatum*] procuratoris, nõ iudicis, ne ſit contra, infra ti. 1. audita. ¶ *In glo. ſed nunquid, ibi, proponat*] & habe-
22 bit † neceſſe iterum probare uiolentiam, cum ſit alius modus agendi, infra de teſti. ueniens. 2. & idem, cum contra illum agentem de proprietate excipitur, ut infra glo. pe. erit enim tũc neceſſe etiam iterum probari, ſecundùm Hoſt. arguit in contrarium de decre. ueſtra, de coha. cle. & mu. e. ti. m ¶ *In gl. ergo ſi. ibi, rei indicatę*]
m 23 & hoc † uidetur uelle glo. ff. de interdic. l. 1. §. quædam contrarium no. C. eo. in certi. dicit Di. de reg. iur. qui ad agẽdum, lib. 6. primam gl. ueram in poſſeſſorijs re-
n tinendæ, uel adipiſcendæ. ſecundã n in interdicto, uel
o poſſeſſorio recuperandæ o. [*& ibi, Indeterminatè*] quaſi ſecus ſit, ſi quaſi duobus modis agendi ab eodem agebatur, & de poſſeſsione per ſe, & de proprietate per ſe. infra ti. 1. cum ad ſedẽ de elec. querelam. ſic ponebant Io. & Vin. magis tamen placet eis, quod ſequitur. ¶ *In glo. pe. ibi, Deiectionis*] ut no. ſupra c. proxi. & de teſtibus, ſignificauerunt, in ulti. glo. idem Dama, hoc ti. q. 2, tra-
24 ctat, an † obtinens in poſſeſſorio, condemnetur poſtea in petitorio in expẽſis. & dicit forte quòd non in odium uiolenti. nam & propter delictum reus perdere poteſt priuilegium, ut lite pen. eccleſia pri. ad fin. Si uerò ſuccumbit in poſſeſſorio, cõdemnabit. & idem, ſi reuertitur ad petitorium, & ſuccumbat. & idem, ſi non reuertitur, & reus inſtat, vt abſoluatur. C. de iudi. properandũ, & l. ſancimus. & auten. qui ſemel. C. quomodo & quando. ſed etiam quando non ſuſpendit petitorium, ſed omnino renunciat, condemnandus eſt. ff. de iudi. eum, quem temere: quia uictus &c. infra de dolo, finem, & faciunt quæ, infra dicam in diſtinctione [*& ibi, Proprietatem*] iſtud uidetur † æquum, ne poſſeſsionem ex alia cauſa ſibi delatam non perdat ex eo
25 ſolo, quòd ſe dominum nõ probauit. nec ob. ſupra c. proxi. quæ non de corporalibus, & de temporalibus, ſed de ſpiritualibus, Et electionibus loquũtur, in quibus requiritur canonica inſtitutio, de inſti. c. 3. vel hæc locum habent, ubi non conſtat, quòd de iure actoris. illa, cum conſtat, quòd nullum ius habet ſecundum Ho. uel ibi fuit ſuper vtroque concluſum, ſed hoc nõ ſoluit, nec etiam ſufficiẽs ſo. reſpectu finis huius. c. eiſdem modis reſpõderi poteſt ad dec. dilectus, de capel. mo. quæ multum facit contra, & ad decre. ſuborta, de re iudi. nec ob, C. quomodo & quando iu. autẽ. qui ſemel, quę locum habet in contumace ſecundum Gof. quando, ſ. in grauamẽ rei protrahit cauſam ſine iuſta cauſa, & citatus non uenit, uel uenit, & nil rationabile proponit, ſed differre intendit, maximè ut pereat copia reo probandi intentionẽ ſuam. hic loquitur, quando facit hoc ex cauſa à iure expreſſa, & in odium uiolenti, & in fauorem ſpoliati. unde in eius læſionem nõ eſt retorquẽdum. C. de legibus, quod fauore, unde dicit Innocen. quòd auctentica, qui ſemel, cum ſimilibus locum non habet, cum de iuris beneficio recurrit actor de petitorio ad poſſeſſorium, vt hic. dicit tamen, quòd ſuſpenſio petitorij non prodeſt, quãdo finito poſſeſſorio, reo in ſtãte, procedatur in prima inſtãtia ſaltem, quouſq; reus abſoluatur ab ipſa, & actor ſibi condemnetur ad expenſam, ut in autẽ. qui ſemel, & C. de iudi. properandum. §. 1. uel ſecundum ipſum Inno. iuſta cauſa eſt, ne procedatur in petitorio. cõtra auten. qui ſemel: quia ſpoliator deterior eſt, quã ignarus, vel qui ineptè proceſsit in cauſa. Multum autem lucraretur ſpoliator, ſi ex eo, q̃ uiolenter occupauit, non oneretur probare dominiũ, & obtineat nihil probans: quod tamen habuiſſet neceſſe probare, ſi non ſpoliaſſet. & damnificatur ſimili modo ſpoliatus, qui primò non habebat neceſſe probare ſe dominum, ſi ſpoliatus nõ fuiſſet, & hoc eſſet ualde iniquum, quòd iſte ſine culpa ſic grauetur, & ille ex culpa ſic remunere-
tur. & ideo dixit, iudicem non teneri ferre ſententiã ſuper petitorio, etiam ſi conſtet eam ferẽdam pro reo ſpoliatore ex eo, quòd actor ſpoliatus de proprietate non probauit maximè, quia cum ſpoliator cõtra ſpoliatum non poſsit intentare aliam actionem, quàm interdictum, de ordi. cog. c. fi, ſic nec poteſt petere, ut ſuper cepta actione petitorij procedatur. dicebat etiã, quòd aduocatus non debet habere læſam conſciẽtiã, quaſi det ſpoliato materiam peccandi, & retinendi alienum: quia poteſt eſſe, quòd res uerè ſua eſt, licet id nõ probet: plus tamen placet ipſi Innocẽ. quòd reſtituto ſpoliato petere poſsit ſpoliator, quòd procedatur, & feratur ſentẽtia ſuper petitorio, de quo eſt actum, per dec. ſignificauerunt, de teſt. in fi. maxime, quia ex quo ſpoliato reſtituta eſt poſſeſsio, pro ipſo feretur ſententia, niſi aduerſarius de ſua proprietate doceat: quia tũc bene pronunciabitur contra poſſeſſorem, de fide inſtru. inter dilectos, in fine. Inducit ſi. de miſſo in poſ. in actione reali, qui ex quo factus eſt uerus poſſeſſor, non habet onus probandi dominium: ſed eius aduerſarius, de dolo & contu. prout. C. de iudi. properandũ. ſi hoc facit ibi contumacia, fortius & hic uiolentia. Hoſt. uerò dicit ſe non uidere, qualiter in hoc caſu cõgruè pronũciari poſsit. ſi enim primò ſpoliatus uendicat. & hoc iudicio ſuſpẽſo agitur interdicto, & proba-

ta ſpo-

ta spoliatione restituitur, qualiter poterit in hoc casu etiã actore instante ferri sententia super petitorio primò propositò? non enim potest dicere iudex, adiudico tibi spoliato rem, quam uẽdicasti, cum ipse dominium non probauerit: nec potest dicere, absoluo te ab impetitione spoliatoris, cum ipse nil petierit, sed solum conuẽtus fuerit, quare propter impossibilitatem ꝓnunciandi cessare oĩnò debent partes iudicis in petitorio, restituto spoliato: sed si spoliator postea agat, tunc congruè reus absoluetur, actore nil probãte, vel reprobato & repulso per condi. ex l. si quis in tantam. alias condemnabitur. quod dicit Hostien. de impossibilitate, uidetur falsum, nisi intelligat de sententia ferenda pro actore restituto. de qua dicebat Inno. supra

27 Ad intelligendam †autem materiam qualis sit exitus, cum simul petitorium, & possessorium intentantur, sic distingue, aut liquet de utroque, aut de altero tantum. si de utroque liquet, aut pro una parte tantum, aut de uno pro una, de alio pro altera. & si de utroque liquet pro eadem parte, si pro reo, planum est: quia super utroque absoluitur, siue liqueat, quia probauit de iure suo. siue, quia non probauit actor. supra c. 2. in fi. si pro actore liquet, ut quia uendicans, possessorio ẽt agens, probauit utrunque, iudex pronunciabit super utroque: quia de qua re &c. supra c. proxi. & si dicas, ꝙ pro nihilo pronunciabit super possessorio, ex quo super proprietate pronunciat, cum in executione possessio sequatur proprietatem, infra c. proxi. ff. de publi. l. pe. & ult. respõ. id uerum quò ad effectum restituendæ possessionis: sed ualet ad expensas, quas debet uictus uictori, de pœnis; calumniam. ff. de rei ven. l. utique. C. de iudi. properandum, & quò ad fructus, qui in possessorio recuperandæ debentur à tẽpore deiectionis habita ratione percipiendorum, infra ti. 1. grauis, ff. de ui & ui ar. l. 1. §. ex die, qui respectu petitorij non uenirent, ut no. in c. grauis. Si verò de utroque liquet, sed diuisim, uel pro altero tantum, subdistingue, aut liquet de petitorio pro actore, de possessorio pro reo, aut è conuerso. Primo casu in petitorio pro actore, in possessorio pro reo ꝓnunciabit iudex, & per hoc præcipiet actori restitui rem, ex quo sua est, infra c. proxi. ff. de publi. l. pe. & ult. sed propter impensas etiam sup possessorio pronunciabit, ut præ. l. utique. & idem de casu conuerso, in quo pronunciabit in petitorio pro reo, in possessorio pro actore propter impensas, & ꝓpter fructus, ut no. supra c. proxi. & infra de testi. significauerunt, in gl. fi. Et si quæras, an † tunc possessio restituatur actori, refert aut liquet de ꝓprietate pro reo, quia nõ probauit actor, aut quia reus probauit dominium; secundo casu pronunciatur pro reo, nec tenebitur tũc pos. actori restituere, quia dolo facit &c. de re. iur. dolo facit, li. 6. primo casu licet pro eo pronuncietur in petitorio, per id tamen nil consequitur ᵖ nisi ꝙ euadit condemnationem expẽsarum in petitorio, & scitur per id, quis teneatur ad expẽsas, ut præ. l. utique, & ff. de exce. rei iudi. l. ex sextante. §. Latinus. Secundo principali membro, quando liquet de altero tantùm, aut de possessorio tantùm, aut petitorio tantùm. si de possessorio tantùm, tunc aut pro actore, quo casu iudex condemnabit reum, & præcipiet actori restitui rẽ, & pendere poterit iudiciũ petitorij, donec de illo constabit; de quo si non constet, tenebitur actor ad expẽsas reo, ut sæpius dictum est: aut de possessorio cõstat pro reo, & tunc pro eo pronũciabitur, & pendebit petitorium, ut dictum est. Si verò liquet tantùm de petitorio. si pro actore, iudex pronũciabit rem suam, & præcipiet possessionem restitui, ut præ. l. pe. & ulti. ff. de publi. tamen licet pronunciet suam esse, adhuc de possessorio cognoscetur propter expensas, ut præalle. l. utique, & ff. iudi. solui. & seruus. Si verò de petitorio liquet pro reo: & tunc aut liquet, quia nõ ꝓbauit actor: & tunc parum prodest, sed absoluetur, & sententia cõseruat sibi retentionem, insti. de act. §. commodũ. aut liquet pro reo, quia ꝓbauit sibi probationis onus assumens; & tunc pronunciabitur pro reo, & erit effectus: quia licet postea de possessione constet ꝓ actore, non restituetur sibi possessio, sed remanebit penes reum, ff. de rei uendi. l. is qui, & de publi. l. pe. & ult. infra c. ꝓxi. [*& in fi.*] quæ an in causis ecclesiasticis locũ habeat, no. infra ti. 2. c. 2. & facit quod no. supra ti. 2. in 3. gl.

ANNOTATIONES.

a ¶Pastoralis. Ad materiam huius c. & an petitorium, & possessoriũ simul possit intentari, facit rex. in c. dilectus, de ca. mo. & uide plenè Bar. in l. generaliter. §. nihil commune, de causa poss. & proprie. etenim ibi dicit, quòd istud, quod dicit hic, post conclusionem in causa non possit immutari possessorium, procedit de æquitate canonica: sed de iuris ciuilis rigore secus, nisi quando esset cõclusum in petitorio, & speraretur ferri sententia diffinitiua absolutoria incontinenti. ratio, quia reus probaret se dominum, ut ipse ibi no. in prima combinatione, in uersiculo, prima combinatio Bar. uide Abb. in hoc c. qui ponit, an emendans libellum condemnetur in expen. dicit, quòd sic, si emendat addendo: secus, si minuendo, Bal. in repe. l. edita, quòd semper teneatur, maxime si minuatur qualitas continens totum libellum, & non solum ueniunt expensæ totius, sed & illius tantum articuli, uide ibi, Arch.

b ¶Iuno. Ad hoc optime l. apud Iulia. §. fi. ff. de leg. 1. & ibi uide Bar. & in l. continuus. §. cum quis, ff. de uerb. oblig. ad materiam facit, quod no. glo. & Bar. in l. arbitraria, ff. de eo, quod cer. lo.

c ¶Et no. Et ibi uide Io. An. quid si ab una parte est conclusum, & nõ ab alia? & ad materiam facit l. cum à nobis, & per docto. & Bal. ibi C. de dilat. qui allegat hoc dictum Inno.

d ¶Dixi. Aliquando exponitur, idest compensare, uide glo. in l. inter tutores. ff. de admin. tuto.

e ¶Prætorio. De istis bonorum possessionibus iunctis uerbis nõ desipientis, uide ff. de succ. edic. l. §. qui semel, & §. decretalis, & ff. quis or. in bon. posse. & l. 2. §. dies, & §. seq. & quomodo duplex est ista bonorum possessio. una edictalis, alia decretalis, ibi uide, & plenius per do. Bar. de Salic. in rubr. C. qui admit. ad bon. possess. pos. & an hodie sint opportunę, uel sint sublatæ, uide glo. & ibi docto. in l. certum, C. unde legi.

f ¶Inquilinus. An istud interdictum habeat locum in locatore prædii urbani, no. per Cyn. & moder. in l. certi iur. C. loca. & Bar. in l. 1. ff. de sal. interdic. & hic Ioan. And. sentit, quòd sic, ut uides, & in quo differt hoc interdictum ab hypothecaria, uide Bar. ubi supra.

g ¶Dubitari. Si delegato sit solum commissum possessorium, non uidetur hoc fieri posse, per notata supra in glo. 2. & super illa, & uide in decisio. conclu. 67. alias autem uideretur mihi Bart. sentire in §. nihil, in 2. combinatio. quòd hoc fieri possit, & idem domini de Rota conclu. 449. & 450.

h ¶Officium. De intellectu huius l. uide Ioan. And. supra ut lite non contesta. quoniam. §. quòd si super, in glos. quòd si non nominet, uersi. commodatarius.

i ¶Possidentem. No. etiam Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõe, de acq. poss. & scripsi 3. q. 1. ic. episcopis, de commodate, qui agit rei uendicatione contra commodatarium, ut, l. officium, ff. de rei uend. & utrobi ratione turbationis, quia non restituit rem, & uide de hoc Bart. in l. Pompo. §. si is, qui præcario, de acq. posses. ubi alleg. plures tex. & quid de eo, qui tantum detinet, Archid.

K ¶Proxi. In incorporalibus, in quibus possidenti datur uendicatio, idest confessoria, clarum est, quod simul potest ab uno ista combinatio interdictorum fieri. in corporalibus autẽ difficilius colligitur, sed uide de his plenissimè Bar. in l. prælleg. §. nihil, & de materia istius gl. uide Cy. Bar. Bal. & Sali. in l. ordinarii, C. de rei uen.

l ¶Maiores. Duplex est renunciatio, tacita & expressa, & de utraque no. ibi glo. & plenius ibi Bar. & tacita oritur ex concursu uendicationis, & interdicti.

m ¶Eodem titu. Quasi probatio uiolentiæ facta in petitione restitutionis faciat notorium in hac exceptione de l. si quis in tantam. sed sol. per not. per glo. hic patet, & super illa Ioan. And. in c. cum dilectus, supra de ord. cog.

n ¶Secundam. Vide de hoc, & de tota materia huius c. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acq. poss. & gl. 1. in fi. in c. solicitè, infra de restit. spol. Dic tu, aut reus initat, quòd compellatur prosequi petitorium inchoatum, & offert se probaturum, & tunc clarũ est, quòd cogitur prosequi secundum omnes, & obstat c. uestræ, si non offert, tunc. ut dicit Innocen. etiam actor compelletur prosequi, nec erit uana instantia, ut dicto c. nosti: quia si actor probabit, tũc condẽnabitur reus, & ipse declarabitur dominus: si reus probabat,

bat, tunc idem, si nec actor, nec reus, tunc actor absoluetur ab intentione rei, sicut in casu l. diffamari. C. de inge. ma. non dico ab impetitione, quia reus nil petit, & quia effectus est de possessore petitor, probare tenetur: aliàs succumbit, Archi.

o ¶Recuperandæ. Vide Ioan. An. supra e. c. 2. super glos. 2. & Bart. plene in §. nihil, prælleg. ubi etiam ponit, quando sententia lata in possessorio, faciat præiudicium petitorio, & hoc limita per id, quod no. Ioan. An. infra c. proxi. in glo. quod hoc dicitur, in fi.

p ¶Nil consequitur. Quia non declarat rem suam esse; quia non sequitur, actor non probauit, ergo reus est dominus: immo rẽ restituere tenetur. non ob. quod not. glos. in c. proxi. & in c. cum ecclesia, ubi actor non probauit in petitorio, sed in possessorio, sic & tunc ibi uolunt gl. quòd restitutio non fit re, sed uerbo tantum, quia ibi forte loquitur in beneficialibus, ubi actore non probante beneficium canonicè adeptum, quia aliter possideri nõ potest, ut in regula prima, de re. iur. lib. 6. non debet sibi restitui; ad hoc uide not. in c. suborta. infra de re iud. & quod not. in c. proxi. per Innocen. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Quæstiones reliquæ huius capituli præcisè ubi nam scriptæ.*
Sententia utra præualeat, si agatur ex una, uti possidetis, & ex altera, unde ui, & an super utroque sit ferenda. uide numero 5. & 9.
3 *Sententia si lata sit pro me in possessorio, & pro te in petitorio, & peto sententiam possessorij pro me latam executioni mandari, quid iuris.*
4 *Quid si lata sit pro me in utroque, reus appellat à sententia proprietatis tantum, & data mihi possessio, & iudex confirmat sententiam proprietatis, quid proficiet hæc sententia?*
5 *Executio præmittenda quòd sit in proprietate, quando locum habeat.*
De possessorio quod dicitur agi non posse post latam in petitorio sententiam, quando sit uerum, ibid. uer. sed è conuerso.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 7.*
Proprietatis, & possessionis causæ an & quibus casibus agi simul possint, & nu. 9.
Proprietas tanquam dignior adtrahit possessionem. §. 1.
9 *Actiones plures cum ad eãdem rem competunt, eligere debet actor actionem: secus si ad diuersa, ibid. uer. nam licet, & in alio casu, ibid. uer. item cum.*

CAPVT VI.

1 VM dilectus. Breue est, & prima † quæstio ponitur de arbitris, cũ dilectus. 2. & 3. de fi. instr. cũ dilectus [*Vna*] uide qæ no. supra de ordi. co. c. 2. in gl. si isti [*Præmittenda*] vide qæ dixi, supra c. 2. super gl. fi. [*In executione*] si. quia etiam super possessione mandatur sententia executioni, supra eo. cum
2 ecclesia, Vin. Sic † etiam ponderamus effectum, cum agit quis, Vti possideris. aduersarius contra eum; vnde
a ui. nam spoliatione probata, si dicatur pro utroque[a] ferri debere sententiam, sententia in interdicto, Vnde ui prævalet in effectu. Alij dicũt in interdicto, Vti possessentiam non ferendam; de hoc plene dicam, infra de præscrip. ueniens, in gl. iste episcopus [*Proprietas*] q d
3 si sententia † lata sit pro me in possessorio; pro te in petitorio, sed appellaui, & peto sententiam possessorij ꝓ me latam executioni mandari? vide in spe. de sen. ex. §. 1. uer. sed pone, ubi inuenies opi. Odo. quam hic no. Pe. & Abb. & de petitorio & possessorio. §. 1. uer. quid si is, & facit, quod no. ibi in uersi. præce. Hostiẽ. autem
4 † quærit hic post. Gof. de illo, qui agẽs petitorio, & possessorio obtinet in vtroque. reus appellauit à sentẽtia proprietatis tantum, & sic data est actori possessio. iudex appellationis confirmat sententiam proprietatis, quærit, quæ sit vtilitas. So. secũdum eos declaratio dominij, & condemnatio expẽsarum. ff. de rei uen. ex diuerso. C. de app. eos qui. non autem tenetur reus restituere rem, quam non possidet: nec dolo desijt possidere

b re. ff. de rei uen. si autem[b]. §. 1. & 2. [*Prævalere*] quod hic
5 † dicitur de præmittenda executione in proprietate, locum habet, siue una pars tantum egit petitorio, & possessorio; siue vna possessorio, & altera petitorio, siue simul cœperint agere, siue diuersis temporibus, dũ tamen sententia super utroque occurrerit ferenda. nã si primò lata esset super petitorio, & postea ferret super possessorio, nõ prodesset. sed è cõuerso bene põt fieri, infra de testi. significauerunt, secundum Inn. qui putat, qđ dictum est de possessorio agi non posse post latã sententiã super petitorio, uerum de spoliatione facta ante litem conte. uel etiam post litem conte. in petitorio tamẽ ante sententiam. nam de spoliatione facta post sententiam latam in petitorio agi posset; alle. Host. infra de ap. cum teneamur, & quod ibi no. & adde quod dixi, supra c. proxi. super gl. 1. ergo si, & dicã
6 de sequestra. pos. c. 1. super 3. gl. ¶ Prima † gl. ponit unã
c lecturam,[c] cui signat contrarium. ponit aliam, cui signat etiam contraria, ex quibus concludit: contra conclusionem alle. de. §. quia autem, & soluit. reuertitur ad secundam opi. quam dicit fuisse. M. & respõdet ad ipsius contraria. ¶ Vltima gl. signat cõtrarium. ¶ *In*
7 † *glo. 1. ibi, ordinarij*] vide has leges, supra c. 2. [*& ibi, nõ certificabat*] an. s. pro hærede, uel possessore, an pro legato [*& ibi. l. 1.*] dicit sic, Potest de falso causam cognoscens præses prouinciæ incidentem quæstionẽ proprietatis dirimere. ¶ [*In glo. 2. ibi, si rem alienam*] forte intendit de secunda. ubi si rẽ alienam tibi obligaui, & eam mihi precario cõcessisti, & postea dominus rei te hæredem in-
8 stituit, cessat pignus: sed durat præcarium. ¶ [*In† glo. 1. ibi, se possidere*] immò datur etiam possidenti contra eum, q non possidet, sed inquietat, infra de proba. licet, ubi de hoc [*& ibi, si de ui*] ubi de hoc [*& ibi, nullo modo*] nisi aduersarius consentiat, infra ti. prox. c. 1. [*& in fi.*] dicit
9 Hosti. quòd putat hoc † capitulum sine calumnia intelligendum, quãdo agitur de iure electionis, & utraque pars petitorium & possessorium deduxit in iudicium, siue agatur inter electos, siue inter eligentes, supra e. ti. cum ecclesia, & c. cum super, & tunc etiam ꝓ priè prævalet proprietas, ut ibi. Abb. ex prædictis not.
4. casus, quibus exemplificari potest hoc capitulum. primus, cum unus agens possessorio retinendæ, recõuenitur petitorio, uel è conuerso, infra ti. 1. audita. secundus, cũ unus agit petitorio, & possessorio recuperandæ simul, & semel supra c. 3. & 4. tertius, cum unus & idem agit petitorio, & interdicto, Vti possessorio ratione ciuilis possessionis, uel naturalis, quam habet, ut dixi. supra c. proxi. super. 4. gl. quartus, ꝙ unus aget possessorio recuperãdæ, & alter sibi refert quæstionem dominij, cui relationi agens consentiret, ut est dictũ per decre. 1. infra ti. 1. quintum adde per id, qđ dixi post Ho. supra e. cum ecclesia, super gl. 2. & sic & multis modis procedit casus, ut concurrant petitorium, & possessorium recuperandæ intentata ab eodem, & à diuersis. Item petitorium, & possessorium retinẽdæ intentata etiam ab eodem, & à diuersis. nec mirum, quia etiam
d secundũ leges[d] hoc negari non posset. nam licet quãdo competunt ad eandem rem plures actiones, actor eligere debeat: quando tamen competunt ad diuersa, possunt simul intentari, nec compellitur actor eligere. sed hic competunt ad diuersa, cum aliud sit possessio, aliud res, infra cap. ulti. [*e ff. uti possidetis. l. si duo. §. si ergo, &c. ff. de regu. iuris l. nemo ex his. §. quoties. Item cum res iudicata in uno, non præiudicat in alio, de re iudi. suborta, de capel. mo. dilectus, saluo quod dixi, supra titu. proxi. super glo. antepe. quod impedit utrunque simul proponi. ff. de exce. rei iudi. & an eadem. §. primo. Item si non calumniatur, uidetur casus. C. de iudi. l. nulli. ¶ In glo. ulti. ibi, suborta*] dic vt ibi. in glo. not. quòd.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶Vtroque. Quòd fieri debet ſaltem propter expenſas, ad hoc, qđ no. ſupra c. proxi. ſuper glo. pe. in diſt. Ioan. An. & quomodo concurrant iſta duo poſſeſſoria, quia reus agens interdicto, unde ui uidetur dicere actorem ui à ſe poſsidere, & ſic excludi deberet ab interdicto, uti poſsidetis, uide. ff. uti poſ. l. 1. §. fi. & ibi Bart. & Ioan. An. in c. ueniens. infra alleg. ſcias etiam, quòd interdictum, uti poſsidetis, aliquando eſt reſtitutorium, ut no. in l. clam. §. qui ad nundinas, ff. de acquiren. poſ. per Bart. & habetur in l. ſi duo, ff. uti poſ. & not. in l. 1. §. interdictum.

b ¶ Si autem. Imò idem, & ſi ab inſcio non poſsidebat, & iudicium proceſsit, hoc non quæſito, ut eſt tex. no. in l. ſi à re, ff. de except. rei iud. ubi uide Bar. & an & quando unus & idem agit petitorio, & poſſeſſorio uideatur ſe aſtringere tacitè ad probandum petitorium, uide Bal. in l. 2. C. de ſerui. in 12. q. & Innoc. in c. bonæ, de poſtu. præla. quod ibi non poſuit Io. An.

c ¶Ponit unam lecturam. Adde Bar. & d. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ.

d ¶Leges. Vide Bartol. aliter loquentem in §. nihil, l. naturaliter. ff. de acqui. poſ. & uide Ioan. And. ſupra c. proxi. ſuper glo. ad intelligentiam in apoſtilla, quæ incipit hoc uerum.

e ¶Capitulo ult. Ad hoc uide, quod no. Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõmune, de cauſa poſ. & proprieta. ibi his igitur, &c. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Conferẽdi poſſeſſionem quòd collator tempore collationis habebat, ſufficit ei, cui collata eſt dignitas, probare.*
De proprietate poteſt agere ſuccumbens in poſſeſſorio, ibid.
2 *Quæſtio qualis hic erat.*
3 *De poſſeſſione nunquid hic inquiri debuit.*
Confirmatio, uel collatio quando poſſit impẽdiri per exceptionem, & quando modis alijs, & quibus, ibid. & nu. 4. 5. 6. & 7.
4 *Officium iudicis competit contra ſpoliantem, & eum etiam qui debitum non ſoluit.*
5 *Cap. cum ſuper, ſupra eod. cum hoc nulla contrarietas, & eius intellectus.*
6 *Reſtitutio pro iuribus denegatis competit, quãdo prius poſſederat, non autem ſecus.*
7 *§. Si aduerſ. 1. q. 6. biduum, loquitur de actis in iudicio.*
Appellare non eſt neceſſe in his, quæ fiunt extra iudicium, ibidem niſi intra. 10. dies à die ſcientiæ, ibid.
8 *Poſſeſſio acquiritur ſcientibus, & tacentibus hic canonicis, ſecus, ſi reclamaſſent.*
Conſentire, qui ſciunt & tacent, ſibi fieri præiudicium uidentur, ibid.
Confirmatio fieri non debet, niſi poſſeſſorio finito, & quando, ibid.
9 *Dominium poſſeſſio non probat.*
Vendicari poteſt à poſſeſſore incorporale, ſicut & res corporalis, ibid.
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 11.*
Ad ius tribuendum uidetur neceſſarius quadruplex actus.
Procuratoris factum quod nocet domino. §. 1.
12 *Additio, uel ſuppletio gloſſarum.*
Appellatio non aufert poſſeſſionem, eod. num. 12.
Collatio tenet ab eo, qui eſt in poſſeſſione, ſi facta ſit, appellatione non obſtante, ibid.
13 *In iudicem ſiquis conſenſit, quem aduerſarius impetrauit, excipere poterit de ſurreptione contra reſcriptum.*
Aeſtimationem non recipit ſpirituale beneficium, ibid.
14 *Conuentio, & reconuentio habent locum etiam in beneficialibus, & qua ratione.*
15 *Emptor habet hæreditatis utilem.*
Venditor directam, ibid.

CAPVT VII.

1 VM olim. Caſus. Si referas decre. ad tit. de cauſa poſ. ideſt de cõmodo poſſeſsionis, dicit idem quod decre. querelam, de elec. ſic † ſufficit, ei cui dignitas eſt collata, ſi probet, q conferens collationis tempore ius conferendi poſſederit. uel aliter. Succum bens in poſſeſſorio de proprietate poteſt agere. & ſic patet falſum, quod dixit Inn. q decre. nil facit ad titulum & propter uerſi. & quia fuit olim & hæc decre. in ti. de off. deleg. in 4. copil. & primò deciſè narrat proceſſum. ſecũdò ibi, quoniam, reddit diffinitionis cauſam. ſoluit obſtaculum, & diffinit. tertiò proteſtatur,

2 & cauſam ſubdit, ibi, reſeruata. [*Quæſtio*] forte † talis erat quæſtio, vt dicam ſup gl. pe. uel quia Archidiaco. licet prouiſus per epiſcopum, nõ poſsidebat, uel quaſi, & ſic poſſeſsionem petebat. ſ. Archidiaconatum, & ſibi vt Archidiacono obediri. Sed obijcieꝯ, epiſcopus contulerat Archid. & ſic prouidendo confirmauerat ex confirmatione autem acquiritur ius adminiſtran-

a di, [a] etiam ſi confirmatio ſit facta ab illo, qui non habet ius eligendi, vt patet in eo, quod no. ſupra eo. cum

3 ſuper. uidetur ergo, quòd † non debuit inquiri in hoc caſu, an epiſcopus fuerit in poſſeſsione eligendi: ſed ſtatim debuit papa præcipere, ut ex quo confirmatus erat, pro Archid. haberetur, ut paret in eo, quod le. & no. infra de ap. conſtitutis. 2. §. fi. Item Archidiaconus iſte poteſt implorare officium iudicis ad hoc, vt in Archidiaconum admittatur, uel ut reſtituatur, ſupra de

4 offi. iudi. c. 2. quod † officium competit non ſolũ contra eum, qui ſpoliat, ſed & contra eum, qui debitũ non ſoluit, ut no. ſupra de ele. querelã. archipreſbyter uerò, & canonici non ſoluebant ei debitũ, ex quo ipſum non recipiebant in Archidiaconum, ut debebant. ad hoc dicas, q ubi confirmatio tali modo fit, q hi, qui ſe nunc opponunt, ante confirmationem habuerunt tẽpus congruum & poteſtatem excipiendi contra confirmandum; & tunc decætero nec de pacto in electio

b ne habito, nec de perſonæ uitio poteſt contra confirmatum aliquid obijci [b] excipiendo, quominus confirmatio, ſuum habeat effectum: in modum tamen accuſationis, ſeu denunciationis poteſt, infra de app. cõſtitutis. 2. §. fi. hoc ſaluo, quòd ſi cõfirmatus petat cõ-

c ſecrari, uel ordinari, [c] tunc in modum exceptionis repelli poteſt, & ſic ſuppleri, quòd in cõfirmatione fuit omiſſum, ſupra de elec. cum dilectus, infra de accu. ſuper his. ſed & quandoq; in his per ſupplicationem, uel reſtitutionem in inte. ſubuenitur, ut no. ſupra de offi. dele. paſtoralis. §. pe. quando autem is, qui ſe opponit ante confirmationem, congruum tempus nõ habuit, ſicut patet in eo, qui eligendo, ſiue conferẽdo confirmat, ualẽt quidem confirmatio, ſiue collatio; tamen dici poteſt, q ſi aliquid obijciatur contra electionem, uel contra confirmationem, uel etiam contra perſonam, ſed diffamatam, in hoc caſu effectus confirmationis, ſiue collationis impeditur, quouſque id, quod

d obijcitur, examinatum fuerit & etiam diffinitum, ut hic, & infra de acc. accedens [d], ar. bonum. 23. di. qui epiſcopus. 92. di. ſi quis ordinatus, & c. ſequentibus, & melius in auct. quomodo oportet epiſcopos. §. oportet autem in ipſo ordinationis tempore, & ſequen. col. 1. de ſancti. epi. §. ſi quis autem electum, col. 9. columna. 2. infra qui ma. accu. poſſe. fi. & eſt ratio: quia ille, qui collationem, ſeu confirmationẽ ignorauit, nec ad opponendum ſe tempus conueniens habuit, & in nulla culpa, ſeu negligentia deprehendatur, non poteſt aliud imputari, immò debet ei per ius & miniſtrũ iuris potius ſubueniri, ar. ff. de accuſa. ſi cui. §. 1. & in iuri

bus alle. infra eo. gl. uerſi. ubi ergo, & ſequen. & in eo, quod legi. & no. infra de re iudi. c. penul. & de cleri. ex.

5 apoſtolicæ. nec † ob. ſupra e. cum ſuper: quia ibi cõfirmatus petebat reſtitutionẽ pro eo, q fuerat ſpoliatus. hic aũt licet habuerit ius ex cõfirmatione: quia tamẽ nõ fuerat adeptus corporalẽ poſſeſsionẽ, nec petebat nec petere poterat reſtitutionẽ. ff. de acquir. poſ. cum hæredes, infra ti. 1. ex parte. §. 1. uer. 1. Item ibi petebat reſtitutio epiſcopatus, vbi aliquod peculiare occurrit,

ut patet

6 ut paret ex his, quæ ibi, no. Sed nec † ob. q pro iuribus denegatis competit reſtitutio, ſupra de ele. querelam: quia illud eſt intelligendũ de iuribus, quæ petẽs prius poſſederat; at hic nunq̃ poſſederat. & ideò cũ nomine ſuo, & non eccleſiæ ageret, nec interdictũ, nec officiũ iudicis competebat. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. interdictum autem hoc nulli competit, & l. 3. §. unde vi, interdictũ. ubi ergo opponens ante confirmationem nõ habuit tempus congruũ opponendi, nec põt ſibi imputari, tunc etiã poſt confirmationẽ auditur, ut ex præmiſsis patet. inde eſt, q clandeſtinæ confirmationis, ſeu collationis per exceptionẽ oppoſitã impeditur effectus, infra de app. ut noſtrum, ut benefi. eccl. c. uno. & idẽ dicendũ eſt, ubi aliquo procurãte facta & accelerata eſt ad hoc, ut in exceptione aduerſarius ſupplanteꝯ, ar. infra de dolo & contu. cum olim Daniel. j. de app. oblatæ. §. 1. uer. ſi uerò nõ ſit. Idem, ſi dicaꝯ confirmationẽ omnino nullã eſſe, ut no. j. de dolo, & contu. cũ olim Daniel. Idem, ſi fiat in abſentia illorũ, qui nunc ꝑdicũt,

e & ꝑdicere poſſunt: ſed tunc, quia abſentes [e] erant, non potuerunt, ar. j. qui ma. accuſ. poſ. c. fi. infra de accu. accedens;, nec ei poteſt imputari abſenti & ignoranti, ſi non oppoſuit ſe confirmationi: tamẽ Inn. hũc caſum non admittit. & licet in hoc caſu, qñ. ſ. abſens fuit, poſtea ueniẽs poſsit agere, & denũciare, ut infra qui ma. accu. poſ. c. fi. non tamen excipere. nec ob. infra de accu. accedens: quia ibi non audiũtur aduerſarij propter abſentiã ſuam, ſed ꝓpter infamiam cõfirmati. auditur etiã excipiens, ſi dicat eũ. qui ſimul elegit, & confirma

f uit, non habuiſſe ius eligẽdi, ut hic [f]. ſecus, ſi unus elegiſſet, & alius [g] confirmaſſet, & is, qui opponit ſe nũc confirmato, ante confirmationẽ ad excipiendũ tẽpus congruũ habuiſſet. talis. n. in modum exceptionis nõ audiretur, ut dictum eſt. & eſt ratio, quia exceptio minus canonicè electionis non ſuſpendit effectũ confir-

21 capitulat. ſed ſecundum modernam eſt hoc. 18. c. nec habet liber alle ſecũdum eam, niſi 27. c. [*& ibi, perſonæ*] 35. q. 1. c. 1. [*& ibi, Patrui*] alij habeat patris, & male, ſecundam id non differet à nouerca [*& ibi, olim*] & infra de diuor. c. ult. [*& ibi, exeluditur*] 88. diſt. fornicari. Lau. ¶ *In glo. omnibus, ibi, Prærogatiua*] Hiero. ſuper Dani.
22 c. periculoſum eſt † de magiſtrorum eccleſiæ iudicare ſententijs, &c. ibi uide, ipſe tamen dicit ad Alexandrum, non doctoris opinio, ſed doctrinæ ratio ponderanda eſt. ad idem cõtra Pelagi. li. 3. ſuper Zacha. C. [*& in fine*] qui tamen non benefactum, uel benefactũ emendat. laudabilior eſt eo, qui prius inuenit, de uetę. iure enuclea. l. 1. §. ſed nec. nã ſi qd aliter ſapitis, hoc uobis Deus reuelauit. 11. di. nolite. & ſi alij ſedenti reuelatum fuerit, prior taceat. 95. di. eſto ſubiectus, in fi. Gof. ¶ *In glo. Allegatio, in fi.*] neſcio, quid uelit hæc glo. niſi dicas, ꝙ Papa Grego. qui fuit magnus doctor, & conſtat, quãdo legit compilationes antiquas, tenuerit, quòd reſtitutio nõ eſſet facienda. & ita glo. fuit à Deo. & quidam habent alleg. papæ Grego. & poteſt intelligi, ut ſupra, uel errauit gloſ. credens hanc decre. eſſe Gregorij, quæ fuit Inno. II. ¶ *In glo. uidetur, ibi, gaudemus*] & infra qui fil. ſint legi. c. ult. [*& ibi, Collateralibus*]
23 æquali † linea, quia in inæquali non contrahunt. unde filij duorum fratrum cõtrahunt, ſed patruus cum nepte non, & ſic ſeruant Iudæi. Dixit autem hic Phil. quòd in ſecundo gradu aſcendentium, & deſcendentium non poſſet eccleſia diſpenſare. ¶ *In glo. hic patet, in fi.*] in gloſ. iſtorum opinio. ¶ *In glo. hoc eſt, ibi, literas*] hodie ſecus, eod. tit. c. 1. lib. 6. [*& ibi, Non iuratur poſtea de calumnia*] Sed de malitia bene; ꝙ dic, ut infra de iura. calumnię. c. 2. in fi. lib. 6. ¶ *In glo. penul. ibi, dicas quod non*] niſi ſecundum Io. moriens petiſſet abſolui, infra de ſentẽ.
24 excom. à nobis 2. uel † niſi eccleſia ſe uidens deceptã, poſt mortẽ illam abſoluat; quod poteſt, ſicut & ligat. 23. q. 2. ſane, & infra de hæreti. ſi quis epiſcopus, ſecundum. T. & Gof. poteſt autẽ in articulo mortis abſolui, ſecundum Hoſtien. quia iuramentum, quo iurat ſtare mandatis eccleſiæ, intelligitur de his, quæ non ſunt contra Deum, nec contra animam ſuam; de hoc de iureiuran. c. 2. lib. 6. & ſi moritur, ſepeliatur. ſi conualeſcit, iterum præcipiet iudex, quòd debitum reddat, ad petitionem mariti excommunicabit illam, ſi non reddat: & tamẽ iterum in articulo mortis abſolueret, & ſic in infinitũ ꝑm eum [*& ibi orare*] ſpecialiter: generalesq; orationes, quæ fiũt pro omnibus fidelibus defunctis, proderunt ei, ſecundum Vincen.

ANNOTAT ONES.

a ¶ 1. Diuina. No. ſecundum do. Ioan. An. Papam poſſe diſpenſare in gradu diuina lege prohibito, in c. per uenerabilem, qui fi. ſint legi.
b ¶ Perditur. quomodo poſſeſſio ſolo animo perditur incipiendo ab animo, & quomodo acquiritur, uide in l. 1. ff. de acquiren. poſſeſſ. per Bar. & in l. 3. §. in amittenda, eod. tit.
c ¶ Dictatium. Not. in iſta glo. expoſitionem uerbi, non poteſt. & ad materiam glo. uide Ioan. And. in c. actus legiti. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. ubi bona iura ad propoſitum alleg.
d ¶ Aliquis. Et de diuor. ſignificaſti in glo. ſiue agatur in poſſeſſorio adipiſcendæ, de quo in glo. uide ad materiam gloſſ. in l. ſi de ui, & Barto. ibi. ff. de iudi. & Cy. & Sali. in l. 2. C. de edi. di. Adr. tol.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionem coniugis petens, habet probare coniugium legitimũ ex conſenſu, uide latius, an hoc ita ſit, num. 6. 7. & 11. præcipuè uer. uel dic, & 14.*
2 *Nubilis ætas quæ.*
Si ſponſalia contrahantur ab impubere, cautè facit, ſi adueniente ætate contradicat, ibid.
3 *Si ſponſalia non tenuerunt, an ſuo iure cum alio matrimonium poſſit mulier contrahere, an uerò perere licentiam bonum ſit.*
Deciſum quod fuit ab hac decretali, ibid. uer. hic deciditur.
4 *In exceptionis, & actionis modum ſimul agine poſſit.*
Æquitas canonica, & prætoria attenditur, ibid.
Ordo ſeruandus, per quem quid citius expeditur, ibid. in fi.
5 *Diſiuncta. ſeu, hic ſumitur pro copula.*
In poſſeſſione qui eſt cauſa rei ſeruandæ, non poſſidet, ibid.
6 *Reſtitutio facienda ſecundum modum & ſpeciem poſſeſſionis, uerſi. ſed dic, nec uendicare etiam ſponſam de futuro quis poteſt adiecta cauſa; ibid.*
7 *In matrimoniali cauſa ſi agitur petitorio, quæ poſſint obijci, & quæ ſi poſſeſſorio, & nu. 8. uer. ex quo autem.*
Sponſa poteſt ingredi monaſterium liberè ante carnis copulam, ibi. uer. ſed & fruſtra, & nu. 14.
Matrimonij uinculum diſſoluitur per ingreſſum monaſterij ante conſummationem, ibid.
8 *Proles legitima ut cenſeatur, ſufficit probare, quòd mulierem uir uocaret ſponſam, & ratio.*
9 *Copula carnalis quòd interuenerit, non creditur, ſi alter neget, & pro negante præſumptio eſt, niſi contrarium probetur.*
10 *Vt ancillam ſiquis mulierem petat ſibi reſtitui, quæ probanda, & nu. 11. & præcipuè uer. uel dic, & fortè.*
Eccleſiæ item uel beneficij, uel canonicatus reſtitutionem ſiquis petat, quæ oporteat ab eo probari, eod. nu. & nu. 11. uer. maxime, uel dic, & forte.

Proprietas unicuique conueniens probanda, non promiscua, si quid obtinere cupiamus, ibid. in fi. & nu. 11.

11 *Inter ancillam, & mercenariam differentiæ quæ.*

Inter seruum, & mercenarium differentiæ quæ, ibid.

Impertinentes rei, de qua quæritur, actus, siue promiscui inutiles ad uincendum, nisi discretio fieri possit, ibid. uer. unde de hoc.

Ad matrimonij probationē quæ conferant, eod. nu. uer. Alij dicunt.

12 *Separationem uiri, & mulieris ad tempus facit ecclesia, si legitimè non contractum interdicatur matrimonium, uide etiam numero. 13.*

13 *Turpitudinem suam potest quis allegare in causa matrimonij, & auditur, & magis, si quod obijciatur impedimentum.*

15 *Replicatio probata, iterum probatur ad aliam finem.*

16 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 17.*

Matrimonium ubi quis uult contrahere, nec potest ætate prohibente, nec sponsalia contrahit, & ratio.

In dotem quæ data sunt, repetuntur eo non secuto. §. 1. & numero 18. §. 1.

Minor in multis casibus censetur minor & quibus, & nu. 19.

Ex traductione non præsumitur pro sponsalibus, uel matrimonio. §. ulti.

18 *Additio glossarum.*

20 *Minori an competat restitutio ad beneficium, cui renunciauit, & quando.*

21 *Possessio iuris quæ hic dicatur.*

Restituendus quis est ad ecclesiam alteram, qua spoliatus est, habēs duas, licet eas non posset habere, ibid. uer. ubi habens.

22 *Seruus regulariter in iudicio non potest esse etiam electus, nisi in casibus, & quibus, & quo nomine petat.*

23 *Restitutio fit etiam ratione naturalis possessionis.*

CAPVT XIIII.

1 EX parte. Casus. Petens † restōnem cōiugis, habet probare cōiugium legitimum ex consensu. Et in prima querela mulieris partim decisa. secūda dat iudicem, ibi, Quia igitur [*Voluerit*] Sed uoluntas, impediente ætate, effectum habere nō potuit [*eiusdem*] s. B. ciuis Senensis [*Nubiles*] quia † excesit. 12. inf. qui matrimonium accusare possunt, insuper, & cautè fecit hæc mulier sic contradicendo, aduenientē ætate; quod dic, ut infra de spon. ad id, quod, de despon. impub. c. uno, li. 6. licet Innocen. dixerit sponsalia non ratificata: quia non à puella, nec à parentibus, sed à patruo fuerant contracta, remittit, de spon. impub. c. 1. de matrimonio contrac. c. 1. Hostien. contra, dicens, quòd si etiam non pater contrahat nomine mulieris scientis, & postea cohabitantis sponso, & eū sic uocātis, ratificentur sponsalia per hæc signa, & similia; remittit ad eādem decre. infra de matri. contracto, & de hoc, de despon. impu. c. uno, in fi. li. 6. [*Postulauit*] Dicit 3 † Goffr. puto, quòd iure suo poterat alij nubere. Dicit Hostien. quòd bene fecit mulier, ut sic uitare t clandestinum contractum, de clandestina despon. cap. fi. remittit despon. du. duo pueri [*& infra*] hic deciditur, quòd puer contradicebat, petens ante omnia restitui & quia mulier erat in causa per procura. opponebat quòd quia minor sine auctoritate curatoris in causa esse non poterat, quia propter hoc iudex non procedebat, mulier conquesta est papæ, uel forsan episcopus consuluit papam. prima placet, licet secunda placeat Hostien. Pet. & Abb. [*Minor*] 25. annis [*Postulabat*] forte prius excepit, & postea egit secundum Hostien. ut dixit, supra c. proxi. in prin, & c. ex conquestione. 4 quid si utrunque † simul proponit, primò tamen exceptionem, postea petitionem, & utrunque uult simul probare, uidetur non audiendus, de iudicijs, exhibita, sed de æquitate canonica, & boni prætoris dicit Hostien. tenendum contrarium, ar. ff. si certum pe. l. quidam. ff. de libe. causa, si pariter. ff. de qui. rebus ad eun. iu. l. 1. & 2. & supra de iudi. dilecti. nec ob. c. exhibita, quia per illum processum ordo iur. confundebatur, per hunc citius expeditur; ad hoc de ordi. cogni. 5 tuam [*Seu*] ista † disiuncta sumitur pro copula secundum Hostien. propter ea, quæ infra dicam [*Possessionis*] iste enim non possidebat, sicut nec qui conseruandæ rei causa in possessione est. ff. de acquir. pos. possideri. 6 §. fi. Vincen. [*Commodo*] q. d. si saltem de facto † possessionem habuisset, restituendus esset, secundum quosdā. Sed iste intellectus non placet Innocen. qui hic scripsit, quòd ideò non potest uir petere mulieris restitutionem: quia nunquam de iure fuit uxor ipsius, & sic non potest dici de restitutionis commodo possessionis iure; quod non habuit. nec etiam iure possessionis, cum nunquam in possessione eius fuerit, ut pote quia nunquam habitauit cum eo. ut uxor. etenim non uocabat illam sponsam, nec portabat anulum ut sponsa, nec cætera agebat ut sponsa, secus autem, si ut sponsam eam habuisset, ut colligitur hic à contrario sensu; & sic loquitur, supra eo. literas, & c. ex conquestione. Sed & si hanc possessionem habuisset, tamen adhuc non restituentur quò ad carnis copulam, cum nec unquā in eius possessione fuisset, sed esset potius sequestranda, infra de spon. cum locum; secus esset, si possessionem carnalis copulæ habuisset, quod dic, ut legitur & no. supra. c. proxi. §. fi. hic tamen uidetur innuere à contrario sensu, quòd si possessionem iuris tantum habuisset, restituenda esset per id, quod sequitur. inf. ibi. Nullo iuris commodo. Sed dic nec in hoc a casu potest restitutionem[a] ipsius petere, posset tamen eam uendicare, adiecta causa de iure canonico, etiam si esset sponsa tātum de futuro, ar. ff. de rei uen. l. 1. uel si posset agendo ad hoc, ut sibi adiudicaretur, iudicis b officium[b] implorare, ar. infra de spon. ex literis[c]. 2. c quod autem debeat causam adijcere, probatur ex eo, quòd si quis diceret; peto mihi hanc mulierem restitui, quam possidebam ut ancillam, probato quòd tanquam ancillam possediſſet eam, fieret ei restitutio ut ancillæ, & non uxoris. primò enim oportet eum probare, in qua possessione fuerit, quàm ei fiat restitutio: quia secundum modum & speciem possessionis est restitutio facienda, infra c. Pisanis, & ar. ff. de lib. causa, liberis. §. fi. nisi appareat eum malitiosè, uel dolosè in possessione fuisse. ff. de lib. causa. igitur §. 2. uel aliter, ut no. supra de ser. non or. c. 2. Si autem tenuisset eam ut in concubinam, & peteret restitutionem ipsius, quia fuit in pos. eius tenēdo eam in lecto, non esset audiendus, immò libellus delacerādus, sicut si hæreticus peteret restitutionem rerum ecclesiæ. 23. q. 7. c. 1. & 2. & 3. & laicus possessionem iure decimæ, infra de prescrip. causam; ad idem. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. deijcitur, & l. colonus, & l. fi. uel dic iccirco hic non fieri restitutionem: quia constabat, q infra. 7. annum sponsalia contraxerant, uel quia patruus non potuit pro nepte sponsalia contrahere, ut supra dixi: secus, si esset dubium, an sponsalia tenuissent: quia tunc forte restitueretur. uel dic, quòd si etiam esset dubium, immò [*quod plus est*] etiam si certum esset, q sponsalia tenuissent, non tamen poterat sponsus restitutionem petere: quia sponsalia ex sola utriusque minoris uolūtate pendebāt, cum adueniente pubertate posit uterque à sponsalibus discedere, infra de spon. impu. de illis. & c. se. Secus in maioribus, idest puberibus: quia tales coguntur matrimonium contrahere. infra de spō. ex literis. 2. melius tñ dr, quòd si uir petat restitutionē mulieris tanq uxoris, non dabitur ei restitutio, nisi p̄bet aliquod genus sponsaliū interuenisse, aliter enim nō potest dicere se aliquo iuris, seu possessionis commodo destitutum, ut hic sequit, & adde quod ibi dicetur,

cetur, & hæc fuit opininio Inn. quam sic probat: quia siquis nedum sponsalia, sed etiam matrimonium cū aliqua contraxit, quam tamen non cognouit, nūquā potest petere præcisè restitutionē ipsius, si agitur officio iudicis, ut cōpellat eam ad exhibenda ea, quæ spō- 7 sa debet exhibere uiro. contra autem † hāc petitionē, & ubi petitur in uxorem, potest obijci cō sanguinitas, uel aliud impedimētum canonicum, quod examinabitur ante, quàm diffinitiuè pronunciet, supra de or. cog. c. 1. hoc tamen non fieret, si in possessorio ageretur, supra e. ex cōquestione. Sed & frustra ageretur ad restitutionem ante carnis copulam, cum sponsa liberè possit ingredi monasterium; & sic soluitur uinculū matrimoniale, infra de conuersione coniu. ex publico. hoc etiam certum est, q si sint sponsalia tātum de futuro, impedimentum superueniens agentem repel- 8 lit, vt infra de iureiur. quemadmodum. Igitur, ibi † quis petit ux. sibi restitui, quā cognouit, necesse habet probare, q aliqua sponsalia inter ipsos contracta fuerint, & q postea fuerit carnalis copula subsecuta, ut supra e. ex transmissa. 1. respon. nec sufficit probare, quòd eam uocaret sponsam &c. licet talia sufficiant quantum ad hoc, ut plores ligitima censeatur, infra qui filij sint legi. transmissæ, & c. per tuas. ratio diuersitatis hæc est, quia uertitur hic periculum animæ, ibi verò fauor legitimationis uersatur. Itē hic vnus diffitebatur sponsalia, ibi nullus diffitebat[d]. nec ob. infra de præsump. d illud: quia ibi nō solum per tales præsumptiones probata fuerunt sponsalia, sed & per instrumentū dotale, ubi apparet secundùm Inn. & uide quod ibi dicam in glo. ad confirmationem, & glo. se. Ex quo autem sponsus probat sponsalia fuisse contracta, & carnalem copulam intercessisse, secundum Inno. datur restitutio, si petatur. nec admittitur exceptio, q nō tenuerit matimonium, nisi secundum quod legitur & no. supra. c. proxi. §. fi. nec alia exceptio, nisi secundum quod no. supra e. ex transmissa. hoc tamen, quod diximus, quod 9 † nō potest peti restitutio uxoris, nisi interuenerit carnalis copula, intelligendum est, quando uterque confitetur ipsam non interuenisse: alioquin, si simul interdum fuerint, & alter tantum dicat, q non interuenit, præsumptio est pro eo, cui stādum est, nisi contrariū e probaret, ar. infra de præsump. tertio; q dic, ut no. infra de despon. impub. continebatur. §. 1. & c. duo. §. 1. §. uer. cum uerò uir, & de fri. & malefi. c. 1. & c. laudabilem. Sed † uidetur, q hac ratione considerata, siquis 10 petat sibi restitui mulierem tanquam ancillam, oportet eodem modo probet, quod, uel quale, & quomodo in ea quæsiuerit ius ancillæ, & eodem modo uidetur, q siquis petat restitutionem possessionis ecclesiæ, uel canonicatus, ad hoc habet probare electionem, & institutionem canonicā præcessisse, sicut de hoc no. infra, c. fi. de concess. præbē. quia diuersitatem, & ar. infra de præbē. dilecto, infra de his, quæ fi. à mā. parte ca. ex ore. sed dicendum est, q aliud iure censendum est in causa matrimoniali, & aliud, quādo petitur restitutio ancillę, uel beneficij. & est ratio diuersitatis, quia in causa fiūt potius actibus matrimonialibus nulla forma, uel actus sunt deputati matrimonio, qui quasi æque adaptari possint fornicationi, uel adulterio, excepto solo consensu matrimoniali, vel sponsalium. si enim dicas, q ipsam tenebat, & vocabat ut ux. per hoc non quæritur possessio matrimonial. nā & sæpe hoc idem faciunt fornicatores, & adulteri ad palliandum peccatum suum. & quāuis lex inter tales matrimoniū præsumat. C. de nup. si uicinis, iura tamen canonica iudicant, q fornicatio, & adulterium est, nisi consensus p̄betur vxoris, 30. q. 5. c. 1. c. nostrates, & c. qualiter: secus autem est in actibus canonicatus. in eo enim quædam sic conueniunt canonico, quæ non alij, bene fa- C. lati. lib. 10. l. una. §. sed & siquis. 2. sicut est eligere, communibus contractibus interesse, præbendam recipere, stallum in choro habere, lectionem & euangelium, epistolam in hebdomada sua legere, cameram, uel domum habere, de quibus legitur & no. infra de præben. dilecto. 1. respon. & ideò per tales actus acquiritur possessio., ut supra de elec. in genesi. §. 1. uer. nec permissi. Secus esset de actibus, qui non solum canonicis, sed & alijs conuenirent, ar. supra de elec. cū causam, quæ, infra de reg. iur. c. 2. secundum Hosti. uel dic, q in matrimonio petitur restitutio sui ipsius à reo, f q bene fecit diuertēdo ab illicito coitu. sed in restitutione beneficij nō petitur à reo restitutio suiipsius. Item reus malefecit spoliando, etiam si aliter iudex esset, su- 11 pra e. couquerente. Dicebat † etiam Inno. q idē, quod supra dixerat, patet in actib. seruilis conditionis. licet enim in multis conueniat ancilla cū mercenaria, non tamen in omnibus. non enim est potestas necis, uel uitæ super mercenaria, sed super ancilla tantum, insti. de his, qui sui iur. sunt. 1. respō. ad fi. Item mercenaria auditur conquerēs de domino suo, non ancilla. ff. de iudi. uix certis ex causis. unde de hoc, q competat ancillæ restitutio, sufficit, q probentur aliqua actus de his, qui contra seruos tantum competūt, secundum Inn. tantum dixit Inno. ut non solum actus impertinentes excluderet, de quibus, supra de officio archidi. ut no- g strum[g], sed etiam promiscuos, de quibus. C. quando & qui. l. 2. li. 10. ff. de instito. siquis. §. fi impubes, de ędi. edic. quid sit. §. apud Celsum. de l. 3. l. hoc legatū. quod intelligo, nisi per coniecturas discerni posset, in quam partē uel sensum exerceretur actus ille promiscuus, ut ff. de. de le. 3. Item legato. §. 2. Itē non placent. Host, hæc exempla. nām hodie dominus in seruum potestatem necis nō habet, nec permittitur ei sæuire in eum, quod si faciat, & si seruus neque at conqueri, potest, tamen hoc superiori denūciare, per hoc tamen discernitur seruus à mercenario: quia mercenarius sibi acquirit, sed seruus domino, ut omnia hæc probātur, instit. de his, qui sui uel ali. iur. 1. respon. & §. 1. Item non ita extrabitur mercenarius de ecclesia, sicut seruus, C. de his, qui ad ecc. confu. præsenti. Item non mercenarius, sed seruus uenditur, insti. de iure personarum. §. seruitus. nō filius mercenariæ, sed filius ancillæ domini, insti. de rerum diui. §. partus uerò ancillæ. Item seruus tantum naturaliter obligatur. ff. de condi. indeb. naturaliter, mercenarius uerò cum liber sit, non solū naturaliter. sed & ciuiliter. ff. de act. & ob. per totū. multas & alias diferentias in iure ciuili poterit recolligere lector diligens inter istos. secundum Hostiē. uel dic, & forte melius secundum Inn. q possessio canonicatus, & seruitutis etiam sine probat. prædictorum actuum, qui non nisi canonico, vel ancillæ competunt, probari potest. nam quātum ad possessionem canonicatus sufficit probari, q aliquid fecit ut canonicus, intendēs sibi quærere possessionem canonicatus, & hoc magis placet Inno. quàm id, quod no. supra e. ti. in literis, ubi dixit, q canonicus non potest petere generaliter restitutionem iuris canonicatus, nisi probet sibi datā possessionem auctoritate superioris. omnino uide quod scripsi in spe. e. ti. super rub. & eodem modo sufficit domino, q muliere usus est ut ancilla, intendens possessionem acquirere, scientibus illis, quorum interest, & non contradicētibus, arg. supra de causa pos. cum ecclesia, supra de postu. prelatorum, bonæ. 2. infra de capel. mona. dilectus. secus in matrimonio, quia quantunque vir intendat sibi quærere possessionē mulieris tanquam uxoris, etiamsi scit, q maritus hoc intendit, & mulier non contradicit, non tamen quærit possessionem mulieris vt vxoris. Alij dicunt, q petēs restitutionem mulieris ut uxo. bene obtinebit, etiam si nō probet expressè

contra-

contractũ matrimonialem interueniſſe,ſufficit enim, ꝙ uolens & intendens acquirere poſſeſſ.iuris, uel uinculi coniugalis,& mulieris ut uxoris tenuit & cognouit eam ſcientem & non contradicentem, ſed potius conſentientem carnaliter ut uxorem, ſecundùm Inn. & hoc ultimum magis placet Hoſti.quantum ad matrimonium contractum. nam & ſufficit conſenſus tacitus, & per carnalis copulã præſumptus ſaltem in foro contentioſo; quod dic, vt legitur & not. infra deſpon.tuæ,& c.tua,& c.his, qui fidem.Sed quantum ad
h hoc,ꝙ reſtitutionẽ obtineat,neceſſe habet probare [h]; ꝙ ſaltem ſponſalia in facie eccleſiæ prẽmiſis bãnis ſolenniter contracta fuerint nemine cõtradicente. alio-
12 quin † non ſolùm non faceret fieri reſtitutionem eccleſia,ſed etiam ſi ſimul habitarent,eos poſſet ad tempus ſeparare. & hoc deberet facere, ſi cõtra interdictũ ipſius contraxiſſent. probantur hæc infra de clan. deſpon.c.3.infra de ſpõ.duo.tua.& ſecundum hoc intellige,quod no.ſupra e.ex trãſmiſſa.1.reſpon. nec dicas,
13 ꝙ non licet uiro † ſuam turpitudinem allegare, infra de dona.inter dilectos.§.attendentes: quia uel dicam, ꝙ in cauſa matrimoniali ſpeciale eſt,ꝙ audiat,vt no.ĩ. de re iudi.lator,tenor,conſanguinei.uel cum uir reperiatur in poſſeſione libertatis ſeruitutis uxoris dicam, ꝙ in cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis.ff.decondi. ob turpem, ad fi. ꝙ ſi uir iungat quodcunque impedimentum canonicum,ut ſi dicat, Non es audienda,quia clandeſtina fuerunt ſponſalia,& cõſanguinea,uel affinis mea es etiam in quarto prohibita, uel quodcũque aliud impedimentum ſimul cum clandeſtina deſponſatione opponat, minus dubitationis habet,ut patet in eo, quod legitur & no. ſupra e.literas.§.propterea. Sed & ſi maritus nil obijciat, eccleſia tamen repellere poteſt ipſam ex officio, ut patet ex præmiſsis,& ar.in eo, quod legiſ & no. infra de exeep.exceptionem,ſecundum Hoſt.[*Traductionem*] ff.de ritu nup.mulierem,Innocẽ.[*Sponſalia*] ergo nec tenuit contractus ut contractus ſponſaliorum, quod dicit
14 Ho.hic expreſſum [*Vel conſenſus*] ergo,ſi † traductionẽ præceſsiſſet matrimonium,competet uiro reſtitutio, licet illa ſit uirgo; qđ tamen non credo, infra de ſpon. cum locum,Vin.Idem Hoſtien,qui ſuper uer.contractum,ſubaudit,maximè,dicens,ꝙ nec contractus ſufficeret ſine copula. ſupra e.ex tranſmiſſa. nam & tunc poſſet religionem ingredi,de cõuerſi.coniu.ex publico,inuito uiro,ut ibi[*Proponenda*] ſ.ſuper matrimonio, uel ſuper eo,an ſit reſtituenda,uel non: uel an ſit dan-
15 da licentia petita, uel non. & hic † apertè probatur, ꝙ replicatio probata, iterum probatur ad alium finem, ut dixi,ſupra c.ſolicitè,niſi dicas, proponẽda,ſuper rebus, quæ dabantur in dote[*Canonicum*] de deſpon.impub.de illis.1.& eſt canonicũ.quod nò.in 1.gl. ¶ Glo.
16 1.† arguit,ꝙ uolens matrimonium contrahere &c. ſignat contrarium.ſecundò obijcit de decre. de illis.ſol uit diſtinguendo inter ſponſalia nulla, & aliqua.¶Gl. 2.primò ponit.10.caſus,quibus minor cẽſetur maior. ſecundò quærit,an in ſpiritualibus reſtituatur minor, & ſoluit. tertiò quærit de renunciante beneficio &c. alle.tria ad negatiuam, & tria ad affirmatiuã,& ſoluit. ¶Glo.4.reſpon.per quæſtionẽ,qnare non ſufficit hoc caſu traductio.reſpõ. quia poſſeſsio &c.ſubdit tres caſus,ubi petitur reſtitutio,nec habetur poſſeſsio.¶*In 1.*
17 *† glo.ibi.§.pe.*] ſi uir nupſit illi,quæ uxor eſſe non poterat,& poſtea ſibi donauit,aut prius illam deſponſauerat,& ualet donatio ut in ſponſam, licet illã putet conſugem.ſi non deſponſauerat,uxor nõ eſt:quia non potuit ſponſa non,quia id non fuit actum: tamẽ non uaſet donatio, quia fiebat quaſi ad uxorẽ[*& ibi, multum intereſt*] unde in decre.ſupra proxi.alle.ſuper ulti.gl.¶*In glo.2.ibi,Stipulationem*] ſequitur, quæ propter doris cauſam fit,conſtat in ſe habere conditionem hanc, ſi nuptiæ fuerint ſecutæ,& idem ſe.[*& ibi,§. fundus*] ibi dicitur, ꝙ fundus datus in dotem non ſecutis nuptijs per condictionem repetitur cum fructibus;& idem de ancilla, & eius partu.¶*In 3.gl.ibi.l.ult.*] ibi momentanneę poſſeſsionis actio exerceri poteſt per quancunq; perſonam[*& ibi,§.l.Iulia*] minor.25.non accuſat de adulterio, niſi ſui matrimonij iniuriam proſequatur, quo caſu etiã admittitur iure extranei [*& ibi.§. pe.*] mulier, & pupillus agunt, ut exhibeatur liber homo, cognatus,parens,uel affinis [*& ibi.l.2.*] maſcul poſt.18.annũ impetrat ueniam ætatis: habet tamẽ probare mõrum ſuorum inſtituta, & animi probitatem, & poſtea agit ut maior[*& ibi, cum mandato*] uide, ut lite non conte.c. 1.ſuper ulti. gl. [*& ibi.l.2. & l.1.in fi.*] ſerui naſcuntur ut ex ancillis;fiunt aut iure gen.vt ex captiuitate,aut iure ciuili, cum maior.20.an.ad precium participandũ uẽdi ſe patitur[*& ibi.l.2.l.1.in fi.*] ibi dicitur, ꝙ ſi filiusfa. habet caſtrenſe peculium, ceſſat Macedonianum.l.2. dicit id uerum uſque ad quantitatem caſtren.pecul.in quo patriſſa.uice fungitur[*& ibi.§.3.*] uide de iura.ca. c.2.ſuper.1.glo.[*& ibi,Si longius,in fi.*]non debet eſſe deterior conditio filiſfami. habẽtis patrem in prouincia pro eo,quòd eſt ſenator in urbe[*& ibi.ſicut,in fi.*]cuius uerba habentur in decre. infra proxi.alle.in fi. [*& ibi,l. 2.*] lex prohibet periuria. non debet ergo uiam aperire periurijs, & ideò non exigitur iuramentũ, ꝙ ſecundò non nubet[*& ibi.§.Scæuola*] aliàs eſt lex,& incipit,ſi quis iuuenili,ibi, ſi minor repudiauit,uel omiſit hæreditatem, & omnia ſunt integra, reſtituitur: alias non, & multo minus hæres minoris. ¶ *In 4.glo.ibi, quæſitum*] ex traductione in domum,ubi non præceſſerunt ſponſalia,non fit ſponſa. ¶*In† glo.1.ibi,tuæ*] &c.à nobis, ubi
18 de hoc,& expeditum eſt eo.titu.c.uno,lib.6.¶*In glo.2. ibi,in dotem*] ut patet in anti.[*& ibi, ſubſecutum*] de iure,&
i de facto, infra de dona. inter uir. & vxo.& ſi neceſſe [i], Hoſt.¶*In glo.3.ibi,maior*] infra de iudi.c.fi.li.6.& de hoc
19 in ſpec.de actore.1.& 2.columna[*& ibi, uoto*] etiã † religionis,ex quo maior eſt.14.ut probant hæc capitula, & infra de proba.in præſentia. & idem inuoto ſacri ordinis,ſupra de tempo.ordi.uel non eſt.77.di.c.1.& 2.& eſt idem in electione ſepulturæ, ut teſtamentum con-
k dere poſsit,quod dic,ut infra de ſepulturis,de uxore [k], & c.in noſtra[*ibi de crimine*] aliter incipit, certis ex cauſis[*& ibi, cum mandato*] & de procur. qui generaliter. §. ulti.lib.6.[*& ibi,quæritur*] ubi de hoc, & 23.q.4.ſi eccleſia : ad hoc, infra de ſpon. non eſt nobis [*& ibi, uidetur quòd non*] hoc tenet hic Tan. & Accur.ff.de mi. ait prætor,in prin.& de hoc in ſpe.2.par.de reſt.in inte.§.qualiter,uer.qđ ſi minor,& ſeque. [*& ibi,quod eſſe non debet*]
20 iuſta per decre.de præben.ſi beneficia,lib.6.&[*ibi,competit † reſtitutio*] ſup.in ſpiritualibus [*& ibi,non ſubuenitur*] ſi non ſit collatum, ſubuenitur, & hæc fuit opi. Io.& Vin. hic, quam approbat Hoſti. Si eccleſiæ, & animabus expediat,ut ſic magis cõſideretur læſio eccleſiæ [l], quàm perſonę,ar.ſupra de elec.in cauſis[*& in fi.*]& infra ne ſede uacan.c.1.tamen ipſe Vinc.de reſt.in integ. tum ex literis, & c.conſtitutus, tenuit minorem reſtitui,etiam ſi beneficiũ alij ſit collatum [*& ibi.§.Scæuola*] aliàs eſt lex,& incipit,ſi quis iuuenili: ad idem ff.de cel. bonorum.l.is qui. per quam.l.arguit Io.7. quæſtio.1. eos.ꝙ ſi eccleſia habita eſt pro derelicta, re integra repeti poteſt [*& ibi , ipſo iure*] Hoſtien. contradicens hic eſſe neceſſe, quòd eccleſiæ fiat fides de errore per iuramẽtum, infra alle.ad idem, infra de frigi. fraternitatis. Credo,quòd eundem intellectum habuit glo.quã Hoſtien. vt.ſ.facta fide de errore, per beneficium nullitatis, non reſtitutionis prouidetur ei, contra quã eſt lata ſententia. ¶*In glo.4.ibi reſtitutionem decimarum*] Idem Gof.Ber.Brix.contra.14.quæſtio.1.§.1.[*et ibi,poſſeſſio iuris*

21 *ris*] per † matrimonialem conſenſum.& bene dicit gl. licet Hoſti.reprehendat, dicẽs hoc procedere ratione dubij, in quo pro matrimonio præſumitur [*& ibi referente*] vbi habẽs duas eccleſias,licet illas non poſsit habere, ſi ſpolietur altera, reſtituendus eſt, Io.Vi. [*& ibi,*
22 *ſeruus*] qui † regulariter in iudicio eſſe nõ poteſt, C. de iudi.l.ſeruus.& intelligitur hoc non ſolũ de ſeruo electo, ſed etiam de alio.hanc autem petitionem facient nomine domini, non proprio, iurabunt de calum. & cauebunt de rato,non de iudicato ſoluendo.hęc omnia ibi no.an aũt pro poſſeſsione turbata agat,uti poſ. uide de ap.cum teneamur,ſuper 1.gl. [*& ibi.§.deiſcitur*]
23 & hoc ratione † naturalis poſſeſsionis,quam habet,ut ibi uidetur, cõtra.ff.de dona.inter uirum & vxo.ſi cũ, qui. illud de ciuili, uel intelligitur ponderato effectu, ut ibi no.[*& ibi,quæ,infra§.1.*] ubi ad literam hęc glo.à uer. unde & hæreticus, citra [*& in fi.*] ſecundum Io. ꝙ dic,ut infra de deſpon.impub.c.uno.§.1.lib.6.

ANNOTATONES.

2 ¶Reſtitutionem. poſſeſsio iuris eſt quoddam exercitium ipſius iuris,quod non fuit in iſto,uide Innocen.de ca.po. ca.1. & Bald. in l. 3.§. unde ui, ff. de ui & ui ar.

b ¶Iudicis officium . Adde Panor. in c. non eſt, de ſpon. & in c. illud , de præſump.

c ¶Ex literis . Vt ſecum contrahat, & ad id compellatur, ut ibi no. & ſic cum in ea ius non habeat , ſed ad eam nec ius reale, non uidetur habere in ipſa locum interdictum de ipſa exhibẽda, ad hoc quod no.Bar.in l.1.ff.de libe.exhibe. glo.& Ioan. Andr. de ſpon. non eſt, & ibi uide remiſsiones ad ſpe.ſuper hoc cogitabis .

d ¶Diffitebatur. Et quia hic quæritur de matrimonio principaliter, ibi de filiatione legitima , & de matrimonio incidenter , uide ad materiam d. Bar. de Sali.in l. non nudis, C. de probatio .

e ¶Contrarium . Vel niſi ex tali copula præſumpta arguatur ad delictum, ad hoc l. merito, ff. pro ſocio, & no. Io. An. in c.duo,infra alleg. in glo. 1. compellere. & de iſta præſumpta copula, uide in iuribus infra alleg.per glo.& Ioan.An.

f Reo. Et petitur quædam ſeruitus in libero corpore contra iuris regulas , ideo probari debet titulus , uide gloſ. quæ hoc ſentit in c. ex tranſmiſſa, ſupra eod. in glo. 2. & eſt ſimile de aliquibus iudicijs,in quibus proprietas probatur, &l.2.§. quædam, ff. de interdict. ubi uide Bar. & uide etiam glo.4.

g ¶Vt noſtrum . Quia tunc non oporteret probari actus illos ſpectare ei , qui petit , ut ibi not. Io.And. ſecus in omninò certis.

h ¶Neceſſe habet probare. Adde tex. in c. conſultationibus,de offia. deleg. per d.de Rota in tit. de reſtitu. ſpo.in antiquis, per do. Fran. Cur. in conſi.70. in 1.col.

i ¶Neceſſe. Ibi uide glo. & Io. An. & Bar. & glo.in l.auunculo.ff. de condi.ſine cauſa, & in l. ſi adulterium cum inceſtu, ff. de adul.

k ¶Vxore . Ibi Io.An.& uide capitulum de ſepul.lib.6.& ibi Ioan. An.& Bar.in l.qui in poteſtate,ff.de teſta.in l.tam is,ff. de do.cauſa mor. & Bal. & Sali.& Cy.in l. ſenium,C.qui te.fa.poſ.

l ¶Eccleſiæ.& ſic licet reſtitutio non competat minori , competit ſaltem eccleſiæ , ſicut in ſimili patri inuito filio propter intereſſe ſuum competit reſti. ut l. pater, ff. de mino. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum,unde ui,non competit contra illum , qui non ſpoliauit, ri mandauit,nec ſpoliationem ratam habuit .*
Diuiſio capituli,ibid.uer.in prima .

2 *Petitorium, & poſſeſſorium proſequente actore , & reus poteſt ſe defendere ſuper utroque .*

3 *Libellus incertus admittitur,& quando,& num.4. 5. ad uſque decimum .*
Pertinentiarum nomine quæ intelligantur,& nume.4. 5.6.7.8.& quæ interdicto,unde ui,hæreditati,petitioni eccleſiæ, hoſpitali, Caſtro,iuribus epiſcopalibus,& ſimilibus ſint aſſignatæ , ibid. & nu.4.5.6.7.8.& quando non neceſſe ſit eas exprimere , nu. 5.6.7.8.in fi.& in qua cauſa,nu.9.

4 *Hoſpitali etiam poteſt certa dos aſſignari .*
Caſtro quid deputatum,& à quibus,ibid.uer.Caſtro autem.

5 *Pertinere,uerbum latè patet,uer.ſed illud,& nu.11.*
Poſſeſſionum mentio ſi fiat in libello,quid iuris,ibid.in fine, uerſic. quid dices,& quæ earum nomine intelligantur,nu.6.
Specificare libellum quando teneatur actor, ibid. & nu.6.7.& 8. & in quibus,ibid.

6 *Singularis actio habet uim uniuerſalis, & quæ uer.ſecus.*

7 *Rei uendicatio eſt actio ſingularis,uer.& eſt ratio .*
Sententia certa ſine ſpecificatione quando non daretur , & certa ferri debet,ibid.

8 *Temporalium nomine ab epiſcopo petitorum ab eccleſiæ ratio de temporalibus continetur,uer.& eſt ratio.*

9 *Petitorium, & poſſeſſorium differunt in comprehenſione rerum uenientium in iudicio .*

10 *Patrono eccleſiæ laico , & eccleſiaſtico præterquam epiſcopo quid iuris competit in ipſa eccleſia,cuius eſt patronus .*

11 *Petitorium patet intentari per uerbum,ſpectare, & pertinere, & numero 12.*

12 *In libello eodem plures in eccleſiaſticis cauſæ admittuntur.*
Electio cauſarum plurium libello quando fiat,ibid.

13 *Litis conteſtatio etiam per reſponſionem ad narrata tantum fit.*
In interdicto melius pronunciat iudex poſſeſſionem reſtituendam, quàm rem,ibid.
In loco rei quid factum eſſe, multum iuuat ſententiam , & qua ratione,ibid.ad dicti.abſtulit.

14 *Per acta primi iudicij definitur appellationis cauſa,niſi aliud nouè proponatur,& eorum recenſio fieri debet à iudice, ibid. in dict. receſentes .*

15 *Violentia,& aliàs crimen per inſtrumentum probari poteſt, & etiam remiſ.*
Proceſſus etiam in cauſa appellationis irritatur ob ineptam petitionem,ibid.uer.ne.ſecundum.

16 *Epilogus gloſsarum .*
Interdictum,unde ui,cui detur,& contra quem , & quid differat à contradictione decretalis,ſæpe,& aliis ſimilibus actio.& interdictis,& edicto noui op.ibid.ſuccinctè,& nu.17.§.in glo.penul. & nume.21.

17 *Suffragium gloſſarum.*
Libellus generalis ubi non ſufficiat .
Deberi quid tempore ſententiæ , ſatis eſt , & in quibus actionibus .
Ex ambigua intentione,uel oratione id,quod utilius eſt actori,accipitur initio iudicij,uer.ambigua,&c.
Negare,facere,uel obſcure reſpondere,nihil intereſt,ibid.
Poſſeſsio perditur facilius , quàm dominium.§.1.
Conteſtatio litis quibus uerbis fiat.§.2.
Interdictum unde ui contra quos competat.§.3.ex legibus in principio,& fine citatis,& nu.20.21.
Contemplatione patris, uel domini ſi negocium filij , uel ſerui geſſit, quatenus dominus,uel pater teneatur,ibid.§.in glo.pen.uerſi.ſi contempla.

18 *Additio gloſſarum .*
Pertinentiarum declaratio quando poſſit fieri,& qualiter , ibid.in prin.uer.ideſt tempore,iuncta glo.

19 *Poſſidere quouſque quis præſumatur,et qui ita præſumitur, non tenetur is probare.*

20 *Spoliato omnia eſſe reſtituenda , iura dicentia quomodo intelliguntur .*
Cap.reintegranda, qualiter intelligatur,cum dicit omnia reſtituenda ſpoliato .

21 *Interdictum, unde ui,an competat etiam quando metu perdidit poſſeſſionem,nec expectaui expulſionem,non quod ui, aut clam.*
Legis non ſolum.§.ſi dominus,ff.de uſucap.leg.prim.§.idem Labeo, ff.de ui et ui arma.intellectus,ibid.uer.nec obſtat.
Quod metus cauſa actio , non competit ei qui amiſit poſſeſſionem , quando ſuſpicaretur expelli,ibid.uer. Actio uerò.

22 *Videntur multa,quæ non ſunt .*

23 *Præſcribi poſſit quo caſu res uiolenta, et furtiua.*
Violenta et furtiua quando non ſit res,ſi ui me expellis.

24 *De familiæ ſuæ facto quando dominus teneatur,et quo iure, et duplex eſt familia,libera, et ſerua,et ſupra in ſuffragio medio,§.3.*

25 *Interdi-*

25 *Interdictum, uel dominium intentando ſimpliciter intelligitur de directo.*
Directum quis ius intẽtaſſe intelligitur, ſi ſimpliciter intentat, ibi.
26 *Geſtum non nomine meo, regulariter non poſſum habere ratum, & in ſuff. §. 3.*
Dominium nẽ transferatur, ubi per metum quid tradi, ibid.
De noui oper. nun. tit. edictum potius, quàm interdictum proprie nocamus, ibid.
27 *Poſſeſſionem ſi legatarius rei legatæ iubetur hæredi reſtituere, ſi appellat, non auditur.*
Pignus item ſi mandatur à debitore reſtitui creditori, non auditur appellans, & ratio, ibid.
Momentanea poſſeſſio cur dicatur, ibid. in fine.
28 *Scriptum quod eſt in actis tantum, præſumitur.*

CAPVT XV.

1 VM ad ſedem. Caſus. Interdictum † vnde ui, non competit contra illum, qui nõ ſpoliauit, nec ſpoliari mandauit, nec ſpoliationem ratam habuit. & ſunt duæ partes. In prima proceſſus narratio. In ſecunda cauſæ diffinitio, ibi, Nos prioris. Prima ſubdiuitur. primò ponit cauſæ commiſſionem, ſecunda ibi, Coram, proceſſum habitum coram delegato, & ipſius diffinitionem. In 3. ibi, Nuper proceſſum habitum coram papa per appel. remediũ [*Cumani*] rei, & poſſeſſoris [*Hieroſolymitani*] qui erant actores [*& infra*] hic dicebatur in an. q primò cauſa commiſſa fuerat Papienſi, & acta coram illo papa habuit pro infectis, & commiſit cauſam, prout ſequitur [*quæ utraque*] actore enim † utrunque iudicium proſequente, reus ſuper utroque ſe defendere poteſt, de hoc, ſupra titu. 1. cum eccleſia, in gl. 2. & c. cum ſuper, in 3. gl. [*debito*] de hoc uer. ſupra c. ex conqueſtione, in glo. ſi. [*Prædicta*] eccleſiam. ſ. & hoſpitale [*Pertinentis ſuis*] no.
3 libellum † incertum a admitti. ratio, quia hęc petuntur
a ut acceſſoria, pertinentiarum autẽ nomine intelligun tur illa tantum, quę ſtatuto, lege, vel conſuetudine deputata ſunt, ut accedant, ut in interdicto, Vnde ui, ſtatutum eſt, quòd accedant mobilia, & damna, & multa alia. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. quod autem, & §. rectiſſimè, & legitur & not. ſupra eod. grauis. Item hæreditati accedunt omnia, quæ in hæreditate inueniuntur, ẽt ſi non ſint teſtatoris. ff. de peti. hære. Item ueniunt, & legibus ſequen. Sic & petitioni eccleſiæ accedunt omnia, quæ ad ipſam pertinẽt ex ſtatuto, conſuetudine, ſiue iure, ut ſunt dos primitus inſtituta, infra de cenſ. c. 1. decimæ, oblationes, primitiæ, & alia iura parochialia, & ſimilia, infra de decimis, cũ contingat, & c. cum in tua, infra his, quæ fi. à prælatis, paſtoralis. Hoſpitali
4 † etiam ualet certa dos aſſignari, ſicut & eccleſiæ, de conſe. eccle. cum ſicut. caſtro autem nihil corporale inuenimus deputatum à iure, quod ſit eius pertinens: quia nec caſtra à iure ſunt limitata: ſed tamen ab hominibus, & ſtatutis hominum conſueuit caſtro certũ territorium aſſignari, & iuriſdictio infra territorium limitatum. ff. de uerb. ſig. pupillus. §. territorium; uide quod ſcripſi, de ſenten. ex. ſi ciuitas, in prin. lib. 6. Cum
5 ergo † petitur eccleſia, uel caſtrum, uel alia res cũ per-
b tinentijs b ſuis, tunc prædicta ſic eis deputata, ſiue ſint corporalia, ſiue incorporalia, peti intelliguntur, & ade hic, quod not. ſupra de officio or. cum ab eccleſiarum, & c. conquerente, in 1. glo. & ſuper ea, uerum tamen ſi eccleſia habeat aliqua corporalia deputata, & quædam alia ſpeciali iure acquiſita, in hoc caſu ſi eccleſia cum pertinentijs ſuis petitur, nomine pertinentiarum ueniunt in iudicio ea tantum, quæ à iure, uel conſuetudine, uel ſtatuto ſunt ei deputata, & non illa, quæ ſunt ei ſpeciali iure quæſita, licet quidam contradicant dicentes, q omnia ueniunt in iudicium, exceptis his, de quibus ſpecialiter actum eſt, ne ueniant, ſupra de cauſa poſ. cum eccleſia. §. uerum. Sed illud intelligitur de his, quæ ſub petitione porrecta comprehenduntur; quod non eſt hic, ſecundum Inno. immò eſt hic ſecundùm Hoſti. quia uerbum, Pertinere, latè patet, ut. ff. de uerb. ſig. uerbum illud, Pertinere, antepenul. charta pro Hoſt. facit. ff. de Publi. ſi ego. §. idem ait, uer. uſufr. ſi Titio, de pac. dota. inter ſocerum. §. cũ inter, de dam. infec. l. dãni, & §. ſiquis vicinas, in fi. pro & contra, infra de ſen. exc. ſi ciuitas, lib. 6. Si ergo petat hoſpitale cum pertinentijs, intelligitur hoc cum dote ſua tantum, ſecundùm Inn. Sed quid dices, ſi ponatur in libello, nõ ſolum cum pertinentijs, ſed addatur, cũ poſſeſſionibus, ut hic pręcedit? reſpon. ſi reus velit, cogendus eſt actor ſpecificare poſſeſſiones, confines. ff.
6 de cenſi. forma. nomine † autem pertinentiarum non intelliguntur aliæ poſſeſſiones, niſi illæ quæ eccleſiæ, uel hoſpitali primò fuerunt in dotem aſſignatæ, ſecundùm Inno. Quod autem dicunt de ſpecificatione poſſeſſionum, & confinium facienda, verum eſt in ſingulari actione, & naturam ſingularis actionis habente & retinente. in illa enim ſunt omnia ſpecificãda. ff. de rei uen. ſi in rem, ſecundùm Hoſti. Secus in uniuerſali; & etiam in ſingulari in naturam uniuerſalis tranſeunte, ſicut eſt, quando uendicatur grex. nec neceſſe eſt ſingula capita gregis ſpecificare, uel nominare. ff. de rei uen. l. 1. §. per hanc autem actionem: uel hoſpitale, uel eccleſia cum pertinentijs, ut hic, & patet in eo, quod
7 no. in præ. gl. & de libel. ob. c. 2. q d ſi aliusꝫ petat omnia bona, reſpon. non eſt audiẽdus, niſi ea exprimat, ſecũdum Inn. quod uerum eſt, ſi rei uendicatio proponatur: ſecus in vniuerſali actione, ſicut eſt petitio hæred. & eſt ratio, quare in rei uen. non auditur: quia ſingularis eſt actio, in qua non poſſet dari certa ſentẽtia, niſi res ſpecificaretur, nec ſententia incerta ualeret. C. de ſen. quæ ſine certa quan. profer. l. 1. & 2. & fin. unde & in hoc debet ſibi cauere iudex, inſti. de act. §. curare, & uide de ex. præla. c. ulti. in gl. no. generalem. Certa autem dicitur ſententia etiam ſecundùm Inno. quando fertur ſuper hoſpitali, uel eccleſia cũ pertinentijs non ſolum quantum ad eccleſiam, & hoſpitale, ſed etiam quantum ad pertinentias: quia certę ſunt pertinentię, quæ huic petitioni accedunt, ſicut eſt dos in utroque, & iura parochialia in eccleſia, ut patet in eo, quod no. ſupra e. gl. uer. ſic & petitioni. In his tamen diligenter
8 † attendenda eſt perſona petitoris: quia ſi epiſcopus in aliqua eccleſia ſibi ſubiecta petat iura epiſcopalia cũ omnibus pertinentijs, uel etiam ſi dicat illam eccleſiã ad ſe pertinere in temporalibus, & ſpiritualibus cũ omnibus poſſeſſionibus, & pertinentijs ſuis, bene admittitur, infra de reli. do. cum uenerabil. nec ueniet in hac petitione tantum dos primò aſſignata, ſed etiam omnia, quæ eidem eccleſiæ poſtmodum ſunt quæſita: & eſt ratio, quia ius epiſcopale non ſolum ad ea, quæ tẽpore fundationis ſuæ habuit eccleſia, extenditur, ſed etiam ad alia omnia, quæ poſtea acceſſerunt. & idem iuris eſt, ſi petat temporalia, ideſt rationem de temporalibus tãquam patronus: quia ratione iuris patronatus & de omnibus temporalibus ratio eſt reddenda. Sed ubi nec petitioni, nec rei accedũt pertinentiæ, tũc
9 neceſſe eſt, q exprimatur ad hoc, quod in iudiciũ deducantur. & habent † hæc locum, ubi petitorio agitur. Si uerò ageretur poſſeſſorio ſecus eſſet, ut no. ſupra e. in literis, ſecundum Inno. cuius eſt mens totius huius glo. Ideo autem dicit ſecundùm Hoſti. quòd ſecus eſt in poſſeſſorio: quia in eo & dãna, & multa alia ueniũt, ut no. ſupra eo. glo. circa prin. uer. pertinentiarũ. quòd
10 † autem præmiſit, q ratione iuris patronatus de temporalibus eccleſiæ patrono ratio ſit reddenda, nõ intelligas,

telligas, quando laicus eſt patronus. ad illum enim regulariter non pertinent temporalia, niſi quantum ad denũciationem malæ adminiſtrationis, & tuitionem, atque defenſionem, & ut ei ſubueniatur, ſi ad inopiã uergat, ut patet. 16. q. 7. filius, & in eo, quod legitur & no. infra de iure patronatus, pręterea, & c. nobis fuit. §. fi. Sed nec in patrono eccleſiaſtico intelligas hoc indiſtinctè. imò dic de hac materia, ut legitur & no. infra de præben. auaritiæ, & c. de monacis, & ca. in Laterañ.
c §. 1. & 2. de priuil. c cum & plantare. §. eccleſijs, ſecundũ Hoſti. & uide quod ibi dicam in glo. non ſolum, & in ſpe. de reli. do. uer. illud autẽ, & ſequen. [*Poſtulauit*] per interdictum, Vnde ui, ut per ſequentia patebit. Goffr. [*Speſtare*] Dicit Hoſtiẽ. per hoc patere, q etiam petitorium intentauit [*Diutius*] per hoc uidebatur inſurgere utilis actio in rem. C. de præſcri. 30. an. l. ſiquis, item ex. uer. Pertinere, plures aliæ latè cauſæ patent, & quantũ ad poſſeſſionem competit interdictũ, Vnde ui, Quod
12 ui aut clam, cõdictio ex canone, & officiũ iudicis. per quod no. q † in eccleſiaſticis circa eandem rem plures cauſę admittuntur in eodem libello. ad quod reſponderi poſſet, q per hoc iſte fuit coactus eligere, & eligit
d interdictũ, Vnde ui, & male, qui ſunt in opinione contraria, dicunt, q eligit uoluntarius. Dicit Hoſtiẽ. quòd ex boni iudicis arbitrio omnia iſta depẽdent, de quo remittit, ſupra de iudi. d dilecti [*Pertinere*] quantum ad petitorium: ſuper utroque agebatur, & ſuper utroque fit conteſtatio, ſecundùm Hoſti. [*Detinebat*] no. per re-
13 ſponſionem † ad narrata tãtum fieri lit. conte. de hoc dixi, ſupra de lit. conte. c. uno [*Ad reſtitutionem omnium*] melius pronunciat iudex in interdicto poſſeſſionem rei reſtituendam, quàm rem reſtituendam; de hoc in ſpe. eo. ti. §. 1. uer. & not. [*& infra*] procur. epiſcopi appellauit [*Cruces*] quas forte ponũt in domibus, uel quas oſtendunt, dũ eleemoſynas petunt, T. & Gof. uel. quas deferunt in chlamidibus, ſed prima plus placet Hoſt. [*Abſtulit*] hoc potuit eſſe locum in triuio, uel pulpito, ubi talia ponere ſolent, & eleemoſynas quærere, hoc dico, quia multum iuuaret ſentẽtiam, ſi in loco factũ fuiſſet, & quod repetere uidebatur, eſſet probatũ. Pe. & Ab. [*& infra*] hic reſpondebatur, vt patet per reſponſum papæ, ad quod replicabatur, q erat pro ſententia præſumendum, ut dicit in fin. [*Acta*] per illa † & enim
14 diffinitur appellationis cauſa, niſi aliud nouũ proponatur. C. de ap. eos, de fide inſtru. cũ Io. [*Recenſentes*] 35. q. 9. graue [*in iudicio*] nec extra iudiciũ noceret, de
c confeſſ. cap. 1. & ulti. [*Inſtrumenta*] ar. expreſſum, c q † uiolẽ-
15 tia poteſt probari per inſtrumenta, ſecundum Hoſti. generalius de crimine uide de regu. iur. ſemel malus, lib. 6. [*Spoliatione*] nomine ſuo, uel ſui contemplatione facta [*Nullatenus habuiſſe*] not. ſecundum Abb. etiam in cauſa appellationis irritari proceſſum ꝓpter petitionem ineptam [*Aduerſa*] hoſpitaliorũ, pro quibus fuerat lata ſententia. ¶ Secunda † glo. ſignat contrarium
16 ae generalitatem libelli, ſoluit. ſecũdo quærit, & ſoluit diſtinguẽdo triplicem ſtatum cauſæ. ¶ Tertia gl. quærit, & ſoluit. ¶ Quinta gl. obijcit, & ſoluit. ¶ Penul. gl. 1. reſpon. prin. & finis gl. Io. ſ. de interdicto, Vnde ui, ſi cui detur: quia ſpoliato, & ipſius uniuerſali ſucceſſori, cõtrà quem, quia contra eum, qui ſpoliauit & c. Item cõtra uniuerſalem ſucceſſorẽ, non contra ſingul. in hoc differt à condictione ex canone, & officio iudicis, & condict. decre. ſæpe, & actione, quod metus cauſa, & interdicto, Quod ui aut clam, & edicto noui operis. ſecundò reſpon. medium, quod obijcit, & ſoluit. tertiò
17 finis, qui fuit Ber. qui obijcit, & dupliciter ſol. ¶ *In † glo. 2. ibi, ſi in rem*] hãc & ſe. uide in prælle. decre. 2. de libel. ob. ad prin. primæ gl. [*& ibi, quæſitum*] in act. de peculio ad exhibẽdum, & in rem ſatis eſt deberi tempore ſententiæ [*& ibi, ſi quis intentione*] ſequit, ambigua, uel oratione ſit uſus, id quod utilius ei eſt, accipiẽdum [*& ibi, & ff.*] ſup. quia iudicium redditur in inuitum [*& ibi, nihil*] ibi nil intereſt negare, tacere, uel obſcure reſpõdere. ¶ *In gloſſ. 3. ibi, quòd fuerit dominus*] uel is, cuius eſt hæres, ut in l. ſe. [*& ibi, ſicut poſſeſſio*] quia iſta perditur animo, dominium nõ, manet enim dominus, etiam qui dominus eſſe non vult. ¶ *In glo. 4. ibi, ſi quidem*] uide de ordi. co. c. 1. ſuper 1. gl. [*& ibi. ſi debitor*] non tenetur hæreditatis petitione debitor, qui negat, uel dubitat petitorem hæredem eſſe. ¶ *In gl. pe. ibi, cum à te*] uide, infra c. pro. in glo. 2. [*& ibi, cum procurator*] vide de foro compe. ex parte, ſuper gl. 2. [*& ibi. §. hoc interdictum. 2.*] ſequitur, & hæredi, & cæteris ſucceſſoribus competit [*& ibi. §. ult.*] ibi dicitur, q in hęredem, bonorum poſſeſſorem, cæteroſque ſucceſſores in factum actio cõpetit, hunc autem. §. & l. ſe. infra declarabo [*& ibi, à contrario*] municipes habent ratam deiectionẽ factam nomine municipij [*et ibi, Sed ſi ego*] ſi cõtemplatione patris, uel domini negocium filij, uel ſerui geſſi, tenentur in ſolidũ pater, uel dominus; ſi cõtemplatione filij, uel ſerui, tenetur ſolum de peculio [*& ibi. §. aliquando*] uide, ut lit. non cõte. quoniã. §. pe. ſuper. 1. gl. [*et ibi, aut clam*] datur contra poſſeſſorẽ operis, etiam dño inſcio, uel inuito fiat [*& ibi, l. ulti.*] ponit caſum, cum is, cui nunciatum erat, uendidit, & emptor ędificauit [*et ibi. l. una*] canonizata in uer. proxi. alleg. & l. ſequens, in uer. ibi præcedẽ ti [*et ibi, ſi quis in tantam*] uide infra tit. 1. c. 1. ſuper glo. pe.
18 ¶ *In † glo. 2. ibi, reſpon.*] idem Vinc. T. Gof. [*et ibi, ſi quis in-*
ptionem tollit præſumptio inſurgens ex ſententia. fa-
cit de crimine fal. ca. pen. & quod ibi not. & facit. ff. de
iureiur. nam poſtea. §. ſi damnetur, p̃m unum caſum.
Item uide, quod dixi de pœnis, calumniam, ubi patet
alia reſponſio [*& ibi. §. etiam*] ibi rationabilis cauſa liti-
gandi probatur aliter, q̃ per iuramentum [*& ibi, illud*]
ibi loquitur de metu eſtimationis damni contingen-
tis caſu fortuito: hic de metu intereſſe, quod prouenit
ex malitia ſuccumbentis [*& ibi, alij dicunt*] & hos ſequi
i tur Hoſt. quod mihi placet i per decre. calumniam, in-
fra de pœnis, quæ dupliciter hoc probat, ut ibi dicam
ſuper glo. 2. & Guil. dicit curiam ſic ſeruare, niſi iuſſus
Papæ, uel alia rationabilis cauſa ad cõtrarium mouea
tur, in præalleg. §. nunc de expenſis, in fin. 1. columnæ:
non tamen negat iſta opinio, quin probabilis ignorã
tia probata aliter, q̃ per iuramentum excuſet ad con-
K demnationem. & ponit Hoſt. exemplum k in illo, qui
in arca paterna inuenit inſtrumentum debiti, cui ſatiſ
factum erat, ſed ipſe ignorabat, de regu. iur. qui in alte
rius, libr. 6. uel probauit aliquid de intentione ſua, ſed
non plenè, infra de iureiur. mulieri, & facit quod dixi
de calumnia. c. 2. in fi. intereſt, religioſa & honeſta per
ſona; quod non eſt ueriſimile, q̃ iniuſtè peteret, de no
ui ope. nun. c. 2. In his & ſimilibus fieret abſolutio. Eſt
tamen hoc ipſum, quare abſoluitur, in ſententia expri-
mendum: aliter non ualeret abſolutio, in auct. de iud.
§. oportet, collatio. 6. [*& ibi, ſed in criminali*] & tamen in
18 ea † iuratur de calumnia, ſupra de iuram. calumn. ca. 1.
[*& ibi, in cauſa appellationis*] & tamen in ea iuratur de
calumnia, infra de iuram. calum. c. 2. lib. 6. & ſic facit pro
opin. Placentini, & ſe. [*& ibi. q. 6. omnimodo*] de hoc ead.
q. §. patet, & uide quod nota. infra de reg. iur. ignoran-
tiam, lib. 6. ubi not. quæ ſit in hoc ratio, quam hic not.
19 Ianoc. & Hoſt. Dixit † tamen hic Innoc. quoſdam dice
l re, appellatum l, ſi ſuccumbat in cauſa appellationis,
non debere condemnari in expenſis eo, q̃ iuſtam ha-
buit cauſam litigandi, ſcilicet ſententiam prius pro ſe
latam, niſi de ſententiæ iniuſtitia euidẽter appareret,
argu. ex not. de renunc. in præſentia. Hoſt. addit aliam
rationem, quia appellatus nil agit, ſed patitur, & trahi
tur inuitus. & ſi iudex bona fide tulit pro ipſo ſenten-
tiam, bene eſt. ſi dolo, dolus, cuius ipſe non fuit parti-
ceps, non debet ſibi imputari, infra de reg. iur. non de-
bet, lib. 6. ipſe Hoſt. remittit ad ſummam, eo. tit. & quo
modo ſub §. cum autem. uerſi. quo igitur, & uerſi. ſed
nunquid appellatum, & uide in Specu. de expenſis. §.
nunc uidendum. uerſi. quid de appellato. Petr. de S. de
hoc tractauit in decr. cordi, de appel. ut debitus, ſuper
20 glo. antep. Quid ſi † appellans pro parte ſuccubuit, pro
parte obtinuit? Inno. hic diſtinguit, an ſint plures arti-
culi, in quorum altero obtinuit, in altero ſuccubuit;
& tunc fiet compenſatio expẽſarum. debuit enim ap
pellare ſolum ab iniuſto. Si uerò unus ſolus erat arti-
culus, tunc diſtinguere non tenebatur; & ſic fiet con-
demnatio, ex quo in parte obtinuit, & de hoc uideas
in Spec. præalleg. §. nunc uidendum, uer. fi. ubi in fi. ad
21 literam quaſi inuenies dictum Inno. [*& ibi, ſunt † & uti
les*] quidam antiqui ponunt, non utiles. & ſic Io. 2. q. 1.
in primis, & Vin. & Inn. hic, & facit pro his decre. cum
ueniſſent, in fi. ſtatim alleg. communiter hic eſt litera
ſine, non. & Hoſt. illam literam, cum non, reprehẽdit,
hanc uarietatem tangit etiam, ſed nil diffinit, etiam in
Spe. de expenſis. §. fi. ubi proſequitur hanc partem gl.
puto, q̃ utraq; litera ſit bona. Si enim recipias utiles,
quæ meliorem cauſam faciunt &c. & propter hoc ha
bui 10. aduocatos, cum nec qualitas cauſæ, nec cõſue-
tudo fori requireret, tunc bene ſtat non. ſed ex quo tu
non coniungis moderamen utilibus, bene ſtat etiam
ſine, non, maximè, quia & neceſſariæ ſemper ſunt uti-
les, ſed non conuertitur. & p̃m hoc erit utriuſque lite
ræ idem ſenſus. nã neceſſariæ includunt moderamen.
in utilibus ergo moderetur iudex [*& ibi, aduocatis*] etiã
22 ſi habuit † illos gratis ſub ſpe remunerationis: ſecus, ſi
dono puro p̃m Guil. in Spec. de expenſis. §. fi. uerſ. ibi,
m quid ſi m uictor, & facit quod not. in uerſ. ſe. [*& ibi, ſi
quis*] aliàs eſt. §. ſub l. inter cauſas. &, ut dicit Tan. Vinc.
deducet quas domi facturus eſſet. ff. ad exhibendum.
l. ſed ſi hæreditas, ff. de rei uend. l. ſi res [*& ibi, terminato*]
uide quod dicam de ſequeſt. poſſ. c. 1. in fi. [*& ibi, iura-
bit*] etiam ſi conueniſſet ſuper eis, credi uerbo credito
ris de hoc in Spec. de proba. §. fi. uer. quid ſi ibi [*& ibi.
c. ult.*] uide quod ibi dixi poſt Inno. in gloſ. antepe. cir-
n ca reuocandam taxationem, ſi erratum eſſet in ea n.
23 ¶ *In glo. pen. in fi.*] per hanc literam † dicunt quidam in
ipſa termini aſſignatione fieri cõdemnationem. Alij,
& male, q̃ fiet in fin. litis. Alij, q̃ ex quo in probatione
defecerit, hoc tenet Hoſt. & mihi placet: fatetur tamẽ,
q̃ in datione termini iudex hoc comminabit. primũ
o dictum placet Inno. o. cui demum ipſe ſic opponit de
triplici iniquitate. primò quia fertur ſententia ſine cer-
ta quãtitate, de qua nec poteſt haberi certitudo, cum
factæ non ſint. ſecũdò, quia iudex ſe intromittit de tra
ctu futuri tẽporis, cõtra id. ff. de uſuris. l. 1. tertiò, quia
ſub conditione fertur ſententia; de his remittit, ſupra
de procu. auditis, & uide quod dicam de ſequeſt. poſſ.
c. 1. ad fi. ubi dicam, quod hic not. Inno. ¶ *In glo. ul. in fi.*]
24 hæc ſunt, quæ non ſunt à iure † diffinita, quæ iudicis ar
p bitrio relinquuntur ſecundùm Vin. P & Goff. quæ po
ſuit Guil. in Spe. de offi. iudi. §. pen. in fi. & uide, quod
de compurgatorum numero ibi dixi contra Vincen.
numerus teſtium. ff. de teſtib. l. 3. infra de teſtibus, cum
cauſam. ff. de uſuris. mora. tempus, infra quod ſuſpi-
cionis cauſa debet probari. Item inducię citatoriæ, ut
lite non conteſtat. quoniam: Item expenſæ; ut hic. ff.
de rei uend. in fundo. Item numerus compurgatorũ,
infra de pur. cano. cum in in iuuentute, & canon pœ-
nitentialis. 26. quæſti. 7. tempora. tempus, quod datur
condemnatis. ff. de re iudicat. l. 2. tempus iudicandi, de
de offi. deleg. conſuluit.

ANNOTATIONES:

a ¶ Cuſtodis. Prouidere ergo debet iudex, ne partes grauentur ſum
ptibus, & propterea cauſam, quæ uenit de longinquo, delegare de
bet ad partes litigantium, ut l. cum poſt ſententiam, C. de appe. &
de offi. ordin. ut litigantes, lib. 6.

b ¶ Quam nolit. Vide Innocen. in ca. poſt electionem, de conceſſio.
Præbend.

c ¶ Incontinenti. Vide ad hoc bonum text. & ibi Barto. & in l. ſi is, à
quo, ff. ut in poſſ. leg. & per modern. in l. fi. C. de compen. & in l. 2.
C. de edic. diui Adri. toll. & uide glo. Bart. in l. iuriſgentium. §. qui
nimò, ff. de pact. & in l. lecta, ff. ſi cer. pet.

d ¶ Prouiſio iuris communis. & ita cum hæc opi. Io. tranſit hic Egi.
& Pet. & dom. Abb.

e ¶ Conſtitutio. De hoc infra, in prin. gloſ. mag. & ſuper illa.

f ¶ Paſtoralis. Et tamen iudex contra hanc præſumptionem excep-
tionem admittit, ut hic: & remedia iudicis, quando uehementer
ſuſpicatur contra excipientem, uide Inn. in c. poſt electionem, &
ibi Ioan. Andr. de conceſſio. præbend. & poſt Compoſt. in c. quòd
ſicut, de electio. in fina. poſt gloſſ. & uide aliud remedium, in cap.
ſtatutum, in fin. de reſcriptis, libr. 6. ubi uide, aliud remedium hic
de except. hac.

g ¶ Veniens. Quod poſſit in eis condemnari, eſt etiam glo. in uerſic.
expectata, & optimè facit text. in auct. qui ſemel, C. quomodo, &
quando iudex, & gloſſ. pen. in cap. reprehenſibilis, de appell. & ui-
de de materia expenſarum etiam in cauſa principalis, & cauſa ap-
pellationis, quod not. ſupra de appella. cap. ſæpe, & ad id quod di-

citur

citur,ſupra de abſente,uide tex.in auct.ei qui. C.de temp.appell. canonizata.2.q.6.ei qui,aliàs ſi quis, & ibi ſcripſi, Archi.

h ¶Videtur.Plura ergo debent concurrere,ut quis teneatur ad iſtas contumaciæ expenſas,ſcilicet ut citatio teneat,quòd citatus non fuerit iuſtè impeditus,quòd aduerſarius ipſam contumaciam accuſauerit,quòd illicentiatus receſſerit,quòd iudex,ſi uenisſet,procedere potuiſſet,& quòd talem cauſam in procedendo contumaciam potuerit impedire,licet alij contra in hoc, ut ſupra patet.

i ¶Quod mihi placet. Contra tenet Bart.& communiter docto.in l.properandum,C.de iudic.& in l.qui fundum.§.etiam,ff.de leg.2.& tex.melior de iur.in §.hæc autem omnia,inſt.de pe.te.liti.

K ¶Exemplum. Item ſi forte habet opi.pro eo,iuxta not. in cap.ut debitus, de appell.in glo.pen.Bal.

l ¶Appellatum. Vide per do.Pet.de Anch.conſi.415.

m ¶Quid ſi. Et ibi, quid ſi uictor erat peritus,ita quòd non indiget aduocato, an ſalarium poſſit petere,de quo uide Bart.in l.ſtipulatus eſt,ff.de fideiuſſo. & uide etiam de hoc Cyn.poſt Iac.de Aret. in l.ſancimus,C.de iudi.& Bald.in l.ſi.C.de fru.& lit.expen.

n ¶In ea. Et de taxatione expenſarum, & qua actione petantur, & quid de factis ante lit.conteſt. an ueniant officio iudicis, uide hic pleniſſimè Pau.in repetitione huius c.& Io.And.in c.ſæpe, de appell.in gloſ.ſuper uerſi.expenſarum.

o ¶Inno. Iniqua uidetur iſta opin. cum enim tunc temporis non ſit in culpa,cum non defecerit in probando,& ſic nõ ſit debitor,quo modo ad id,quod non debet,condemnabitur.

p Vin.c.Ad materiam eius, quod tangit gl. an qui non poteſt in ære, teneatur in corpore, uide Innocen.& Ioan.Andr.in c.Odoardus, de ſolut.& in l.1.ff.de pœnis,& in l.ſi quis id quod,ff.de in ius uocan.& in l.ſi quis in iure,ff.de iniurijs,& Bal.in l.quicunque,ff.de ſer.fugitiuis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax condemnatur in expenſis factis à tempore citationis emiſſæ.*
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Literæ de rato pro procuratorio.*
Contra electum hic in modum exceptionis an ageretur, ibid. tenetur perſonaliter adire curiam, nume.4. & quæ ſeruare teneatur, ibid.
3 *Citatio contra electum non eſt neceſſaria ad curiam, & quo iure.*
Facta ad diem an habeat duo mandata, num. 6.
De, uſque, præpoſitione, ibid. ad dictio. uſque.
4 *Serò, pro tarde ſumitur, & quomodo ſumatur in ſtatuto pœnali.*
Citatum quæ excuſatio releuet ad non ueniendum, ibid.uer.& hæc prima, & num.8.14.an uenire teneatur poſt diei lapſum, nu.7.
8 *Vtrumque, idem, quod qualitercunque.*
9 *Expenſæ à quo tempore computandæ.*
Earum petitio an locum habeat in cauſa criminali, num.11.§.ult, & num. 16. & 17.
Expectat altera pars in appellationis cauſa in Roma.curia ex conſuetudine poſt aduentum unius partis 40.dies, ibid.uer.hoc dictũ.
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſarum, num.11.*
In conſortibus litis ſpecialia quæ, & num.12.
Ad diem certum quod mandatur, uel ſtipulatur, uel relinquitur, an unum ſit dictum, an duo, §.2. & num.14.§.1.
Procuratorem mittere, uel conſtituere quis teneatur. §.3. & nume.14.§.2.
Mora an purgetur in crimine. §.4.& num.14.§.ult.
Experiundi poteſtatem quis dicatur habere, ibid.
12 *Additio gloſarum, & num.13. cum ſequen.*
Per imum melius expeditur, quàm per plures, & quando, ibid. num. 12.
13 *Electionem annullandam, quæ reddunt, quæ nullam.*
A comminatione non poteſt appellari, & quando, ibid. §.in glo. in perempt.
14 *Per nuncium etiam citari poteſt.*
Procurator nullus cogitur fieri, ibid.
Procuratorem quis dicatur non poſſe reperire, ibid.
Pecuniæ obediunt omnia, ibid. uerſi.de epiſcopo enim.
Ad pauperem debet ire iudex delegatus, ut expediat cauſam, uel per quod.
15 *Roma mutari non ſanum.*
Cap.quorundam. 8. diſt. intellectus, ibid. uer. Item non eſt.
16 *Expenſæ ueniunt abſoluto in cauſa inquiſitionis etiam ex officio factæ, & quando, & cui. alia de his uide num. 9.*
17 *Expenſæ debent reſarciri etiam à condemnato in cauſa criminali ultra pœnam criminis, & non eſt pœna condemnatio earum, ibidem.*

CAPVT VI.

1 Vm dilecti. Caſus. Contumax † condemnatur in expenſis factis à tempore citationis emiſſę in prima parte ponit formam ꝓceſſus.in ſecũda interloquitur,ibi,Quia propter.In prima facit. 5. ponit primò comparitionem nunciorum electi, & aduerſariorum ipſius,& deciſam cauſęcommiſſionẽ. ſecunda ibi, quamuis, ipſius primam contumaciam: tertia ibi, Volẽtes, ipſius electi citationem.quarta ibi; Expectantibus,ipſiu s abſentiam,& excuſationẽ.quinta ibi,ſed contra,ipſius excuſationis impugnationem

2 [*De rato*] ideſt † procuratorium,quo continebatur,ꝙ ratum haberent, quod per illos fieret, cõcor.de iura. calum.c.pe. [*Contra eundem*]hic oportet p̃m Inn.& Ab.

a in modum exceptionis agi ẽ electum,etiam [a] ſi nil petat.iſte enim confirmatus erat; quod patet,quia uocatur electus. quare confirmationem non petebat iam habitam, ordinationem non: quia abſens nõ poterat ordinari.Item ex contextu literæ patet,ꝙ non agebat per uiam inquiſitionis,uel denunciationis,nec in modum accuſationis, quia non interueniret procur. nec poteſt dici,ꝙ iſti procur.fuerunt admiſſi ad proponẽda hæc crimina proſequẽdo appellationem ſuã: quia non appellauerant, nec electus proſequebatur ſuam app.quam fecerat.Hoſti.remittit de ordi.co.cum dilectus,in fi.& dicit,ꝙ ex quo electus appellauerat,cauſa delata erat ad curiam, de elec.quamuis, li.6.& quamuis non proſequeretur ipſe, aduerſarij tamen poterãt & debebant proſequi,de app.oblatæ,de elec.c.1.lib.6. & ſic proſequendo hæc & alia crimina poterant opponere,dicens,ꝙ hæc non ſequitur concluſio.[Inn.de qua dixi[*Electione*]ideſt electionis confirmatione faciẽ 3
da,uel facta [*Appellauerat*] de ap.extra iudicium remittit Inno.de maio.& obe.dilecti, de ap.cum ſit Romana,& c.conſuluit,& c.ad audientiam, & c. conſtitutis. 2.& c.bonæ [*Suſpicio*] infra de præſump.nullus [*Iuris or*
3 *dinem*] hodie non † eſſet neceſſe iſtum citari, de elec. c.1.& c.cupientes,lib.6.[*Vſque*]concor.de reſti.in inte. cum ex literis,& c.coram,de dilationibus,expoſuit,in fi.de fi.inſtru.accepimus,de uoto, licet. In his autem,

b Vſque, [b] adijcitur feſtis.ad idem de teſti. præſentium. §.teſtes,lib.6.uide quod dixi,de ord. ab epiſcopo. c.1. ſuper.1.glo.[*Dominicam*]de hac forma citandi in ſpe.de cita.§.1.uer.item excipitur, ꝙ citatio fit ad diem, & p

c Hoſti.in ſumma, de ferijs.§.fi.in princ. [c] [*Procuratorem*]
4 hodie † perſonaliter teneretur uenire, & ſeruare tempora decre.infra de elec.cupientes,lib.6.[*Scribebat*]ſed non probat,ut dicit glo.[*Sero*] ideſt tardè cõcor.de crimine fal.ad falſariorum.Hiero.ad Elbidiam. q.4. conſuetudo humani ſermonis eſt, ſero, non ueſperam ſignificare,ſed tardè.ſolemus enim dicere,ſero uenisti, 5
i.tarde.dubitari † ſolet,ſi ſtatuto ſinodali,vel municipa liin eadem ſpecie delicti diuerſa pœna imponitur agẽ

d ti de ſero, [d] dicam de homi. ſi perfodiẽs.& hæc prima excuſatio ex parte nunciꝰ. ſecunda ex parte termini. tertia ex parte aduerſantiũ [*Diſcrimina*]generalis excuſatio.ſic infra de accu.ueniens.potuerat non obſtante uiarum diſcrimine; quod allegabat. aliter non ſic de facili mittit quis procuratorem, ſicut nuncium,ſecũdum Vin.qui ſic intẽlligit etiam iura,quæ allegat glo. Idem Abb.& talis faceret excuſationem,qui non reciperet procuratorium.Hoſt.[*Dumtaxat*] tunc enim ex-

cuſaret

cuſaret ꝓ impoſsibilitatem ſuperueniẽtem, ex quo perſona ipſius requirebatur;ſic de offi.deleg.c.fi.Hoſ.

6 [*Duo*] Pet.de Bel.Per.in qõne,an † ualeat citatio facta ad diem feriatũ, quam not.in l.dies feſtos, C.de ferijs, non uult fateri,ꝙ citatio ad diem habeat duo mandata:ſed dicit unum indiuiſibile illa ratione,quia nõ ualeret citatio ſine die,ꝓ l.ita ſtipulatus,in prin.ff.de uer. obl.hæc ratio non placet,ut dicam infra de app. cum parati, in fi.dictum uerò hoc reprobat. tenetur quod not.hic Goff.& Hoſ.dixi infra de reg.iur.lib.6. [*Preſentare*] ſi ſcit ſaduerſariũ ibi manere: aliàs quare ueniret?

7 Si enim legitimum habuit impedimentum, circũductum eſt peremptorium.ff.de iudi.& l.poſt.ſi non habuit,quantumcunque ueniat ad expenſas tenetur,qđ ſufficere debet,& lex,Celſus,in ſolutione loquif,quæ ſemperliberat.ff.de ſolutionibus,ſi pro me. Alij dicũt, ꝙ ſemꝓ uenire debet, ſaltem ut dicat cauſas abſentiæ, & ut litiget,ſi aduerſarium inueniat p̃m Inno.uide ſupra de ferijs.c.ult.in prin. Pet.& Abb. expediunt ſe,dicentes hæc uerba in cauſis beneficialibus hodie deciſa per decreta.primam,de elect.lib.6.Hoſt.dicit,quòd hic fuit partis allegatio. & quod dicitur in uerſi.ſe. loquitur in prius obligato.ſed hęc ſola citationis forma obligat.poſt diem igitur lapſam non remanet obligatus,licet de contumacia puniri poſsit.Tertia opin.eſt diſtinguens inter conſiſtorium Papæ, uel alterius ordinarij delegati.in primo tenetur poſt diem uenire:in ſecundo non.& ſit ratio: quia forum primum eſt certum;ſecundum incertum & uagũ.Poſt hoc dicit Hoſ. iſta omnia in ſubtilibus allegationibus conſiſtere,ſed ueritate carere.nam ſi contractus à principio uolũtarij obligant,fortius præcepta etiam à principio neceſſaria. Item ſi non eſt contemnendus ordinarius, ergo minus delegatus,& poſſet etiã uagari ordinarius. unde dicit citatum ad certum diem, & locum; ſi non uenit in die, uenire debere poſt diem, quamcito poteſt. nec obſt.hæc allegatio : quia Papa p̃m eam diffinit, & maximè quando iudex citans habet certum domicilium, uel locum iudicij, & tunc maximè quando ſcit aduerſarium,uel eius procuratorẽ eſſe ibi,uel in propinquo.Si uerò non habet citans certum locum iudicij, non ſic aſtringitur poſt terminum in perpetuum, ſed infra paucos dies,illos,ſcilicet quibus iudex expectare conſueuit,poſt quos non dicatur aſtrictus, licet contumax [*Nequiuerit*] ff.mandati.l.ſi mandato.2.§. Paulus reſpõdit die[*Vicino*] forſan cum tunc expectaſ

8 ſet,de offi.dele.conſuluit[*Vtcunque*] ideſt † qualitercunque [*Formidabat*] ideſt ſe formidare dicebat. canonica enim erat allegatio, ſi probaſſet, infra de ſent.excom. decæterꝰ, p̃m Vin.hoc uerum ad excuſandam perſonalem comparitionem, ſed non procuratoris, ſecundùm Inno.[*Reputauimus*] quod poterat etiam facere, ſupra de offi.deleg.conſuluit, & ſupra eo.prout; Vin.

9 [*Tempore citationis*] non in † quo,ſed ad quod fuerunt citati p̃m Io.ex tunc enim & non prius fuerat cõtumax. dicebat Inno.not. computandas expenſas à tempore

e citationis,& non tẽpore contumaciæ [e] tantùm,quod dicebat Hoſt.uerum,quando citatur is, de cuius con-

f tumacia [f] iam apparet.ſic ſupra de procu.auditis.Hoc dictum Hoſt. uerificatur conſiderata antiqua conſuetudine curiæ, p̃m quam in appellationis cauſa poſt aduentum unius partis altera expectatur per 50. dies. Illo igitur reſpectu ponderaui in prin.c.primam contumaciã, uel forte ſtatutus fuit terminus ad appellationem proſequendam,ut in 4.gloſ.puto,ꝙ reſtituantur expenſæ citationis,ſalno quod dicam de procur.querelam,& victualium poſt contumaciã,quatenus plus expẽditur,&c.ut ſupra c.proxi.dictum eſt:prius facte, ſcilicet ante contumaciam reſeruantur ad finem cauſæ.hæc uera niſi in caſu, de quo loquitur Hoſti.quando ſcilicet citatur is, de cuius contumacia iam apparet. & eſt ſimilis differentia,quam dicã infra de exceſſ.

10 prælat.ex literis.in glo.arg.ꝙ.¶Prima † glo.no.tria ſpecialia in conſortibus , quorum alterum determinat. ¶*Glo.hic ſumptum*] alleg.concor.& ſignat contrarium. ¶*Glo. ex hoc uidetur*] not.ꝙ impeditus tenetur procurare mittere; alleg.6.concord.alleg. in contrarium 7.iura, inter quæ interſerit rationem.ponit opi.Vin.& demũ ſoluit diſtinguendo inter actorem, & reum, & in reo cauſam arduam & nõ arduam,impedimentum temporale & perpetuum. ¶Glo.ſic uidetur,& ſequẽs ponit duo argumenta,& duo contraria.¶Gl.ult.arguit, ꝙ etiam in criminalibus &c. & remittit. finis obijcit,

11 & remittit. ¶*In † glo. 1. ibi, agere*] uel defendere cum ſatiſdatione,iudicatum ſolui,ut in l.ſtatim alleg. [*& ibi. §. rati*] ſatiſdatio rati non debetur à procuratore, qui conteſtatus eſt litem.¶*In 5.glo.in fi.* uide de mu.pe.c.1. ſuper 1.gl.¶*In glo.hoc ſumptum,ibi, Celſus*] ſi arbiter mandat dari calendis,duo ſunt mandata [*& ibi, hæc ſcriptura*] ſequitur,ſi 20.dederit,uel iurauerit ſe aliquid factu rum, unã conditionem exprimit habentem duas partes [*& ibi, ea tamen adiectio*] ſi dicit teſtator,Lego uxori argentum,& ueſtem,quę ipſius cã parata ſunt,unum eſt legatum: ſecus,ſi dicat,Quæque ipſius cauſa &cet. [*& ibi, omnis ſtipulatio*] id quod in diem ſtipulor,ſtatim debetur: ſed peti non poteſt ante diem,nec ipſo die,ꝙ totius eſt promiſſoris [*& ibi, ſi quis ita ſubſti.*] ſubſtitutio facta,ſi decedat filius infra decennium,non protẽditur poſt decennium,& infra tẽpora pubertatis. ¶*In glo.ex hoc, ibi. quartum*] loquitur de litigatore,qui febricitans receſsit à iudicio[*& ibi.l.1.*] qui rebus ſuis ſupereſſe nolunt,uel non poſſunt,per alios agere,& defendere poſſunt [*& ibi, præſcrip.l.1.*] ille dicitur non habere poteſtatem experiundi,qui nec experiri,nec mãdare poteſt.¶*In glo.& ſic ibi, & ſi poſt tres*] reus,qui promiſit iudicio ſiſti, purgat moram ueniendo paulo poſt diem, ſi ius actoris non ex mora dererius factum ſit. ¶*In glo.ult.ibi, qui crimen*] ibi qui non proſequitur accuſationem,extra ordinem punitur,& nihil.in expenſis;

12 & concor.de ſent.excom.ſacro¶*In † 1.gl.ibi,ubi de hoc*] g in prima glo.& uide quod ſuper ea dixi g. [*& ibi, ſpeciale*] ſcilicet in conſortibus [*& ibi. §. rati*] aliud collige p Clemen.de procura.religioſum [*& ibi, criminalia*] hoc intelligũt quidam,ut Goff.cum agitur ciuiliter,ut hic agebatur [*& ibi, ſi duo*] ubi de hoc, & 2.q.6. ſi quando

h [*& ibi, hæc quippe*] [h] ubi de hoc,& fuit gloſ.Vinc.Idem Ioan.& Goff. [*ibi, non credo*]Idem Hoſt. [*& ibi, quantum plures*]immò per unum melius expeditur,ff.de populariꝰ actionibus.l.2.Hoſt.infra de procu.ſi duo,li.6. ¶*In glo.2.ibi, in minoribus*] ſup.tantum [*& in fi.*] & quia

13 primum & quartum reddunt electionẽ annullãdam, ſaluo quod habes hodie de electione auaritiæ, libr. 6. Reliqua uerò reddunt electionem nullam. not.Abb. talia poſſe ſimul opponi.¶*In glo.3.in fi.*]unde dixit Hoſtien.grauamen à iudicibus ad inſtãtiam aduerſæ partis illatum.¶*In glo.4.in fi.*] dic,ut infra de electio.c.1.de appell.c.1.libr.6. ¶*In glo.in peremptorio, ibi, comminari*] & à tali comminatione cum de iure fiat, non poteſt appellari: ſecus,ſi ſit de facto,infra de appel.cum ceſſante,p̃m Hoſt. ¶*In glo.not.ibi, per † nuncium*] Io.etiam proprium citati p̃m Abb. ſed hoc non colligitur hic. ¶*In glo.ſumptum, ibi, ſicut*] dic, ut ibi.¶*In glo.ex hoc, ibi, qui exiuſta*] quod eſſet abſurdum.ſequeretur etiam alia abſurditas,ꝙ cum nullus cogatur fieri procur.inſt.man. §.ſicut,& §.rectè,imputaretur forſan ei, qui procura. inuenire non potuit,cum nullus obligetur ad impoſsibile,de appel.c.fi.quod arg.eſt neceſſarium,niſi fraudulẽter aliquid allegetur p̃m Hoſt.de epiſcopo enim, uel alio potenti & diuite hoc non præſumeretur,maximè quia pecuniæ obediunt omnia, Eccleſiaſtes 16.

per quod etiam dicit Hoſtiē. ℭ pauper, qui nil fingit, perpetuò impeditur, perpetuò excuſabitur à cōſtitutione procuratoris, quicquid dicat finis huius gl. quid ergo tunc fiet? uadat, uel mittet ad eum iudex delegatus, de teſtib. cog. c. 2. & de plano & ſine ſtrepitu decidat cauſam. in auth. de manda. prin. §. ſit tibi, quem. in ciuilibus per ceſſionem facile expedict. infra de ſolu. Odardus, ſecundùm Hoſt. [*& ibi, iuris*] hodie primo, lib. 6. [*& in fi.*] dicit, ℭ hæc decre. loquitur in electo, in quo ſpeciale eſt, ℭ impeditus tenetur procura. conſtituere, licet cauſa ſit ardua, de elect. cupientes, lib. 6. ver
i ſic. inſuper[i], & facit infra de appell. oblatæ, ad fin. ¶ *In glo. & ſic, in fi.*] de hoc. 18. diſtin. propter, infra de reg. iu. moram, lib. 6. ¶ *In glo iuxta illud, ibi, ad curiam*] maximè,
15 quia † ſanum non uidetur morari Romæ, argu. 7. q. 1. qualiter, ubi de hoc in fi. 1. glo. [*& in fi.*] Vincent. non eſt contra, quia ibi ignorans qualitatem ſecundi loci, de gratia primo loco reſtituitur. hic de iudicio loqui tur, quod redditur in inuitum, & facit ſupra de renun. ad ſupplicationem. ¶ *In gl. pen. in fi.*] uel de gratia, ut ibi.
16 ¶ *In glo. ult. ibi, inquiſitionis*] quam † aliquis proſequitur, cuius interſit, ſecundùm Hoſt. de hoc in Spe. de expē. §. 1. in fi. quid ergo, ſi nullo proſequente iudex inquiſi uit, & abſolutus eſt inquiſitus, tenebitur ne inquirens ad expenſas, ſi iudex proceſſit, ut debuit, ſcilicet fama deferente? de accuſ. qualiter. 2. non tenebitur, cum ex ſui officij neceſſitate id fecit, ut ibi, & de ſi. licet Hely. faciunt not. de offic. deleg. ab arbitris, lib. 6. in ult. gloſ. & ſuper ea dixi. nec enim ius reipublicæ debuit dimittere indefenſum, quod timore expenſarum fortè dimitteret, facit. ff. de peti. hære. l. illud. habuit ergo motus propter famam probabilem cauſam, quæ excuſat à condemnatione expenſarum, de electio. cap. 1. in fi. libr. 6. de hoc ſupra cap. proxi. ubi uero non præceden
k te infamia[k] calumnioſè inquiſiuiſſet, locus eſſet condemnationi, quæ uenit, ut intereſſe, ut ſupra dixi, non obſtante, quòd procedit ex officio, ut patet de ſenten. excom. ſacro, uerſic. cumque, de hoc etiam per Cyn. C. de iud. l. ſancimus, in 15. quæſt. [*& ibi, criminalis*] huic
17 † dicto Vincent. quod placuit Ioan. & Hoſtienſ. & cui concordat, quod nota. infra de pœnis, calumniam, in prima glo. uidetur obſtare, quod ſufficit pœna criminis, & pro parte accuſatoris ſufficit pœna talionis, nec duplici pœna &c. ſupra de iudi. at ſi clerici. ff. nau. cau. ſta. l. licet. ſed dic, quod cōdemnatio expenſarum non eſt pœna, ſed proſecutio intereſſe, & rei familiaris reſpectu recipientis, ut dixi. de reſcript. capi. ulti. ſuper uerſic. moderatis, & not. de electio. cap. 1. libr. 6. in gloſſ. hanc pœnam, & in fi. & ſic per pœnam criminis non impeditur. C. quando ci. act. cri. præiu. l. una. Item pœna talionis infligitur propter calumniam, & ſic propter extrinſecam cauſam: pœna expenſarum propter iniuſtum litigium, & ſic propter intrinſecā, & ſic propter diuerſa ex eodem delicto punitur dupliciter, & facit infra de crimine falſi. c. 1. & in fine ultimæ gloſſ.

& in c. ſupra proxi. qui dixit, ſic intelligen. quod not. in Spec. de expen. §. fi. uerſi. hoc quoque.

g ¶ Super ea dixe. Et per Cyn. & Salice. in l. 2. C. de conſor. eiuſdem lit. & uide gloſſ. in Clemen. religioſus. infra allega. & uide Barto. in §. rati, infra allegat. & in. nihil, C. de procurato. per Cyn. Bald. & Salice.

h ¶ Quippe. Quod poſſit in cauſa conſortis, licet criminali, dicit gloſſ. 2. quæſt. quinta, ſtatuit, & ibi ſcripſi, & 3. quæſt. 6. hoc quippe. uide etiam quod ſcripſi in c. cum M. de conſt. & 2. q. 6. ſi quando, ubi etiam eſt glo. Archi.

i ¶ Inſuper. Sic & in omni cauſa, quæ requirat celeritatem, & quæ tempore feriato poſſit tractari, ut not. Bart. in l. non exigimus. §. ſi quis in iudi. c. ubi latè de materia iſta. ff. ſi quis cauſ. & in le. 1. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. & Cyn. in l. 1. C. de teſtam. milit. & ibi etiam per Bald. & uide Ioan. And. de procurato. c. quæretam, & uide Barto. in l. quæſitum, ff. de re iudi. & uide per ipſum. ff. pro ſo. l. idemque.

K ¶ Præcedente infamia. Vide per domi. Bartol. conſilio 47. in primo uolumine, per totum.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc gratioſa, & eius diuiſio.*
2 *Victoriam obtineo, ſi quid peto, nec eſt qui excipiat, uel excipere poſſit intentione mea probata.*
Electus ad petendam confirmationem, uel conſecrationem cum teſtimonialibus literis & decreto ad ſuperiorem debet accedere, ibid. uerſic. Dicit Innocen. habet tempus, intra quod conſecrari debet, num. 3. uerſi. & dato.
3 *Confirmatio electionis, & conſecratio quando teneant, & num. 4.*
Præuentio malitioſa dat cauſam caſſandi, quod factum eſt, ibidem uerſicu. ſi autem.
Ex falſis literis ſiquid fiat, eſt irritum & inane, & in quo caſu hic, ibid.
4 *Solicitè, quid ſignificet.*
Simplex uerbum pro compoſito, ibid. ad uerb. quærentis.
5 *Confirmatio ſiue dicatur nulla, ſiue aduerſus eam petatur reſtitio, cauſa pendente nil eſt innouandum.*
6 *Poſt confirmationem, & conſecrationem quibus caſibus poteſt excipi, & uel agi contra confirmatum, & conſecratum, & quem, & quorſum, num. 7.*
Contra electionem ſi obijciatur ante confirmationem, quæ differentia ſit ab obiectionibus poſt confirmationem, ibid. uerſi. hæc tamen, & quid contra eam obijci poſſit, ibid. & num. 7.
In electionis, & confirmationis caſſatione quæ & à quo probanda, & quæ ſententiæ forma, eod. nu. & num. 7.
Factum quod eſt quandoque irritatur, ex eod. num.
7 *In populari actione obſtat etiam res iudic. & quando.*
Præuaricatio, uel colluſio ſi doceatur, non obſtat exceptio iudicati, ibid.
Litis conteſtatione omiſſa proceſſus & ſententia, & exinde quæ ſecuta ſunt, caſſa & irrita nunciantur, ibidem, uerſicu. Illud autem.
8 *Rationabilia quæ ſunt conſideranda in electionis negocio, an ſit canonica, commiſſo.*
9 *Forma mandati non ſeruata proceſſus uitiatur.*
Teſtimonium ſine iuramento quo caſu ualeat, ibid. & teſtimonio regis credi poteſt, ibid. ad dictio. Carcaiæ.
10 *Confirmatio electionis facta cum cauſæ cognitione, habet uim definitiuæ.*
Præſertim pro tantum, ibid.
Credi debet his, qui magis nouerunt ueritatem, ibid. in fi.
Capitulo hic creditur, ibid.
11 *Negatiuum teſtimonium facit præſumptionem.*
Appellatio quædam facti eſt, ibid. ad dictio. accedens, uide nume. 13. 20.
Fœlix quem fecerunt aliena pericula cautum, ibid. in fi.
Correctio ſapientis, & caſus dementis.
12 *Voluntas ſufficit pro ratione principi.*
Canonicè procedi, quomodo intelligatur, ibid. ad dictio. canonicè.
13 *Appellationis uim an habeat itineris correptio, remiſſ. uide nume. 7. & 20.*
Venire & nil rationabile proponere, uel non uenire, idem eſt, ibidem,

ANNOTATIONES.

a ¶ Etiam. Vide Ioan. And. in cap. dudum, el 2. in glo. not. hic, quòd nullus, de elect. & ibi remiſſiones, & in c. ſuper eo, ſuper gl. eo. tit.
b ¶ Vſque, de ſignificato huius dictionis, uide per Inno. in c. 1. de or. ab epiſcopo qui renun. epi.
c ¶ In princ. & uide Ioan. Andr. de ferijs, in cap. conqueſtus, in gloſ. non ſolum, in diebus.
d ¶ De ſero. eadem dubitatio eſt, ſi agitur de mane in crepuſculo. uide Bartol. in l. qui bona. §. hæc conditio, ff. de ma. te. & in l. aut facta, ff. de pœnis, & in l. cuius. §. 1. ff. de libe. & poſthumis. & in l. 1. §. hoc autem, ff. ad Silla.
d ¶ Contumaciæ. De hoc uide glo. 2. q. 1. in primis, in uerbo expediſſe, quæ dicit tantum à tempore contumaciæ, Archi.
f ¶ Contumacia. Alias ſit uera opin. prædicta Ioan. ſecundum Pau.

ibidem, in fine.
14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Citandus quis ſit edictis, uel literis. §. ulti.
15 *Additio.*
Falſa ſæpe principi ſcribuntur, ibid.
Decretum electionis atque hic non eſſe de ſubſtantia, ibid. uerſic. eſt ex hoc.
16 *Ex miſericordia quis auditur, ut hic, & num. 15.*
Nullitas proceſſus eſt de iure communi, ibid.
1 *Sententia lata in matrimonio ſpirituali non tranſit in rem iudicatam.*
18 *Executio ſententiæ ut fiat à primo iudice, iuris communis eſt.*
Remiſſio cauſæ quandoque fit etiam contra ius in odium eius, contra quem præſumitur, ibid.
20 *Appellatio fit quatuor modis ad principem, & quibus.*

CAPVT VIII.

1 VM olim. Gratioſa † eſt, & non ſummat. & ſunt duæ partes. prima narrat factum, ſub quo continetur conſecratio: D. comparatio F. & G. cauſæ commiſſio, proceſſus delegatorum cōfirmantium illum. F. appellatio illius: D. præſentatio illius. F. ſecunda ibi, Volentes, remittit cauſam ſub diuiſione, ſcilicet an ille: D. inueniatur in prouincia, uel non. ſecundum ibi, Si autem [*contra eum*] argum. quòd † ſi aliquid petam, nec eſt, qui excipiat, uel excipere poſſit, probata intentione mea obtinebo, ut ſolet notari. C. de tranſactio. ubi pactum, Goffr. [*Impendi*] dicit Innocen. & Hoſtien. poſt eum hoc non trahendum ad conſequentiam: quia electus ad Papam, uel Metropol. nō debet accedere confirmandus, uel conſecrandus ſine teſtimonialibus literis, & electiōis decreto. de hoc re-
3 mittit in prima gloſ. & quando † ſic uenit, & ueræ ſunt ſcripturæ, tenet confirmatio, & conſecratio, dato, ℭ nullus citetur. debet enim, cuius intereſt, eſſe uigil, & paratus ſemper propter moræ periculum, de appella. oblatæ; quod planum eſt, ſi appellatum eſt, de electio. cap. 1. libr. 6. & dato, quòd non ſit appellatum, habent tamen electi certum tempus à iure, infra quod debēt eſſe conſecrati, de hoc de electio. cum in cunctis. imputet ergo ſibi, qui infra illud tempus non fuit uigil. Si autem infra illud tempus unus maliciosè præueniret alterum, caſſaretur, quod fieret in præiudicium abſentis. ad hoc de appellat. oblatæ, uerſicu. ſi uerò. excuſatur autem hic Cele. quia per falſas literas circunuentus, ſecundùm Innocent. & ideo ſecutum ex hoc pronunciari debet irritum, & inane, de re iudi. cum olim, ſecundùm Hoſtien. dic hodie, ut infra de electio. capi-
a tu. primo, & ſecundo. cupientes, & capitul. fina. libr. 6.
4 [*ſolicitè*] quaſi † diſcretè & diligenter, ex officio tamē, & libello non oblato, Hoſtien. [*Quæreretis*] ideſt inquireretis, citatis tamen partibus, infra de accuſatio. qualiter. 2. §. debet, ſupra de electio. ſcriptum. Hoſtien. [*Canonicè*] contra, infra de appellatio. conſtitutis. 2. So. hic
5 † clandeſtinè, & ſurreptitiè fuerat confirmatus. uel hic de confirmatione nō conſtabat, cuius effectus eſt poſſeſſio. ſic ibi nec conſecrans intendebat confirmare, ſecundum Innocent. ſecundum quem ſi negetur ſurreptio, nil innouabitur, donec de hoc conſtet, cum ad hoc dicendum non admittatur quis ex officio iudicis, ſiue dicat confirmationem nullam, uel petat reſtitutionem in integ. & quo uis iſtorum duorum modorum agatur, lite pendent. nihil eſt innouandum. ff. de iudica. ſi prætor, C. de tempor. reſtitutio. in integr. leg. prima, infra, ut lite penden. capitul. primo. Fatetur
6 tamen, quòd † poſt confirmationem, & etiam conſecrationem poteſt agi contra confirmatum, & conſecratum non ſolùm criminaliter, ſed etiam ciuiliter, ad hoc, ut deponatur pro eo, quòd non fuit canonicè inſtitutus: puta quia forma nō fuit ſeruata, uel ſimoniacè, uel criminoſus, uel defectum patiens, ſeu alio illicito modo fuit promotus: quia in talibus tempus electionis expectatur, ut patet in eo, quod leg. & nota. ſupra de electio. dudum. 1. §. fi. uerſicul. ſed deciſionem, & capitulo dudum. 2. §. nos igitur. nec expoſtfacto curſu temporis conualeſcit, ut patet in eo, quod legi. & nota. in ſumma Hoſtien. de electio. §. quis eligi, ſub §. item ſciendum, primo reſpon. & §. qualiter, ante fin. uerſicul. quid ſi omnia. quinimmò & in modum exceptionis, ut nota. infra de accuſatio. accedens. §. fina. & hoc eſt uerum, niſi dum confirmatio, uel conſecratio petebatur de eo, quod modo obijcitur, exceptum fuiſſet, & iudicatum, ſupra de electio. cum dilectus. 1. reſpon. §. fin. uel eſt exceptum tantùm, & non obſtante exceptione fuiſſet poſtea confirmatio ſubſecuta, argumen. C. de fide inſtrum. lege fina. ad finem, & in eo, quod legitur, & nota. infra de re iudic. inter monaſterium. §. primo, & ſecundo. C. de falſis, ipſe ſignificans. hæc tamen eſt differentia inter eum, qui poſt confirmationem objcit, & eum, qui ante: quia ille, qui ante cōfirmationem objcit, & dicit electionem minus canonicam extitiſſe, nil habet probare ea ratione: quia
b negātis factum, ſcilicet electionem fuiſſe canonicā[b], nulla eſt probatio. ff. de probatio. ei qui dicit. & ideo illi, qui aſſerit illam canonicam, incumbit probatio, ut ibi, & nota. ſupra de poſtulat. prælat. capitul. primo, ſecundùm Innocen. hæc tamen ratio non placet Hoſt.
c quia ille, qui negat canonicam, negat ius. & ideò ei incumbit probatio, maximè ex quo agit. ff. de probati. ab ea parte. & ſi hoc non probat, debet ei imponi ſilētium: nō tamen confirmabitur electio, niſi probetur
d canonica extitiſſe, de electi. nihil eſt. [d] ubi autem poſt confirmationem objcit alius electionem minus canonicam extitiſſe, not. hic Innocen. quòd probare tenetur: tum quia nemo cogitur dicere titulum ſuę poſſeſſionis. C. de peti. hæred. cogi. & not. ſupra de procurator. ex inſinuatione, ſecundùm Innocent. tum quia præſumendum eſt pro ſententia confirmantis, ſupra de renunc. in præſentia: tum quia reus, & ſi nihil præſtiterit, abſoluetur, ſupra de cauſa poſſ. cum eccleſia. §. fina. uerſicu. actore, ſecundùm Hoſtien. uel dic ſecundùm Innocen. ut not. infra de accuſatio. ſuper his, ubi uide in gloſſ. ad excipiendum. porrò, ubi crimen objcitur, ſiue ante confirmationem, ſiue poſt, ſemper ille, qui objcit, probare debet, niſi iudex ex officio inquirere uelit, ut nota. ſupra de poſtula. prælat. c. 1. quare hic non audiuntur ſimul cauſæ iſtorum trium electorum. ſ. D. F. & G. qui tres ad hanc eccleſiam electos
e ſe aſſerebant, ut ſupra eod. capitu. in princ. uerſicu. primo. Supradicta uerò intelligas locum habere, quando cōfirmatio data eſt ſine ſolenni cauſæ cognitione, uel inquiſitione: ſecus eſt, quando idem electo & cō firmator, ſupra de electio. quod ſequitur, infra de appellatio. conſtitutus, & capit. conſtituris. 2. In his enim caſibus, ſi poſt cōfirmationem appareat electionem minus canonicè factam fuiſſe, caſſabitur; uel cōfirmationem appareat non rite factam, puta quia cōfirmator noluit audire contradictores, uel legitimas exceptiones admittere, uel electum non examinatum confirmauit, ſiue appellatum fuerit, ſiue non; caſſabit ſuperior cōfirmationem, & deijciet indignè promotū, argu. in eiſdem iuribus, & expreſſum, ſupra de electi.
f per inquiſitionem, & c. nihil eſt. §. quia, ſi ſecus [f]. Si uerò confirmatio, quantum ad opinionem iudicis, fuit ritè facta, ſed electio minus canonica confirmata pro eo forſan, quòd confirmatori tota ueritas non innotuit, tunc dicunt quidam, quòd eodem modo confirmatio irritanda: quia, inſpecta ueritate, mala fuit, quā-

uis

uis hoc non sit imputandũ iudici probabiliter ignorãti.C.de appel.eos,infra de fide instru.cum Io.§.fi.infra de priuil.cũ olim.2.ad fi.Sed quicquid dicant, hæc uidentur habere locum,ubi fuit appellatum: quia tunc ꝑp remedium appellationis,quod factum est, irritat, ut in eisdem iuribus comprobatur. Sed ubi appellatũ nõ est,quare deberet,quod legitimè factum est,irritari? Respon.ratio non occurrit nisi cõtraria,ut patet in eo,quod leg.& not.supra de resti.spo.audita.§.quia tamen.1.respon. sed & ubi inuenit superior electionem minus canonicam præcessisse, & confirmationem sine examinatione secutam fuisse, melius pronũciabit hoc modo,q̃ aliter,ut sita dicat; Quia electionem minus canonicam inueni, eam cassо. & quia confirmatio malè fuit obtenta, ipsam reuoco, arg.ff.de re iudi. quod iussit. C.cõmina.epistolas.l.interlocutio,& l.sc. C.si pervim,uel alio modo.l.fi. Si aũt confirmatio electionis facta fuerit cũ solenni examinatione,puta par
10 tibus in iudicio præsentibus,& lit.contest.& sententia confirmationis postea lata, dicente iudice talem electionem cõfirmo, tunc decætero nullus admittetur contra electionem, uel contra confirmationem, nisi ab ipsa fuerit appellatum: quia sentẽtia trãsiuit in rem iudicatam.C.commi.epistolas.l.3.supra de elect.cum dilectus,ad fi.nõ negant tamen quidam,quin talis cõfirmatio etiam ꝑp crimen, quod ante electionem cõmisisset, uel etiam propter defectum formæ accusari possit nõ ad electionem,uel confirmationem cassandam,sed ad hoc,ut deponatur,uel suspẽdatur,uel alia pœna imponatur,ut leg.& not.supra eod.glo.uersi.fatetur,& sequen.sed pluribus alijs videtur,& melius cõtrarium.s.quod de premissis non possit accusari post cõfirmationem solenniter obtentam: quia transit in
g rem iudicatam,ut dictum est, ut aliquis sit litium[g] finis. C.de fide instru.l.fi.ad finem.& idem uidetur dicẽdum,etiam si lis contestata nõ fuerit,nec partes ocurrerint in processu;quia nullus apparuit contradictor, sed tamen confirmator processit solenniter inquirendo. s.de forma electionis in loco,ubi facta est electio, & de scientia, & moribus & uita electi in loco,in quo est conuersatus, supra de elect c.3.& c.scriptum.§.per apostolica scripta. nam & in hoc casu credit Inno.sententiam confirmationis in rem iudic.transire,nisi forte de obreptione obijceret, in quo etiam casu potius ex prouisione, & de gratia, q̃ de mero iure audiretur obijciens, non tamen multo tempore post confirmationem,supra de elect.cum dilectus,ꝑm Innoc.cuius
7 est mens quasi totius huius glo.nam & in ꝓpopulari actione uno agente & succumbẽte, si ex eadem causa agit postea alius, datur uulgaris exceptio rei iud.ff.de populari act.l.3.nisi forsan is,qui secundò agit,doceat primum præuaricatum,uel corruptũ fuisse.ff.de præuaricatoribus.l.3.1.respon.in fra de collu.detegen.c.1. & c.fi.uel suam,uel suorum iniuriam prosequatur,& ignorauerit,quãdo primus egit, uel accusauerit.ff.de
h accu.si cui[h].§.1.Illud autem certum est,ꝙ ubi solenniter incœpit examinare negociũ,partibus.s.præsentib. & libello oblato,si nõ reperiatur lis fuisse legitimè cõte.& processus,& sententia,& omnia alia,quæ exinde secuta sunt,cassa & irrita nũciantur,ut patet in eo, q̃ leg.& not.supra de elect.dudum.2.§.licet aũt,ꝑm Hodie non potest fieri confirmatio parte nõ uocata, uel saltem edicto non proposito,quod dic,ut infra de
i elect.[i] c.fi.lib.6.& de materia glos.uide plenè supra de
8 elect.ꝙ sicut,ad finem [*Rationabiliter*] ponderatis† quæ habentur de electi.cum in cunctis, & c. quia propter, & can geneſi,& c.ecclesia.2. [*In causa*] electionis inter F.& G.cum primò debuissent cognoscere.de electio.
9 illius.D.secundum formam † mandati,propter quod poterat processus uiciari,Host.de rescrip.cum dilecta [*Testimonio*] fortè simplici sine iuramẽto,quod in hoc casu ualere potuit:quia hoc notoriũ,& nullus discordabat secundùm Hosti. [*Coarchayæ*] cuius testimonio credi potuit,argum.95.distin.nobilissimus,Goff. [*Celebratam canonicè*] potuerunt isti scire,licet non interfuerunt,per publicationem electionis, uel assertionẽ canonicorum,cui nullus resistebat,de electio.quia propter,ad fin.& sic non est contra.de testib.ueniens.2.in
13 fine [*Confirmare*] huic facto acquieuit,uel non contradixit.G.quia nec apparet eum postea prosecutum:aliter non uidebantur sola testimonia sufficere, ex quo de duorum electionibus agebatur. Item D.nisi appellasset.huic confirmationi.quæ† quia facta cum causæ cognitione,habet uim diffinitiuę,& sic transisset in rẽ iudicatam, se non potuisset opponere secundùm Innocent.de hoc supra in magna glos. [*Præsertim*] ideſt tantùm,secundum Hostien.istis enim plus,quàm alijs credi debuit, & quia melius nouerat, infra qui matri. accusare possunt, uidetur, & quia auctores aliorum, infra de testibus,licet ex quadam [*Non elegisse*] negatiuum erat † hoc dictum. unde non probabat, sed præ-
11 sumptionem inducebat.uel dic,ꝙ partes bene conueniebant, quòd unus solus erat electus. unde multum proderat. F.confessio capitulis,ad hoc.ff.de iureiuran. si duo patroni,Goffr. [*Accedens*] hæc est appellatio facti, de qua loquit finis [*Impetrauit*] à nobis nullam de prædicta commissione, uel prædictis electionibus faciens mentionem,vt patet in an. [*Nobis*] Innocen.qui successimus Celestino.& ibi dicebatur in an. cum fratribus nostris habito super hoc diligenti tractatu, timentes,ne sicut prædecesſ.enim per literas.quas idem D.præsentauerat,circunuentus dicitur, nos etiam circunueniri contingeret,per literas uestras.nobis ab eo
12 dem monaco præsentatas,uolentes &c.Dicebat Lau. felix,quem reddunt &c.supra de procur.c.1.C.ad l.Iuliam,re.leg.1.& casus dementis, correctio sit sapientis. [*Volentes*] hoc† sufficit pro ratione,inst.de iure naturali.§.sed quod principi, infra de præben.licet [*Canonicè*] considerata ueritate de plano, arg.de elect.ne pro defectu,ut lit.non contest.quoniã.§.1.& 2.Sed nunquid est libellus offerendus? So.sic supra de libell.obla.c.1. & lis contestanda, supra de electi.dudum. 2.nisi aliud esset ex forma mandati.supra de elect.uenerabili. Potest enim superior ex officio in his procedere, de electio.cum nobis,& cap.scriptum,& ca.nihil.Hostiens. dic hodie, ut in Clem.de iudic. dispendiosam [*Spacio*] sup. numerando ex eo tempore, ex quo &c. [*Arrepto*
13 † *itinere*] an hoc habeat uim appellationis, hodie satis dicam infra de appellatio. ut debitus [*Committatis*] ipsum confirmando secundùm Hostiẽn.cum iudicum confirmatio fuerit nulla:uiderentur aliter hæc uerba superflua, & secundum hoc uideretur ista litera coniungenda illis uerbis, supra,Mandantes, quatenus administrationem, &c.ad hoc, ut confirmatio ista præcedat confirmationem,de qua præmisit [*Elapso*] si prędictus D.interim non uenerit,uel ueniens nil rationabile proposuetit [*Consecrare*] archiepiscopi erant, quibus scribit, & adiungent sibi aliũ episcopum, de tem-
14 po.ordin.nec episcopi.¶Prima† glo.Respon.per obiectionem, & soluit. ¶Pen. tripliciter objcit, & soluit. ¶¶*In glo. fi.5.q.1. ibi, iubemus*]uide supra eo.prout,super 5.gloss. ¶¶*In glo.antepen.ibi.§.ult.*] aliàs penult.qui fideicommissariam libertatem debet, uocatur denunciationibus,edictis,& literis.¶¶*In† gloss.1.ibi, diuus*] & sæpe
15 falsa scribuntur.2.quæstio.6.biduum,ad fi.Ioan. [*& in fi.*] Vincen.uel fuit deceptus secundum Goffr.ex multitudine sigillorum : quia non erat credendum tot sigilla falsata,de cle.pe.capitulo primo,sed Hostien.per hoc confirmat,quod ibi dixi secundum eũ.& est hoc argum.quòd decretum electionis non sit de substantia;

tia:de hoc 61.di.episcopus, & supra de elec. innotuit. ¶*In gl.& ideo, in fi.*] dicit Inn. ꝙ iudices sic retulerunt: sed hoc nõ constitit papæ:quia si cõstitisset, sicut ipse contumax non potuisset appellare uiua uoce, sic nec itinerando, & hoc iustificaret sententiã latam eo absente. Item non fuit necesse aliquam sententiam ferre contra De.cum in ecclesia de qua agitur,nec de iure, nec de facto aliquid possideret, & quia nec ipse agebat contra alios,nec alii contra eum.dicit Host. ꝙ per iudicum relationem.uel alio modo legitimo constitit papæ de contumacia.¶¶*In glo.sic ergo,in fi.*]Io.& T.
16 dicit Host.ꝙ bene est† misericordia in hoc.ꝙ.D.audi-
k tur.sed in eo,ꝙ processus iudicũ nullus[k] innuitur,cõtinet ius commune.¶¶*In glo.pe.ibi,ut sequitur*]dicit Inno.
l ꝙ in contrario agitur de elec.non confirmata,[l] & electo non consecrato:sed iste consecratus erat & aliqua desunt ex Inno.& Hosti.appellasset, uel non pessimũ erat,ꝙ alius intraret locum eius,si de iure erat episco-
17 pus,infra de concess. præben.c.1.& arguit† per hoc Innocen.sententiam latam in matrimonio spirituali nõ transire in rem iudicatam, sicut nec in carnali, de re
m iudi.lator.c.tenor. [m] Dicit demum alios melius dicere,ꝙ si uerum erat, quod proponebat.D. de arreptione itineris ad papam, iniquus erat processus iudicũ, infra de ap.meminimus,& c.suggestum. & ideo de iure est,ꝙ de hoc inquiratur,& hoc comperto reuocetur processus,de offi.dele.cum causam. & si opponis, ꝙ ad illos secundum hoc nõ debuit remitti negociũ, infra de ap.proposuit, nisi de consensu partis, cod. tit. interposita.§.ille, qui non interuenit hic. Respons. ꝙ
18 non remittitur, sed illis iudicibus ius † commune reseruatur,quod est, ut primus iudex exequatur sententiam,si non prosequatur appellans appellationem infra annum,de offi.deleg.pastoralis.§.præterea.uel melius propter præsumptionem,quæ erat contra.D.etiã contra ius fit hæc remissio ex certa scientia in odium ipsius.D.propter præsumptionem præsumptam, secundum eum.¶¶*In glo. pe.ibi, ex insinuatione*]dicit Hostien. ꝙ non uidet, ꝙ hic assignetur terminus ad ap.finiendã. sufficiet enim hic,si iste sese præsentat,& aliquid rationabile proponat, ut supra uer.proxi. [*& ibi, sed omnia*
19 *ista*] ꝙ.sinquiritur de † eo, de quo plenè fuerat inquisitum,auditur quis post diffinitiuam; à qua non fuerat appellatum,expectatur electus ultra.6.menses,datur terminus,infra quem quis expediatur in curia,.& redeat ad delegatos,secundum Goffr. ¶*In glo.ult.in fi.*]
20 unde dicebat † Goffr. ꝙ quatuor modis appellabatur ad principem per arreptionem itineris,ut hic, & in p̃dictis iuribus, uoce, & literis,siue libello.31.q.2.Lotharius.2.q.6.§.diffinitiua,in fi.ff.de ap.l.1.in fi.& l.2. & per nuncij misionem,de of.deleg.cum causam, supra titu.proxi.audito, de ap. meminimus, & c.suggestum,& c.de hoc sicut.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cupientes.In alijs autem causis,quàm electionum, an & quando debeant eitari illi, quorum interesse potest, uide Ioan. Andr. post Inno.de maio.& obe.cap.1.in glo.nõ.quòd & per Cyn.Bald. & Sali.in l.fi.C.de edic.diui Adria.tol.& auct.si omnes,C.si ut se ab hære.absti.

b ¶ Canonicam.Hæc ratio tollitur per no.per Cy.& Bart.Bald.& Sali.in l.2.C.de iure emphy.& per Bar.in l.in illa,ff. de uerb. oblig. & per Ioan.Andr.infra de accusa.super his,& per glo. ma.in Clem.fin.de rescript.

c ¶ Canonicam negat. Dic quòd dictum Innocen. procedit,ubi ad actum exigitur scriptura, & illa scriptura apparet enuncians formalitatem gestorum, & tunc semper præsumitur legitimè facta, & ideo deponens contra grauatur onere proban.siue ante sentẽtiam,siue post opponat.si uero ipsa non appareat,tunc non præsumitur solennitas,& dicens eam debet probare. & ideo si opponetur ante confirma. tunc allegans solennitatem, eam probare debet.si non opponetur,tunc dicens eam non subesse, debet probare,& ita procedat dictum Inno.Archi.

d ¶ Nihil est.Vide Ioan. And. de elec. quòd sicut in glo. & additionem,quam facit post glo.in prima col.& 2.& in c.in genesi.in gl. super uer.collatio,& utrobique uide,quid si opponitur in persona,quis probet,& infra hic sequitur.

e ¶ Quare refert se ad principium glo. ad id.s. quòd post confirmationem non admittatur exceptio,sed accusatio contra confirmatum,& ex illo hic concludit.

f ¶ Secus.Vide plenè etiam de hoc in c.cum olim, de causa pos.& proprie.per Ioan.And.in gl.sua magna,& de excess. prælato. inter dilectos.

g ¶ Sit litium.Hoc posset habere locum,quãdo à prin.tempore confirmationis de hoc crimine fuit exceptum iuxta id, quod not. supra in prin.glo.

h ¶ Cui.Ibi uide Bar.& in l.eum qui.§.in popularibus,ff.de iureiur. & uide gl.pe.in c.cum dilecti,de elec.& Io.An.ibi.

i ¶ De electi.Ibi uide gloss.quæ incip. dicebatur olim, & super illa Ioan.Andr.

k ¶ Nullus.Ex eo, quia primo de electione debuerunt cognoscere, quod omiserunt,uide supra super uer.in causa,& uide infra super glo.pen.

l ¶ Confirmata.Vide Ioan.And.in prædicto.§.1. & duobus sequen. in gloss.præalleg.

m ¶ Tenor. Vide Io.And.in c.consanguinei, super gloss.fina.& super Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Contra contumacem reum possunt recipi testes, & ferri sententia definitiua,si agatur in modum denunciationis de crimine.*
2 *Diuisio decretalis.*
2 *Cum episcopis mitius agitur,& à quo tempore.*
4 ueat. & faciet interim iudex ipſum actorem, miſſumque in poſſeſſionem pacifica poſſeſſione ſeruitutis, uel alterius iuris petiti gaudere, ar. ff. de no. oper. nun. ſi priuſquam. ff, ſi ſerui. uen. is, cuius famil. ff. de uſufru. cuiuſcunque, & l, ſi uſufruc. legatus. ff. de opt. lega. mãcipiorum, C. de inge. manu. l. diffamari, C. de remiſ. pigno, ſi eo tempore. ff. ut in poſſe. ſi pecuniæ. §. 1. & l. ſi inutiles, ff. de colla, bonorum. l. 1. §. fi. & de hoc in ſpe. de primo decre. §. reſtat, uerſi, quid ſi agatur confeſſoria. ſi autem agitur negatoria, non fit miſſio: quia nec fieri poteſt: ſed cauebit de non moleſtando, ut in præalle. iuribus hoc eodem modo conſulitur agenti interdicto; uti poſſidetis, uel, unde ui, pro incorporalibus, ſiue quocunque alio modo agatur pro iuribus, ut prædicta iura ſonant, & infra de ſequeſ. poſ. pap. 1. licet enim agens interdicto, uti poſſidetis, non coſſit mitti in poſſ. cum dicat ſe poſſidere, ut patet in eo, qđ legitur & not. ſupra de iudicijs, examinata, nec poſſit ferri diffini. ſententia, cum lis conte. non ſit, ſupra ut lite non conte. quoniam. 1. reſpon. præcipietur tamẽ reo, quòd non impediat actorem, quouſque de iure ſuo probauerit, ut in d. l. ff. de no. ope. nuncia. ſi priuſquam, & ff. de iti. actuque priua. l. 1. & ſecunda, uide quod dixi, ut lite non conte. tuæ. hæc etiam locum habẽt, ubi epiſcopus petit eccleſiam ratione iurium epiſcopalium, quæ habet in ea, ſiue etiam archipreſbyter ipſam petat ratione iurium parochialium, eccleſia re peti nõ poſſet tanquàm proprietas, cum in nullius ſit bonis ratione dominij, nec etiam tanquàm propria poſſideatur. ff. de rei uen. in rem, reſpon. 1. & §. 1. inſti. de rerũ diui. §. nullius. unde nec de ipſa agi poteſt nec ratione iuris, quod habetur in ea. ff. de cõrahen. emp. qui tabernas. ff. de pig. l. pe. & ideò ratione iuris quod in ea habetur, prædictis modis eſt procedendum. ſed
4 dicunt quidam, & forte bene, quòd† antequãm ſuperior det in præmiſſis caſibus poſſeſſionẽ præiudicialẽ debet incipere ab excommunicatione, uel ſequeſtratione, uel miſſione in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, ar. in eo, quod legitur & notatur ſupra de dolo & contu. ca. 2. 1. reſpõ. ad fi. nec ob. ff. de no. ope. nun. ſi priuſquam, ubi dicitur, quòd non ſunt aliæ partes iudicis, niſi ut caueatur: quia hoc uerum eſt quantum ad diffi. ſententiam proferandam, quæ, ut dictum eſt, lite non conte. ferri non poteſt: per hoc tamen non remouet, quin procedi poſſit in minoribus modis, ſiue penis ſecundum Inno. nam & à minori eſt ſemper inchoandum, ut patet in eo, quod le. & not. ſupra de offi. dele. ſanc. qua., & ut lite non conte. c. fi. poterit ergo ſecundum Inno. ab initio, ut dictum eſt, procedi ꝫ

contumacem in prædictis caſibus per miſſionem in
5 poſſ. & ſi infra annum uenerit, reſtitutis expenſis, & pſtita cautione de ſtando iuri, recuperabit poſſeſſionẽ hanc, uel relaxabitur mandatum factum de non moleſtando, & cautio ſuper hoc præſtita, propriè autem dicitur fieri hęc miſſio, & reuocatio: quia ſicut pro incorporalibus damus interdicta quaſi poſſeſſoria. ff. de ſerui. quot. & not. ſupra de elec. querelam, & ſupra de cauſa poſſ. cum eccleſia Sutrina, ita etiam quando petuntur hæc incorporalia, poteſt fieri miſſio in poſſ. & infra c. 1. & infra de ſequeſtra. poſſ. c. 2. ſupra de dolo &
6 contu. cap. 2. ut lit. non conte. acceden s 1. † Quod ſi paſſus miſſionem infra annum non uenerit, ex tunc poterit iudex decernere actori quaſi poſſeſſionẽ verã iure petiti. ita quòd nec ulterius reuocabitur, niſi reus ꝓbet de iure ſuo: tamen non ſine ſecundo decreto hoc ius habebi; alij dicunt, ꝙ non eſt neceſſarium in hoc caſu ſecundum decretum: immò fit miſſus verus poſſeſſor per lapſum anni, ſicut & in reali actione, ut le. & no. ſupra ut lit. non conte. quoniam. §. in alijs; & hoc ſatis hic innuit hæc decre. Tertij dicunt corpora eccleſiarum poſſideri ab epſcopis, uel capitulis, uel prælatis, & ſic facienda eſt miſſio in corporalem poſſeſſionem ipſarum eccleſiarum, & non iurium ſecũdum Innocen. hæc enim ſpiritualia & eccleſiaſtica illicet non poſſideantur à laicis, ar. infra de deci. prohibemus, ſupra de iudicijs, decernimus, & expreſſum infra de præſcr. cãm quæ: tũ à clericis & perſonis eccleſiaſticis poſſidentẽ. unde & epiſcopus petit eccleſias, & decimas ſibi adiudicari, infra de deci. dudum, inf. de religi. domi. conſtitu. & duobus capitulis ſequentibus, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, infra de dona. inter dilectos, ſupra de tranſac. præterea 2. & quandoq; agunt
d de ſolis iuribus, ſupra de off. ordi. cõquerente ſupra de tranſac. ueniens, ſupra quod metus cauſa, cum dilectus, & ideò uidetur dicendum, ꝙ ſi tantum iura petãtur, fiet miſſio in poſſeſſionem, uel quaſi poſſeſſionẽ iurium prædictorum, & non eccleſiarum. ſi aũt tantum eccleſiæ petantur, & tunc fiet miſſio in corporalem poſſeſſionẽ ipſarũ tantum eccleſiarũ, [d] ut hic, & ſ. ti. 1. & de ſeque. poſſ. c. 1. & 2. ſi uerò tã eccleſiæ, quàm iura petantur, reſtat, ꝙ & tunc fiet miſſio in utroque, ꝑm Hoſt. ſed & ſecundum Inno. adhuc circa hãc materiam occurrit quarta opi. quod dic, ut no. ſecundũ
7 ipſum ſupra ti. 1. contingit, ad fin. quid† ſi in perſonali actione miſſus ſit quiſquam in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, nec inueniant res corporales, in quibus fiat miſſio? tunc debet fieri in poſſeſſionẽ nominum, ita, ꝙ ipſe miſſus poſſit nomina exigere, & uero creditori
e denegãbuntur actiones. ff. ut in poſſ. lega. ſi inutiles. [e] ſed ſi reus infra annum. uel ꝑm alios quandocunque ueniens obtulerit, & præſtiterit cautionem de ſtãdo iuri, recuperabit collecta ab eo, qui in poſſ. miſſus fuit. ff. de colla. bonorum. l. 1. §. iubet. & à ſimili dicẽdum eſt poſſe fieri miſſ. in poſſ. aliorum iurium incorporaliumf tam temporalium, q̃ et [f] ſpiritualium, cũ auctore iudice hoc fiat, arg. ff. de acquir. poſſ. iuſtè poſſidet. aliqui tamen dicunt contrarium aſſerẽtes, ꝙ quando agitur interdicto, unde ui, uel ẽt act. ex empto, uel alia quacunque uis perſonali, in qua occurit faciẽda miſſio pro menſura debiti declarati, cõgruum eſt, quòd fiat primò miſſio in poſſ. illius rei, de qua agit, & ſi ratione intereſſe aliud deeſt, uel plus debetur, tunc ſuppleatur, & uſque ad ſupplementum fiat miſſio in poſſ. aliarum rerum. ſed & his poteſt reſpõderi, quòd licet hoc congruum ſit, tñ non infert neceſsitatem: immò ex cauſa, ſi uideatur iudici, aliud fieri poteſt: hoc tamen tenendum eſt, ꝙ ſi agatur perſonali actione pro tẽporalibus, non eſt procedendũ ad miſſionẽ in poſſ. & rerum ſpiritualium pro menſura debiti declarati,

& hoc

& hoc duplici ratione. prima eſt, quia ſpiritualia æſtimationem non recipiũt, & ideò in eis debitum commenſurari non poſſet. ſecũda eſt, quia ſpiritualia cum temporalibus permutari non poſſunt, infra de rerum permu. ad quæſtiones. ſi uerò agatur perſonali act. pro ſpiritualibus, quia forte permutatæ ſunt, uel donatæ, tũc bene in alijs rebus ſpiritualibus fiet miſſio, & etiã forte in temporalibus, maximè in illis, quorum præſtationes ſpiritualibus ſunt annexæ, ſecundùm Inno. ſecundùm Hoſti. uerius uidetur, ꝙ quando petuntur ſpiritualia, nunquam fiet miſſio in temporalibus, nec
g è cõtra, [g] ar. op. in eo, quod legitur & nota. de reſti. ſpo. frequens. §. fi. ſecundùm Hoſt. & de hoc in ſpeculo de
8 primo decreto. §. reſtat, in fi. [*Tenuimus*] 1. nobis † conſtitit, Hoſt. [*Poſſeſſionem*] etiam ſine ſecundo decreto, & poſt annum nihilominus poſſeſſores remanſerũt. ſed diuerſimodè: quia infra annum cuſtodes tantum fuerunt, ſed poſt annum, ſi perſeueraſſet partis contumacia, ueri poſſeſſores fuiſſent, ut no. ut lit. nõ conte. quoniam, & probatur de offi. ord. paſtoralis. §. fi. Secundũ
9 aurem † decretum idẽ eſt, quod miſſio in poſſ. licet ex ſecundo decreto fiat ſolẽnius, quàm quando fit cauſa cuſtodiæ. ff. de dã. inf. l. 4. §. 1. & §. duas, & l. ſi finita. §. Iulianus. & dicunt quidam primũ decretum ſic fieri debere; Decerno [h] talem mittendum in poſſ. talis rei aduerſarij ſui, contumacia exigente. ſed contra: quia per hæc uerba potius uidetur dari lex mittendi, quàm ferri ſententia contra aduerſarium. nihil enim aliud uidetur dictum, Decerno talem mittendum, quàm ſi diceret, quòd talis de iure mittendus eſt in poſſeſſionem. Alij dicunt, quòd dari debet per hæc uerba, Mitto talem in poſſeſſionem talis rei cauſa cuſtodiæ. ſed ſi iudex ſic dicat, falſum uiderur dicere, niſi corporaliter & actualiter mittat, Vnde dic, quòd ſic debẽt dari hæc decre. primum ſic, Decerno, uel conſtituto, uel iubeo te eſſe poſſeſſorem, ſiue in poſſeſſione talis rei cauſa cuſtodiæ, & uolo, quòd talis miniſter noſter ponat te actualiter in poſſeſſionem corporalem, quem miniſtrum debet dare, ut hoc adimpleat, & ei referat, quando factum ſit: ar. ff. de rebus eorum, qui ſub tute. ſunt, magis puto. §. nec titulotenus. ad hoc præſtat ar. infra de verb. ſig. in his, & infra. de re iudi. cũ aliquibus. ſed ſi non mittitur in corporalem poſſeſſionem, nihilominus intelligitur poſſidere; & idem ius conſequitur, ac ſi miſſus eſſet adeò, ꝙ elapſo anno eodẽ modo uerus efficitur poſſeſſor, ac ſi in corporalem poſſeſſionẽ ab initio miſſus eſſet, quod dic, ut legitur & no. ſupra ti. 1. contingit. Secũdum uerò decretum ſic datur, Decerno, uel conſtituto, uel iubeo te eſſe uerum poſſeſſionem talis rei. & talis miſſus licet poſſeſſionem corporalem non adipiſcatur, uerus tamen poſſeſſor intelligitur eſſe, & iura ueri & bonæfidei poſſeſſoris habere. igit fructus illius poſſeſſionis ſuos facit. ff. de acqr. rerum dominio, bonæfidei, & præſcribit, ac ſi poſſideret, cum tamen aliàs ſine poſſeſſione corporali præſcriptio non procedat, infra de præſcrip. cauſam quæ. Vel primum decretum ſic fit, Iubeo tali abſenti & cõtumaci, uel pro contumace habito, uel cõdemno eũ, ut recipiat talem ſecum in poſſeſſionem talis rei cauſa cuſtodiæ. ſecundũ uerò ſic fit, Iubeo tali contuma-
i ci, uel condemno eum, ut tibi tradat poſſeſſionem talis rei ſecundùm Inno. cuius eſt hæc quaſi tota [i] gl. Sed proximus procedens modus, qui no. ſupra e. glo. uer.
10 unde dicas, & ſequen. magis placet Hoſti. & illum teneas. Illud † autem certum eſt, ꝙ ſi reus noluerit obedire, manu militari eſt ſibi poſſeſſio auferenda de iure, & miſſo corporaliter aſsignãda. ff. de rei uendi. qui reſtituere, ff. ne uis fiat ei, qui in poſſ. miſſus eſt, ſiquis miſſus. ſed & ſi de facto forſan propter cõtumaciam, uel dolum aduerſarij non poſsit hoc adimpleri: nihi-
minus tamẽ in hoc caſu adeò de iure ſuppletur factũ ꝙ perinde eſt, ac ſi factum eſſet, ut patet in eo, quod legitur & no. ſupra titu. 1. c. contingit. & ſic patet, ꝙ talis poſſeſsio etiam quò ad factum plus habet iuris, quam facti. de qua materia dic, ut no. infra de conſeſ. præbẽ. cum noſtris. & ſecũdum hoc intellige, quod no. ſupra e. gl. uer. ſecundũ uerò decretum ſic datur, & ſe. & uer. ſed & ſi non mittatur, ſecundùm Hoſt. [*Non præſtiterit*]
11 & ſic † quod dicebat [k], uel offerebat, facto non adimpleuit, Hoſti. [*Decernimus*] quaſi ſecundum decretum interponendo: uel fuit quædam declaratio, & diffinitio propter rationem, quam ponit ult. gl. [*patrocinio*] 1.
12 † ſigillo: quia ex quo tulerat ſententiam, non agebat alia confirmatione. c. concor. ſupra ti. 2. cum ueniſſet. Vnde dicebat Hoſti. ꝙ ſententians, uel donans confirmat, quando ſententia, uel donatio præcedit confirmationem, ut quia dicit, Donamus, & confirmamus: quia rem à ſeipſo datam confirmat, in predicta decre. cũ ueniſſet. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. & quia: ſecus ſi confirmatio præcedat donationem, vt ſi dicat, Confirmamus, & damus. & ſic ſecundum eum non obſtat de fide inſtru. inter dilectos. §. cæterum, uer. cum eandem.
13 ¶ Tertia † glo. ponit brocardum de uoluntate, an habeatur pro facto, alle. ad negatiuam unum cano. unã
14 decre. & tres leges: ad affirmatiuã quattuor canones, & dat duas ſolutiones. ¶ *In† glo. 2. ibi. l. 2.*] quæ ultima eſt, & ponit illa uerba, Merita cauſarum &c. ¶ *In glo. 3. ibi. §. conſtitutio*] ſatisdationem offerre non eſt ſoluere. [*& ibi, Ait præ.*] uide de uſur. quia fruſtra, ſuper gl. 2. [*& ibi, ſi uoluntate*] ſi creditor uoluit fundum uendi, hoc ſibi non nocet, niſi uenditio ſecuta fuerit. ¶ *In glo. 4. ibi, ſi fundus, in fi.*] emptor ſub pacto. l. cõmiſſorię, debet offerre: ſed excuſatur, ſi non habet, cui offerat [*& ibi, Per neſtras*] ibi in gl. antepe. & ſuper ea uide duas ll. ſe. auct.
15 generaliter, & §. ſi uerò. ¶ *In† glo. 3. ibi, illud forte*] 45. di. duę ſunt. Seneca. 34. ad Lucillum, magna pars bonitatis eſt eſt uelle fieri bonum [*& ibi imputatur*] Hyeroni. ad Celantiam di. quantum ad peccati rationem pertinet, nocuit, qui nocere diſpoſuit [*& ibi, ibidem*] 6. q. 1. ſiquis cum, ubi de hoc, & 36. q. 2. ſiquis non dicam, & per Hoſti. in ſumma, de pœnis. §. quæ quibus, ſub. §. illud. plenè per Archi. 22. q. 1. §. ſi ergo, ubi, ubi poſuit diſtinctionẽ de uolũtate, quam frater eius dominus Ia.
16 formauerat. ¶ *In† gl. ſi uerò, ibi, iuratoriam*] obliget etiam ipſam rem, quam recuperat, quod poteſt. poſſet etiã obligare ſe ad pœnam uel pecuniariam, de præſump. literas uer. quo circa, uel priuationis beneficij, de elec. cum dilecti, ad fi. ſecundùm Hoſti. [*& ibi, Abſente*] tamẽ citata. de hoc uide in ſpe. de primo decreto. §. iam de effectu, uer. antepe. & pe. & pleniorem remiſſionẽ dedi, ut lit. non conte. quoniam. §. in alijs, ſuper ue. recuperet [*Et in fi.*] vt in præalle. decre. paſtoralis, in fi. Inn.
17 tamen † & Hoſti. arguebant per hãc literam, ꝙ primò parti, ſecundò iudici, tertiò publicis perſonis & vicinis in ſubſidium præſtanda ſit hæc cautio. & fatentur, ꝙ ſi nõ ſit, qui recipiat, ex quo fecit reus, quicquid potuit,
l non currit [l] ei tempus, nec ſibi imputatur, ar. ff. de le. 1. ſi fundum. §. ſi Titio, aliàs eſt lex antepe. & infra c. 1. & infra de ap. ex ratione. 22. q. 2. faciat.

ANNOTATIONES.

a ¶ Conſtitutis. De materia huius c. uide per Alex. con. 133. & 134. in quarto uolu.

b ¶ Confeſſum. Et quia in illo requiritur ſummaria cognitio, & ſic cita. l. in rem. ff. de mino. & de ita ſummaria cognitione. uide gl. in c. fi. ut lit. non conteſt. §. in aliis, in glo. ſicut, & ſuper illa Ioan. And. & hoc etiam tenet Bar. in l. ſi finita. §. Iulia. ff. de dam. infec. & uide ſupra tit. prox. c. pe, in 1. glo. & ſuper illa Io. And.

c ¶ Inte. eſſe. Qualiter autem iſtud intereſſe æſtimetur, uide bonum rex. in l. ſi duo. §. fi. & ibi Bar. ff. uti poſſi. & in l. 3. §. in hoc, ff. de iti ne. actuque priua.

d ¶ Eccleſiarum. Hoc debet intelligi ſecundum glo. in c. contingit, ſu

pra

prætit. proxi. & c. 1. infra eo. lib. 6.

c ¶Inutiles. Ad materiam. uide ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. sic quoq;, & §. fi. & ibi Bar. & moder. in l. 2. C. quando fi. uel priua.

f ¶Quam etiam. Et hoc quando sit missio propter contumaciã partis. quando autem fieret propter exec. uide Bar. in l. à diuo Pio. §. in uenditione, ff. de re iudi.

g ¶Nec è contra. Contra, quia pro debito procuratorio, & sic temporali fit executio contra clericum in beneficij fructibus, ut de fideiuss. peruenit, ubi uide glo. no. clericis, & super illa Ioan. And. & per glo. & Bar. in l. commodis, ff. de re iud. & moder. in l. spem eorum C. res quæ pigno. obla. pos. sed potest dici talis fructus etiam quid temporale.

h ¶Decerno. Idem tenet do. Anto. hic, & eum sequitur Abb. ponendo istam practicam.

i ¶Quæ tota. Vide formam primi decreti in spec. de primo & secũdo decret. §. sequitur, & formam secundi in §. nunc diximus.

K ¶Quod dicebat. De isto brochardo; an sola uoluntas sine effectu sufficiat, uide per Arch. in §. si quis ergo 16. q. 1. & per Ioan. And. in regu. in pœnis, in 6.

l ¶Non curris. Ad hoc uide infra c. proxi. & glo. in uer. neglexerint, in c. quoniam frequenter, circa fi. extra, ut lit. non contest.

SVMMARIVM.

1 *Si per reum non stetit, quominus cauere t intra annum, actor per lapsum anni non efficitur uerus possessor.*
2 *Recuperatio possessionis, quibus præstitis fiat, uer. per te si non steterit, non imputatur, ibidem.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 4.*
In possessionem rei fit missio, & quandoque uenditio, si causam quis non defendat.
Plurium delegatorum & tutorum potestas non eadem in solidum, & num. 5.
5 *Additio glossarum.*

CAPVT II.

1 VM sicut. Casus. Si † non stetit per reum, quominus cauere, infra annum, actor per lapsum anni nõ efficitur uerus possessor. Et in prima parte facti narrario. In secunda causæ cõmissio, ibi, Discretioni [*Subdiaconum*] alias subdecanũ [*Super ecclesia*] quæ petebatur ut proprietas, fortè communi mensæ deputata erat, sic supra c. proxi. [*Miserunt*] propter contumaciam subdiaconi [*cum hoc*] 1. hæc missio [*Profectus*] si. infra de testibus, præsentata [*Recepta*] & † facta satisfatione expensarum, supra ut lit. non conte. quoniam. §. in alijs [*Non steterit*] ut quia personam idoneam, coram
3 qua caueret, habere non potuit, Inno. ¶Secunda † gl. signat contrarium de. l. tutor, qui, & soluit. ¶Vltima glo. no. q̃ si per me &c. signat contrarium de dec. proxime & soluit. ¶*In † glo. 1. in fi.*] fugiens ad ecclesiam, si causam ciuilem per se, uel procuratorem non defendit, fiet missio, & quandoque uenditio. ¶*In glo. 2. ibi, tutor qui §. 1.*] ibi tutor distrahit res, quæ pereunt, nõ expectatis contutoribus, qui differũt. uel excusare se uolunt. ¶*In glo. 3. in fi.*] uide in decre. proxi. alle. super glo.
5 hoc sumptum. ¶*In † gl. 2. ibi, tutor qui §. 1.*] in tutoribus. loquitur, quorum officium quilibet exercet insolidũ, ne utilitas personæ, cui dati sunt, impediatur. ff. de admi. tu. si plures, ff. de tutel. & ratio. dis. l. 1. §. nunc tractemus, La. delegati uerò simpliciter dati unus sine reliquo nihil potest, supra de offi. dele. prudentiam [*& ibi, Tanquam iudex*] unde propter hoc possessionem nõ restituet. ¶*In glo. ult. ibi, ex ratione*] & infra de regu. iur. imputari, li. 6. dic ut ibi [*Cum effectu*] unde si obtulit, noluit idonee cauere, Tan.

SVMMARIVM.

1 *Si contumacem se non fuisse reus, cõtra quem facta est missio, docet, non condemnabitur expensis.*
Cap. diuisio, ibid.
2 *Legatus papam aditur in ciuilibus contra laicos in locis iurisdictionis ecclesiæ: secus in imperij.*
3 *Consuetudines diuersæ si sunt, quæ sit attendenda.*
A legato ad papam cur hic appellatum, ibi. uer. ideò appellauit.
A legato dati iudices, si ante eius recessum incœperant procedere, ad papam ab eis appellatur, ibid.
4 *Decretum primum possessionis qui interponat.*
5 *Si, quandoque, ut hic, non est modus, neque conditio, sed notificatio.*
Dilatio temporis usque ad annum & diem arbitraria, & similis in quibus alijs detur casibus, ibid.
6 *Cauere qui non teneatur ob recuperationem possessionis.*
7 *Possessionẽ restituere iudex, ad quem appellatur, potest ante quàm constet an sit legitima appellatio, & quando.*
Cap. Quoniam. §. in alijs, supra ut lite non contẽsta. intellectus, ibid. uer. & sit intellige.
Possessio causa custodiæ non tribuit ius, ibid. uers. prima est.
8 *Possessio pro corporali detentatione.*
Ab excessu mandati licet appellare, ibid.
9 *Alioquin, particulæ uis.*
Contumax de quibus expensis teneatur.
Rigor postponendus canonicæ benignitati, ibid. uer. sed Host.
10 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 11.*
Expensarum restitutio non facienda, nisi taxatio fiat post iuramentum, de quo & nu. 12.
Expensæ necessariæ quæ, per exempla. §. 1.
12 *Additio glossarum.*
Sententia interlocutoria non transit in rem iudicatam, dum dubitatur de uiribus appellationis, & quo alio casu.
13 *Appellationiné renunciatum hic fuerit per additionem inferioris renunciatur, ibid. uer. uel dic.*
De appellationibus ad papam quidam ex priuilegio, ut rectores Marchiæ cognoscunt, ibid. uers. Alij dicunt.
Contumaciæ expensas non restituit, qui probat se legitimè prius appellasse, licet postea appellationi renunciet, ibid. uer. uel dic.
14 *Dolum hic sufficit non esse.*

CAPVT III.

a 1 VM ueniſſet. [a] Casus. Si † reus, cõtra quem facta, est missio, docet se contumacem non fuisse, non condemnabitur ad expẽsas. & sunt duæ partes. prima ponit factum coram papa narratũ querelæ, uel appellationis remedio. Secunda dat iudices. 2. ibi, Nos igit [*Legato*] no. in † locis, quæ sunt de tẽporali iurisdictione ecclesię, in ciuilibus contra laicos
b adiri legatum, [b] q̃ tamen secundum glo. fieri non possit in terris imperij, etiam uacante imperio; hoc no. in spe. tit. 2. §. nunc oñdendum, uer. 19. [*Consuetudinem*] si di
3 uersæ sint † consue. iudicis, actoris, & rei, quam cõsue. iudex sequi debeat, no. 12. di. illud, & uide in spe. de sententiæ prola. §. qualiter, post princ. cum suis remiss. & de ferijs. §. 1. uer. sed pone [*Ad nostram audientiam*] ideò appellauit ad papam: quia rotæ causa fuerat delegata: uel uerius, quia delegans erat ordinarius, Vin. & sic nõ ob. de offi. dele. super quæstionum: uel legatus recesserat, secundùm Hosti. tamẽ ante ipsius recessum incœperant iudices procedere, supra de offi. dele. c. fi. [*Partem*] Abbatem. s. [*decreuerunt*] interponit † ergo etiam
4 delegatus ab ordinario primum decretum, licet aliud uideatur secũdum l. ff. de offi. proconsul. nec quicquã. §. ubi. alij dicunt etiam iudicem municipalem hoc interponere posse. ff. de dã. infec. l. 4. §. duas ergo res, ubi de hoc. Host. remittit ad summam, de offi. dele. §. quæ delegari, ver. delegantur aliquando, & se. & facit quod dixi, supra ti. 1. contingit, super prin. ult. glo. [*ita, quòd si*]
5 non est † modus, uel conditio, [c] sed potius notificatio
c eius, quod est de iure. si, ff. de tu. l. muto. §. 1. Gof. & dicit similis dilatio tẽporis. 20. q. 2. c. 2. & de resti. in inte. constitutus, non putat Hosti. hanc prescriptionem arbitrariam,

bitrariam, supra c. 1. si forte id habebat cõsuetudo loci, ut præalle. decre. constitutus [*Obtulit*] repete, infra
6 annum [*cautione*] quare † cõpellitur cauere, si non fuit contumax? credo, q̃ uoluit ille P. differre possessionis recuperationem, donec probaret appellationem legitimam. nec ob. huic, quod dixi post Inno. infra c. proxi. in fi. magnæ gl. quia illud locum habet, ubi sine culpa iudicis apparet reum non contumacem, ut quia captus à latrunculis, pons fractus, uel aliquid tale. hic autem loquitur, cum culpa iudicis grauantis excusat contumaciã. unde cum nõ debuerit iudex procedere post appellationẽ à tali grauamine interiectã, omnis cognitio summaria, quam de iure actoris fecisset, habetur pro non facta, nec aggrauabit missionem passum ad cautionem pluſquam si facta non esset. di-
7 cebat † autem Inno. quilibet iudex, ad quem appellatur, potest de iure, si reus appellans hoc uoluerit, & petierit statim ante, quàm constet, an sit ultima appellatio, uel non, restituere illi possessionem, præstita cautione, & restitutis expensis, si certæ sint, uel infra breue tempus per iudicem de his certificatum possint taxari; & sic intellige. supra ut lit. non contest. quoniam. §. in alijs. alioquin, si incertæ sunt expensæ, & longiores probationes requirant, non retardabitur propter hoc restitutio possessionis: sed fiet statim sola cautione præstita, & postea cognoscet iudex de appellatione & si inueniet causam illegitimam, faciet misso refundi expensas: alias non, & sic intelligitur, quod hic dicit. & contingit hoc duplici ratione. prima est, quia parũ amittit, qui possessionem causa custodiæ assignatam restituit, ex quo aduersarius paratus est stare iuri; imò expedit, q̃ sic fiat: quia talis possessio nullum ius ei tribuit; & tãtum posset differri cognitio, q̃ probationes suæ à rerũ natura caderent, supra ut lit. non cõte. quoniam. 1. respon. Nec ob. si dicas, quòd per lapsum anni uerus possessos efficeretur: quia hoc nõ est uerum, ex quo cautio, infra annum oblata fuit. & etiã si hoc esset, adhuc expediret ei, q̃ saluæ sint probationes suæ: alioquin, aduersario de iure suo probante, necesse habebit rem ei restituere, nisi & ipse de iure suo probet, ut patet in eo, quod legitur & no. infra de proba. ex literis. Secunda ratio ex appel. facta insurgit, cui in dubio fuerat deferendum, vt no. infra de ap. c. an sit, ideò nec missio fieri debuit, quia appella. pẽdẽte nihil fuerat innouandum, infra de ap. dilecti. 1. in fi. & ideo nec missio in pos. fieri debuit. expensarum autem refusio ideo retardatur, q̃ incertę sunt, nec de facili potest fieri taxatio, ut dictum est, & quia in refusione ipsarum, si indebitæ essent, reo posset magnum damnum & periculum imminere, & per hanc cautionem & restitutionem remouetur periculum: quia nisi restitueretur reus præstita cautione, & si contingeret appellationẽ pronũciari ultimam, missus in pos. interim remaneret uerus possessor, quod malum esset propter uim appellationis, de qua saltem probabiliter dubitatur etiã antequàm diffinitum fuerit, secundùm Inno. & Hostiẽ.
8 [*In possessionem*] 1. corporalem † detentationem, secundùm Vin. possessionem enim habebat [*Decernentes*] nõ decretum interponendo, sed diffiniẽdo, uel diffinitionem committendo [*Appellasse*] quia tunc excedebant delegati formam mandati, de rescrip. cũ dilecta [*Alioquin*] 1. si † nõ fuit laudabilis consuetudo, ab [*Prouocasse*]
9 & per consequens contumacẽ fuisse [*In lite*] dicit Inn. quòd ex quo missio in pos. facta est propter cõtumaciam rei, speciale est, quòd contumax teneatur nõ solum de expensis in litem factis, sed etiam circa rem, & non solum de necessarijs, sed & de utilibus, & de his,
d quas credit utiles, qui expendit: alias secundum Inn. [d] sed Hosti. dicit, q̃ licet secundum rigorem iuris ciuilis sic dici possit, uidetur tamen de canonica benignitate contrarium sentiendum, s. q̃ non teneatur contumax nisi ad expensas necessarias & in lite factas, ut hic, & ar. ff. de do. & contu. c. 1. & infra de pœnis, suam. datur etiã hic incerta sententia circa expensas, & de quibus adhuc non constabat, uel non datur sentẽtia, sed qualiter dari debeat, declaratur, & remittit, supra de dolo,
10 finem. ¶Secunda † glo. Respon. per quæstionẽ. an bene fecerit iudex condemnando ad expensas tempore missionis; & dicit q̃ non duplici ratione. ¶Tertia respon. per quæstionem, an offerrens cautionem corã legato, per id renunciauerit appellationi ad papam in teriectæ. arguit pro & cõtra, & soluit. quærit demum,
11 nunquid appellatio profuit; & respon. ¶ *In † glo. 2. ibi, sancimus*] ibi iudex æstimat expensas, & de illis diffinit post iuramentum ¶ *In glo. 3. ibi, licet uerum*] uide de rescrip. nonnulli, super glo. pe. [*& ibi. §. falsus*] uide de re. iudi. c. 1. in gl. 2. ¶ *In glo. ult. ibi, si necessarias*] ponit exemplum in creditore, qui medicis dedit pecuniã pro curatione serui ægroti, uel insula fulcienda, lex sequens ponit extra, cum fiunt aggeres, auerturntur flumina, uetera ędificata fulciuntur, iter reficitur, arbores loco mortuorum reponuntur utiles, prædia stercorare, uo
12 luntariè balnea extruere. ¶ *In † glo. 2. ibi, condemnatione*] ẽt quando à prin. nõ tenuit [*& in fi.*] & sic soluitur, quod opponit Gof. q̃ ex quo prior apppel. non tenebat, interlocutoria super expensis, à qua non fuerat appellatum. transiuerat in rem iudi. de elec. cum dilecti, in fi. Respon. q̃ non super necessarijs expẽsis, sed super uoluntarijs pronunciauit iudex: uel quia dubitabatur de uiribus appellatio. manẽt omnia in suspẽso, & sic etiã non transit. Vnde superior moderari potest, de testa.
c Rainutius, [e] & c. Rainaldus: uel non fuit interlocutio: quia non omnia uerba &c. C. de sen. & interlo. l. ex stipulatione, de præsumptio. c. 2. ¶ *Inglo. 3. ibi, renunciasse*] &
13 hoc tenet hoc Io. [*& ibi, Appellationem*] secundùm † Tã.
f Vin. [f] ar. supra de pac. cum pridem. vel dic secundùm Hosti. q̃ iste, P. non dixit hoc conquerẽdo, & sicut coram iudice, sed compositionem quærẽdo, & sicut corã honesta persona protestando, quod per hoc à principio non renunciabat. alij dicunt istum habuisse priuilegium cognoscendi de appellationibus ad papam interponitis. & hoc priuilegium, ut dicit Inno. cõmuniter consueuerũt habere rectores Marchię, vt. s. prius cognoscant de appellationibus interiectis ad papam. alij dicunt eum non renunciasse: quia nõ comparuit coram iudice, à quo appellauit. nõ enim appellauerat ab isto legato, uel prædecessore, sed à delegatis. alij tamen dicunt, q̃ cognouit, ut instructam remitteret, & de hoc dixi, infra de ap. constitutis. uel dic secundum Pe. & Ab. q̃ hæc decre. hoc intendit, q̃ expensas cõtumaciæ non restituit, qui probat se prius ultimè appellasse, licet postea appellationi renunciet, nam adeundo inferiorem reuunciat appellationi interpositæ ad papam, de ap. solicitudinẽ, & hæc opinio optimè probatur, infra de sen. exc. licet, li. 6. & facit qã no. in spec. de primo decreto. §. iam de effectu, uer. sed quid, si iu-
14 dex. ¶ *In glo. pe. ibi, credebat † expedire*] sufficit. n. hoc casu, quòd non sit in dolo, & de hoc in spe. de secundo decreto. §. iuxta, uer. quid si actor.

ANNOTATIONES.

a ¶Cum ueniſſet. In capitulò, cum ueniſſet, no. ibi, Laudabili, &c. & ibi, Secundum bonam &c, quem alleg. Bar. in l. cunctos, C. de summa tri. & fi. cath. in illa quæstione, an statutum laicorum liget clericos. facit c. constit. de in integ. resti. de hoc etiam no. in c. quod clericis, supra de fo. compe. & uide Ioan. And. in addi. spec. in tit. de constit. post princ. & Ioan. Cald. in disput. quæ. incipit, Statuto cauetur. item no. quòd si iudici causa est commissa, ut certo modo & forma eam terminet, & decidat, quòd eundem modum & formam in procedẽdo teneatur seruare; & sic facit, quòd si arbitro est

data

data potestas, quòd de iure & de facto, & partim de iure, & partim de facto possit causam decidere & determinare, & secundū quòd sibi uidetur, quòd eadem potestas uidetur sibi attributa in procedēdo, quod no. an sit uerum, & facit id, quod no. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio.

b ¶Legatum. An autem legatus in locis, quæ sunt de temporali iurisdictione ecclesiæ possit bona ad Ro. ecclesiam spectantia alienare, uide per Bar. in l. prohibere, ff. quod ui aut clam, & spec. in tr. de lega. §. nunc ostendendum.

c ¶Modus, uel conditio. Et si esset ditio, no. casum, quòd in sententia uerba enunciatiua conditionaliter prolata non inducunt dispositionem, quod non est alibi ita expressum, quid in contractibus & alijs, uide no. per d. Bar. in l. ex hac scriptura, de dona, quid si sententia esset in uim modi prolata, est tex. qui alibi non reperitur secundū d. Bal. in l. cum eorū, C. de sententijs, & inter. iudi.

d ¶Innocen. Quæ sint utiles, & quæ necessariæ impensæ, uide l. 1. & per totum titu. ff. de impen. in re. do. fad. & ibi Bart. & pro opi. Innocen. facit, quia saltem actione neg. gestorum contumax tenetur misso, iuxta. §. item quæritur, & ibi no. Bar. in l. si pupilli, ff. de neg. gest. & cum Inno. concor. infra glo. pen.

e ¶De testa. Raynutius. Et hoc no. singulariter, quòd attentata iniustè per iudicem, à quo, pendente appellatione ab interlocutoria, & iniusta appellatione, non ualent, licet pronuncietur appellationem fore iniustam; quod no. ad materiam capituli non solū, de appella. lib. 6. & ille uidetur uelle contra. quando autem appellatio est deserta, an talia reconualescant, uide not. in c. licet, de sent. excommu. lib. 6. & uide in Clemen. si appellanti, de appel. & uide etiam no. per Innoc. In c. interposita, de appella. infra & potest esse ratio, quare hic retractantur; quoniam iudex appellationis succedit in locum iudicis, à quo. sic ergo iudex, à quo, potest ipsam interlocutoriam latam super expen. quandocunq; reuocare, nec quo ad eum dicitur transire in rem iudicatam secundum no. in c. cum cessante, de appell. & in l. quod iussit, ff. de re iudi. per Bar. ita & iudex appellationis poterit. uel dic, quòd non ob. illud capitulum non solum: quia fateor, quòd ipse iudex appel. per uiam attentati non potest talia retractare, quando appellatio est deserta, uèl non iustificata, ut ibi: sed per uiam iniustitiæ potest, ut hic, quia latas habet habenas, ar. eorum, quæ no. in c. cum contingat, de offi. del. sed quid si appellatio pronunciatur iusta, & attentata etiam aliàs sunt iuste rescripta, an retractentur. potest dici quòd sic: quoniam tanquàm à non suo iudice facta cēsetur, ad hoc, capitulum dilectis, de appell. & facit quod dicit Io. An, in c. ex parte Adæ, in fine de testi. & ad id, quod dixi attentata retractari, etiam si appellatio pronuncietur iniusta, facit Innoc. & Ioan. An. in glos. in uer. probatur neque. de attentatis autem per partem appellantem, quæ deseruit appellationem, uide Inno. in c. ex parte, supra de rescrip.

f ¶Tan. Vin. No. istam so. glo. quia quandoque pars una dicit in iudicio, si uis mihi dare decem, ego cedam liti, uel aliquid aliud faciam, & aduersarius tacet, quòd non potest postea tacens dicere, tū uoluisti mihi sic facere, ex quo non acceptauit, ad hoc uide l. seruus, & ibi glo. 3. C. de repu. hære:

SVMMARIVM.

1 *Si reus citatus se absentat, nec procurator, uel alius illum defendit mittitur actor in possessionem causa rei petitæ.*
Actore recedente alterutro duorum modorum proceditur, & quorum, ibid.
2 *Citationes quibus olim fierent, & nunc fiant modis, & quando ad domum in initio litis, uel post fieri possint, nu. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. & quando ad prædium, nu. 8. & si nullus ibi inuentatur, appendi potest, ibid.*
3 *Citare personaliter existentem in ciuitate, bonum.*
4 *Suppletio ad decretalem hanc.*
Procuratorem an dimiserit, uel dimittere potuerit, an non, refert, ibid. in prin.
Denunciatio domi debet qua fieri ratione, ibid. ad dictio. Publicè.
5 *Possessionis missio priusquam fiat, necessarium uocari reum, & si non est, qui sint citandi.*
In absentia an & ad quæ procedi possit, & quibus pro eo defendendo uocatis, ibid. & nu. 6. & sequentibus, & quando ad domum absentis citatio fieri possit, nu. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13.
Agnatorum, cognatorum, affinium, & amicorum citatio quando fiat, & quibus casibus, ibid. uer. & si absens, & nu. 8. & 11.
Absentiarum differentiæ, ibid. uer. Soluti. & nu. 6.
Legis eum, qui, de priuileg. credi. intellectus, ibidem uer. si. Alius autem.
6 *Absentia malitiosa quando præsumitur.*
Clericus tenetur in ecclesia sua, in qua habet beneficium, residere, etiam si sit 20. solid. ibid. in prin.
Maritus habitare tenetur cum uxore, ibid.
7 *Acta omnia, & litis etiam contestatio pereunt per absolutionem ab instantia iudicij, non autem per edicti circunductionem.*
In possessionem missio, & uenditio in bonis defuncti non sufficit ad domum citatio, ibid. uersic. ad hoc autem, nec aliorum, nisi latitent.
8 *Ad domum quando quis citetur, & si non inueniatur ibi quis quid iuris, uide & nu. 6. & 7. & infra nu. 10. 11. & 13. alia de domo uide nu. 10.*
9 *Absenti qui erat ex iusta causa, uel pupillo restituitur possessio, & anteneantur ad expensas contumaciæ, & quas.*
10 *Domi, ideſt ante domum, in qua inuito domino nemo potest in ciuilibus ingredi, & intelligitur etiam quam habitat inquilinus.*
11 *Vagabundus ubi citandus.*
12 *Citari quando quis personaliter non potest quibus uti quis debeat cautelis.*
13 *In testium receptione an quis sufficiat ad domum citare remittit.*
14 *Suffragium glossarum.*
Defensor si appareat, est audiendus. §. 1.
Id facere debet, quid dominus in lite faceret, ibid.
15 *Additio glossarum.*

CAPVT IIII.

1 SI aduersarius: Casus. Si reus citatus se absentat, nec procur. uel alius illum defendit, mittitur actor in pos. rei petitæ causa custodiæ. non diuiditur [*Tunc*] reus. s. Vin. quòd actore se absentante, aut reus absoluit ab instantia. C. de iudi. properandum. §. 1. aut in principali, si assumit onus probandi, supra ti. 1. causam. secundum Gof. [*Edictum*] no. hic
2 Coffr. quomodo † olim citationes fiebant per edictа, uel executores missos ad domum. C. de præscrip. 30. annorum, cum notissimi, uel per præcones. ff. de in integ. resti. diuus. C. quomodo & quando iudex auten. qui semel, hodie per nūcios. de ap. cum parati, uel per literas. 4. q. 5. c. uno, de offi. dele. prudentiam; de hoc in spe. de cita. §. sequitur, in princi. & ver. & nota [*Remota*]
3 uel non remota. in ciuitate † autem existentem bonū est personaliter citare, ar. in auct. de exhi. & intro. §. si uero etiam quidam iurent, coll. 5. Inn. [*Transferens*] uoluntate propria [*Legitimum*] ut le. & no. supra ti. 1. c. fin.
4 [*Non dimisit*] sup. & † dimittere potuit. ff. ex quibus causis ma. sed & si: secus, si non potuit dimittere, uel dimisit, & mortuus est. Tan. & l. necnon, secundùm Gof. & Ab. [*Publicè*] s. claris uerbis, & euidēter. ff. de instito. sed & si. §. 1. Vin. dicebat † Inno. hoc esse necessariū, ꝙ uocetur reus ante, quàm fiat missio in pos. siue agat reali, siue personali, ut hic, & in auct. de exhi. & intro. §. si uero, & ff. ex quibus causis ma. l. item ait prætor. §. fi. & duabus. ll. sequē. & si absens est, necesse est uocari agnatos, & cognatos, affines, & amicos, siue is, qui est citatus, sit maior, uel minor, etiam si sit pupillus. ff. ex quibus causis ma. l. ergo sciendum est. ff. ex quibus causis in pos. ea. hoc autem. & idem est etiā in absente causa reipublicæ. C. de resti. mili. ignorare. sed contra. ff. eū, qui appel. l. fi. So. absens causa reipublicæ non cogitur precisè defendere, ut in contrario. cogitur autem cautiùs. s. per missionem in pos. ut in primis concor. nec dicas idem esse in quolibet alio absente: quia magna differentia est. nam in causa appel. procederetur contra absentem, non causa reipublicæ, ut infra sequitur. sed contra absentem causa reipublicę non procederetur, licet fieret missio in pos. bonorum suorum: quia quātū ad hoc nullo iure priuilegiatus inuenitur. Est & alia differentia, quia allegata absentia causa reipublicæ nō debet

debet iudex properare ad missionem in possessionē; & si hoc fecerit, dat absenti restitutio, ut. ff. ex quibus cau. ma. per totum. Alius autem, qui non esset absens causa reipublicæ, non restitueretur. & secundum hoc intellige. ff. eum, qui ap. l. fi. quod autem dicit alia. l. hic pro & contra allegata. ff. de priuil. credi. eū, qui. s. quòd non cōtrahitur pignus in rebus absentium causa reipublicæ, intellige, ꝙ non contrahit pignus. s. tale, quale in alijs. nam res aliorum absentium distrahūtur, sed istorum non, C. de resti. mili. ignorare: aliàs autem nō sufficit citationem ad domum mittere ad hoc, ut procedatur ad diffinitiuam sententiam contra aliquem, etiam in casibus, in quibus proceditur lite non conte. quoniam. §. sunt & alij, & præce. uel etiam ad hoc ut excommunicetur, cum excōmunicationem debeat præcedere monitio, ut legi. & nota. infra de sen. excō. sacro. hæc autē intelligas esse uera, nisi fraude, uel malitiosè ante citationē se absentauerit post, quàm promisit iudicio sisti, uel etiam postquam semel comparuit, uel post citationē factā. & præsumitur † malitiosa absentia, ubicunque tenetur aliquis præsens aliquid facere, & abest, ut puta clericus tenetur residere in ecclesia, in qua est beneficiatus, & ei deseruire, & etiam si sit beneficium tantū. 20. so. infra de clc. non resi. cōquerente. sed & maritus tenetur cum uxore habitare, & ipsam maritali affectione tractare, infra de spon. ex parte, & c. 2. ad fi. ideoque si tales absint alibi sine iusta causa, contra eos proceditur lit. non conte. & sufficit mitti citationem ad domū, infra qui ma. accu. pos. c. 1. infra qui fili. sint le. perlatum, supra de do. & cōtu. causam quæ, infra de cleri. non resi. ex tuæ, infra de appel. suggestum, supra ut lit. non conte. quoniam. §. 1. & §. si uerò. 1. respon. & ver. si autem, & sequentibus, ubi de hoc, ad idem. ff. ubi pupill. educa. debe. l. fi. hoc autē notandum, quòd licet sufficiat ad domum facta citatio, quando uxor agit contra maritum, uel ecclesia contra clericum, ut in præmissis iuribus, tamen non sufficit hoc in aliqua alia actione reali, uel psonali, uel ubi etiam proceditur contra aliquem in modū inquisitionis. & hoc intelligas in casibus, in quibus procedi
5 tur lit. non cōte. & est ratio diuersitatis: quia in primis casibus, cum maritus & clericus teneantur adesse ad mulierem tractādam ut uxor. & ecclesiæ seruiendum, nisi probetur, quòd ex iusta causa absint, prout supra dictum est, malitiosa præsumitur absentia eorūdem. in alijs uero casibus, cum non teneantur absentes ad esse ad aliquid faciendum, ideo ex sola absentia non præsumitur malitia contra ipsos, nisi ex alijs circunstantijs oriatur; puta quia citati fuerant, uel coram iudice comparuerant, uel iudicio sisti promiserant, & similibus, ut premissum est. sed cōtrà, quia ratione ista considerata, uidetur, ꝙ si aliquis tenetur soluere certo loco & termino, & tunc absit, uidetur malitiosè abesse, cum teneretur esse præsens ad aliquid. s. ad solutionem faciēdam, & sic uidetur, ꝙ procedi possit contra talem ad missionem in pos. & ad sententiam. sed non ob. hoc: quia contra talem non potest procedi nisi ad missionem in pos. etiam si malitiosè agens absens sit. etenim non ita præcisè tenetur ad soluendum, sicut maritus ad debitum uxori reddendum, & clericus ad ecclesiæ deseruiendum. In talibus autē, in quibus proceditur lit. non conte. ideo diximus: quia in alijs etiam citato reo, uel absente per cōtumaciam non procedi
6 tur nisi lit. conte. ad diffinitiuam sententiam, supra de elect. dudum. 2. §. licet autem, supra ut lit. non conte. quoniam. Sed & tunc, s. ubi necessaria est lit. conte. si actor absit ante litem conte. uocabitur tribus edictis ad domum propositis; & si nō comparuerit procedit ad diffinitiuam sententiam, reo instante. C. quomodo & quando iudex, consentaneum, & auct. qui semel, in auct. de litigi. §. omnem uerò, coll. 8. licet quidam aliter intelligant prædicta iura, di centes quòd nō potest procedi ad diffinitiuam sententiam. Tu tamē certum teneas hoc fieri posse, & quòd sufficit citationē ad domum mittere, ut in prædictis iuribus, & in auct. de exhi. & introdu. reis. §. si uerò, coll. 5. & patet in eo, quod legi. & nota. supra ti. 1. causam quæ, & c. fi. post lit. autē conte. semper potest fieri ad domum citatio; & si citatus non uenerit, fertur diffi. sentētia, ut in proximè inductis iuribus, & C. de iudi. properādū. hæc uera sunt,
7 nisi reus ab instātia iudicij absoluatur. Ex † tunc enim, cum non solum litis cōtestatio, sed etiam omnia alia acta iudicij perierint, eodē modo debet fieri citatio, ac si lit. conte. nunquam facta fuisset: secus diceremus, si tantummodo circunductum esset edictum, quod nō est tantæ efficaciæ, cū per hoc litis contestatio, uel alia quæ præcesserūt, non intelligantur perempta, sed edictum tantum. ff. de iudi. & post edictum, de hoc uide plenius, dè offi. dele. consuluit, super glo. 2. ad hoc autem, ut fiat missio, & uenditio in bonis defuncti, non sufficit citare ad domum, nisi latitet is, qui citādus est, ff. ex qui. causis, Fulcinius. §. illud. & est istud uehemēs ar. ex quo nō sufficit citatio facta ad domum ad hoc, ut fiat uenditio, nisi latitet, multo minus sufficit quantum ad hoc, ut possit ferrì diffinitiua sententia in casa bus, in quibus non nisi lit. cōte. procedi[a] potest. fit[a] au-
8 tem hæc citatio ad domum suam, sin qua habitat, uel ad prædium. & si nō habet domum, uel prædium, publicatur procuratori, uel consanguineis, quod dic, ut supra e. in gl. in prin. & in sequenti gl. & si nullus inueniatur in domo sua, appendi potest litera, siue charta in ædibus. ff. de dāno infec. l. 4. §. prætor ait, & sequenti usq; ad. §. meum. ff. quod ui aut clam, aut qui aliter. §.
9 1. & se. & adde quod no. in sequenti gl. in prin. hoc † ēt scias, ꝙ licet aliquis missus sit in pos. tanquā uerus possessor, si tamē is, contra quem facta est missio, postea ueniens probet, ꝙ ex iusta causa aberat, restituitur ei
b possessio[b]. ff. de dam. infec. si finita. §. si forte dominus, & legi. & nota. infra de re iudi. cum Bertoldus. §. post modum. & idem uidetur in pupillo, nec uidetur, ꝙ talis absens teneatur restituere expensas, quas missus fecit super obtinenda missione, uel eundo ad iudicium, uel in aduocatione, uel in alijs. nā cum non soluantur nisi ratione contumaciæ. C. de iudi. sancimus, & talis missionem passus, qui iusto impedimento detinetur, non debeat censeri cōtumax, ut patet in eo, quod leg. & nota. infra de cleri. non resi. inter quatuor, in fi. per consequens patet, ꝙ nec ad expensas tenetur, cum tamen missio in pos. nō solū causa contumaciæ absentis fiat, sed etiā ratione iuris illius, qui præsens est, unde & super hoc fit summaria inq̄sitio, ut legi. & nota. supra ut lit. nō conte. quoniā. §. pe. credimus talē absentem cogendum, ut præstet cautionē, iudicio sisti ante, quā possessionem recuperet, uide quod dixi, supra c. proxi. in gl. quare. sed & tenetur ad restituēdas expensas, si quas forte possessor fecerit circa fructus. ff. de peti. hęre. si à domino. §. fi. p̄m Inn. cuius est mēs totius huius glo. & de hoc etiā in spe. de cita. §. sequitur, uer. sed nūquid sufficit, & de accu. §. 1. ver. sed nūquid sufficit [*Domi*]
10 ideſt ante † domum. nam eo inuito non debes domum ingredi, ut eum in ius uoces, iniuriam enim faceres. ff. de in ius uocando, plerique, & l. sequen. secūdum Vin. Pe. & Ab. & Gui. in spe. de citationibus. §. sequitur, uer. sed an reo. Hyeronimus ad Pammachiū. 4. B. quid apud homines tutum erit, si nec parietibus, nec scrineis possumus nostra secreta celare? nec debet quis inuitus de domo trahi. ff. de regu. iur. nemo
c de domo. quod uerum est in ciuilibus: secus in criminalibus, in auctē. ut nulli iudi. §. si quis uerò comprehensorum, & §. se. Goffre. & idem Accur. in l. prætor.

& inte lli-

& intelliguntur hæc de domo, quam etiam ut iniquilinus inhabitat, ut. ff. de damno infec. l. 4. §. sed domū,
11 secundum Inno. Hosti. & Ab. si autem † est uagabun-
d dus,[d] tunc requirendus est, ubi habet beneficium, uel domiciliū, maximè illud, de quo agitur, supra de cleri. non resi. ex tuæ. & si nusquam domicilium habuerit, uel domum, in qua habitet, tunc etiam moneri debēt cognati, & amici, ut illum defendant. ff. ex quibus cau sis in pos. ea. l. hoc autem. & idem faciendū est, ubi domum habet, in qua consueuit morari, sed ibi reperiri non potest. ff. de libe. agno. l. 1. §. 1. infra qui ma. ac. pos.
12 c. 1. secundum Inno. dicit Host. quòd † cautum est cōsilium, quòd quandocunque aliquis personaliter citari non potest, omnes istæ cautelę & alię, si quæ con-
c currant; adhibeantur, s. ut citetur ad domum[c] habitationis, & in ecclesijs, quibus beneficiatus est, uel quarum parochianus est, & corā populo præsente populo, & quòd publicè in platea, & quòd parētes, affines, & amici publicè admoneantur, ut ipsum defendant, ut colligi potest ex concor. inductis hic, & in glo. præcedenti, & ff. de instito. sed & si. §. de quo palā, & se. infra de clandesti. despon. cum inhibitio, qui ma. ac. pos. c. fi. fatetur tamen, quòd aliqua ex prædictis per se sufficiunt. an † uerò in receptione[e] testiū sufficiat ad do-
13 f mum citasse eum, contra quem producūtur, uide super regula, præsumitur, de regu. iur. li. 6. [*Custodiæ*] sic su
14 pra c. proxi. ¶ *In † glo. 1. ibi, & l. se.*] quæ incipit, ergo. uide in præalle. decre. causam, super. 3. gl. ¶ *In ulti. glo. ibi §. publicè*] uide de accu. ueniens, in fi. 1. gl. [*& ibi, absens*] sequitur, reus causas absentiæ per procu. reddere potest [*& ibi, Exigendi*] vide de procur. non iniustè, in fi. 1. glo. [*& ibi. §. qui in ius*] uocatus in ius dimittitur, si quis eius personam defendet, uel si de causa sit transactum [*& ibi, Idonei*] sequitur ibi, nec est durior conditio procuratoris, quàm domini, præterquam in satisdando [*& ibi. §. ulti.*] qui loquitur in gestore [*& ibi. & l. seq.*] uide,
15 supra in glo. proxi. ¶ *In † glo. 1. ibi, ante citationem*] Phi. cōtrà [*& in fi.*] idem Host. concor. quod no. 5. q. 3. si ægrotans, in fi. 1. glo. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] uide quod dixi in spe. eo. titu. super rubrica.

ANNOTATIONES.

a ¶ Procedi. De uenditione bonorum contra contumacem uide Io. And. de offi. deleg. consultationibus, super glo. 2. & quot ad hoc, ut fiat, tequirantur. uide Bart. in l. Fulcinius. §. cum hic. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & quis dicatur isto casu latitare, uide in §. quid autem, & ibi Bar. in eadem. l. & per totam illam. l. per Bar. de materia istorum latitantium, & per ipsum. in §. Iul. de l. si finita, ff. de dam. infectis.

b ¶ Restituitur ei possessio. Adde d. Feli. in c. dilectis, el 2. de rescri.

c ¶ Nemo de. Quid de eccle. an in illa possit citari, & an de illa capitus extrahi, uide Bar. in l. pleriq; præalle. & per ipsum & Mod. in l. placet, C. de his, qui ad eccle. confu. & Io. And. in spec. in Ru. de immuni. eccle. & de materia huius citationis ad domum, uide Bal. qui ponit multa notabilia, C. de anna. excep. l. ut perfectius.

d ¶ Vagabundus. Quis dicatur uagabundus, uide gl. & ibi Bar. in l. 4. §. prætor, ff. de dam. infec. & in l. eius. §. senatus, ff. ad municip. ubi per ipsum, quomodo quis possit esse sine domicilio, de quo infra sequitur, & ubi uagabundus conueniatur, uide gl. & Io. And. in c. fi. de fo. compe. & Bar. in l. hæres absens. §. proinde, ff. de iudi.

e ¶ Ad domum. Vide in c. causam, quæ, supra de do. & contu.

f ¶ Receptione. Et an receptio testium ad æternam rei memoriam possit fieri præmissa citatione ad domū, uide Bar. in l. 4. §. prætor, ff. de dam. infect. & uide Ioan. And. in cap. significante, de restit. super gloss. fina.

SVMMARIVM.

1 *Contauatio tituli.*
2 *Ad titulum hunc quæ faciant alibi quàm hic tractata.*
Lis pendere, quod pertinet ad hunc titulum, quando dicatur, ibid. uer. dicitur autem.
3 *Innouari nil quo modo intelligatur, et quando quid innouari possit. Possessione uti non est aliquid innouari.*

Vt lite pendente nihil innouetur, Rubrica.

1 ¶ Ne crederet † aliquis, q̄ circa statum causæ pendentis posset aliquid immutari circa statum rerum eo-
a rum,[a] qui per contumaciam sunt absentes: quia mittitur ad or in pos. eorum, ut supra titu. proxi. ideò &c.
2 Gos. ad † materiam facit. 10. q. 1. c. ulti. & 16. q. 4. uolumus. repetitur autem in 6. & Cle. cui conuenit de consti. cum eo, in fi. de accu. olim. Dicitur autem lis pendere quò ad hunc tit. cum iudex cōpetens citat exprimendo talia, per quæ citatus instrui potest, super quo in iudicio conuenitur; & hoc si citatio peruenit ad illum, uel per eū stetit, quominus peruenire, vt in con-
g Inno.[g] de fide inſtrument. ca. 1. & 2. ſcire debes, quòd Inno. in præalle. cap. 1. in prin. magnæ glo tenet, quòd autentica dicitur litera habens ſigillum autenticum cum ſubcriptione teſtiũ, niſi in leuibus, in quibus creditur ſine ſubſcriptione teſtium, cum non ſint multũ præiudicialia, qualia. 11. quæſtio. 3. curæ. 72. & 3. diſtin. per totum. 99. di. nobiliſsimus 98. di. per totum 99. di. c. primo, & 2. Sed Hoſtiẽ. ibi dicit, quòd aliqua ex his multum ſunt præiudicialia, & quòd in aliquibus ex his requiruntur plura ſigilla, de cleri. pere. ca. primo, in medio verò ipſius glo. uer. ſed nũquid literis, tenet Innocẽ. quòd quandoque credatur literis Abbatum, archidiaconorum, & inferiorum prælatorum, & in extraiudicialibus. ſed ubi, inter quos, inquantum, uel ad quantam ſummam: quia non eſt iure terminatũ, dicit conſuetudini reliquendum, de fide inſtru. cum dilectus. C. de eman. li. l. 1. de foro compe. conqueſtus, & cap. cum contingat, & ſi dicatur hic, & in c. curæ, expreſſum, quòd credatur literis ſaltem epiſcoporũ, & ſupra de treu. & pace cap. primo, reſpondet, illa ſpecialia in excommunicatione propter participationis periculum, de rapto. cap. primo, aliàs conſtat, quòd epiſcopo, uel alteri dicenti, talem ſentẽtiam dedi, uel talem citaui, non creditur, niſi aliter probetur, infra eo, quoniam, in fi. uerò eiuſdem gl. ipſe Innocen. no. quòd creditur literis cuiuſcunque prælati de his, quæ ratione ſui officij facere debet, vel poteſt, ut archiepiſcopo uocanti ſuffraganeos ad concilium, uel ad aliũ ſuffraganeum conſecrandum. 18. diſtin. ſi epiſcopus, 65. diſtin. non debet, uel in ſubſidium extraneos, quos etiam uocat ſimplex epiſcopus. 7. quæſtio. 1. pontifices, vel cum capitulum vocat canonicum ad electionem, de elec. cum inter uniuer. & in caſu. c. ſtatuimus. 19. quæſtio. 3. & c. curæ, & 72. diſtin. per totum. & creditur quandoque, licet ad officiũ non ſpectet, ut literę teſtimoniali de ordinibus, & moribus, de cleri. pere. c. 1. & 2. uel conſtituenti procuratorem ad impetrandum, & contradicendum, de reſcrip. nonnulli, dicens

quòd

quòd in his de generali & potiſsimè Rom. eccle. conſue. creditur[e]. ſed Hoſtiẽ. ibi multum turbatur de hoc,
e quòd officium tabellionis conceſſum forſan uni perſonæ faciat ipſius ſcripturam publicam, & non officium epiſcopalis dignitatis, & ordinis, qui in ſua conſecratione tam ſolenniter profitetur ſe canones ſeruaturum, quare dicit ibi de iure communi literis epiſcopi credi etiam in iudicialibus, cum fides ſua præponderet fidei tabellionis, alle. quod legitur & no. de fide inſtru. cap. pen. & ulti. Item ſi ſigillum ſuum committat collaterali, uel capellano fideli & honeſto, & iuranti, q̃ officium ſigilli fideliter exercebit, & quòd nil ſigillabit ſine ſua licentia ſpeciali, uel in quibuſdã leuibus generali, non uidet, quare non debeat ita bene credi literis tali ſigillo ſigillatis, ſicut inſtrumento quandoq; pauperis humilis, & abiecti tabellionis confecto. & dicit, quòd ratio diuerſitatis non occurrit; ergo idem ius, de conſan. tua, alle. ad id. C. de curioſis, l. 1. & ulti. li. 12. C. de accu. ſigilla. ff. de teſti. l. 3. quod legitur & not. de ap. cum parati, ne clerici uel monaci, ſicut te. Item cum ipſe Innocen. in decre. 2. de fide inſtru. in prin. magnæ glo. notaſſet, quòd ſigillis inferiorũ præla. ab epiſcopo non creditur, niſi id habeat conſuetudo, eo. titu. cum dilectus, uel niſi habeant iuriſdictionem: quia tunc in his, quæ ſuæ iuriſdi. ſunt, inſtrumenta cuiuſlibet ordinarij, uel delegati reputaret autentica, arg. de teſti. cum nobis, Hoſti. ſtatim capiens hoc uerbum, dixit ipſum Innoc. per hoc ſibiipſi contrarium in his, quæ ſupra no. inducens hic pro ſua opi. Archi. qui de hoc no. 6. quæſtio. 2. placuit, & de elec. vt circa, lib. 6. tenet, quòd litera epiſcopi non probat, niſi habeat ſubſcriptionem, uel niſi hoc habeat conſuetudo. quid ergo reportabimus de tot ſparſis? Certè contra opi. quæ habet ita credi ſigillis ſicut manui publicæ, facit: quia ſi falsò ſcribatur inſtrumentum ſub nomine notarij, hoc facilè per comparationem literarũ poterit deprehendi: ſed ſi uerum ſigillum furtiue ſubtractum falſis literis apponatur, hic deficiet reprobatio. quare cum facile poſsit à cancellario forſan dormiente ſurripi ſigillum, à notario uerò impoſsibile ſit ſurripi actum ſcribendi, ſalua pace Hoſti. bene uideretur notandum quid diuerſum in his. unde uideretur cum Arch. tenẽdum, quòd requiratur ſubſcriptio. ſed per id non eſt plenè, puiſum: quia poſſet apponẽs furtiuum ſigillum ſubſcribere teſtes nunc mortuos, tũc uiuentes, facit infra titu. primo, ex tenore, niſi intelli-
f gas ſubſcriptionem factam manu ſubſcribentiũ[f]. [*¶ In glo. ulti. ibi, Tempus electionis*] & tempore, quo accuſator libellum obtulit. ff. de pub. iudi. is qui, ſecundum Vin. [*Et in fi.*] de reſcrip. cap. prim. li. ſexto & dic, ut ibi, licet Hoſtien. hic dicat hoc uerum de publico ¶ Expeditis glo. primò inſtemus adhuc circa principale dictũ decre. quod principaliter reſpicit titulum. Et enim in gl. & ſuper ipſa tractauerimus, an credatur literis epiſcoporum, & inferiorum ordinariorum, nunc † quæramus, an credatur literis, & ſigillo delegatorum, maxime ſuper releuatione proceſſus. & uidetur quòd ſic, de offi. dele. cum. 2. de præſum. cum in iuuentute, in fi. de confirma. uti. uel inuti. cum dilectæ, in prin. de præben. cum ſecũdum, in fi. de accuſa. cum dilecti, de pur. cano. cap. pe. ver. his igitur, & ibi uide in glo. no. ſecundum Gui. ſatis bene expedit hunc paſſum opiniones recitans in ſpec. de remiſsionibus. §. utile, uſque ad fin. §. Compo. etiam tractauit in decre. ſtatuimus, de elec. in 4. colum. uer. item quæritur. demum tene, quod ibi no. ſpe. quod ſuper remiſsione facta creditſuper proceſſu inſerto, non ſi fuit iudiciale, niſi quantũ per acta conſtabit, niſi in literis diceretur. Quicquid autem ſuper hæc feceris, nobis per tuas literas tuo ſigillo &c. facit de teſtibus, cum clamor. Si uerò fuerit extraiudiciale, puta exequetis miniſterium ſibi commiſſum. creditur, exquo de ſigillo conſtat, & dicit, quòd hoc
13 ſeruat curia. Quid de † arbitris, qui uoluntariè adeuntur, nunquid ipſorum literis, uel ſigillo credetur? Dic quòd quantum ad caſum noſtrum planum eſt, quòd non, cum arbiter uoluntariè aditus ex compromiſſaria poteſtate non poſsit excommunicare, ut dixi poſt Goffr. & Hoſti. de offi. ordi. cap. pe. Sed idem dic etiam quò ad alios caſus, per. le. ne in arbitris. C. de arbi. nec mirum, cum etiam infamis poſsit eſſe arbiter. ff. de arbi. le. Pedius, aliàs parui. 3. quæſtio. 7. tria, uer. congnitores, cuius dicto, uel ſigillo credi foret abſurdum, de teſtibus, licet, ſecundo. non ob. eod. titu. præſentata, ubi factum narratur. ſed quid † dices de literis, & ſigil-
14 lo priuati? Dic quòd fidem faciunt cõtra eum, ſed pro eo non. ff. de procura. ſi procuratorem, ubi de hoc, & dicam, infra de ſolu. ſi quorundam, & facit conſtitutio Clemen. de procura. inſtrumento. ¶ Circa ſecundum prin. dictum. ſ. de excep. excõmunicationis cõtra procuratorem quærendum eſt de multis. primò
15 cum hic † dicatur de procuratore excommunicato tempore aſſumptionis, quæritur, quid de excommunicato tempore conſtitutionis, ſed abſoluto tempore aſſumptionis? Boatinus dicit idem, cum conſideremus initium, ut hic in glo. ¶ Quid ſi utroque tempore conſtitutionis, & aſſumptionis erat excommunicatus, ſed nunc eſt abſolutus, & apparet, conſtituẽtem in eadem uoluntate manere, ar. quòd ualeat, de procura. licet, lib. ſexto, Vincen. Pe. & Ab. dicunt procuratorium non ualere; alle. tamẽ Vincen. in contrarium. ff. de of. proconſul. ſed ibi proconſul, qui ante ingreſſum prouinciæ legatom dabat, iuriſdictionem habebat in habitu, licet non in actu, vel exercitio, facit. C. de cur. furio. l. pe. de reſcriptis, paſtoralis, in fi. & quandoque etiam quò ad exercitium, eodem tit. l. aliquando. per ingreſſum ergo prouinciæ ſumens exercitium, illud legato participat, ſi illum non reuocat ex ui præcedentis habitus. in decre. licet, procuratorium à prin. tenuit, nec per diſſenſum procuratoris tenere diſijt. ualet ergo ipſius conſenſus, domino in eadem uoluntate manente. ſed hic à principio non tenuit, & hoc placet Gui. in ſpe. de procura. poſt prin. Quid ſi utroque tempore non ligatus, nunc quando litigat, eſt excommunicatus? dic procuratorium ualere: ſed quamdiu ſic ligatus manet, non procedetur cum illo: ſed cum fuerit abſolutus utetur primo procuratorio; facit decr. pia, de excep. & ſic propter cõmunionis periculum, non propter defectum procuratorij repelletur, & poterit opponi exceptio etiã poſt litem conte. ut ſcripſi, de procura, in noſtra, ſuper glo. quando dicatur. ſed an † in caſu decre. huius eſt neceſſaria exceptio, an verò ſine exceptione nullus erit proceſſus cum tali procura. Innocen. uidetur uelle, quòd ſit exceptio neceſſaria, qui dicit iſtum procuratorem nõ admiſſum: quia per exce. elidi poterat procuratio. æquiperat etiam ipſum procuratorem excommunicato conſtituenti, dicens, quòd quicquid in iudicio facit procura. ante, quàm probetur conſtituentem fuiſſe excommunicatum, ualet: quia ualet, quòd ipſe excommunicatus prius feciſſet, per dec. pia, de excep. li. ſexto, extra iudicium verò nõ plus tenet, quòd fit per excommunicatum ante probationem exceptionis, quàm poſt, remittens de procur. cap. ult. de do. & contu. uertatis. Guil. in ſpec. de procur. in prin. in occulto excommunicato poſt conſtitutionem uidetur fateri, quòd teneat proceſſus: ſed in excommunicato tempore conſtitutionis non, ut ſupra dixi. Sed nun-
17 quid excommunicatus poterit eſſe procur. rei, quod uidetur, per dec. intelleximus, de iudi. tu dic cõtra per eandem decre. nam etiam reus excommunicatus de-

beret per alium se defendere. Itē reus est necessarius,
sed ipsius procur. uoluntarius. ¶ Sed † an in causa cō-
muni reo, & procuratori poterit excōmunicatus con
stitui procur. uideretur quòd sic, ar. dec. Clemen. de
procur. religiosus, ut dixi in textu, libenter uidissem
integram huius dec. per quam forsan soluebatur hæc
quæstio. forsan enim uacante ecclesia per cessionem
prælati canonici elegerunt, & ad illam electionē con-
firmandam, uel cassandam datus fuit iste Guil. procu.
quem papa licet admiserit ut principalem, nō ut pro-
19 curatorem. sed nunquid † excommunicatus procur.
constitutus habens mandatum substituendi poterit
h saltem substituere? [h] uidetur quòd sic, cū iste sit actus,
qui potest per alium exerceri, & qui per alium &c. de
regu. iur. qui per alium, & uidetur substitutus consti-
tus à primo constituente. ff. quod cuiusque uniuer. le.
item eorum. §. 1. uidetur cōtrà per prædictam consti.
m Clemen. de procur. [m] religiosus. Sed si sequamur opi.
Inno. de qua supra dixi in 7. quæ. quòd ope exceptio-
nis elidatur procuratorium, tunc videtur, quòd valeat
substō facta de habili ante, quàm exciperetur, per ea,
quæ scripsi in præall. dec. religiosus, in fi. & per dec. iu-
dex, de offi. dele. lib. 6. & hoc indistinctè per superius
dicta procederet, si post assumptionem officij excom
n municatus fuisset [n]. an † tamen excommunicatus cō-
stituat procuratorem ad negocia, vel iudicia, dixi post
Innocen. & Hostien. de dolo & contu. ueritatis, post
prin. magnæ gl. Item de procur. qui appellauit, an po-
stea excommunicatus prosequi posit, & an si domi-
nus appellationem extra iudicium suo nomine inter-
positam ratam habuit, appellans excommunicatus
illam prosequi posit, dicam de excep. significauerūt,
in glo. nota, quòd capitulum.

in l. si qua per calum. C. de epi. & cle.

h ¶Excommunicatione. Innoc. intelligit hoc extra iudicium: secus in iudicio, p. out uidisti, supra in addi. quæ incip. secundum Io.

i ¶Creditur. Vide materiam istius glo. in decis. Rotæ, conclu. 29. fa cit quod no. Io. And. de uerb. signi. Abbate, super glo. ad hoc, in fi. & in deci. Rotæ, concl. 161. & conclu. 375. & concl. 426.

K Sùbscribentium. Vel tabellioni, quod sentit Bar. in l. si procura. ff. de procura. & hoc in sigillo non publico, & publicum dicit fidem plurimam facere; ibi uide.

l ¶Substituere. Vide per Bar. in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquir. poss. & per do. Bene. & Imo. hic.

m ¶Procur. Ad materiam uide ibi glo. fi. & ibi Pau. & facit ad materiam, quod no. doct. Cyn. Bal. & Sali. de incapace instituto & rogato de restituendo capaci in l. eam, quam, C. de fideicom. & an nepos filii. s. spurij ab auo posit institui, de qua per Bart. in l. Gallus, §. quid si is, ff. de libe. & posthu.

n ¶Fuisset. Et tunc si habens ad hoc à domino mandatum de substituēdo substituat, uidetur corruere. substitutio, quasi causata à nō habili, & per ministerium personæ à principio habilis: secus, si iu re ipsum substituat, ut quia dominus litis factus, per c. primum, de procu. lib. 6. quia tunc substitutio ab ipso causatur, qui excommunicatus est, non uidetur ualere. nec ob. proxima dicta: quia ibi ab initio procuratorium non tenuit, quia de excommunicato, hic post fuit excommunicatus, & ista sunt de mente Pauli in Clemē. prælleg. & Ioan. Cal. hic in commento suo.

ANNOTATIONES.

a ¶An literæ episcoporum. adde spe. in tit. de proba. §. fi. uer. 10. per glo. in c. ad probandum, de re iudi. per do. de Rota in conclusione 22. in nouis, per glo. ord. & ibi Archi, in c. 1. 11. q. 3. per glo. 1. & ibi per Archi, c. testes. 3. q. 9.

b ¶Loquatur. Sed si solum dicit, ordinarij, uide glo. primam in Clemen. 1. de uita, & honest. cler. & plenius in Clemen. 1. de iure patro. super, uer. dioecesanis.

c ¶Excommunicatus. Vide casum Clemen. 1. §. sanè, de fo. compe. ubi creditur iudici asserenti. no. infra de prob. quoniam. facit etiā casus capituli statuimus. §. assessorem, de rescr. lib. 6. glo. in c. cum dilecti, de accus. & in c. quoniam contra, in glo. fi. de probat. & c. dilectus, de pac. & uide infra de testi. c. cum clamor, ubi relationi iudicis delegati creditur de actis coram se sub sigillo suo, quando habuit in mandatis, ut referret. facit ad materiam, quod no. Inno. in c. 1. de fi. instrum. ubi de hoc etiam principium, & in fi. glo. fin. in c. cum in iuuentute, infra de præsump. & quòd credatur literis episcopi, uel archiepiscopi, no. infra de re iudi. c. ad probandum. item quòd literis testimonialibus iudicis credatur, facit c. de priore, de appell. item literis delegatorum creditur, quando sunt plures, tex. in c. accedens, de concess. præben. uide etiam c. peruenit, de fideius. ubi sigillo delegati ad certum articulum creditur. & quòd literis prælatorum credatur, facit text. infra de solut. c. 2. an credatur dicto legati, uide quod no. Archi. 96. dist. nobilissimus, & scripsi, supra de offic. delega. cum in iure, & uide no. in l. si qua, C. de episc. & cle. per Cyn. an literis officialium credatur, uide l. prohibitum, de iure fis. Bal.

d ¶Sint confectæ. Pro Innoc. facit quod dicitur, prælatum posse sine causæ cognitione extraiudicium aliquid subito præcipere in his, quæ ad suum pertinent officium: si autem hoc faciat in iudicio, requiritur etiam cognitio: de quo uide Ioan. Andr. in c. ad aures. & super glo. 2. de tempo. ordi.

e ¶Committit. Vide Ioan. And. in prox. quoniam contra, super in glo. no. quòd, & post Arch. de off. deleg. si a subdelegato, lib. 6.

f ¶Talem. Vide quod scripsi 2. q. 6. statuendum, & glo. est quod non credatur 3. q. 9. testes, Archi.

g ¶Inno. ETidem uidetur uoluisse Bar. post Guil. de Cun. in l. si procur. ff. de procura. ubi uide de materia ista, & per Cyn. Bal. & Sali.

SVMMARIVM.

1 Probatio dubia non releuat probantem.
Diuisio capituli, ibid.
2 Testator filium suum post pubertatem grauare non potest in debito bonorum subsidio.
A patruis actio quæ hic intentabatur, uersi. & ideò.
3 Hæreditatem adire potest unus ex hæredibus etiam sola uoluntate pro toto, uel pro eadem parte, licet alius hæres eam adiuerit in totum, uel pro parte, & quamuis multo tempore pro hærede se gesserit.
4 Si in hæreditate alter eorum, qui eam adiuerunt, ius habeat in ea, alter non habeat, ius habenti contra non habentem quæ possessoria, & quæ proprietatis habeat remedia.
5 Possessio rerum singularum hæreditariarum non transit per aditionem hæreditatis, nisi fuerit apprehensa, nisi in ecclesia forte, & nu. 13.
Per aditionem hæreditatis quæ transeant in adeuntem, ibidem.
6 Possessionem occupare ambæ partes quandò permittantur à iudice, quando inhibeantur, & quod erit in hoc officium iudicis, & numero septimo, octauo, & decimo, & undecimo, quando nec eis, nec alij, nu. 9.
Eam probare quando uni, & quando utrique parti probare incumbat, ibidem numero sexto, & qui eam obtinebit, ibidem.
7 Hæreditariarum rerum quo casu hic neutri parti fiet copia, sed sequestratio, uer. in quo casu.
10 In possessione cognoscenda apud utram partium sit, uel quando uult utraque apprehendere, quæ sint examinanda, & cognoscenda.
11 Beneficiorum spiritualium, etiam si præbendæ tantum sint, quantumcunque uacent, occupare possessionem non licet, ut rerum temporalium, supra numero sexto, & sequen. & ratio multiplex, sine auctoritate eius ad quem spectat, & quibus modis.
Possidentur ab ecclesia etiam uiuentibus, eorum rectoribus, & prabendarijs, quorum ea non sunt, sed ecclesiæ, ibidem.
Pro beneficijs, Episcopatu, & dignitatibus alijs ecclesiasticis quo nomine agatur, ibid.
Romana ecclesia, etiam si nullus superfit, intelligitur ecclesiastica beneficia, & dignitates possidere, unde negligentibus his, ad quos pertinet, de eis prouidet, ibidem uersic. & etiam ecclesia.

Ab

Ab ea omnis dignitas recipit incrementum, ibid.
12 Molestatio duplex iudicialis, & extraiudicialis, & de qua hic agatur.
Excipi, & peti potest ex eodem facto, ibidem ad uersicul. proposuit.
13 Monasterio, in quod quis cum hæreditate ingressus est, quæ competant actiones contra eam occupantes tam in possessorio, quàm in petitorio, & quæ contra ipsum monast. alijs. nu. 17.
Per monasterij ingressum omnia ingredientis in monasterium sunt translata, ibid. & quæ nu. 16. 21.
Possessionem licet ecclesia rerum, quas petit, non fuerit adepta, ex sola donatione, & obligatione potest agere, ibi. uer. & actiones, & supr. nu. 5.
Dominium quibus casibus absque traditione quæratur, ibid.
14 Reconuentio fit in eisdem bonis hæreditarijs, & quomodo.
Possidet quod quis, quo casu possit super eo agere, ibid.
15 Minor annis 25. bona sua sine curatore, & decreto ingrediendo monasterium alienat: secus in alijs casibus.
Patrimonium, uel hæreditas ubicunque ad aliquem peruenerit, in eum etiam transeunt actiones, & tenetur respondere, ibid. uersi. & idem est.
18 Monacus, uel monasterium ingrediens, quæ mandare possit de bonis suis, & an competat monasterio, & in ipsum ob id actio, & à quibus id tuebitur.
19 Monasterium si quis ingrediatur, cui non licet habere bona propria immobilia, an bona ingressi fiant monasterij, uel eorum precium.
Prædicatoribus, minoribus, & mendicantibus alijs fratribus habere propria bona immobilia non licet, ibid.
Professus religionem mortuus fingitur, uersicul. dicunt secundi.
20 Inter hæredem monasterium, & alium hæredem differentiæ quædam, & quæ.
21 Legitima est reddenda ascendentibus, & descendentibus de bonis eius, qui intrat monasterium.
Testamentum eius, qui extraneis institutis hæredibus monasterium præterijt, facta postea professione an rumpatur, ibid. uer. si uerò.
22 Hæreditates, uel legata quæ monaco, uel monasterio occasione personæ monaci debent obuenire, melius capiet monasterium, quàm monacus cœpisset, si in seculo permansißet: & quis eas adeat, monacus, an monasterium, & altero nolente quid iuris, nu. 2.
Filijs parentes, aut parentibus filios exhæredare non licet ex eo, quòd relinquant seculum, & uitam ducant monasticam, ibidem.
23 Seruus potest nolle adire hæreditatem sibi delatam, uersi. & si nullo.
Hæreditatem filiofamilias delatam pater, recusante adire filio, an possit, & quo iure adire, ibid.
24 Possessionem non impedit infirmitas corporis: secus si compos mentis non esset.
25 Minor pubes non potest contrauenire oblationi suæ in tempore pubertatis factæ.
Monasterium si ingrediatur quis, an defferat tacitè, an expressè conferat bona sua, ibidem. Fingitur non solum habere hæredem, sed etiam liberos, adducit exempla, & est speciale pro religione, nu. 27.
26 Minor quatuordecim, licet sagax & prudens, testari non potest.
27 Filij naturales & legitimi debent esse ei, qui habet substitutum hæredem, si sine liberis decesserit, ut euanescat substitutio, excepto casu, & quo, ibid.
28 Iudicis delegati substitutio non fit, exceptis quibusdam de causis, & quibus.
29 Auditor causam non definit, sed refert, nisi habeat definiendi mandatum.
Reconuentio ubi est, fit condemnatio actoris pro reo, ibidem.
30 Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 31.
Sine liberis decedere quis dicatur, & nu. 32.
Hæreditatem qui rogatur alij restituere, nihil potest alienare, exceptis casibus, uer. qui notan. & nu. 32.
Maior quis præsumitur, nisi probet se minorem. §. primo, & numero 33.
Dubium in iudicio pro qua parte sit interpretandum. §. 2. & nume. 33. §. 1.
Minor iuratus non uenire contra contractum, non auditur. §. in glo. pen.
In filios an transeat emphyteusis, & quos, ibid.
Alienare quibus casibus possit rogatus hæreditatem restituere, ibi. circa fin. uer. melius diceret, & in suffr.
33 Minor qui olim facit, hodie non præsumitur, & hoc non est perpetuum, & quando.
Intentio proferentis uerbum attenditur in beneficijs, ibid. §. in glo. sed nonne.
Substitutioni an sit locus, si monasterium instituatur hæres ab eo, cui datus est substitutus, si sine liberis decesserit, uel fiat ei donatio.
35 Substitutio facta sub conditione, ne ingrediatur monasterium, si ingressus erit, an euanescat. alium casum nu. 36.
Conditio quæ pro non scripta habeatur in testamento, & in matrimonio, ibid. uer. tamen dici potest.
36 Substitutioni an sit locus, si non teneat monacatus.
Fraus hic quomodo probabitur, uer. & dicit.
37 Auten. nisi rogati, uel auten. de sanctiß. episc. §. sed hic in præsenti an extendatur ad alium casum, uel terminos.

CAPVT VIII.

1 IN præsentia. Casus. Dubia † probatio non releuat
probantē. & sunt tres partes. in primà pro-
cessus narratio. in secunda ibi, dilectus, au-
ditoris diffinitio. In tertia ibi, uos igitur, diffinitionis
confirmatio. prima subdiuiditur: quia primò ponitur
actorum petitio. 2. ibi, uerum, reorum responsio, & re
conuentio. 3. ibi, Ad hoc, actorum replicatio. 4. ibi, ue-
rum, reorum duplicatio [*Proponi*] forte per aduocatos
de licentia iudicis, de iudicijs, pastoralis, Hostien. Bo-
2 na. quicquid † dixerit testator, filium suū post puber-
tatem, grauare non potuit in debito bonorum subsi-
dio, & ideò male petebant patrui, qui petebāt omnia
a bona, ut sequitur, & probatur de testa. Rainutius [a], &
cap. Rainaldus. & dicunt quidam, quòd isti patrui in-
tentabant petitionem hæreditatis, sed nitebantur ex
testamento patris, qui instituit illos hæredes filij im-
puberis, quem impuberem decessisse dicebāt. uel dic
melius, quòd agebatur actione ex testamēto, de hoc
in præ. c. Rainal. secundùm Innocen. [*Vnde*] idest quia
filius ille mortuus erat, & sine liberis [*Illa, quæ de bonis*]
hic nō fit specificatio rerum, de hoc supra de libel. ob-
la. cap. 2. [*Ipsius*] s. fratris, & nepotis [*A sua molestatione*]
3 no. quòd licet unus † hæredum hæreditatem adiuerit
in totum, uel pro parte, & quamuis multo tempore
pro hærede se gesserit, nihilominus tamen alius hæres
etiam sola uolūtate pro toto, uel pro eadem parte po-
b test hæreditatem adire. ff. de acquir. here. pro hærede [b],
& etiam omnes res hæreditarias, quæ nō sunt per aliū
4 occupatæ, potest accipere, ueruntamen † siue primus,
siue secundus ius in hæreditate non habeat, idest uter
que in hereditate non habeat ius, sed alter tātum, ha-
benti ius in hæreditatem contra ius nō habentem ad
recuperandam possessionem rerum malè occupata-
rum dantur multa remedia. primò interdictum de
c adipiscenda [c] possessione, quòd appellatur, Quorum
bonorum. ff. quorum bono. per totum. Secundò edi-
ctum diui Adria. C. de edic. diui Adria. tol. le. fina. ter-

tiò actio in factum ad ſimilitudinem expilatæ hæredi. ff. de crimi. expila. hæredit. per totum. 4. etiam, ut quidam dicunt, condictio ex l. illa. C. unde ui, cum quęrebatur. Ad proprietatem autem recuperandam competit petitio hæreditatis. ff. de peti. hæredi. regulariter,
5 quamuis † autẽ ad hæredẽ hæreditate adita omnia iura tranſeant, poſſeſsio tamen rerum ſingularium hæreditariarum nõ tranſit, donec fuerit corporaliter ap-
d prehenſa [d]. ff. de acqui. poſ. cum hæredes. 1. reſpon. ſecundum Innocen. niſi forte in eccleſia aliud ſpeciale quid dicatur, ar. C. de ſacroſan. eccl. l. fin. & in eo, quod legitur & no. ſupra de conſuet. cap. 2. ſecundum Hoſt. nec obſtat ſecundum Innocen. ff. ad Trebel. ex facto 1. reſpon. & l. reſtituta: quia ibi non dicit tranſire poſ-
6 ſeſsionem, ſed dominium. Quòd ſi unus † dicat ſe poſſidere, & alius hoc neget, ſi non eſt ibi timor armorũ,
e permittitur uterque ire ad occupandam poſſeſsionẽ [e] uacantem, & qui præuenerit, defendetur in ea, donec alius de iure ſuo probet. Si uerò timetur, ne ad arma perueniant, tunc debet iudex utrunque compeſcere, & inhibere, ne aliquis etiam priuatim intret poſſeſsionem. ff. de uſufruc. ſi cuius. §. ſed ſi inter duos, alias eſt
f lex, & incipit, æquiſsimum, [f] examinabit ergo iudex in hoc caſu, uter eorum poſsideat, & incũbit onus probandi illi, qui dicit poſsidere. ff. eo. ti. l. 2. ſecũdum Inn. & hoc ſecundum Hoſtien. quando alter eorum tantum contendit ſe poſsidere, nam ſi uterque, tũc utriuſque probationes reciperentur, & ille, qui melius probauerit, obtinebit, ut patet in eo, quod legitur & no. infra eo. cap. primo. §. fina. contingit enim interdum, quod duo, qui poſsident, ſe inuicem turbãt, & neuter
vult actor eſſe, uel libellum dare contra reliquum, de his vide in ſpec. de peti. & poſ. §. 1. ver. pe. & de libel. cõ-
7 ce. §. nunc dicendum, uer. 22. ubi † uerò neuter dicit ſe poſsidere, & uterq; cum armis feſtinat poſſeſsionem accipere, tunc ſimiliter ſecundum Inno. debet iudex utrumque compeſcere, & inhibere, ne poſſeſsionem intret, in quo caſu res hæreditariæ à nemine poſſeſſæ, & fructus earum tenebuntur, & conſeruabuntur auctoritate iudicis, ſicut hæreditas iacens, & fructus hæreditaris iacentis. & erit iſte unus caſus, in quo per iudicem poteſt fieri ſequeſtratio. ſunt & alij, quod dic vt
8 no. de ſequeſtra. poſ. cap. 2. & eſt hoc † verum ſecundũ Innocen. quando timetur, ne partes ſimul concurrãt. Si enim certum ſit, quòd unus poteſt alium præuenire, nunquam eſt impediendus, uel etiam prohibẽdus poſſeſsionem ingredi. Sed alius poſtea ueniens eſt cohibendus à moleſtatione primò ingreſsi, ut hic. Poſt-
9 quam autem † aliquis uerbo, uel facto ſemel prohibitus fuerit, non uidetur. quòd poſtea alicui ipſorũ prohibitorum, uel etiam alij, cum iſti in petitione primò fuerint, liceat poſſeſsionem illam ingredi, ſiue publicè, ſiue etiam priuatim, quouſque lis ſuper poſſeſsione, ſiue ſuper proprietate per iudicem fuerit termina-
10 ta. terminabitur autem hoc † modo: quia iudex, qui phibuit ingreſſum poſſeſsionis, ex officio ſuo de plano, & ſine libello examinabit, & cognoſcet, quis ipſorum poſsideat, quando uterque dicit ſe poſsidere, ar. ff. de libe. cauſa, liberis. §. fin. ſecundum quoſdam. Alij uero dicunt, quòd ordinariè tantum audiendæ ſunt partes ſuper interdicto. ff. uti poſ. l. 1. §. huius autem interdicti. quando uerò neuter dicit ſe poſsidere, ſed tamen uterque primò vult adire hæreditatem, tunc debet iudex examinare, & cognoſcere inſpecto, teſtamẽto, cuius potiora ſunt iura. C. de edic. diui Adri. tol. l. 1. in fine. ſecundum Inn. quod dic, ut plenè no. de uerb.
11 ſig. dilecto. §. fina. Hoſti. hæc in temporalibus. In † ſpiritualibus enim beneficijs, etiam ſi præbendæ tantùm ſint, ſecundum Innocen. ſecus eſt, illas nempè, quantumcunque uacent, non licet alicui occupare. & eſt ratio multipliciter. prima: quia licet ius præbendæ uaceat, res tamen & iura pertinentia ad præbendam non uacant, imò poſsidentur ab eccleſia, cuius præbendæ ſunt, etiam dum uiuunt præbendarij, nam & ipſi nomine eccleſiæ poſsident, ut patet in eo, quod no. ſupra eod. ex literis, primo reſpon. uer. 1. ſecundum Innocẽ. & idem eſt ſecundùm Hoſt. idem eſt in epiſcopatu, & aliis dignitatibus, quarum dignitatum nomine agunt hi, qui eas tenent, ſiue nomine eccleſiæ, & non nomine proprio: quia nec propriè eorum ſunt, ſed eccleſię, ut patet in eo, quod no. ſupra cap. de reſtitutio. ſpolia. in literis, & etiam eccleſia Romana, ſi nullus alius ſuperſit, ipſas intelligitur poſsidere, ar. 9. quæſtio. tertia, cuncta, & cap. per principalem. unde & negligentibus his, ad quos ſpectat, ex officio eis prouidet, infra de inſtitu. cum ueniſſent. §. fina. nec mirum, quia & à Romana eccleſia omnis dignitas ſuũ recipit firmamentum. 22. diſtin. c. primo. Secunda, quia nemo ſe debet ingerere in patrimonio crucifixi. Sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron, ſupra de elec. qualiter, infra de præben. cum iam dudum. tertia, quia quantuncunq; canonicè ſint uocati, tamen non licet eis poſſeſsionẽ apprehendere, uel adminiſtrare ſine auctoritate illius, ad quem ſpectat, ſiue per confirmationem, ſiue per inſtitutionem, ut patet in eo, quod le. ſupra de elec. cum in cunctis. §. cum uerò, & cap. noſti, & c. tranſmiſſam, & cap. qualiter, & de renun. admonet, & de cleri. pere. cap. fina. & infra de inſt. cap. tertio, ſecundum Innocẽ.
12 & Hoſti. & adde, quod habes de præben. cum qui, lib. ſexto [*Compeſci*] dicunt † Innocen. & Hoſtiẽ. quòd hic agitur de moleſtatione, quæ ſit extra iudicium, non de illa, quæ ſit in iudicio, ſupra de elec. cum eccleſia, infra cap. proxi. ad fi. [*Propoſuit*] excipiendo, & hoc reſpectu replicabat pars altera. Item agendo, ut ſequitur per quod no. Hoſtien. ex eodem facto poſſe excipi, &
13 peti, remittit, de ordi. co. cum dilectus [*Inuaſerint*] quaſi propria auctoritate & ſine iudice, cum ad ipſos non ſpectarent [*Reſtitui*] huic † mon. competunt actiones, quæ competerẽt puero ingreſſo, per ingreſſum enim omnia in mon. ſunt tranſlata. C. de ſacroſa. eccl. auct. ingreſſi. uigeſima prima, queſtio. ult. ſi qua. unde & ei poſſunt competere contra patruum ordinariæ actiones, ſ. rei uendicatio, & Publiciana, & ſi aliqua de hæreditate iuſto titulo poſsiderent. Item interdictũ, Quorum bonorum, & petitio hæreditatis, ſi ſine iuſto titulo poſsiderent, ſed tantum pro hærede, vel poſſeſſore. ff. de peti. hæredi. regulariter. hoc tamen non placet Innocen. non enim dici poteſt, quòd mon. ſit hæres pueri, imò uerius dicit, quòd in ipſum iura pueri ſunt tranſlata, ut præmiſſum eſt, ideò dicendum eſt, quòd monaſte. competit rei uen. ſi puer dominus erat rei, quæ petitur: & ſi non erat dominus, datur ei Publiciana. & actiones iſtas poteſt mouere monaſte. etiam ſi non habuerit poſſeſsionem rerum petitarum: quia ſpeciale eſt in eccleſia, ut ex ea ſola donatione, uel obligatione agat, etiam & ſi poſſeſsionem nõ fuerit adepta. C. de ſacro ſanct. eccle. l. fina. Si tamen negaretur, quòd puer fuiſſet dominus, tunc incumbet probatio mon. ut probaret & modũ acquiſitionis dominij pueri, & traditionem corporalem ſibi factam fuiſſe. C. de pactis, traditionibus, uel alium modum, quo dominium acquiritur ſine traditione rei corporalis, ſicut patet in legato. ff. de furtis, à Titio, & in hærede inſtituto, qui hæreditatem adijt. ff. de acqui. poſ. cum hæredes, & in bonorum poſſeſſore. ff. de bo. poſ. l. prima, inſtitu. de bono. poſ. per totum, & in arrogatione, inſti. de acquiſi. per arrogationem, primo reſpõn. & in bonis, quæ cauſa libertatis addicuntur, inſtitu. de eo, cui libet. ca. 60. addi. per totum, ſecundum Inno. Hoſt.
14 [*Petebant*] reconueniendo † ſi infra de ſucceſ. ab inte. cap. fi.

cap. fin. [*Cæteris*] quæ poſsidebatis, & à uobis petebantur per illos, & ſic petebat pars parti ſilẽtium imponi, & ſic agebat ſuper eo, quod poſsidebat, contra id ſupra de iudicijs. examinata. ſed dicit Hoſti. quòd hoc accidit propter primam petitionem, cui hęc annexa eſt: alias per ſe non liceret, ut in contrario [*Replicauit*] reſpectu exceptionis, ut dixi [*Minor annis*] & hoc fuit probatum, ſed non clare, ut ſequitur, & hic eſt † expreſsum, quòd minor. 25. bona ſua ſine curatore & decreto ingrediendo mon. alienat. contra id. C. de prædi.
15 mi. ſi quidem, & lẽ. ſi prædium, & per totum. Secus uideretur, ſi alienaret in alias etiam pias cauſas, ar. ff. de
16 polli. l. 2. §. uoto. ſed † nũquid feuda ipſius mi. trãſeunt in mon. dic quòd ſic, ſi talia debẽt ſeruitia, quæ mon. poteſt per ſe, uel per alium exhibere, ar. C. de epiſ. & cle. quiſquis cenſibus, & l. ad ſimilitudinem. Si uerò talia debeant ſeruitia, quæ mon. non poteſt exhibere, tunc debẽt feuda redire ad dominum, ar. C. de ca. tol. l. 1. §. ne autem. ff. de ſolutio. inter artifices, uide in ſpe.
g de ſtatu mo. ſuper uer. 45. Sed nunquid emphyteuſes [g] tranſeunt? de hoc in ſpe. de loca. §. nũc aliqua, uer. 120. dic quod ſic, ar. ff. de le. 2. peto Luci. §. 1. licet ſit ar. contrà in auten. de ali. §. 1. coll. 9. ſed nunquid uſufr. etiam tranſit? de hoc. 19. quæſtio. 4. [h] ſi qua, in ſpe. de ſta. mo. uer. 47. dic quòd ſic, & durat in uita ipſius ingredientis tantum, ar. [i] inſtit. de acqui. per arro. §. uſus etenim, & vſufr. & ſequen. & de vſu fructu. §. finitur. Sed nunquid tranſeunt, quæ data ſunt ei ita, ne ipſa alienare poſsit? dic quòd tranſeunt, ar. ff. de fundo dota. l. 1. ff. de le. 3. pater, in eo, quod le. & no. infra de iure patro. ex literis, licet ſit ar. contrà. ff. de le. 2. le. peto Luci Titi. §. fin.
17 Cum igitur † mon. in totum ſuccedat, tenetur, inquantum ad ipſum peruenit, querelantibus reſpondere. ff. de capi. dimi. tutelas. ff. de adopt. ſi arrogator, inſtitu. de acquiſi. per arro. per totum. & idem eſt, ubicunque alterius patrimonium ad aliquẽ peruenerit. C. de iu.
h pub. l. 2. ff. de fideiuſ. [h] inter eos. §. fina. quid ſi † mona-
18 cus in ſui oblatione aliquid mandauit expendi, & maximè in pias cauſas, dic quòd adimplenda eſt uoluntas illius, ar. ff. de pactis, cõtra iuris ciuilis regulas, in fi. & C. de pac. legem, idem, ſi mandat ne aliquid de his, quæ ſecum transferuntur, alienetur, in auten. de ali. & emphy. §. ſanctiſsimas, colla. 9. licet autem ad hoc obſeruandum nulla cõpetat mon. uel cõtra mon. actio, tamen prælati ex officio hoc facient adimpleri, ar. C. de lib. cauſa, cum affirmes, & infra de teſta. nos quidem, & c. iudicante, & c. ſi hæredes, & c. tua, quid †
19 ſi quis ingrediat [i] mon. cui non licet habere propria bona immobilia, ſicut ſunt Predicatores, Minores, & alij pro domino mendicantes, dicunt quidam bona immobilia ingredientis debent haberi pro derelicto, & ſic occupanti conceduntur. ff. pro relicto. l. 1. 2. & 3. & per totum, uel in cauſa caduci ſunt. C. de cadu. tõl. l. unica. Dicunt ſerui, quòd debent uenire ad hæredes ab inteſtato: quia ex quo profeſſus eſt, mortuus fingitur. C. de epiſcopis & cle. deo nobis. tertij dicunt, q̃ cum talis non ſit tantum monacus mon. quod ingreditur, ſed epiſcopi diœceſani, ex quo mon. tale eſt, qđ non poteſt habere, bona debent ad epiſcopum peruenire. 16. quæſtio. 1. qui uere. 8. quæſtio. 1. cap. primo, 27. quæſtio. 1. de puellis, alias de uiduis, infra, & ibi de hoc ſecundum Innocẽ. & melius ar. infra de decimis, quoniam, & C. de epiſ. & cleri. nulli licere. §. quod ſi teſtator. Quicquid tamen ſcribatur hic, talta mon. uolunt habere bona, non ut ſibi retineant, ſed ut uendãt. quo autem iure iſtud faciant, hoc aduertant. generaliter enim ſuccedit preciũ loco rei. ff. de uſufr. quia qui precio, & de trib. acti. procuratoris. §. non autem totum, & l. aliquando, ſecundùm Hoſtiẽ. & de hoc in ſpec. de ſta. mo. uer. 3. uide quod no. de reli. do. c. uno, li. 6. in gl.
i ueterem, ubi etiam remittam ad Cynum, & ad conſtitu. de fratribus Minoribus [i], Quamuis autẽ † in hoc
20 c. innũatur, quòd loco hæredis mon. habeatur, infra eod. §. uerum, in fin. & probatur in auten. de ſanctiſ. epi. §. ſed hoc in præſenti, colla. 9. eſt tamen differentia inter mona. hæredem, & alium: quia mon. hæres habet dominium, & poſſeſsionem omnium bonorum, quamcito factus eſt monacus, ar. ff. de precario, ſi adoptauerò, ſecundum Innocen. & eſt expreſsum de dominio. C. de ſacroſan. eccle. le. fin. & in eo, quod le. & not. ſupra de conſue. cap. 2. alius autem hæres nõ fit dominus, quouſq; hæreditatem adierit. ſed & quãtuncunque adeat, tamen quouſq; rerum hæreditariarum corporalem poſſeſsionem nactus fuerit, ipſas non intelligitur poſsidere. ff. de acquir. poſ. cum hære-
21 des. Illud † etiam, quod ſupra dixi. ſ. quod omnia bona ingredientis mon. ad ipſum tranſeunt, intelligendum eſt ſalua legitima, quæ hæredibus deſcendentibus eſt reddenda. 19. quæſtio. fin. [k] cap. fin. & 17. quæſtio. fin. c. fi. & idem uidetur de aſcendentibus. ff. de inoff. teſtamẽto, nam & ſi. quia nec exhæredari poſſunt ſine cauſa, ut in auct. ut cum de ap. cog §. ſancimus itaque, coll. 8. C. de epiſcopis & clericis, auct. preſbiteros. Si uerò is, qui mon. ingredietur aſcendentes uel deſcẽdentes non habeat, & teſtamẽtum condiderit, in quo ipſum mõ. omninò prætererit, & alios extrancos hæredes inſtituerit, facta poſtea profeſsione rumpitur teſtamentum quaſi agnatione poſthumi, ar. in hoc. c. & in auct. de ſanctiſ. epiſ. §. ſed hoc in præſenti, colla. 9. & ff. de iniuſto rup. teſtamento. le. filio. ſed & rumpitur, quia capite minutus intelligitur. ff. de capi. dimi. amiſſione. §. fi. & 2. l. ſe. & l. fi. Alij uerò dicunt, quod mon. legitimam tantum habebit, arg. 19. quæſtio. fin. ſi qua mulier, uide quod ibi no. & in ſpe. de ſta. mon. uerſi. 1. Innocẽ. & ſic etiam alternatiuè ponit hic Ab. Illud autem † certum eſt, quod hęreditates, & legata, quę monaco, ſiue mon. occaſione perſonę monaci ab inteſtato, uel ex teſtamento debent obuenire, melius capiet monaſterium, quàm monacus cœpiſſet, ſi in ſeculo permanſiſſet. 19. quæſtio. fi. cap. fi. ſecundum Innocẽ. ſed nec conceditur petentibus filios, aut filijs perẽtes exhæredare pro eo, quod relinquunt ſeculum, & monaſticam uitam ducunt, & parentibus, ne filios conuerſos à mon. abſtrahant, inhibetur, in auten. de ſanctis. epiſ. circa princip. vlt. col. §. nullam uerò licẽtiam damus, & ſequenti, colla. 9. ſecundùm Hoſtien. Per id
23 quod ultimò dixi poſt Inno. ſolui poſſet, quòd quæritur, quis adeat hæreditatem ex teſtamento, uel ab inteſtato monaco delatam? adibit enim mon. licet quidam dicant idem, quod in filio fami. qui adit iuſſu patris, ſic & monacus iuſſu monaſterij. ff. de acquir. hære. ſiquis mihi. §. iuſſum. & ſi nullo modo uel let adire, quidam dicunt idem, quod in ſeruo, qui poteſt nolle adire, nec acquirit domino. C. de hęredibus inſtituendis, cum proponas. Alij idẽ, quod in filio fami. ſ. quod pater poteſt adire iure codicis. C. de bo. quæ. lib. cum non ſolum, ſic & poterit mon. Item ſi monacus vult adire, ſed mon. vult repudiare, præfertur monaſteriũ,
1 ſecundum la. de Are. ff. de ſuc. edic. l. 1. §. per ſeruum [l], hæ intricationes ceſſant, ſi dicamus ſic, monaco uelle, & nolle deficere, quòd hęc omnia per mo. ſint agẽda. Si uerò moritur monacus hæreditate non adita, dicit præ. le. 1. quòd ſi hæreditas erat aſcendentium, tranſmiſſa eſt in mon. quod habet loco filij. C. de his, qui ante aper. ta. l. 1. in auten. de ſanctiſ. epiſcopis. §. Sed hoc in præſenti. Si uerò erat hæreditas extraneorum, ipſo iure dicit excluſum mon. ſed poterit reſtitui, ſicut
m minor. C. de ſacro ſanc. eccl. l. fi. ff. de acquir. hære. cum quidã, & l. Pãtonius, [m] de minori. ait prætor. Iſta ceſſare uidentur, ſi dicamus monaſterio delatam hęreditã

tem potius, quàm monaco [*Infirmitatis*] licet infirmus † eſſet, dummodò eſſet compos mentis, potuit profiteri: ſecus, ſi mentis compos non eſſet, infra de regu.
14 iur. ſicut tenor, & 17.q.1. Conſaldus, ſecundũ Gof. [*Renocauit*] hoc monaci confitentur [*reſpondere*] triplicando, ſic ſupra de fo. competen. ex parte [*Eidem*] moñ. alias eiſdem. ſ. monacis [*oblationem*] ſecundam, quam fecerat de perſona, & de rebus, Innocen. [*Inramento*] ſic
25 † non licuit contrauenire, ex quo pubes erat, ut infra dicetur [*Se, & ſua*] differentiam, an expreſſe, an tacitè ingrediens conferat bona ſua, no. hic Hoſtien. de qua no. C. de ſacroſan. eccl. authen. ingreſſi, & demum remit. ad nota. infra de cle. cõ. quod à te [*Exceptionis*] propriè quò ad reconuentionem: impropriè, ideſt replicationis quò ad exceptionem [*duobus*] plures uide nota. 27. quæſtio. 1. cap. 1. in prin. & ff. de poſtu. l. 1. §. pue-
26 ritiam [*Quatuordecim*] talis † licet prudens & ſagax, teſtari non poteſt, ut dicam, infra de deſpon. impuberum, capi. fin. ſuper uerſi. nubilis [*Soleat*] vt C. ſi mũ. fac. ma. ſine dec. l. fi. infra, 35. poſt pubertatem [*Sed & ſi teneret*] etiam in totum, certum eſt autem, quòd in totum nõ tenebit, infra de teſtam. Rainutius, & dixi in prin. [*Hæ-
27 rede*] dicit † Innocen. quòd ingreſſus mon. non ſolum fingitur habere hæredem, ſed etiam liberos. Vnde ſi dixit teſtator uolo, quòd filius det partem hæreditatis patruis, ſi de cedat ſine liberis, ingrediendo mon. uidetur ſatisfactũ conditioni: quare nil peterent patrui, cum mon. habeatur loco filiorum, vt probatur hic, & in auten. de ſanctiſ. epiſ. §. ſed hoc in præſenti, ſecundũ Innocẽ. Et eſt ſpeciale fauore religionis, cum alias requirantur naturales, nec ſufficiant legitimi tantum. ff. de le. 2. ſi ita quis, in fi. ubi etiam tenebat Dinus, quòd & ſi in ſubſtitutione addatur de filijs ex ſe deſcendentibus, tũc euaneſcit ſubſtitutio per ingreſſum: quia expreſsio illorũ, quæ tacitè inſunt, nil operatur. ff. de le. 1. l. 3. aliqui contra, all. pro ſe. C. de cad. tol. l. una. §. ſi uerò, de his, qui ue. æta. impe. l. omnes, de iure emph. l. fi. & ff de contrahen. emp. ſi debitor. §. veriſimile. de hoc
n dicam de teſta. Rainaldus, ſuper glo. uidetur[n] etiã [*Car-
28 dinal.*] cui † ſecundò cõmiſſa fuit auditio, & diffinitio: forte papa reuocauerat ad ſe negociũ, ſupra ut lite pẽdente, eccleſia. 2. uel mortuus erat primus, uel abſens, & non ſperabatur de proximo reditu: aliàs debuiſſet potius aliquantulum expectare. ff. de uaca. mu. l. pen.
29 in fi. ſecundum Hoſti. [*De mandato*] aliàs auditor † non diffinit, ſed refert, de officio dele. ſuper quæſtionum. [*Condemnauit*] ideò ſic pronunciatur: quia hic erat cõuentio, & reconuentio [*Confirmamus*] ſic, infra de teſta.
30 Rainutius, & c. Rainaldus, in fi. ¶ Gl. † 1. in prin. & in fi. circa ſubſtitutionem factam ſub condit. ſi ſine liberis, uel purè, no. quinque, medium diſtinguit inter rogatum reſtituere hereditatem, & rogatum reſtituere, qđ ſupererit. ¶ Glo. 4. objicit, & dupliciter ſoluit. ſecundò arguit: tertiò quærit obijciendo, & ſoluit. ¶ Vl. glo. diſtinguit, quòd rogatur quis reſtituere priuato, uel eccleſiæ, & primo caſu aut mon. ingreditur, aut fit clericus, ult quærit, & ſoluit. ¶ *In* † *1. glo. ibi, ſi quis rogatus*] ibi
31 tamen dicitur hoc aduertendum ex dignitate, conditione, & uoluntate illius, qui fideicommiſit, & ibi uide. §. uolo, iſte, & §. ſe vult, qp etiã nati in ſeruitute, qui naturales ſunt ſecũdum leges, excludant ſubſtitutum [*& ibi, Qui nor.*] melius diceret, habentur, & ſunt caſus pro aſsignatione dotis, uel donationis ꝓpter nuptias, pro modo tamen perſonarum honeſtati congruo, & incipit auten. res, quæ. ¶ *In glo. ibi, ſi cum minore*] ibi pe-
o tens reſtitui, probat ſe tempore contractus fuiſſe minorem. ¶ *In glo. 4. ibi. §. 1.*] uide de iudicijs. cap. primo, ſuper gl. 2. [*& ibi, ſi quis inuentione*] uide de reſtit. ſpoli. cũ ad l. dem, ſuper. 2. glo. [*& ibi, In ambiguis*] ſequitur, orationibus maxime ſententia ſpectanda eſt eius, qui eas protuliſſet, & no. infra ti. 1. cum clamor. & iterum, in ambiguis pro dote reſpondere melius eſt. ¶ *In glo. pe. ibi, in uendi. l. 1.*] Si minor. 25. iurat corporaliter contra uenditionem non uenire, contra illam non auditur, ut hic, & in autẽ. infr. allegata [*& ibi, De dona. l. 1.*] mode
32 rata donatio propter nuptias per minorem ſponſe facta non retractatur. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, naturales*] an ſit idem in emphyteuſi data Titio ꝓ ſe, & filijs, an ſufficiant naturales, p uide ſatis in ſpe. de locat. §. nunc aliqua, uer.
p 67. & uer. 172. q [*& ibi. §. ſi quis rogatus*] ibi uideas ſatis de hoc, & l. hæredibus. §. 1. [*& ibi, Ex facto. §. ult.*] per qđ
r arguit ibi glo. quòd ſi concedo feudum, uel præcariũ tibi, & tuis hæredibus, quòd de filijs uideatur intellectum: alias duraret ſine r fine, nil dicit de emphyteuſi. ſed Guil. in ſpe. de loca. §. nunc aliqua, uer. 113 dicit illud verũ in emphyteuta eccleſię ꝓ §. in emphiteuſim in auten. de non ali. aut permu. coll. 2. in emphyteuta priuati dicit ſecus, ibi uide concor. quod no. Accur. ff. ſoluto ma. l. etiam, in prima glo. non obſtat. §. licentiã, de ali. & emphy. coll. 9. per quem dicunt quidam correctũ. §. emphyteuſim: quia licet ſit correctus quò ad tempus, & numerum ſucceſſorum, non tamen quò ad qualitatem ipſorum [*& ibi, Qui notantur*] melius diceret, habẽtur, & ſunt hi. ſaſsignatio dotis, & donatio ꝓpter nuptias [*& ibi, pure*] Quis. ſ. filius, uel nepos. ¶ *In glo. 2. ibi, requirebantur*] incipiendo ab ultimo. ¶ *In glo. 3.*
33 *in fi.*] Ioan. §. ſi minor, quamuis † conſtet, quòd aliquo tempore fuit minor: non tamen hodie minor præſumitur, niſi & hoc probetur, & eſt ratio, vt no. in præll. l. C. & hic per Hoſt. quia cum lapſu, & lapſum temporis fit quis maior: tamẽ hoc non ſemper ſequitur, unde ſiquis dicit tutelam finitam, & tutor negat, neceſſe eſt pubertatem probari. ff. de minp. l. minor. 25. & l. de ætate, & ff. de inter. act. l. de ætate. de hoc no. C. de proba. cum te, & in ſum. e. ti. §. fi. uer. 8. & uer. item minor ætas, & ſe. per Hoſti. uide in ſpe. de actore, in prin. uer. ſi ergo. ¶ *In gl. ſed nonne, ibi, Contra reum*] hic uterq; actor, & reus: dic tamen de hoc, ut no. de reſti. ſpo. cum ad ſedem [*& ibi, de præſ. cum olim*] debet dicere, de reſcriptis, cum adeò: ita ſtabat gl. Io. aut expreſsit Vin. ad hoc in ducebatur: in beneficijs attenditur intẽtio proferentis uerbum, & ibi erat clarius in antiqua [*& ibi, cum tu*] & infra de condi. ap. per tuas [*& in fi.*] infra de teſti. per
34 tuas, dic ut ibi. ¶ In glo. ult. in prin. quid ſi non † ingrediatur mon. ſed ipſum hęredem inſtituat? dicunt communiter doctores, qp locus eſt ſubſtitutioni, nec caſum auten. extendunt, & hoc tenet Ac. C. ad Trebel. auten. niſi rogati, & Gof. hic, & facit ad hoc ſupra glo. 2. alij contradicentes, quòd ſemper per ingreſſum, uel inſtitutionem, uel dona. inter uiuos, ex quo mon. relinquitur, habetur loco illorum: quia eadem ratio in utroque caſu, ſ. fauor religionis, ergo idem ius, de cõſti. traſlato. C. de lib. præ. alle. l. 1. ar. opti. C. de epi. & cle. ſi quis ad declinãdam, in auct. dẽ ec. ti. §. ſi autem. colla. 9. item quia talis donatio non indiget inſinuatione. C. de dona. ſancimus. Et quamuis prima opi. ſit com-
s munior, ultima æquior. & ideo ſecundũs Hoſt. magis cõgruit canoniſtę, de iudi. dilecti, de trãſla. c. fi. quid ſi
35 ſubſtitutio † ſit facta de aliquo ſub cõditione, Si nõ ingrediatur mon. dicũt aliqui, qp ſi ingrediatur, ſubſtitutio euaneſcit, argu. in auct. de non ali. §. ſanctiſſimas, col. 9. & 22. q. 4. §. fi. ante finem Ho. contra. ar. contra in auct. de ſanctiſ. epi. §. pe. col. pẽ. ad finem. §. nullã uerò licentiam, colla. 9. immò ſecundum Goffr. tamen dici poteſt, qp non ſcripta habetur talis conditio uelut turpis, cum per eam maius bonũ impediatur, ut no. de ſi. nemo. Si enim conditio ſimilis non impedit carnale matrimonium. C. de iudi. l. 2. multominus ſpirituale, ar. op. in auct. de nup. §. q uerò, colla. 4. & infr. de condit. appoſi. cap. 1. & ulti. [*& ibi, Ingreſſum mona.*] & ſu-

mitur

mitur huis ratio de præben. cum cauſam. C. qui po. in pi. l. fi. & de hoc in ſpe. de de ſtatu regu. §. 1. uerſi. 15.
36 & duobus ſequentibus [*ibi, Fiat monacus*] unde, ſi † moritur ante, quàm teneat monacatus, ſubſtitutio non euaneſcit, Vincen. unde dixit Ab. qp ſi intrauit, & ante tempus probationis exiuit, nõ præiudicat ſubſtitutio de reg. ſtatuimus. ſi autem intrauit ſolum in fraudem ſubſtituti, dicit Abb. ſecundum magiſtrum ſuum, qp ſubſtitutio non euaneſcit: quia fraus & dolus &c. de reſcrip. ſedes, ad id, infra de ſepul. in noſtra. & bene facit, de teſta. officij, requiſiſti, & c. fin. & quod no. C. ad Trebelli. auct. niſi rogati, & dicit, qp probabitur fraus probando comminationes factas per hæredem ipſi ſubſtituto; ad idem de renuncia. c. 2. lib. 6. [*& ibi, Alium*
37 *caſum*] nec ad † alios terminos ſecundum. d. meum. d. Mar. Syl. qui tenebat, quòd cum auct. illa ponat termi nos, quãdo alius eſt conditionem apponens, & alius, in cuius perſona apponiẽ, puta hæres, uel legatarius, ſi unus de ſe loquens apponeret conditionem legando, uel donãdo, ſi deceſſet ſine filijs, intelligetur id de ueris, nec erit locus aucten. hoc declaraui. in ſpecula. de ſtatu monacorum, ſuper uerſicu. 15.

ANNOTATIONES.

a ¶ Rainutius. Infra pubertatem autem poteſt iure directo: quia poteſt tunc filio facere teſtamentum l. 2. cum ſi. ff. de vulg. & pup. ſed an iure fideicom. poteſt in legitima grauare impuberem, ſunt glo. contrariæ, uide Cy. Bal. & Sali. in l. ex tribus, C. de inof. teſtam. & Bar. in l. 1. §. fi. ff. de uulg. & pupil.

b ¶ Hærede. §. Iulia. uno tamen ex pluribus hæredibus adeunte confirmatur teſtamentum. l. ſi nemo, ff. de teſta. tuee. etiam ſi ſit hæres in re certa, ut ibi no. Bar. in l. ex facto, ff. de hære. inſti. quod tamen limita, ut ipſe no. eod. tit. quoties. §. ſi duo, & an adita una parte hæreditatis, tota uideatur adita, uide i l. 1. ff. de acq. hær. & ibi Bar.

c ¶ Adipiſcẽda. De materia iſtius interdicti uide gl. ma. in c. paſtoralis. de cauſa poſ. & proprie. & ibi remiſſiones ad ſpec. per Io. An. & in quo differat iſtud a petitione hæreditatis, uide glo. & Cyn. & Sali. in l. 1. C. quorum bono. & Bar. in l. 1. ff. eo. tit. & de proximo edicto uide Cy. Bartol. Bald. & Sali. in l. fin. infra alleg. & an competat inſtituto in re certa, uide per ipſum in l. ex facto, ff. de hære. inſtitu.

d ¶ Apprehenſa. Continuatur tamen, & cõpletur per hæredem uſucapio à defuncto cœpta etiam ante poſſeſsionem apprehenſam, ut no. in l. cum miles, ff. ex quib. cauſa maio. per Barto. & in l. cum hæredes, hic alle.

b ¶ Publicatis. Adde, quòd publicatio teſtium non eſt de ſubſtantia: quia ſi omittitur, non redditur ſententia nulla ſecundum gl. ſingula. in c. fina. in uer. & iudicijs, de hære. in 6. & Imo. in l. diuus, ff. de re iud. Pe. de Anch. cõſi. 47. incip. omiſſo publicationis.

Etiam

c ¶Etiam. Hoc est generale, ubicunque tale quid opponitur, quod reddat sententiam nullam, uide Bart. in l. diuus, ff. de re iudi. & in l. fi. §. Marcellus, ff. de iudi,
d ¶Iuramentum. Potest etiam adhiberi alia cautela contra excipientem suspectum, quam ponit Ioan. An. in c. quod sicut, in addi. post glo. in fi. addi. post Compo.
e ¶L. 1. Ibi uide glo. & Bar. super rubrica, & Bald. & Salic. in l. superuacuam, C. de temp. in inte. restitu. & per Ioan. And. super glo. in c. super eo, infra præalleg,
f ¶Iudex secutus. Adde Bal. in l, si quis testibus, in 2. col. C. de testi. & in l. falsam, C. si ex fal. instru.
g ¶Præ. Ibi uide Io. An. & in spec. de sen. §. fi. uer. in summa, & uersi. & no. & per Bar. & Sali. C. si ex fal. instr. per totum, maximè in l. fi.
h ¶Clandestina. Facit, quod no. Io. An. infra in glo. no. quòd ex quo, & in c. sæpe, supra de resti. spol. & ibi concor. & uide Bart. in l. clã possidere, ff. de acqui. poss. & in l. 1. §. interdictum autem, & §. hoc interdictum, ff. de uti poss.
i ¶L. 1. Conditio autem, ut hic dicitur, indicat potius uiolentiam, quam clandestinitatem, ut in §. fi. hic alleg. per Bar. & in l. fi. eo. ti.
k ¶Præ. Differentiam inter uim turbatiuam, quæ parit interdictum uti possidetis, & inquietatiuam, quæ parit interdictũ, quod ui aut clam; uide per Barto. in l. extat, ff. quod met. causa, in l. semper, ff. quod ui, aut clam.
l ¶Interdictum. Scilicet quo hic agitur. s. uti possidetis. quoniam tamen est istud etiam restitutorium, uide Bart. in l. 1. §. interdictum autem, ff. uti possi. & ibi uide Libelli formam, sententiæ uide in l. si duo, eo. tit. per Barto. & per ipsum in l. item apud, §. si quis bona, ff. de iniuriis,
m ¶Vti possi. At hic sic non egit conuentus, sed uolebat excludere ecclesiam ab omni onere &c. & sibi adiudicari probando se aliqua percepisse seruitia, ut supra dictum est.
n ¶Interdictum. Et plenius de uerb. signi. Abbate, & per Barto. in l. si prius, ff. de no. ope. nunc,
o ¶In princ. Et in l. iniuriarum, §. si quis, & l. apud §. si quis bona, eo. tit. ubi uide Bar. & Io. And. in c. contingit, el 1. de sent. excommu. & Bar. in l. licitatio, §. quod illicitè. ff. de publica. sed an detur pro hoc aliqua actio publica criminalis, uide Barto. in l. extat, ff. quod met. causa.
p ¶Dilectus. Vide Io. And. in c. ex conquestione, de resti. spo. in glo. impetratis, uersi. si quis etiam, ubi Inno. no. contra. sed Hosti. contra ipsum tenet, quod hic no. ut etiam infra sequitur.
q Inquietationis. Sed an exprimi debet locus, & tempus, & qualitas uexationis, uide Bar. ff. uti poss. l. 1. §. interdictum autem.
r ¶Copula. De qua in tex. ibi, & citra. & uide de hoc plenius Bar. qui allegat istud dictum in l. Celsus, ff. de usu. & uide Bal. in l. indicia, C. de rei uen. & in l. falsus, C. de fu.
s ¶Gof. Vide Io. An. de of. dele. c. fi. lib. 6. & in nouella in §. nec aliquis, & glo. in Cle. ne Romani. §. sane, de elect.
t ¶Quoque. Et ibi uide Bar. & in l. 1. ff. solu. ma. & plenius in l. Celsus, ff. de usur. & Cyn. in l. 1. C. de præscrip. lon. tempo. & ibi Sal.
u ¶Verum. Vide ibi Io. An. in gl. fin. non ad episcopum, facit quod notatur in specu. de feu. §. quoniam. uersi. 10.
x ¶Iuste. Vide Io. An. de resti. spo. sæpe. in glo. dixit Inno. uer. plus, & uide Bar. in l. & ideo. §. Nerarius, ff. de condic. fur. & in l. rem, quæ nobis, ff. de acquir. poss. & uide Ioan. And. de restitu. spo. olim, el primo, in glo. supple.
y ¶Pertinentijs. Si sit taliter, quæ de sui natura habeat pertinentias, illis etiam specificè non petitis; uide no. Ioan. An. post Inno. in c. cum ad sedem, in glo. no. libellum, de resti. spolia.
z ¶Vin. Ista glo. arguit, quòd ex officio iudex possit statuere terminum ad probandum. quod quomodo colligatur, considera ex tex. sed contra glo. facit, quia dilationes dantur cum causæ cognitione, & sic partibus præsentibus. l. in causæ, ff. de mino. & l. à procedente. 3. q. 3. & ad hoc uide in spe. de dila. §. nunc uideamus, in princ. & uer. sequen.
aa ¶Tenore. Istud limita, ut ibi no. Ioan, An. & in c. cum clamor, e. ti. post Inno. & sentit glo. in c. iurauit, supra, & idem quòd hic dicit Ioan. And. no. gl. in uer. dicere, in Clemen. testium, de testi. & uide Bar. Bal. & Salic. in auct. at qui semel, C. de proba. & uide etiam no. Io. An. infra e. sicut, in glo. no. quia,
bb ¶Fauore. Vel etiam quando fertur cõtra absentem ex falsis probationibus, uide Bar. in l. diuus, præalle. & in l. fi prætor. §. Marcellus, ff. de iudicijs, & de transact. uide Cyn. Barro. Bal. & Sali. in l. si ex falsis, infra alle. & de decreto uide Bar. in l. iustè, ff. de acquir. poss. in l. Sciæ egressæ, ff. de tut. & cu. da. ab his.
cc ¶Fauore pupillorum. Adde Bar. & Imo. in l. diuus, post glos. ff. de re iudi. & Imo. in c. fi. in ult. col. infra deposi.
dd ¶Sententia. Facit. §. fi. in l. denunciasse, ff. de adul. & uide Bal. in l. 1. C. de aduo. diuer. iu. & Bar. in prædicto. §. fin. & in l. 3. ff. de prætori. & in l. qui filius, ff. de uerbo. oblig. & Cy. in l. si de causis, C. de fide instrumen.
ee ¶Satis. Et ibi uide Bart. & in l. si duo, ff. uti poss. & §. si duobus uehiculum, alleg. in glos. & uide Ioan. And. in tex. in glos. quid ad rem, uer. nec ob.

SVMMARIVM.

1 *Filium si qui aliquem nominent, & ita communiter reputatur, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium.*
2 *Diuertisse non uidetur, quæ non post multum rediuit, & hoc facit pro filiatione.*
3 *Recognitio filij etiam fit.*
Decretalis hæc loquatur ne de contracto, an contrahendo, ibidem.
4 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Filiationẽ, uel fraternitatem nominatio, uel professio sola non probat, & nu. 6.
De filiatione cum agitur, coniugum assertioni creditur. §. 1. de quo etiam, num. 7.
6 *Additio glossarum.*
Filium habitio non facit, sed præsumptionem, ibid. nu. 6. cui statur, & donec contrarium probetur, ibid.
7 *Filius an sit quis, mulieri potius creditur, & ratio, nisi in casu, & quo.*
Filiatio directè probari non potest, ibid.
In dubio uia tutior eligenda, ibid. uer. uel secundum.
8 *Matrimonium præsumptio licet impediat contrahendum, non dirimit contractum.*

CAPVT X.

1 PEr tuas. Casus. Si † qui nominẽt alia
a quẽ filium [a], & ita communiter reputatur, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium. Communis diuisio. secunda ibi, Quia verò [*Interim*] sinfra septennium, & ex hoc vult. sumere præsumptionẽ, infrascriptum lium suum non esse, Hostiẽ. [*Diuertens*] & forsan alteri
2 adherens [*Non post multum*] quasi non † uideatur diuertisse. ff. de diuor. l. 3. in fi. & hoc facit pro filiatione [*Mulieris*] quæ postea iurauit contrarium propter minas, quas pater Sophiæ inferebat illi. R. pro eo, q̃ ipsam; cognouerat, s. nisi eam duceret in uxorem, vt patet in an. [*Precipuè*] quia & amicorũ suorum, ut in an. [*Recognouit*] Similis † recognitio, de elec. per inquisitionem
3 b Gof. [*Infirmare*] [b] supra de elec. per inquisitionem, Gof. Inno. [*Non potest habere*] si. d. 1. accipe, loquitur in contrahendo, uel dic, ideſt retinere, cum iam duxisset illã, & tunc loquitur in contracto, quod plus concor. an-
4 tiquæ. Secunda † gl. dupliciter obijcit, scilicet pro pri-
5 mo dicto patris, & pro secundo matris, & sol. ¶ *In † glo. 1. non epistolis*] denominatio per epistolã, vt hic, uel per uocem, vt in l. non nudis, non probat filiationem, uel fraternitatem [*& ibi, neque*] sequitur, professio, nec asse ueratio nuncupantiũ filios, qui non sunt, ueritati præiudicant [*& ibi, si pater*] si quis illum hæredem instituit, quem falsò putabat filium, nõ instituturus, eo postea probato aufertur ei hæreditas. ¶ *In glo. 2. ibi, etiam*] cum quæritur de ætate, uel filiatione matris, & auiæ mater-
6 næ professio recipit. ¶ *In † glo. 1. ibi, nominatio*] dicit Host. certè nec habitio facit filium: faciunt tamen hæc præsumptionem siue pro, siue contra. ff. e. l. etiam matris, infra qui fili. sint le. per tuas, & c. transmissæ, cui statur, donec probetur contrarium: sed non præiudicat veri-
7 tati, ut in concor. glo. & ff. e. l. fi. ¶ In † glo. 2. ibi, transmissæ, nisi in contrarium probetur, ut ibi [*& ibi, Qui primò negauit*] indeliberatè hoc facit iratus ex eo, q̃ mulier ab eo diuerterat; ad hoc. C. de iniur. & si non conuicij, & mulier hoc melius nouit, & sic ei potius creditur, infra qui ma. ac. pos. uidetur, Hosti. Sed hoc facit contra respectu secundi testimonij [*& ibi, Filationis*] quæ directè

c rectè probari non potest, quod dic, ut not. supra de fil. pres. Michael, & infra de purga. capitu. accedens [c] [*& in fi.*] Ioan. Sed dicebat Hostien. quomodo huic illegitimæ proli debetur fauor: unde dicebat, quòd ratio poterat esse, quia præsumebatur matrem hoc dicere, ut uitaret mortem filii, ut supra dixi. ff. quod me. causa, l. isti quidem. uel secundum eum hoc accidit; quia primum dictum contrarium secundo dubi-
d tationem [d] inducit, & in dubio uia tutior fuit eligenda, quæ erat in non contrahendo. Sed hæc litera si intelligatur de contracto, illa ratio contradicit. dic ut supra proxi. dixi, & simpliciter tene, quod dixi summando. ¶ *In glo. ult. ibi, præsumptiue*] dicit Hostien. hoc
8 † uerum in hoc casu tum propter periculum animarum, tum propter scandalum: aliàs licet præsumptio impediat contrahendum, non dirimit contractum, de eo, qui cogno. consan. ux. super eo.

ANNOTATIONES.

a ¶Filium. Adde procedere, quando tempore conceptionis maritus fuit præsens, & ad copulam habilis. l. filium, ff. de his, qui sunt sui uel ali. iu. & ita procedat. l. si uicinis sequentibus, C. de nupt. & idem, si esset natus de concubina secundum glo. in c. Michael, de fil. presby. Ancha. in consi. 201.
b ¶Infirmare. Ide tex. sumitur ex l. generaliter, C. de non nu. pe. ut etiam hic dicit glo. 2. ex quo potest probari ad q. de teste, qui extra iudicium, siue intra unum dixit, & aliud in iudicio iuratus dixit, quòd stetur primo dicto. & uide de hoc Bartol. qui hanc l. alle. in l. eas, ff. de fal.
c ¶Recedens. Et per Cy. Bar. Bald. & Sali. in l. non nudis, & l. non epistolis, C. de proba. & per Bar. in l. filium, ff. de his, qui sui sunt uel alie. iur. & l. 1. §. in aliis. ff. de lib. agno. & C. de testam. l. neque professio.
d ¶Dubitationem. Dictum patris, uel matris contra primam asseuerationem ipsorum non nocet filio, prodest autem, uide Bar. in l. filium, ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iu. ubi ponit quæstionem de filio reginæ, quæ in morte dixit illum non filium regis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet habere notarium, uel duos uiros, qui scribant acta iudicij, & si non habuerit, quid iuris.*
Iudici non creditur, & quando, ibid. secus, si sunt multi, nu. 3. & secus, si sit cum eo scriptor, ibid.
Capituli diuisio, ibid.
2 *Casus, uel facti species.*
4 *Innocens omni uerbo, credit, & potius, quam condemnetur innocens, absoluendus est nocens, ibid.*
5 *Negatiua quæ probari nequeat.*
Ne ueritati falsitas præiudicet, admittitur etiam in testem, qui aliàs repelleretur, & oportet iudicem cuncta rimari. ibid.
6 *Falsitas propriè dicitur, ibid.*
Iniquitas in iudice, ibid.
Scribere quæ quis dicit in iudicio, utile est, ne quando denegare possit, ibid. uer. Refert.
7 *Adhibere, quid hic significet.*
Aut, hic superfluit, ibid.
Notarius quibus aliis appellationibus nuncupetur, ibid. ad dictio. publicam.
8 *Publicam dicitur habere manum.*
Non refert in prima, an in tertia persona loquatur, ibid.
Circa quod uersetur eius officium remiss. ibidem. & nume. 12. 25. 26. & 28.
9 *Scripturæ eius, uel duorum uirorum loco eius deputatorum ut credatur, quæ sint opus, & nu. 10.*
Actis, uel gestis coram eo, uel eis quando credatur, si non adsit iudex ibid. & num. 10.
De commissione ei facta an credatur, ibid.
11 *Idonei appellatio quid hic uelit.*
Scribendis actis duo uiri qui creantur, an iurare debeant, ibidem.
12 *Scriptorum rerum iudicialium officium quod, & num. 13. uersi. ambo igitur, an sufficiat alterum scribere, & alterum subscribere, ibid. & nu. 13.*
13 *Acta quæ, & quando destrui possint.*
Subscriptio an sufficiat alterius scripturæ, cum sunt ad scribendum duo, ut hic, adhibiti, ibid.
14 *Scribere numquid possint duo ad id adhibiti, per alterum ex se ipsis, uel per extraneum: & an idem, si sit unus tantum.*
Plures si sint ad quid peragendum an & quando unum pro cæteris facere sufficiat, ibid.
15 *Scribendis quæ contingant in foro iudiciario.*
Citationis hic nomen qualiter accipiatur, ibidem ad dictio. citationes.
An citandi potestas nuncio facta sit, & quando in actis adscribenda, ibid.
Citationis literæ sufficit, si sint sigillo iudicis sigillatæ, ibid. & talibus literis creditur super commissione, ibid.
Citatio quæ sit de actis iudicij, ibid.
16 *De citatione facta creditur literis à citatore remissis eius sigillo sigillatis, & de quarundam regionum in hoc consuetudo quæ.*
17 *Citationis commissio, & relatio nuncij qualiter à tabellione scribentur.*
Nuncio soli & tabellioni, siue notario soli quatenus credatur, ibi. uer. & per hoc.
18 *Suppletio ad decretalem.*
Iuramentum calumniæ tacitè potest omitti, ibid.
Interrogationes quo tempore fiant in iudicio, & est nomen generale & quæ eo includantur, ibid. uer. ecce septimum.
Interlocutio non uidetur facienda ante litis contestationem, ibidem.
Et cætera, est uerbum generis, ibid. in fi. & nu. 27.
Testes diligenter examinandi, & quomodo, remittit, ibid.
19 *Iuramenta præcedere depositionem debent testium.*
Instrumenta ex quo producta sunt coram iudice, uel coram alio de ipsius mandato, & in actis descripta, ex eo tempore quibus casibus non agatur ad editionem instrumentorum originalium, sed ad desumptorum, uel exemplatorum, nec ad probationem, quòd sint per publicam confecta manum, ibidem. in prin.
Eis opponere ab initio cum producuntur, is, contra quem producuntur, debet; aliàs imputet sibi, cum sic ea approbauerit. sed hoc non est perpetuum & quando, ibidem. & nume. 20. 21. & 22.
Quid eis apud acta scribere sufficiat, & qualiter fieri productio debeat, eod. nu. 19.
20 *Instrumenta redacta in actis, ut hic & nume. 19. dicitur, fidem faciunt.*
Rescripti commissionis causæ, & procuratorij mandati editio originalium, uel eis docere quando quis amplius non teneatur, ibid. & nu. 21. 22.
21 *Abbreuiaturis ne utatur tabellio, consulit, & ratio, quia exinde magna dubia insurgunt atque litigia, uersiculo, & dicit.*
22 *Delegationes, subdelegationes, & procurationes, & in scriptum redigendæ, & quomodo probentur, & quando, & non dicuntur esse de actis iudicij.*
Cautio, rem ratam, quando locum non habeat in procuratore, ibid. uer. nec obstat.
Procuratorio quis nomine quando non admittatur, ibid.
23 *Testes qui recipit, & eorum dicta in acta redigit, debet scribere secundum sanam æstimationem suam, quanta fides adhibenda sit eis, & nisi fiat quid periculi sequatur, & tenetur proximo. & licet eis contradicere scribenti uacillationem suam nume. 25.*
Vacillationem testium an ex se, uel iudicis imperio, & dictamine scribere notarius debeat & quomodo, & numero 26. & an præsente & audiente teste, ibidem. & numero 25. & nu. 26.
24 *Negligentia, quæ in proprio facto culpanda est, in alieno uituperanda.*

25 *Cap. cum dilectus, de ordi. cogni. cum hac decretali conciliatio, ner. nec obstat.*
26 *Instrumentorum appellatione, quicquid causam instruit, continetur.*
28 *Tabellio, siue notarius intelligitur loqui, & scribere debet de his tantum quæ in sua præsentia & in eodem loco, & die sunt acta.*
Clausula notarij in sententiæ prolatione subscripta, quæ dicit, Actum in tali loco &c. est tantum ad prolationem sententiæ illa die habitam restringenda, & per id cætera narrata non probantur, & quid circa reliqua operetur.
Notarius in hac recitatione actorum qualiter debeat esse cautus, & ratio, ibid. uer. caueat tamen.
29 *Ordo scribendi acta quis.*
Falsitas redargui potest ex loco, & tempore, ibid. in fin.
30 *Personarum nomine qui hic comprehendantur.*
31 *Quòd exemplis scriptorum sumuntur hic conscripta.*
Originalia remanere debent penes scriptores, non iudicem, excipiuntur casus, & qui, ibid. & nu. 32.
Ad originale recurritur, si dubitatio oriatur in sumptis, eique, magis creditur, præterquam si per testes, qui præsentes fuissent, contrarium probaretur. uide etiam nu. 36.
33 *Improuidi qui dicantur iudices.*
Iniqui qui, ibid.
Iudices hanc non obseruare constitutionem qui dicantur, ibid. uersi. ut quia negligit, & quando eis credatur, nu. 35. 36.
34 *Pœnæ huius constitutionis quando sit locus, & est arbitraria.*
35 *Pro processu & sententia quando præsumatur, ad dictio. præsumatur.*
Sententia est de processu.
Cap. ad sedem, uersi. nos priores, cum hoc non discrepat, uersi. & contraria.
37 *Acta uatet, licet non scripta sint, ut hic constituitur, si probari possunt, & qualiter probantur.*
Documentorum & instrumentorum appellatione continentur etiã testes, ibid.
38 *Sententiam an ferre debeat iudex, cui constat litem coteſtatam esse, tabellione hoc idem asserente, remiss.*
39 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 40.*
Tabellionis scripturæ cui sine testium subscriptione credatur, & nume. 44.
Interrogare qui possint in iudicio. §. 3. & num. 48.
Instrumenta communia utrique parti debent edi, & propria quando & quo casu. § ante pe.. & nu. 50. §. 3.
Iudex tenetur parti læsæ, & quibus casibus hic §. penult. & supra num. 34.
Prò iudice præsumi quando uerum, & nu. 51.
41 *Additio glossarum.*
42 *Compromissum dici potest extraordinarium, & ad similitudinem iudiciorum.*
Arbitri uerbo non creditur, ibid.
43 *Tabellio æquialet duobus, & quandoque connumeratur numero testium.*
44 *Quando eius scripturæ credendum sine testibus.*
Cum iudice qui esse præsumantur, ibid. uersi. ad leg. in donationibus, nec consueuit iudex etiam delegatus esse solus, ibid.
Ad leg. in donationibus. C. de donatio. intellectus, ibid.
Solitudo non potest notari, circa ea, quæ publice fiunt, ibid.
Sententia est finis & terminus actorum, & in ea maius periculum uertitur, ibid. in fi.
45 *Nuncio creditur & quò ad quid.*
Iudici uero cur non credatur, est diuersa ratio eius à notario, ibid.
Inter iudicem & partem frequentius oriuntur altercatio, quam.
Inter nuncium, & partem, ibid.
46 *Contumacia probanda.*
Argumento non egemus, ubi quid expressum est, ibid.
47 *Exceptio necessario non est porrigenda in scriptis, sed rediganda tantum.*
Petitio ut detur interest iudicis, actoris, & rei, & quomodo.
48 *Interrogare etiam altera pars alteram, & quando.*
Ponere quis calumnioſè non potest, & ratio, ibid.
Positiones quid releuent ibid. remiss. quæ si negatur, tunc locus est probationibus, nu. 49.
49 *Responsiones ad positiones, quas feci, possum reuocare etiam post quadriennium nondum finito negocio, ad dictio. reuocari.*
Inter confessionem ante litem contestatam, & post eam ius diuersum, ibid.
50 *Priuilegium lite pendente obtentum non ualet.*
51 *Sententiam sufficit exhiberi solam, cum non est ab ea appellatum, nec audiendus qui petat exhiberi acta, attestationes, & alia, nec etiam obstat si de facto exhibeantur, & appareat ex eis iniusta, cum pro ea præsumatur, & an hoc sit indistinctè uerum, & in omnis generis sententijs.*
52 *Sententia nulla an per taciturnitatem partium fiat aliqua.*
Taciturnitas non contradicentis sententiæ nullæ operatur in tacentem oneris probandi translationem, ibid.
Negatiua probatur etiam per acta causæ, ibid. nisi probetur contrarium, ibid. circa fin.

CAPVT XI.

1 Voniam contra. Casus. Iudex †debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicij: alias si quid difficultatis emerserit, per superiorem punietur, nec credetur ei super processu, nisi in quantum per acta, aliàs per legitima documenta constabit. & diuiditur decr. in tres partes. In prima constitutionis causa. In secunda constitutio. In tertia pœna 2. ibi, Statuimus, 3. ibi, Iudex. & secundum Hostien. si. ad hoc princ. supra de elec. quia propter, de appella. ut debitus. Exem-
2 plificabat †autem Abb. hanc causam sic, Pone quòd oblatus erat libellus iudici, cui reus receptis induciis cum ad iudicem rediisset, iudex assignauit terminum ad audiendam sententiam. reus negauit lite contesta. ei liquere de causa. iudex contrarium asserebat; quia negatiuam pars probare non poterat, ideò emana-
3 uit hæc constitutio [*Iudicis*] [a] secus, si essent †plures:
a quia tunc eis creditur, infra de accusat. cum dilecti, de
b excess. [b] prælatorum, inter dilectos, §. præterea; & sic seruat Romana ecclesia, licet aliqui contradicant secundum Innocen. & adde quod de hoc no. infra ti. 1. cum à nobis, & de purga. canoni. cum dilectus. & no. secundum Innocen. quòd ex quo creditur duobus iudicibus, uel duobus scriptoribus, ergo uni iudici, & uni scriptori est credendum; quod uerum est secundum Hostien. quia in ore duorum &c. infra tit. 1. in omni, de testam. cum esses, & cap. relatum, infra & ff. de testi. ubi numerus, can. 4. q. 3. [*Innocens*] qui cre-
4 dit †omni uerbo. 22. q. 4. innocens. & potius est absoluendus nocens, quàm condemnandus innocens. ff. de pœnis, absentem. & melius est de misericordia, quàm de rigore reddere rationem. 26. quæstio. 7.
5 allegant, Hostien. [*Veram*] ideſt puram †simplicem, & indeterminatam, Hostien. Item etiam interdum determinata. nam si dicatur, citatus tali die, licet hoc sit falsum; tamen forte deficit probatio. forsan ideò dixit, quandoque ne falsitas, propter has causas interdum in testem admittitur, qui aliàs repelleretur, infra de testibus, capitul. final. propter hoc etiam oportet iudicantem cuncta rimari, trigesima quæstione, quinta, iudicantem, ff. de testibus, carent, secundum
6 Hostien. Falsitas †autem propriè in teste, qui debet uti ueritate. iniquitas in iudice, qui debet uti æquitate, quarta quæstione, quarta capi. primo. [*Veritati*] Refert Valerius lib. 7. cap. 3. exemp. 6. quòd Antonius aduocatus, quę dicebat in iudicio, scribi non sinebat, ut si expediret, negare posset, & sic utebatur eloquentia,

tia, sed abutebatur uerecundia' [*Statuimus*] hic exprimit constitutionis formam [*Ordinario*] quale est. 2. q. 1. in primis, Vinc. & hoc dicitur, ubi locum habet con-
7 stitutio Hostien. [*Adhibeat*] ideſt secum †habeat, uel sibi iungat, aliàs adiungat [*Aut*] hic dicit, quid contineat statutum, uel super quo promulgatur, secundū Host. & istud, aut, superfluit [*Publicam*] ideſt tabellionē. publicum enim gerit officium, & ex eo seruus publicus dicitur. ff. rem pu. sal. fo. l. 2. in fi. dicitur etiam scrinarius, infra de præscrip. ad audientiam, de hæreti. si aduersus, & tabellio, infra de fide instru. c. pe. & notarius, infra de si. c. 1. & tabularius. C. qui te. fac. pos. hac consultissima. §. sed quia tabulariorum, & C. lib. 10. de tabul. l. 1. etiam dicitur scriba, ut ibi. & de diuersis nominibus, & officiis istorum ibi not. in rubrica. hic
8 publicam †manum habere dicitur, & infra de fide in stru. c. 2. nec refert non mutata uerirate, an loquatur, in prima persona, uel 3. infra de conuer. coniug. dudum. à quo uerò constituatur, & qualiter, & circa quod uersetur eius officium, dicam infra ne cleri. uel mona. c. antepe. secundum Hosti. [*aut duos*] si. infra de hæreticis, ut officium. §. uerum, in fi. lib. 6. & dicit In-
9 nocen. non †esse intelligendum, quod soli notario, uel duobus clericis credatur de scriptura processus, puta cum scribunt, talis sic fuit confessus. uel talis testis sic dixit, & sic de cæteris, nisi hæc fiant coram iudi
c ce[c] uel coram alio ad hæc per ipsum deputato. Satis tamē uidetur, quòd iudex ipsum notarium, uel duos uiros deputare possit ad utrumque officium. si receptoris testium, & scriptoris, & hoc habet generalis consuetudo, quæ optima est legum interpres. ff. de legi. minimè, & l. diuturna, & l. si de interpretatione. Re
10 ceptio etiam †testium, positiones, & confessiones ubique recipiuntur, & scribuntur siue in præsentia, siue in absentia iudicis, & dummodò fiant de iudicis mandato, inter acta iudicii computantur: & ualet quia factum iudicis auctoritate est, ac si præsens esset iudex, secundum Innocen. qui tamen remittit ad ea, quæ nota. infra titul. 1. cum à nobis. nam omnia nostra facimus &c. C. de uet. iu. en. l. 1. §. omnibus, uersi. omnia enim, secundùm Hostien. secundum quem sa
num est consilium, quod de auctoritate iudicis, siue
d de commissione per eum facta fides fieri possit non [d] per illum solum, cui committitur, cui non creditur, argum. C. de man. princi. l. una. C. de testibus, l. omnibus, C. de iure fisci, prohibitum, lib. 10. sed per instrumentum alterius tabellionis, uel sigillo autentico sigillatum, infra de fide instrumen. cap. 2. & facit, quod
11 dicam infra super. uer. [*idoneos*] quasi †honestos, & bonæ famæ; de quibus non sit uerimile, quòd aliquam falsitatem committant. ideò autem requirūtur, duo quia iurati non sunt, nec eis est hoc publicum officium cum solita solemnitate iniunctum, secundum Hostien. & sic uidetur uelle Hostien. quod isti iurare non debeant. unde dicebat Abba. non esse iure cau-
e tum, quòd isti iurent: tamen dicit cautius [e] esse, quòd
12 iurent [*qui Fideliter*] hic †dicit, quid scriptores facere debeant. debent enim omnia, quæ occurrunt secundum iudicis præceptum sigillatim, & ordinariè scribere, scripta debent iudices determinare: determinatorum, & propositorum qualitercunque, ex quo sunt in actis redacta, partibus exempla tradere: traditorum exempla retinere; & reddit causam, quare retinentur, & quare sic scribantur, Hostien. [*Acta*]
13 scias, quod †acta certa facta de uoluntate iudicis, & partium destrui possunt. ff. de re iudica. l. acta, nisi negocium, uel lis terminata sit, ut ibi [*Conscribant*] ambo igitur debent scribere, sicut dicitur de pluribus arbitris, quòd aut omnes pronunciabunt, aut nullus, ff. de arbi. non cogendum. §. item si plures, Goffre. dixit tamen Hostien. sufficere, si unus scribat, & alter subscribat, & testificetur coram eo sic actum fuisse. & pro hac parte facit noua decre. quæ tollit argu. Goff. infra de re iudi. cum ab uno, lib. 6. plus dixit hic Innocen. quod isti duo† non solum per alterum ex se subscribere possunt, sed etiam per quemlibet extraneum Ille enim, qui propria manu non scribit, debet per sigillum autenticum, uel suam subscriptionem, uel alio legitimo modo notum facere, quòd hoc sua auctoritate factum est, argum. ff. de admi. tu. ita autem. §. gessisse, de officio deleg. significasti, & c. pastoralis, & c. cum in iure. sic est & in electionibus; quia unus solus pro se, & aliis electionem pronunciet, ut in prædicta decre. cum ab uno. & sic in iudibus, ut ibi. & sic quilibet tabellio chartis per alium factis auctoritatē præstare potest, in aucten. de tabellio. cola. 4. secundum Innocen. sed secundum Hostien. hoc ultimum reprobari uidetur in eo, quod legitur & no. infra de fide instr. c. penul. & ultimo. Item secundum eum, ex quo iudex industriam, & fidelitatem tabellionis, uel duarum personarum elegit, non uidetur, quòd extra neo id committere possit nisi de iudicis auctoritate, ad hoc de officio dele. ca. ulti. §. is autem [*Videlicet*] de
15 this, quæ scribenda occurrunt, specificat 14. ponendo postea clausulam generalem, Hostie. [*Citationes*] ideſt relationes nunciorum citantium, secundum Innoc. & Host. uel ideſt præcepta imposita nunciis de citando, & hoc communiter non seruatur. dixit Inn. quòd litera, per quam datur potestas citandi, scribi debet in
f actis, nisi esset nuncius publicus [f] ad omnes citationes faciendas constitutus. literam uerò citationis sufficit esse sigillatam sigillo iudicis: quia nec est propriè de actis iudicij, sed potius de anteiudicialibus, dicit Host. q prima citatio anteiudicialis dici potest, per quam
g firmatur iudicium, & perpetuatur iurisdictio. [g] Sed & post litem contesta. sæpe oportet partes citari, de quibus citationibus non dubitatur, quin sint iudiciales: & tamen sufficit, quòd litera citatori sigillo iudicis sigilletur, & tali literæ creditur super commissio-
16 ne. & literæ †quam remittit citator suo sigillo signatam, creditur de facta citatione, & hoc habet generalis consuetudo. imò etiam de Gallicana & quarundam aliarum regionum consuetudine probatur citatio facta hoc ipso, quod ille, cui commissa est citatio, remittit literam comissionis ibi apponēdo suum sigillum. facit quod no. in spec. de cita. §. iam de citat. uer. uiso, ad fi. hæc autem omnia quantum ad iudicialia per tabellionem, aut duos uiros idoneos sunt in
17 actis redigenda. sed qualiter †scribet tabellio. respon. quòd scribere potest, quòd iudex iniunxerit nuncio, ut citaret talem, & quòd nuncius reuersus retulit, quòd tali die, & coram talibus citauerat. nam & testes sunt adhibendi, infra de senten. excommu. sacro. & per hoc dicit solutam quæstionem, an credatur nuncio. credetur nempè, cum iuratus est tanquam tabellioni, scilicet prima facie. nam si negetur, per solum nuncium, uel tabellionem non conuincetur negans, ut præallega. decreta. sacro, argumen. de restitution. in integrum ex literis, C. de curiosis. l. fina. libr. 12. C. de accusat. singuli. & secundum hoc dicit
h intelligendum, quod no. de appellat. cum [h] parati, & supra de dolo & contum. cum dilecti, uer. scribebat, & in sum. de do. sub rubrica de contumacia. §. 1. uersi. quid si absens dicat, & sequentibus [*Responsiones*] sup. &
18 †iuramenta. & no. tacitè omitti posse iuramentum calumniæ, quod est uerum, infra de iuramento calum. c. 1. respon. 2. libro sexto; de hoc infra titu. proxi. tuis. [*Interrogationes*] ecce septimum, quod uidebatur præmittendum ante uersi. respon. quia interrogationes fiunt propriè ante litem conte. sed assumpsit sibi hoc

nomen generale, ut & poſitiones, & interrogationes includeret, de quibus tractat glo. Eodem modo poſſet opponi de uerſicu. interlocutiones: quia conſiderato ordine non uideretur ante lit. conteſta. eſſe interloquendum. ſubmittit ergo in fine uerbum generale, & cœtera, ſecundum Hoſtien. [*Teſtium*] qui diligenter ſunt examinandi, de hoc infra titulo primo, cum cauſam, Hoſtien. [*Depoſitiones*] & etiam † iuramenta, quæ depoſitionem præcedunt, infra titu. 1. fraternitatis, in fin. [*Inſtrumentorum*] not. quòd ex quo producta ſunt inſtrumenta coram iudice, uel coram alio de ipſius mandato, & exemplata & in actis redacta, extunc non agitur ad editionem i inſtrumentorum originalium, ad quam etiam non niſi rarò poteſt agi: ſed agitur ad editionem exemplatorum, ideſt in actis redactorum, hoc eſt ipſorum actorum, ad quæ ſemper agitur, ut no. ſupra capit. primo. ¶ Prima enim inſtrumenta translata ſunt in acta. & idem eſt, ſi non ſint exemplata in totum, ſed in talem & in tantam partem, quòd de ipſis non poteſt dubitari; ut ſi in actis ſcriptum P. produxit inſtrumentum, cuius principium tale eſt, & finis tale: quia extunc illud inter acta computatur, ſecundum Innocen. aliàs periculum eſt producenti, ſi ſolum dicatur, Produxit tot inſtrumenta, ut no. in ſpecula. de inſtrumentorum edi. §. uidendum, poſt prin. dixit Hoſtien. ponendum de princ. & fine, quod ceſſet æquiuocatio, & liquido pareat de quo loquitur in inſtrumento. dixit etiam, quòd ex quo talis editio facta, & ſcripta eſt, is qui produxit inſtrumentum, non habet neceſſe i pſum iterũ edere, ideſt probare, quòd fuerit per publicam manum confectum: quia eo ipſo, quòd pro publico fuit productum, & aduerſarius nil oponens tacuit, ipſum uidetur approbaſſe. ff. de procura. Pompo. §. rati. ſupra de offi. deleg. gratum; melius. C. arbitri. tu. l. fi. ibi, Nec enim ſic homo ſimplex, imò magis ſtultus inuenitur, ut in publico inuẽtario contra ſe ſcribi aliquid patiatur, debuit ergo à principio ſaltem proteſtari, infra titu. 1. præſentium, & illa facere in actis redigi, ut hic, uel iudice hoc renuente faciat inde fieri inſtrumentum de proteſtatione, uel literas teſtimoniales autentico ſigillo ſigillatas, argum. de ſenten. excommunicationis. cap. 1. libr. 6. licet autem ſic intelligatur approbatum inſtrumentum, ex quo in actis ſic eſt reductum, oportet tamen iterum illud produci, ut de tenore appareat, ex quo ſic deciſè ſcriptum k eſt. Secus, ſi tantum ſcriptum eſſet, quòd de ipſius tenore conſtaret, ut ſi dicatur. Pe. produxit contra. M. publicum inſtrumẽtum ſcriptum per T. notarium tali die, & loco, in quo continetur, quòd dictus. M. uendidit talem domum tanto precio, & in præſentia talium, cuius inſtrumenti tale erat principium, & talis finis, argum. ff. de le. 1. ſi ſeruus plurium. §. fi. & in eo, quod legitur & no. infra ti. 1. licet ex quadam, uerſic. perſonas. C. de ſentẽ. quæ ſine certa quant. l. 3. & idem uidetur, ſi non redigantur in actis tempus, locus, & nomina teſtium, argum. infra de fide inſtr. cum Io. §. 1. uer. fina. & imputet ſibi is, contra quem producebantur, q tacuit, nec petijt illa in actis redigi, ut ſupra no. hoc uerum, niſi inſtrumentum arguatur de falſo: quia tunc cum die & conſule eſt edendum, ut patet in eo, quod legitur & no. infra de fide inſtru. inter dilectos,
20 §. ſed contra, ſecundum Hoſtien. Inſtrumenta † igitur ſic in actis redacta fidem faciunt, quod etiam dicendum eſt ſecundum Innocen. de reſcriptis commiſſionis, & inſtrumentis procuratorum. hoc enim tutum eſt in actis facere redigi ad cautelam. ſed & ſi redacta non fuerunt, quamuis ante litem conteſta. procura. neceſſe habeat probare mandatum, ut ff. de procura. Pompo. §. rati, & iudex commiſſionem. tamen poſt lit. conteſta. nec procura. neceſſe habet probare mandatum, ut ff. de procura. Pomponius. §. rati, nec iudex
1 commiſſionem. & facit quod no. de elect. capitu. 1. l lib. 6. uel melius ſecundum Innocen. bene debet probare reſcriptum commiſſionis, & procurationem exhibitam in iudicio, & ſcriptum in actis, ſed non tenetur monſtrare ipſa originalia, nec tenorem ipſorum probare, & ſufficit, quòd in actis ſic contineatur. P. exhibuit in iudicio reſcriptum talis papæ: per quod cauſa, quæ uertitur inter eum, & M. ſuper tali re, committebatur tali iudici. idem in inſtrumento procuratorio, nec erit neceſſe inſerere totos tenores
21 illorum. Si uerò non † fuerint in actis redacta, tunc neceſſe eſt probare commiſſionem, & procurationẽ per exhibitionem originalium, ut hic ſatis probatur
m ſecundum Innocen. & de officio dele. cum in iure m, in prima glo. & ſuper illa, & in fi. ſecundum Hoſtien. & dicit, quòd licet prædicta poſſint de iure defendi: quia debet ei imputari, qui tacuit, & nil ultra oppoſuit, uel petiit fieri debere: conſuluit tamen tabellioni, ne talibus abbreuiaturis utatur, cum in tenore, & uerbis inſtrumentorum, & reſcriptorum ſit magnus, & ex his abbreuiaturis quandoque inſurgunt magna dubia, & litigia, per quæ proceſſus cauſarum impediuntur, & partes uexantur, & his eſt occurrendũ. C. de fide inſtrum. l. fin. C. de fruct. & liti. ex. terminato, in fin. ſupra de dolo finem. & accidit, quod de his
n abbreuiaturis no. infra, de n fide inſtrum. cum P. tabel
22 lio. ſunt † igitur ſecundum Innocen. delegationes, & ſubdelegationes, & procurationes redigendæ in ſcriptis, ſicut inſtrumentorum tenores, ut hic dicitur. Nam & inſtrumentorum nomine continetur, quicquid cauſam inſtruere poteſt, vt patet. ff. de fide inſtrument. l. 1. & infra de teſtibus c. peruenit. & ſufficit dicere, hæc ſubdelegatio fuit ſcripta per tales. Alii d. & ſic iudicauit Papa ſecundum Innocen. & Hoſt. quòd delegationes, & ſubdelegationes probãtur per ſola ſigilla delegantium. non enim dicuntur eſſe acta iudicij, nec de proceſſu, cum fiunt partibus abſentibus, & ſine aliqua cauſæ cognitione. & eodem modo probatur procuratio per inſtrumentum exinde confectum, quare tam commiſſio, quam procuratio ante lit. conteſt. & poſt ipſa originalia ſunt probanda. nec obſtat. §. rati: quia cautio de rato locum non habet, niſi ubi de mandato dubitatur, quod eſt ſemper, cum procura. ueriſimiliter dicit ſe habere mandatum, & non probat. nam & tunc non habet neceſſe præciſè probare mandatum, ſed admittitur cum cautione de rato, argum. C. de procura. l. 1. ff. de iure do. plerunque §. fi. & ex hoc procedit, quòd poſt lit. conte. reus non poteſt dicere, ſatiſda: quia dubito, an habeas mandatum; nec præciſè petere, ut probet mãdatum: quia nec ante litem conteſta. præciſè incumbebat onus. Si uerò reus uult probare, quod non habet mandatum, admittendus eſt. & ſi hoc probat, non exigitur ab eo cautio rati: ſed reus ab obſeruatione iudicii abſoluetur: ſed ſi non offerat hoc ſe probaturum, ſed tantum dicat, eum non eſſe ulterius admittẽdum, non admitteretur tanquam procur. niſi de procuratione ſua fidẽ faciat, quod facere poteſt per originale inſtrumentũ, uel per acta iudicii, quibus continetur, quòd eius procuratio fuit exhibita, uel quod poſt dubitationem ſuper hoc ortam, an eſſet procura. admiſſus fuit tanquam procur. argu. ſupra de elect. cum dilecti, uel niſi ſatiſdet. nam licet non cogatur ſatiſdare, ut in §. rati: poteſt tamen hoc facere, ſi uult, ſicut & nouus, procurato. poſt litem conteſta. ſatiſdat. C. de confor. eius, li. l. 2. ſecundum Inn. ſed quod ſupra per eum notatum eſt, magis placet Hoſt. illet etiam, qui teſtes re-
23 cipit, & dicta in acta redigit, ſecundum Innoc. ſcribere debet

debet ſecundum ſuum ſanam æſtimationem quanta fides ſit eis adhibenda, argu. infra eo. cum cauſam, quæ, & c. conſtitutis. 1. & 2. quod dic, ut le. & no. de fide inſtr. conſtitutis, o in fi. & niſi hoc apponat, tale pi-
o culũ poterit accidere. q q̃uis iudex, qui præſens fuit in teſtiũ receptione, & nouit ipſos uacillare. bonã ſententiã ferat contra dicta ipſorũ, tamen iudex ſuperior q̃ de appellatione, uel alio mõ cognoſcet, ferret ſentẽtiã iniuſtã p̃m dicta teſtiũ reuocãdo iuſtam ſententiã. hoc ideo, quia uacillationẽ ignorabit; & ſic ſibi non poterit imputari, de fide inſtru. cum Ioannes, ad fi. &
p ille, per cuius negligentiã hoc accidit, etiam in foro p animę poteſt ſibi timere, cum læſus ſit proximus ſuus pro eo, quod nõ adibuit diligentiã quã debuit in offi
24 cio ſuo; & facit. ſ. eo. c. ad fi. & † negligentiã quæ in proprio facto culpanda eſt, in alienò eſt uituperanda, ff. ſolu. ma. ẽt filios. §. 1. & l. ſi conſtante. §. ſi maritus, de
25 officio archidia. ea quæ, vr etiam † q̃ qui teſtes recipit, debet facere ſcribi in actis audiente ipſo teſte, q̃ eum reputat uacillaſſe. In quo caſu datur poteſtas contradicendi ipſi teſti. partem aũt non oportet eſſe præſentem, nec de hoc ſcire, donec fuit publicatum aliàs nimis impediretur proceſſus cauſarum. nec mireris, ſi ſuper hoc teſtes requiruntur, & contradicens auditur, cum propter hoc ſit puniendus, ut patet infra de
q pænis, ſuperq̃ his. nec obſtat, de ordi. cogni. cum dilectus, ad fi. ibi enim non infligitur pœna teſti. quia teſtis ibi ex proprio dicto non conuincitur ſed abſens, per alios, teſtes reprobatur, hic uerò ex proprio dicto
26 conſtat ipſius malitia, quare ipſum punit. C. de teſti. nullum r, & ſupra ti. 1. c. 2. tabellio † uerò non dẽt hoc
r in actis redigere, niſi bene uideat, & cognoſcat, q̃ uaſ cillauerat. Alii dicunt ſ, q̃ ſi ſolus iudex dicat in receptione teſtis, q̃ teſtis uacillauit, q̃ credendum ſit ei. & tabellio, cui hoc iudex præcipit, debet hoc ſcribere, etiã ſi ipſe tabellio nil de titubatione, uel uacillatione perpendat. & eſt prima ratio; quia tabellio non habet auctoritatem in recipiendo teſtem, ſed in ſcribendo tantum. Iudex uerò auctoritatem habet, & diligẽter examinare debet: & ſi ſibi uidetur, poteſt teſtes uin culare, uel aliter punire, ut in iuribus proxi. alleg. & in quæſtione ponere, de depoſi. c. 1. ff. de quæſtio. per totum, & eum capere. ff. de iniuriis, iniuriarum. 2. reſpõ. Alia ratio, quia iudex ſuperior eſt. unde magis tabellio iudici, contrario credere debet. Eſt & tertia ratio melior: quia tabellio circa ſcripturam intentus non poteſt ita intendere uariationem: uel titubationem, faciei ruborem, pallorem, uel mutationem, ſicut iudex, qui & ſi dictet, ſemper poteſt oculos ad teſtem habere. ergo ei magis credendum eſt, qui ueritatem nouit, infra qui ma. ac. poſ. uidetur. & facit ſecundum Hoſtien. quod no. in ſumma, de teſti. §. quis poſſit eſſe teſtis, ſub. §. & cum cauſa, uer. habet autem, & §. ſuper quibus, per totum. & ideò ſecundum Innocen. ſicut tabellio fideliter tenetur ſcribere, quæ teſtis dicit, ita & ea, quæ pertinent ad iudicis officium. tamen ſi quantum ad hoc cum bona conſcientia poterit ſic ſcribere tabellio, Et iudex mihi tabellioni dixit, ut ſcriberem, quòd teſtis uacillabat. Sed efficacior eſſet ſcriptura, ſi adderet, Et ſic mihi uidebatur, quòd uacillaret, ſi tamen ſic ſe habebat rei ueritas. & debent, quantum magis poſſunt, cum ueritate tamen, modum uacillationis exprimere. & uidetur aliquibus forte non male, quòd hoc ſcribi poſſit etiam teſte abſente, & penitus ignorante, ſecundum Innocen. & hoc placet Hoſtien. tum ne per ipſum teſtem ante ipſius, & aliorum publicationem ſecreta iudicis reuelentur, quod uitandum eſt, C. de falſis, ubi, & quod dicitur infra ti. 1. fraternitatis: tum ne ex eo rancores, odia, litigia, uel bella oriantur, quæ etiam ſunt uitanda. ff. de uſufr. æquiſſimum de reſcriptis, non nulli. §. cum autem: tum ne ex hoc, quod occultum eſt, teſtis infametur, argu. 6. q. 1. ex merito, & c. deteriores: tum quia ſolus iudex, & non alius ex his habet informare ſuum motum. ff. de teſti. ob carmen, & infra ti. 1. præterea hæc uera, dummodò iudex teſti nullam pœnam infligat, uel infligere intendat, aliàs ſeruetur, quod dictum eſt ſupra, dicit autem Innocen. quòd niſi prædicta ſcribat uel ſcribi faciat, dum teſtimonium ſuum profert teſtis, poſtea ſcribi non faciet, nec credetur ei, & hoc tunc placet Hoſtiẽ. quando ex illo intenderet teſtem punire, uel quando id ſcriberetur poſt nimium inrer uallum: aliàs ſi hoc forte uult abſcondere ipſi teſti, cum eo præſente nil diceret, ſed ex quo ille exiuerit incontinenti, & antequam àlius iutromittatur, uel ad alia diuertatur; poterit hoc ſcribi, argu. infra ti. 2. præterea. Sed oppones ſecundum prędicta, tanta poteſtas datur iudici, quòd quaſi ſemper iuſtificare, uel condemnare poterit. dicit Hoſtien. eſto: tamen hoc faeere non poterit ſine graui pœna, de re iudic. ca. 1. libro
27 ſexto. [*Productiones*] hoc eſt decimum: ſub quo comprehendi poteſt omne id, quod cauſam inſtruit. ff. de fide inſtru. l. 1. & infra ti. 2. peruenit. & de his de reſti. ſpolia. cum ad ſedem, [*&c.*] ecce 15. in quo ponit clauſulam generalem, quæ comprehendit omnia præmiſſis ſpecialibus clauſulis, de procura. qui ad agen-
28 dum, lib. 6. [*Quæ occurrerint*] in præſentia † tabellionis, & per hoc & alia, quæ ſequuntur, ſatis patet, quòd licet multa contineantur in inſtrumento; tabellio tamen, qui dicit ſe his interfuiſſe, non intelligitur loqui niſi de his, quæ in eodem loco, & die, & coram ipſo fuerunt acta. unde, ſi iudex ferat ſententiam, & narret, quomodo libellus fuerit oblatus, lis conteſta. poſitum, & iuratum, confeſſum, uel negatum, & probatum, & de proceſſu coram ipſo habito, & poſtea ſequatur ſententia, & de his fiat publicum inſtrumentum, & poſtea concludens tabellio dicat, Actum tali loco, & die in præſentia mea, & talium, hæc clauſula eſt tãtum ad prolationem ſententiæ illa die habitam reſtringenda, & per id narrata non probantur. & facit infra, de priuilegiis, ſi papa, in principio, libro ſexto, & quod no. de cenſib. cum olim, in gloſſa ſecunda. imò & ſi tabellio diceret, Tali die, & loco fuit oblatus libellus, & lis conteſta. tamen adhuc non probarentur prędicta per illud inſtrumentum, quod quantum ad id uidetur tantum teſtimoniale, ſecundum Innocen. & de hoc in ſpeculato. de inſtrumentorum editione. §. reſtat, ad finem, uerſiculo, in ſumm. primum dictum placet. Hoſtien. dicit, quòd ſibi placeret ultimum, ſi ubi Innocen. poſuit teſtimoniale, poſuiſſet recitatorium. nam ſi in modum recitationis id dicat tabellio, uerum eſt, quod dicit. ſed ſi ſingula, ubi & quãdo, & coram quibus, & quòd in ſui præſentia fuerint acta, exprimat, poſtea ſcribẽs ſe ſingulis interfuiſſe, putat Hoſtien. illud teſtimoniale ſufficere quò ad omnia & ſingula præmiſſa, nec uidet rationem ad cõtrarium; all. de conſti. translato, de conſan. & affi. tua. Caueat tamen tabellio, ne in aliquo ipſorum ferat falſum teſtimonium: quia probato, q̃ in aliquo prædictorum fuiſſet abſens, non ſolum reprobaretur ipſius teſtimoniũ, infra ti. 1. ex tenore, ſed etiam inſtrumentum falſum redderetur, & ipſe formidare poſſet pœnam falſi, infra de his, quæ fiunt à prælatis, quanto
29 p̃m Hoſtien. [*Competenti ordine*] quaſi dicat, ordo ſupra dictus non per omnia eſt ſequendus. nam quandoq; antelitẽ cont. fit interrogatio, confeſsio, probatio, interlocutio, & appellatio, Hoſti. [*Tempora*] & ſic redargui poſſet falſitas ex loco, & tempore, infra ti. prox. ex
30 tenore, ſecundum Hoſtien. [*Et perſonas*] iudicum, litigatorum, & illorum, de quibus acta loquuntur, non

testium, quasi actis interfuit, secundum Inno. ar. à cõtrario in auctẽ. de hæredibus, & Falci. §. si uerò absunt, col. 1. secundum Hosti. potius inde sumitur contrarium. & istud uerbũ innuit contrariũ, generaliter dicendo, personas, quod intelligitur de his etiã, corã quibus fiunt acta; ut si expediat, possit ad eos recursus
31 haberi, de sen. exc. sacro [*Conscripta*]. i. scriptorum † exẽpla. nam originalia debent penes scriptores remanere, ut sequitur Host. [*Originalia*] dixit Goff. quòd in casis, ubi sunt duæ partes, conficientur tria scripta, unũ originale remanens penes notariũ, & duo ex illo sumpta, quorum unum dabitur uni parti, & aliud alteri; & si in sumptis oriatur dubitatio, recurretur ad originale, cui magis credetur 9. di. ut ueterũ. 76. di. ieiuniũ, infra de fide inst. si instrumenta. C. de eden. auctẽ. si quis in aliquo. Quod autem dixi, standum originali, hoc uerum secundum Host. nisi per testes, qui præsen-
u tes fuissent, contrarium[u] probaretur, arg. infra. de sen. exc. sacro, & sic potest intelligi. ff. de pœnis, dilectus. Quid. n. si corruptus scriptor, cum reus respondet cõfitetur, scribat, negat, uel è contrario, certe in nouo facto magis credetur testibus. de hoc supra eo. 3. [*Penes*
32 † *scriptores*] ergo, si iudex dicat, quòd uelit, q̃ acta maneant penes eum, & scriptor uelit, q̃ penes se maneãt, præferendus uidetur scriptor per hanc literã, & quia si de sua scriptura dubitaretur, posset sibi periculum imminere. pro iudice facit infra c. fi. sic nudè tractat hoc spe. de testi. §. publicatis, in primo uersi. dixit Gof. infra, c. fi. q̃ ibi de facto originalia remanserãt penes iudices, cum remansisse debuissent penes scriptores per hanc literam; & hoc credo. & facit iuramentũ tabellionis. de quò, dicam infra ne cleri. uel mona. sicut, de facto uidemus, q̃ si notarij sunt officiales episcoporũ, comitum, uel rectorum, qui ciuitatibus præsunt, coguntur finito eorum officio dimittere acta in camera officii, quod gesserunt. æquum tamen esset tales libros, uel acta duplicari. & penes utrosque remanere. pro illo tamẽ more facit, de præscriptione audientiã, & quod no. infra eo. cum causam, in 1. glo. cũ iuribus ibi allegatis [*Remaneant*] dicit quare [*Contentio*] inter iudicem, & partem, uel etiam inter partes ad inuicẽ [*Moderamine*] de omnibus sic fideliter scribendis per notarium, uel duos uiros, & de tradendis sumptis, retentis
33 originalibus [*Improuidos*] qui † nõ aduertunt, quid dicatur, ut scribatur [*Iniquos*] qui corrumpi possunt de facili [*Obseruare*] ut quia negligit habere tabellionem, uel duos uiros idoneos, uel negligit aduertere, quid scribatur, & ꝓpter id aliquod falsum committitur, quod forte postea reprobatur, & sic oportet de nouo ꝓcedi, & grauatur pars laboribus, & retardatur processus
34 secundum Host. [*Emerserit*] si ergo † nil emergat difficile, non est locus pœnæ [*Debita*] ad arbitrium ipsius superioris, supra de offi. dele. de causis, uel satisfaciet de suo, infra de sen. ex. sacro. & secundum Host. si non esset soluendo, alia pœna mulctabitur, infra de male. c. 2. supra de do. & contu. finem [*Castigetur*] prouidetur et iudici contra partem assertionem ipsius temerè ne
35 gantẽ, infra de pœnis, dilectus [*Et ipsius*] non dicit † ipsorum: tamen licet in alio iudicio eis crederet, si plures cẽnt, ut dixi in prin. tñ in suo non, nisi aliter probaret [*Præsumatur*]. s. q̃ fuerit sic actũ. an verò si ꝓstat actũ, præsumat bene actũ, uide, qd̃ dixi, de off. dele. cũ in ure, sup gl. 1. post prin. uer. parũ tñ, & facit quod statim dicã post Ho. [*Processu*] uiua uoce sola, & nuda confir-
36 matio. ut patet in eo, qd̃ sequit, quod extendas ꝓad sen-
x tentiã, quæ est de ꝓcessu[x], quod dic ut plenè dixi de re man. in præsentia. & ꝓria signata in prin. ult. glo. intelligantur, quãdo apparent acta originalia, & auctẽtica,
y pro quibus prima facie præsumẽnt, & si de ꝓcessu agatur, nisi in ipsius reperiatur ꝓria præsumptio, ut
pater. ff. de resti. spoli. cum ad sedẽ, uer. nos priores. hic uerò loquit, quando solus iudex asserit sic processũ, uel sententiatũ, cui non est credẽdum, quantæcumq; sit dignitatis, infra ti. 1. cum à nobis, saluo papa, ut ibi, ar. C. de resta. omnium, ꝑm Host. qui dicit, q̃ quamuis circa horũ ꝓriorum solutionẽ multa sparserit, hæc est uera & plana solutio, dicens hoc iungendũ in sum. de sen. & re iudi. super rubrica de snĩa. §. qualiter proferri
37 debeat. sub. §. is est ordo [*Constiterit*] nam licet ipsa acta non scribantur per tabellionem, aut duos uiros; ualẽt tamen, si probari possunt per confessionem partium uel per testes, uel alio modo ꝑm Inno. ad hoc inducebat Host. q̃ appellatione documentorum, uel instrumentorũ continent etiam testes. ff. de fide instr. l. 1. in-
z fra ti. 2. peruenit; & ad hoc facit 2. q. 7. plerique[z] Goffr. tamen dixerat, q̃ hic uocantur legitima documenta cõfecta per tabellionem, uel duos uiros idoneos. An
38 † uerò iudex, cui constat, lit. conte. esse, tabellione hoc idem asserente, debeat sententiã ferre, cũ illa contestatio nõ sit scripta in actis, uide in spe. de sen. prola. §. iuxta, uer. sed pone, q̃ publicatis. ¶ Propter † qualitatem textus omnes glossas soleo textualiter recitare, excepta ultima, quæ quærit, & ponit solutionem. secundò etiam quærit, & soluit 3. contra primã solutionem po-
40 nit dictum Inno. quod reprobat. ¶ *In* † *glo. 3. ibi, ad hoc*] hæc & sequens dicunt, quòd ex literis, quibus ũtitur aduersarius, & ex productis de archiuo publico habẽ tibus testimonium publicũ fit comparatio. ¶ *In 3. glo. ibi, Si quis postea*] uide in decre. proposuisti, super 1. glo. [*& ibi, §. illud*] uide in prælleg. ca. cum parati, super 3. glo. ¶ *In 4. glo. ibi, nonnunquam*] uide in decre. dilecti, super glo. 2. [*& ibi, contu.*] uide ut lite non contesta. tuæ, super 1. glo. ¶ *In glo. 1. positiones, ibi. §. 1.*] uide in c. prout, super 4. gl. [*& in fi.*] quæstioni intersunt reus, accusans, & aduocati, & facultas interrogãdi dat etiam aduocatis. ¶ *In glo. & taciturnitas, ibi. §. nihil*] uide de resti. spo. cũ ad sedem, super glo. 2. ¶ *In glo. post quam, ibi. l. ul.*] uide de mu. pe. c. 1. super 1. glo. ¶ *In glo. in quo, ibi. l. 1.*] per editionem apparet rescriptum impetratum lite pẽd. & l. fi. præcipit acta publica edi [*& ibi, optimam*] uide supra eo.
aa 3. sup. 1. gl. ¶ *In glo. pe. ibi. si qui, in fi.*] iudex[aa], per quẽ steterit, quominus infra 25. dies testis deponeret, tenetur parti læsæ oẽ damnum resarcire [*& ibi, sancimus*] uide de of. dele. consuluit, in glo. ecce [*& in fi.*] ponit casum ca. prox. all. ¶ *In glo. ul. ibi. §. ult.*] uide in præal. c. sicut, super 3. gl. [*& ibi, publicati*] publicato testamẽto adhibet fides, licet prima scriptura perdat casu, & hoc probetur [*& ibi, cum precibus*] uide supra eo. tertio, super ult. glo.
41 ¶ *In.* † *1. gl. ibi, ex tenore*] & directè per confessionẽ aduersarii, supra de tempo. ordi. dilectus, & de ætate & qualitate. cap. ulti. & infra de confes. c. 1. li. 6. [*& in fi.*] hoc dixit, quia antiqui hoc dixerant. ¶ *In. gl. 2. in fi.*] item po-
42 test † dici secundum Vinc. extraordinarium compromissum, quod ad similitudinem iudiciorum redactũ est. ff. de arbitris, l. 1. & in eo in scriptis proceditur, C. de arbitris. l. penul. nec uerbo arbitri creditur. C. eod. ne in arbitris, Hostien. ¶ *In* † *glo. 3. ibi duobus*] & hoc colligitur ex duabus legibus. prima. ff. de testa. l. Domitius, ubi tabellio connumeratur in numero. 7. testium, qui debent esse in testamento. secunda. C. qui testamenta facere possunt, hac consultissima. §. sed quia tabulariorum, ubi deficiente tabellione adhibentur. 8. testes. ergo. 7. & 8. ponuntur loco tabellionis, Hostien. Si tamen dicas illud speciale in testamento cœci non probat hoc, & de hoc no. ibi. si. quod de clerico ad laicum not. 77. di. monacus, ad finem [*& ibi, Iuratus*] & quia de auctoritate iudicis scribit secundum Pet. [*& ibi, sancimus*] glo. Io. & adde §. si uerò absunt, coll. 1. & uide quod ibi no. aliqui dicunt, illud speciale in inuctario, & vide qd̃ dixi super uer. personas [*& ibi, Illud*]

Illud fiat] ad hoc C. de dona. l. in donationibus, Goffr.
44 & Inno. Prærere à nonne † creditur scripturæ tabellionis, qui testem sine præsentia testium examinat in secreto: sed illud speciale secundum Hostien. quia examinatio sic debet fieri in secreto, infra ti. 1. uenerabili. Item per tabellionem' fit quandoq; plena probatio, in auctẽ. de fide instru. §. si uerò moriantur, coll. 6. & C. de falsis, si quis decurio. Sed Hostien. uidetur, q̃ quando uertitur in dubium, scripturæ tabellionis nõ creditur sine subscriptione, supra de elect. scriptum, §. 1. & quòd præsentia testium requiratur, habetur in auctẽ. de fide instrum. §. si quis igitur, & §. sed & si quis mutui, & §. si uerò. A d l. in donationibus respon det, ut ibi no. in prin. non esse necesse uocari uicinos, sufficere enim debent, qui sunt cum iudice, uel esse præsumuntur, familiares. s. & consiliarii. nec enim circa ea, quæ publicè fiunt, potest solitudo notari, nec consueuit iudex etiam delegatus solus esse; ad hoc. C. de senten. & interloc. cum sententiam. C. de appellat. quoniã iudices. C. de sen. ex breu. reci. l. 1. 2. 3. C. de iudiciis, auctẽ. ad hæc, si administrator, in fi. & præceden. [*& ibi, Sed tutius*] idem Hostien. qui etiam remittit ad ea, quæ no. de fide instrum. c. 2. communiter in lit. contest. & interlocutionibus subscribuntur testes: in aliis non. apud aliquos seruatur, quòd solum in diffinitiua scribuntur, cum illa sit finis, & terminus actorum. ff. de re iudi. l. 1. & ibi maius periculum uertitur; ergo & c. de electio. ubi periculum, in prin. lib. 6. & ibi
bb concor.[bb] ¶ *In glo. ut per hoc, ibi cum parati*] de do. & con-
45 tu. cum dilecti, Phi. [*& ibi, sed hodie*] hoc † dicebat Ioannes sub dubio forte: uel secundum eum saltem quò ad hoc creditur nuncio, ut negans cogatur iurare se non citatum, supra de restit. in integr. ex literis [*& ibi, Iure isto*] istud ius hic non uetat secundum Innoc. & Hostien. Alia enim est ratio in iudice, cuius officium non est citare, & qui debet secum habere notarium, qui sua gesta conscribat. Sed officium est nuncij citare, qui etiam si secum notarium duceret, partes nimium grauarentur, & in hoc adde, quod dixi infra de appel. cum parati. dicebat Goffr. frequentius oritur altercatio inter iudicem, & partem, quàm inter nuncium & partem, & ideò minus creditur iudici, quàm nuncio. ¶ *In glo. quæ continere, ibi ut contumax*] probanda
46 † est enim contumacia[cc] de hoc 2. q. 7. quisquis [*& in fi.*] 74. distin. Honoratus, & 4 q. 5. in summa. ¶ *In glo. & sic patet, ibi, argumentum*] non egemus argumento, quia est expressum. C. de iudic. l. apertissimi; Hostien. ¶ *In*
47 † *glo. exceptio, ibi, in scriptis*] dicit Hostien. quòd exceptio
dd de necessitate non est porrigenda[dd] in scriptis, sed redigenda tantum [*& ibi, primò proponenda*] de hoc infra de re iudi. inter mon. ¶ *In glo. ideo, ibi sententia*] & in hoc interest iudicis, quod ipsa petitio detur in quo interfit actoris, & rei, not. in Clemen. de uerb. signi. sæpe, uer. uerum quia, in glo. 2. [*& in fi.*] & plenius in præalle. constitut. sæpe, post princi. in glo. datur per hoc.
48 ¶ *In glo. 1. positiones, ibi, ponere*] interrogare † non: quia calumniosè posset interrogare, sed non calumniosè ponere, cum id habeat necesse probare: fatcor tamen, quòd pars apertè post, quàm posuit, interrogare possit, Ioan. & Vincen. [*& ibi, Confessionem*] quid hoc releuet, ex quo reus contestando negauit, no. in prælleg. constitu. sæpe, uer. & quia, in glo. 2. [*& in fi.*] de hoc in specu. depositi. §. 3. uersi. sed patronus [¶ *In glo. & taciturnitas, ibi, scribi*] & † negatio; & tunc locus est probationibus, de quibus statim submittit, secundum Hostien. [*& ibi, Si seruus*] 2. & infra de confess. ca. 2. lib. 6. [*& ibi, Reuocari*] etiam post quadriennium, nondum finito negocio, infra de resti. in inte. ca. 2. lib. 6. [*& ibi, Post litem cont.*] no. quod glo. innuit diuersum ius esse inter confessionem factam ante litem conte. & post.
Cui conuenit quod not. ff. de donatio. l. quidam; ut de quod dixi de confess. cap. ulti. in glo. an hæc loca. ¶ *In*
50 *glo. ut sciatur, ibi, competenti*] ut sciatur † an lite penden. sit obtentum. nam si esset priuilegium, non ualeret, infra, titu. 1. causam. secundum Ioan. & Vinc. ¶ *In glo. licet, ibi. sic in primis*] & infra de re iudi. cap. ultimo, libr. 6. ubi de hoc in 1. glo. ¶ *In glo. post quam ibi, admittitur*] ante sententiam, post in causa appel. secus, infra de fide instrum. cum Ioannes [*& inst.*] adde quod ibi dixi super uersi. renunciatum. ¶ *In glo. in quo, ibi, in omnibus*] & infra de re iudi. abba. ad finem, li. 6. ubi de hoc [*& ibi. debet edi*] quod dic, ut infra de priuileg. cum personæ,
51 in fin. 1. respon. lib. 6. ¶ *In* † *glo. ult. ibi. §. illud*] de hoc supee pra, de renunc. [ee] in præsentia, in glo. hic est argum. & hic adde, quod ibi dixi in fin. & infra de appellati. cum speciali, in glo. antepenul. [*& ibi, Ratione processus*] dicebat enim, quòd si condemnauit aliquem in centum, & condemnatus, qui non appellauit, dicat sententiam iniustam, & super hoc petat exhiberi acta, attestationes, & alia, ut ex ipsis appareat iniusta sententia, non est audiendus. & si de facto iam produxerit acta, licet ex eis non probetur sententia iusta; non tamen propter hoc reuocabitur sententia: imò plus uidetur secundum eum, quòd si dixisset, quòd per A. & B. fuisset probatum, & sibi nil probetur per illos testes, præsumitur tamen pro sententia, argum. de renunc. in præsentia. ff. de re iud. causam. ff. de re iudic. cum prolatis. argumen. contra de re iudic. cum
ff Bertoldus[ff] uersi. no. de hoc, & ibi dicam in glo. forte. Sed ad prædicta obiicit Hostien. si in sententia expressum esset per A. & B. probatum, & per acta appareret contrarium, uidetur error expressus in sententia. unde facta de hoc fide uideretur sententia retractanda, argum. in eo, quod legitur & no. de re iudic. cap. 1. & super hoc etiam essent acta prioris iudicii recensenda, de restitu. spolia. cum ad sedem, uersi. nos prioris. C. de edend. l. 2. Sed respondet, illud uerum, quando fuit appellatum. Nec obstat de re iudica. cap. 1. illud enim loquitur, cum sententia lata est contra ordinem iudiciorum: sed Innocen. locutus est, quando contra ius litigatoris profertur sententia, quæ 10. diebus elapsis transit in rem iudicatam, & sibi imputet, qui non appellauit, infra de re iudica. cum inter uos.
gg nec ob. de pur. uul.[gg] capitu. 2. quia ibi notorium erat non tenere sententiam: tum quia reus per probationem à iure improbatam fuerat condemnatus: tum quia publicè contrarium est repertum eius, quod uidebatur fuisse prebatum. unde bene potuit sententia retractari infra, de appella. solicitudinem. §. Si uerò notorium. dixit etiam Inno. quòd cum in sententiis spiritualibus, excommunicationis, scilicet suspensionis, & interdicti certus ordo iudiciarius sit seruandus, idem in eis, quod in aliis est censendum, ut si ab eis non sit appellatum, præsumatur pro iudice: aliàs non. & in hoc secundum Hostien. adde quod no. de offi. ordi. ad reprimendam. §. 1. uideas de his, quæ dixi in decre. in præsentia [*& ibi, Nulla*] bene dicit g. tamen
52 † hoc puto, & forsan fuit de mente Inno. hh ut etiã ii
hh ipse exprimit, de officio delega. cum in iure. quòd
ii præsentia, & taciturnitas hoc operetur, quòd transfert onus probandi in tacentem. & si dicas, quomodo probabit negatiuam: respon. per acta causæ, quibus productis, exquo non apparet lit. contesta. habebitur pro non contestata, nisi uictor probet contrarium; ad hoc optime, supra de restitu. spolia. cum ad sedem, ad finem, & facit de priuilegiis, cum olim, el. 1. C. de rebus creditis. l. fina. Et si hoc de facto deficeret, locus esset decreta. infra de confessis, lib. 6. & uide quod dixi in materia negatiuæ, supra de electione, bonæ, 1.

ANNOTATIONES.

a ¶Iudicis. Adde illud non procedere in causis modicis, tex. & Bar. in auctẽ. nisi breuiores, C. de sen. ex breu. reci. & in c. si quis cum clero. 11. q. 1.

b ¶De excess. Non dum causa pendet coram ipsis per hoc cap. sed post, forte in causa appellationis, ut no. in c. cum a nobis, infra ti. pro. de arbitro autem, an ipsius dicto credatur, uide Ioan. And. de arbi. c. 1 li. 6. & per Bal. in l. ne in arbitris, C. de arbi. & uide infra in glo. non dicit.

c Coram iudice. Adde glo. primam in l. acta, ff. de re iudi. & Paul. de Castro in l. actorum, ff. eo. ti.

d ¶Possit non. Hoc placet Bal. in auctẽ. apud eloquentissimum, C. de fide instru. Bar. autem in l. ex testa. ff. de testa. tur. & Sali. in prædicta auctẽ. tenent, quòd credatur tali commissario, si sit notarius actorum illius causæ, ibi uide per ipsos, uide Bald. in l. fin. §. cum igitur, ff. de iur. deli.

e ¶Cautius. Vide, quæ no. Bar. in l. Theopompus, ff. de do. præle. quæ faciunt ad materiam, & quod iurare debeant, facit l. comparationes, & quod ibi no. C. de fide instru. & C. de secun. nup. l. hac edictali §. illud, cum ibi no. uidetur tamen ualere, quod gerunt ẽt ipsis non iuratis, cum non sit iure caurum, pro quo facit auctẽt. decernimus, & quod ibi no. C. de arbi. & uide glo. in l. iureiur. C. de testi. & ibi Bar.

f ¶Publicus. Quia tali omnino credendum est per citantem & per iudicem, cum dixit se citasse, maxime quando infra territorium sui iudicis citat. & scias, quòd etiam uilis potest esse nuncius etiã infamis. & uide Bar. in extrauaganti. ad reprimendum, in glo. nuncium, & se. lo. tamen And. uidetur tenere contrarium in seruo in spe. de test. §. 1. uer. item quòd est seruus.

g ¶Iurisdictio. Vide Ioan. And. de feriis. c. fi. in glo. non solum, uer. sed conuertamus, & in decisione Rotæ conclusione. 94.

h ¶De ap. cum. Ibi uide Ioan. And. & Guil. in spec. de cita. §. sequitur, uer. sed nunquid creditur, & super illo plenissimè per Io. An. & uide Cy. in l. fi. C. de exhi. reis, & Bar. in l. 1. §. cura. ff. de offi. præfec. ur. & Bar. in extrauaganti ad reprimendum, in uersi. per nuncium, & ut uidebis in locis prædictis, plerique tenent contra illud dictum Io. And. & Host. & uide glo. ut per hoc, & super illa Ioan. And. infra.

i ¶Editionem. Nisi in casu, de quo loquitur infra uer. hoc uerum, ubi uide, & omnis falsitas extunc instrumenti apparens non imputatur producenti, sed notatio, uide Bal. in l. nostrum, C. de testi.

K ¶Scriptum. Vide Cy. Bal. & Sali. in auctẽ. si quis in aliquo, C. de edendo, & in l. fi. C. de fide instr. & Bar. in l. tutor, qui repertorii, & l. chirographis, ff. de admi. tut. & Bal. in l. instru. C. de fide icom.

l ¶Electi. c. 1. Ibi uide glo. no. quæ incip. ubi etiam, & uide Bart. ol. in §. rati, præalle. & ipsum Cy. & Bal. & Sali. in l. fi. C. de procu.

m ¶Cum in iure. Vide Bal. & Sali. in auctẽ. si quis in aliquo, C. de edendo, & uide glo. in c. 1. de se. pol. & fruc. in glo. fi.

n ¶No. Infra de. & de dictione, &c. & infra quæ sunt abbreuiaturæ, uide per Bar. in l. Gallus, §. uidendum, ff. de lib. & post.

o ¶Constituris. Et uide Bar. in l. 3. in prin. ff. de testi. & plenius in l. de minore. §. plurimum, ff. de quæstio. & in spe. de teste. §. non tractatum, & uer. considerare.

p ¶In foro. Et in foro iudiciali uidetur tenere parti ad interesse, ar. eius, quod dicitur de iudice negligente, & c. ex suscepto, de fo. compe. & c. ibi se. per glo.

q ¶Super. Et C. de testi. nullum. & ibi uide Bald. Sali. & an clericus uacillans coram iudice seculari possit ab illo puniri, ibi uide, & per Io. And. de foro compe. uerum, in glo. sua magna, ad fi. & Fe. dericum de Senis in consil. 99.

r ¶Nullum. Vide glo. & Io. And. in c. 2. de or. cogni. & c. uerum, de fo. compe. in glo. sua magna ad fi.

s ¶Alij dicunt. Non uidetur opi. ista diuersa à supra proxima: quia & ibi generaliter loquitur, de quolibet examinatore, sit iudex, uel notarius, cui sit commissa examinatio.

t In glo. Vide Cy. Bart. Bal. & Sali. in auctẽ. si quis in aliquo, C. de edendo, & Bar. in l. secundum, ff. de uerb. ob. & facit quod ipse no. in l. si stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de uer. ob. & in l. prædia, ff. de ac. poss. & in l. post dotem, & ibi per Bal. ff. so. matri. & per ipsum in l. ex his uerbis, ubi ponit dictum Inno. C. de testa. mili.

u ¶Contrarium. Nec mirum, quia instrumentum, eriam cum testibus scriptum potest per testes reprobari, ut infra de fi. instr. cum Ioannes, & ibi no. & uide Ioan. And. in glo. dixit hic Inno.

x ¶Processu. Vide Bar. in l. non intelligitur §. neq;, ff. de iur. fis. & in spe. de sen. §. 1. in princi. & ibi plene Io. And.

y ¶Etiam si de. Vide Io. An. in c. in præsentia, præall. & in c. bene, el. 2. super gl. sic infra, supra de ele. & uide Bar. in l. fi. C. de sen. ex bre ui. reci. ubi dicit, quòd in illis causis, in quibus potest sine scripto ferri sententia, in illis soli iudici creditur de actis, quod est ualde no.

z ¶Plerique. Vide Barto. in l. pe. C. de arbi. ubi uidetur dicere scripturam necessariam, & testes debere deponere talem actum factũ per notarium, & ipsius manu scriptum, & sic sentit scripturam necessariam; uide in decis. Rotæ, conclusione 341.

aa ¶Iudex. Dum dicunt, quòd si iudex omisit aliqua facere scribi, tenetur parti resarcire expensas; adde c. tua nos. infra de homi. & Bar. in l. fi. ff. de uari. & extraordi. cogni.

bb ¶Concor. In testamento autem, quod fit apud acta, requirũtur testes, quicquid sit de actis iudiciariis, uide in l. causam, & in l. sancimus, C. de testa. & ibi docto. & Bal. & Sali.

cc ¶Probanda est. uide Bar. in l. multum interest, ff. de condit. & demon. & in l. si finita. §. Iulianus, ff. de damno infec.

dd ¶Porrigenda. Fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ, & dotis, ut auctẽ. hanc autem. C. de non nume. pecu. & ibi uide com munem per doc. & Sali.

ee ¶De renunciatione. in præsentia. Adde Imo. Hostien. do. Anto. & Innoc. in d. c. in præsentia, & tex. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. & glo. in l. 1. in glo. magna ad fi. C. si aduer. credi. & spec. in ti. de instru. edi. §. restat.

ff ¶Bertoldus. Vide Bar. Bald. & Sali. in l. 1. C. de erro. cal. & Bal. in l. qui te, ff. de excu. tu. & Io. And. in c. Romana. de sen. exc. li. 6.

gg ¶Vul. c. ibi uide in glo. & super illa Io. And. & per ipsum in c. fraternitatis, super glo. propter quem, & uide quò ad secundum proximam rationem bonam l. ff. de condi. sine causa l. 2. & ibi Bar. & glo. & doc. in l. si fideiussor. §. in omnibus, ff. man. & Bal. & Sali. in l. 1. C. de condi. indeb. & in spec. de sen. exc. §. fi. uer. illud autem.

hh ¶Inno. Imò non uidetur de mente ipsius, ut patet in princi. additionis proximæ, maximè in uersi. imò plus.

ii ¶Vt etiam. Dum hæc glo. dixit, quòd si daretur sententia, &c. non bene reprobat Inno. quia Inno. loquitur, quando dubium est, an processus interceserit, & litis conte. & si. op. glo. habet locum, quando certum est, quòd non interceserunt, Bal.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio, quòd quis non deliquerit, recipienda non est, si probari potest reum deliquisse.*
Lex pro consuetudine sumitur hic, ibid.
2 *Consuetudo non inducta ex scientia principis, uel contra bonos mores & contra rationale m naturalem non ualet, nec à principe posterior roborari potest.*
Insontes, ideſt inculpabiles, ibid. in fin.
3 *Pro iure iurante & quomodo lex est iniqua Saxoniæ.*
Leges duæ iniquæ Saxoniæ, & quæ à Carolo latæ, ibid.
Laicus etiam refrenari potest à mala consuetudine per ecclesiam, & ratio, ibid.
4 *Negatiuæ probatio non admittenda, nisi simul, cum probatur affirmatiua.*
Non tamen sufficit iuramentum, præterquam in duobus casibus, & quibus, ibid. &
5 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 6.*
Purgario uicissitudinaria an liceat, & ad eam quis cogatur, ibid.
Compurgator an & quando habeat obligatum eum, quem purgauit, ad se purgandum, ibid.
Obligatio ex pacto fortior est naturali, ibid. uersicu. uel secundum eum.
Donatio non est, quod datur ex obligatione, ibid. in fin.
7 *Purgationi locum ubi est, non sufficit iuramentum purgandi.*

CAPVT XI.

1 AD nostram. Casus. Sit probari potest reum deliquisse, eius purgatio, quòd non deliquerit, recipienda non est[a]. & ponit prauam consuetudinem, quam secundò seruari prohibet ibi, Nolentes [*Legi*] ideſt consuetudini: sic de spon. c. 1. [*Regni*] forte ideo non ualebat: quia non erat inducta de scientia principis, qui poterat ibi legem dare. ff. de legi
2 bus, de quibus[b]. uel dic secundum Inn. & Host. quia erat contra naturalem rationem, de qua in glos. & contra bonos mores etiam per principem non poterat roborari 12. di. illa, de consuetu. cap. fin. [*Probatur*] per sacramentum olim. C. de testi. l. omnibus [*Insontes*] ideſt

3 ideſt inculpabiles. & dicit Host. q hæc lex† est in Saxonia, ubi si fur tenẽs in una manu rem furtiuam sub supertunicali, & cũ alia uelit iurare, q rem illam nec habet, nec scit, absoluitur, nec auditur agens, si petat inspici, quid habet in reliqua manu, & dicunt sibi hanc. l. datam à Carolo, sicut & aliam iniquam, de qua, infra de spon. c. 1. [*A clero*] saltem. nam nec per laicos est seruanda, & in talibus potest laicus refrenari, de consuet. c. 3. & pen. saltem propter peccatum, de iudic. no uit, p̃m Host. [*Probari*] not. p̃m Hosti. pro eo, quod habes de confessi. c. 1. libr. 6. [*Audiatis*] non† admisso reliquo, qui uult probare affirmatiuam. Si enim simul cum illo probare uellet, mos ei gerendus esset, supra de restit. spoliat. c. 1. supra eod. licet: non tamen sufficit iuramentum nisi ab aduersario, uel ex causa per iudicem deferetur; quod dic, ut infra de iureiuran. c. fi. p̃m
c Inno.[c] ¶Secunda† glo. respondet per quæstionem, in
5 quo erat hęc consuetudo contraria iuri, & respondet
6 dupliciter. ¶*Int† gl. 1. ibi, Sui similes*] ut patet in an. in qua etiam dicitur, q tales uicissim se purgabãt. propter q dicebat Vinc. compurgatorem non habere naturaliter obligatum eum, quem purgauit, ut etiam eũ purget. cõtra de testamentis, cum in officijs. dicit tamen, q teneor te purgare in causa iusta, sicut tu me. uel p̃m eũ illa naturalis obligatio non est talis, qualis illa, quæ
d oritur ex pacto. illa enim[d] fortior est, & uenit in compensationem. ff. de compen. etiam; & si soluitur, nõ dicitur donatio. ff. de compen. hoc iure. §. pen. [*Et in fi.*]
7 Hostiẽ. intelligit† quoquo modo, ideſt per se tantùm, cum tamen etiam in casu, quo locus est purgationi, non sufficiat iuramentum purgandi, de confessi. ca. 1. cum si. ¶ *In glo. ult. in fi.*] sicut nec in crimine notorio, infra de pur. ca. cap. penul.

ANNOTATIONES.

a ¶Recipienda non est. dicit do. Bald. in l. fi. in ult. col. C. de proba. per istum tex. quòd si constat de crimine per testes à iure approbatos, dicitur probatio plenissima, nec recipitur negatiua probatio in contrarium.

b ¶Quibus. Ibi uide Bart. & plenius d. Bart. de Salic. in reper. illius. l. & doct. de consuet. c. fi. & in summa ibi per Ioan. Andr.

c Innocent. Actore ergo plenè probante, non debet grauari suppletione iramenti, supra eodem capitu. secundo, nec reus releuatur contra probationem plenam actoris per iuramentum, ut hic.

d ¶Enim. De illa naturali obstat, de qua loquitur, capit. cum in officijs, uide Barto. in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iure, & in illa per d. Barto. de Salic. in repetitione, & per Bart. in l. sed & si lege. §. consuluit, ff. de pet. hær. & in l. qui testamento, ff. de fideiuss. & ibi no. in §. consuluit idem, quod hic not. Vinc.

SVMMARIVM.

1 *Fines diœcesium probantur per libros antiquos, adminicula, testes, & famam, & qualiter hæc intelligantur, uide num. 10.*
2 *Limites per quæ distingui soleant, & de limitibus quæritur etiam præbendarum, & quibus probentur rationibus, num. 3. uersi. uel per, & num. 4.*
3 *Librorum nomine quæ contineantur.*
Chartis legatis libri non continentur, ibid.
4 *Finium, seu limitum diuisio potest denuò fieri secundum antiquam famam, et quo casu possit fieri semper ex quo incœpta est, nu. 5. & quando positi, num. 6.*
Decretalis hæc quando locum habeat, ibid. et de qua actione loquatur, num. 5. uide etiam num. 6.
Titulus in ecclesiasticis rebus desideratur, & quando quis cogatur titulum suæ possessionis dicere, ibid. uersi. dicit etiam.
Officium iudicis imploratur in defectu tituli, ibid.
Possessio quando non prosit, ibid. & num. 5. in fi.
5 *Contra possessorem, uel detentorem non possidens suas debet actiones dirigere.*
6 *Prouinciarum, & episcopatuum, & parochiarum diuisio quando facta.*
Mutationes successu temporis fiunt etiam in episcopatibus, multis modis, ibid. uersic. sed & secundum.
Cathedræ, uel episcopatus erectio non uno fit modo, & destructio pari modo.
Cap. plures. 16. q. 1. intellect. ibid. uersic. nec obstat.
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 8.*
Limitum diuisio per quæ probetur.
Senibus rusticis creditur in antiquis. §. 1.
Singula quæ non prosunt, multa iuuant. §. 2. & num. 1c. §. 1.
9 *Additio glossarum.*
10 *Libri qui probent antiqui.*
Sculpturæ, uita sancti alicuius, priuilegia quid probent in causa finium, ibid. uersi. ubi uerò.

CAPVT XII.

1 VM causam: Casus. Fines† diœcesum probãtur per libros antiquos, adminicula, testes, & famam. & potest esse communis diuisio. se cũda ibi. Minus, & de eodem facto loquitur, supra de procura. c. auditis [*Limitatione*] dicit hic Goff. q limites
2 †solent distingui per flumina, & riuos aquarũ, per castella, & per uillas; puta castrum, uel uilla sit unius diœcesis, citra uerò sit alterius. quandoque etiam distinguuntur per mõtes, ut totus mons sit unius diœcesis, reliquum alterius. quandoque per cacumina montium, ut scilicet illa sint limina, uel limitationes [*Diœcesis*] quandoq; quæritur de limitatione agrorum, uel præbendarum, de præscrip. quia iudicante, supra eod.
3 ex literis [*Libros*] nomine†librorum continentur omnia uolumina siue in chartis, siue in membranis, uel qualibet alia materia. ff. de leg. 3. librorum. chartis uerò legatis libri iam facti non continentur, eod. titul. l. chartis, Vinc. [*Alio modo*] ut per recognitionem, infra de censibus, cum olim, per confessio. supra de confes. c. ult. per iuramenti delationem. 16. q. 3. q dilectio, per uiolẽtam præsumptionem. 32. q. 1. dixit, Goff. & Abb.
4 [*Famam*] dicebat† hic Inno. q ubi factum constare nõ potest, posset fieri diuisio de nouo p̃m antiquam famam; ad idem 16. q. 3. inter memoratos. dicit etiã hãc decre. posse inteiligi, ubi nullus est in possessione, uel est in possessione, nõ tamen constat de diuisione, uel quòd sibi per Papam fuit assignata, uel per Metropolitanum, uel primatem adiudicata, supra de for. competen. sanè, uel de aliquo alio iusto titulo, qui in ecclesia sticis rebus desideratur, infra de præscript. si diligenti; & ideo in hoc casu iustè imploratur officium iudicis ad diuisionem faciendam, ad quam adminicula operantur, ut præmissum est, & infra sequitur, & paret in eo, quod legitur, & not. infra de reli. domi. c. 1. sed contra, quia sufficit, q possideat, ut patet in eo, quod legitur, & nota. supra eod. ex literis. nec cogitur aliquis titulum suæ possessionis dicere. C. de peti. hære. cogi. nã & præsumendum est, q bene possideat, nisi probetur contrarium, arg. de præsump. dudum, & melius. C. de rei uen. l. fi. Sol. hæc uera sunt, ubi nescitur ueritas, nec sciri potest, & ubi non est præsumptio contra possidẽtẽ, ut patet, C. eo. siue possidetis, & 100. dist. cõtra morem. at hic secus, cum hæc terra de nouo temporibus istius papæ, Sancti Honorij tertij ad cultum Christi re dijsset. unde satis constare, quod non erant episcopatus diuisi, uel erat præsumptio uehemens in contrarium, p̃m Inn. uel constabat, q uterque episcoporum occupauerat de terra, & extenderat limites suos quantũ potuerat, & adhuc extendere conabatur. unde constabat, q talis possessio non debebat prodesse, quini-
5 mò non†agebat hic de locis possessis. tunc enim non possidens contra possessorem, seu etiam detentorem suas deberet dirigere actiones. ff. de rei uen. officium,

supra eod.ex literis,supra de foro compe.sanè, nec de
beret sibi ius dicere. C.unde ui.si quis in tãtam,& 16.
q.6.placuit:sed agebatur hic de diuisione, & limitatio
ne,ad quam ex quo incœpta est, non obstante posses
sione alterutrius,semper agi potest,ut hic;& 16.q.3.li-
cet in regulis,& c.seq.& supra eod.c.ex literis, sm̄ Ho-
6 stien.Sed†adhuc sm̄ Inno.non uidetur hæc incertitu
do locum habere posse, cum etiam ante aduentum
Christi prouinciæ diuersæ fuerũt,& sm̄ illam diuisio-
nem Apostoli postea statuerũt primates,archiepisco-
pos,& episcopos.80.dist.c.1.& 98.dist.c.1.Sed dic,ꝙ li-
cet Apostoli ordinauerint, in quibus locis essent epi-
scopi,non tamen distinxerunt episcopatuum fines,se
cundùm Inn.unde sm̄ Host.in primitiua ecclesia om
nia erant confusa, & etiam parochiani omnes com-
munes erant, quare & quem unus episcopus excom-
municabat,alius absoluebat. Sed & sm̄ Inn.& si Apo
stoli aliqua diuiserint, nõ tamen omnia. potest etiam
esse,ꝙ postea fuit immutatum.nam & multoties con
ditiones locorum successu temporum uariantur.un-
de & ꝙ primo unus tenebat,modo tenet alius.secun-
dùm Innoc.mutantur etiam sm̄ Host.& diuiduntur,
ac uniũtur episcopatus ex causa sm̄ domini Papæ be-
neplacitum,& priuantur etiam ciuitates honore epi-
scopali,& alijs ecclesiis subiiciũtur,ut patet 7.q.1.mu-
tationes, & 17.q.2.§.sicut.25.q.2.ita nos, & legitur &
not.infra de excessi.prælatorum,sicut unire,& etiam
de nouo erigitur cathedra;ita,ꝙ nec alij subijcitur,vel
unitur,supra de maio.& obed.cum inferior,quando-
que uero erigitur, & alij subijcitur, uel unitur, & hæc
etiam eadem unio reuocatur,ut patet in eo.quod le-
gitur,& not.infra ne sede uacan.c.1.nec ob. sm̄ Inno.
16.q.1. plures:quia loquitur, quando erant plures pa-
rochiæ limitatæ,sed de aliquo loco dubitabatur,infra
cuius fines essent,quam & vterque litigantium se pos
sidere dicebat, in quo casu est secundum formam ibi
traditam procedẽdum,uel potest intelligi, quando in
terdictum uti poss.hinc & inde intentabatur.potest &
illud capitulum intelligi in eodẽ casu, in quo, & istud
c.loquitur.Sed tunc intelligendum est, ꝙ illud c.corri
gitur,uel sm̄ illud intelligitur,ut uidelicet istę pręsum
ptiones,de quibus hic loquitur,ibi addantur,& subau
diantur,quod melius est,ut patet.ff.de legi.non est no
uum,& l.seq.C.de inoffi.doti.l.unica.fallit autem hoc
primo illa regula,ꝙ in nullius bonis est &c.instit.de re
rum diui.§.ferę igitur. secũdò illa quæsita ex hostibus
nostra fiunt,institution.de rerum diui.§.interea: quia
non sunt spiritualia ab alio occupanda, nisi Christi,
uel eiusdem Vicarij auctoritate,ut in eo,quod legitur,
& not.supra de clericis pereg.c.fi.de offi.Arch. cum sa
tis,uel saltem auctoritate canonis,à quo istud quãdo-
que, & ex causa conceditur; ut 16.q.3.placuit, & infra
de præscript.c.1.secundum Inn.quod potest,cum etiã
posuit hic Abb.ꝙ nec sine Vicarij Christi auctoritate
fit,ut patet supra de transla.episcopi.c.2.§.sed nec,uer-
si.præsertim.Sed quicquid supra dicatur,illud certum
est secundum Hos.ꝙ non fuit certa diuisio ecclesiarũ
facta usque ad tempus Dionisij.ut probatur 13.q.1.ec
clesia,& legitur, & not.infra de his, quæ fiunt à præla-
tis,pastoralis.1.respõ.quæ & postea potuit mutari,uel
offuscari,ut patet. ff.finium reg. in finalibus, & in eo,
quod not.supra eod.glo.mutantur.Ideoque, quando
cunque de limitatione occurrit dubium, & ad ipsam
limitationem agi potest, putat esse recurredum ad ea,
7 quæ hic leguntur.¶Prima†glo.not.ꝙ antiquorum li-
a brorum a &c.inducit tria similia. ¶*In 1.† glo.ibi.§.illud*]
8 hanc,& se.uide supra eod.quoniam, super 3.gl.[*& ibi,*
Census] hanc & seq.uide supra eod.3.super ult.glos.[*&*
ibi, scripturas] uide de fide instru.c.2.in 1.glos.¶*In glo.2.*
ibi, Si chorus] ibi iurisconsultus inducit uerbum, rusti-
corum dicentium,pecuniam sine peculio fragilem es
se,peculium uocantes,quod præsidij causa reponitur
[*& ibi, Non habetur*] ut de opere facto [*& ibi.§.Quæ argu-*
menta] can.in præ.§.sæpe.¶*In glo.ult.ibi,Sancimus*] contra
ria uoluntas,de qua constabat,& cursus decennij tol-
lunt primum testamentum, non alterum tantùm [*&*
ibi, si quis sæpius] uide ut lite non contesta.accedens. 2.
9 super glo.pen.¶*In † glo.1.Ad audientiam*] uide de hoc in
5.glo.12.dist.habeo,Vin. [*& ibi,Cum ex literis*] ibi credi-
tur registro [*& ibi,Sanè*] 2.& 3.q.7.postulatus,Vincẽ.&
Goff. [*& ibi, Albo*] de quo in Clemen.de iudi.dudum,
in princ.& uide,quod ibi not. [*& ibi, Prætoris*] uel quę
ponebatur ante ostium.ff.de institu.sed & si.§.proscri-
10 bere,Vin.& Goff. [*& in fi.*] dicit hic†Host.ꝙ licet præ-
dicta sic cõfusè, & generaliter sint notata,non tamen
omnia faciunt plenam fidem,sed illa solum,quę reser
uata sunt sub custodia publica, & fideli. Alia uerò ad-
miniculantur. quid enim si reperitur scriptum in ali-
quo libro ecclesiæ,ꝙ domus talis,uel uinea debet cer-
tum cẽsum, an hoc probet, arbitrabitur bonus iudex
b consideratis iuribus prædictis b. nam iam sunt cẽtum
anni,sacerdos potuisset scribere, ꝙ tota prouiucia sua
erat,nec de facili ei credetur sine alijs adminiculis. C.
eo.instrumenta.Vbi uerò uita alicuius sancti,sculptu-
ra lapidũ,priuilegia mona.cui subest ecclesia,concor-
dant,erit plena probatio, ut dicit Hostiẽ.se de facto ui
disse. probatur ẽt limitatio per ueram probationem.
C.de fundo limi.l.prima,& 2.lib.11.& in talibus quan-
doq; recurretur ad agri mensores, puta cum unus ha-
bet duo milliaria,alter tria. C.finium regun.l.2.de præ
scrip.quia indicante.¶*In glo.ult.in fi.*] & infra de hæreti-
cis,excommunicamus, in fi.uide in Spe.de instru. edi.
§.nunc dicendum,super uersi.licet autem, & superior
uersus fuit Ouidij,lib.2.de remedio amoris,in prin.

ANNOTATIONES.

a ¶Antiquorum librorum. Idem in Spe.tit.de probat.§.uidendum, per Bart.in l.1.ff.si cer.pe.per glo.& Domi.in c.placuit.16.dist. & per glo.in c.in nomine domini. 23.dist.

b ¶Prædictis.Vide in Spec.de loca.§.nunc aliqua,uersi.57.& 58.& & Ioan.And.de præscrip.auditis, super glo.Celestinus, & uide ad materiam huius,c.bonum tex.in l.cum super,& ibi doct.maximè Bald.& Salic.C.de rei uend.

SVMMARIVM.

1 *Matronæ, per quas uirginitas puellæ probatur, possunt reprobari.*
Mulier,cum est in possessione monacatus lite pendente per syndicum monasterij defendetur, & habebit expensas à monasterio, ibid. uersi.cum mulier.
Si educetur de monastario, educetur cum rebus eam sequentibus, non quas separatim obtulit, ibid.
2 *Impertinentes probationes reijciendæ.*
Contingentes contra, ibid.
De obstetricis in inspicienda puella officio,et inspectione puellæ quæ adhibeantur, remiss.ibid.
3 *Epilogus, & suffragium glossarum, num.4.*
Locus tutus parti debet à iudice prouideri.
Mulieres ad inspiciendam puellam quales debeant esse.§.1. & nume.5.§.1.
5 *Additio glossarum.*
Possessio coniugis non habetur sine copula, ibid.
Matronis honestioribus, & pluribus standum est, ibid.
6 *Inspectio mulieris est extraordinaria probatio.*
Percunctatio attestationum non habet locum in inspectione matronarum, ibid.
Probatio quibus casibus reiteretur, ibid.
7 *Laureola, siue corona qui honorentur.*
Laureola unde dicta, ibid.
Lauro olim uictores coronabantur, & quare, ibid.

CAPVT

CAPVT XII.

Causam matrimonii. Casus.
1 Possunt†reprobari matronæ per quas uir-
ginitas puellæ probatur. & est communis
diuisio 2.ibi.Minus[*Monacam*]cum mulier sit in posses
sione monacatus, litẽ pend.defendetur per syndicum
a mona. a & habebit expensas à mona. cum non uidea-
tur habere proprium,de accusat.ex parte,& c.olim,&
si apparet cognita educetur de mona.cum rebus eam
sequentib.non cum his,quas separatim obtulit, secun
dum Goffr.& Host.facit,quod not.de clericis coniug.
quod à te, & uide quod dicam infra de reg.licet super,
uersi: requirendum [*Securè*] hoc semper prouidere de
bet iudex;infra de appel.ex parte,ubi de hoc,Hostien.
[*Postmodum*] ergo si prius reciperentur,nõ ualerent,su-
pra de rescriptis,cum dilecta [*Contingentes*] impertinen
2 tes†ergo reijciant,de offi.deleg.cum contingat [*Obste-*
tricum] de cura istarum, & de balneo fiẽdo propter un
guenta,uel medicamenta tractat hic Hosti.de quibus
plenius post eũ; infra de frigidis,fraternitatis [*Adhuc*]
quia non erat lata sententia,imò etiam si lata esset, ite
rum audirentur, de frigi.fraternitatis, de re iudi.lator,
cum si.[*Curetis*] ex officio propter periculum propter
quod semel probatum,& de facto unius sæpius quæri
3 tur,contra id,de officio lega.licet.¶Prima †glo.obij-
cit,& soluit.¶Tertia gl.notat,ꝙ in causa matrimonia-
li &c.signat contrarium.Vlt.glo.ponit 6.ad commen-
4 dationẽ uirginitatis.¶*In 1.† glo.ibi,ubi*] si Chartagini da
re cõuenit,si duæ sunt Chartagines,de illa intelligitur,
quæ tutissimè solet adiri. ¶*In glo. 2.ibi, cum quæritur*] an
mulier sit prægnans, tres obstetrices probatæ artis, &
5 fidei ad hoc assumptæ illam inspiciunt. ¶*In † glo.1. ibi,*
Ex transmissa] ut ibi patet,non habetur hoc casu posses-
sio sine copula.& adde,quod dixi, de conuer.coniug.
dudum,in princ.¶*In glo.2. ibi, Criminosæ*] uel corruptæ
Inno. uel uolebat contra illas producere alias matro-
nas honestiores, & plures asserentes contrarium,qui-
b bus standum est,infra tit.1.in nostra Host. b. ¶*In glo.3.*
6 *ibi, inducendi*] hic loquitur†de quadam speciali,& extra
ordi.probatione,in qua ratio legis de percunctatione
c attestationum c, & ne aliquid addatur, minuatur, uel
corrigatur,locum non habet secundùm Goff.unde di
cebat Vin.ꝙ hic reiteratur probatio, ut euigilet bonũ
considerationis. Idem in inspectione instrumentorũ.
C.de fide instru.l.ul.& in inspectione finium.ff fini.re.
si interruptione. §.ad officium [*Et in fine*] ibi.soluitur.
d ¶*In glo.ult.ibi,Paradisum* d] sic nuptiæ replent terram,ut
7 ibi [*& ibi, Virgines*] imò etiam†martvres,& prædicato-
res secundùm Hosti.qui exponens hic hymnũ de san-
cto Io.Bap.serta ter denis &c. dicit eum triplicem ha-
buisse coronam,uel laureolam,scilicet quia uirgo, qa
martyr,& hoc uult,uersic.ibi.Trinacenteno cumula-
e ta [*& ibi, Laureolam*] dictam e ab arbore lauro,quæ nũ
quam uiriditatem deponit, & olim uictores corona-
bantur ea cum laude, & est corona laudis, & quidam
splendor, quo ab alijs discernuntur.

ANNOTATIONES.

a ¶Mon. Si monasterium peteret istam,& uir illius,quomodo diuersimodè ipsis agentibus,quia unus petitorio,alius possessorio,procedant hæc iudicia,uide & Io.An.in Spec.de stat.mo.super rubrica in uersic.item alia ad tit.

b ¶Hosti. Cum tales personæ ad cognoscendum electæ potius sunt iudices,quàm testes,& idem in æstimatoribus eorum,& in medico, & alijs similibus,ut not.per Bald.& Salic.in l.2. C.de rescind. uendi.& probatur in l.hac edictali.§.illud,ff.de uen.insp.uidetur, quòd etiam iudex à seipso possit corrigere,si improbe.iudicant,& æstimant,ad hoc uide tex.no.in l.arbitrio,& l.seq.& ibi Bar.ff.qui satisd.cogan.& facit quod not.Ioan.And.super glo.infra proxi.

c ¶Attestationum. Quasi dicat,quòd non obstat publicatio,quia cessat ratio.l.de subornatione.sed hæc so.non uidetur bona:quia hic non dixit de ista probatione per matronas,sed etiam dixit de alijs, & ideo solu.glo.melior,Bald.

d ¶Paradisum. uide gloss.circa fi.in c.cum ad monasterium, de sta. regu.& glo.fi.in c.1.de uoto,& beatum Tho.2.2.q.23.ar.1.adde, quòd status religiosorum excedit uirginitatem secundùm Tho.2. 2.q.186.art.8.facit c.ex parte,el 2.de conuer.coniug.

e ¶Dictam.Et ad id,quod dicit hic glo.quòd corrupta non consecratur,uide glo.quæ incip.puta,in Clem.2.de sta. regu.

SVMMARIVM.

1 *Acta coram primis iudicibus habita, fidem faciunt coram secundis, & de eodem facto.*
2 *Rescriptum quibus de causis possit elidi, multa referuntur.*
3 *Reuocare potest ad se Papa negocium, & cum ad se remitti acta causæ præcipit, reuocare dicitur.*
Originalibus statur, si quid reuocetur, in dubium,ibid.
Litis contestatio facta non creditur, si negetur, nisi probetur, ibidem.
4 *Instantia litis non perit cursu triennij.*
Probationes utriusque partis recipiendæ sunt, ne claudicet iudicium, nisi forsan præsumeretur aduersus alteram, ibid.ad dictio. partium.
A partibus si quid recipi mandet constitutio, uel rescriptum non satisfit ei, si ab altera recipiatur tantùm, ibid.
5 *Probationes si recipi mandentur, intelliguntur omnis generis, & de diuersis earum speciebus, remiss.*
Causa non potest definiri, nisi sit instructa sufficienter, ibid.
6 *Suffragium, & additio glossarum, num.7.*
Attestationes in uno iudicio receptæ ualent in alio.
Acta fidem non faciunt, nisi auctentica, & qualiter, ibid. in fi.

CAPVT XIIII.

1 Cum bonæ. Casus. Acta†corã pri
mis iudicibus habita
fidem faciũt coram secundis, & de eodem
facto, supra de arbitris, cũ tempore. ponit
hic cuiusdam commissionis formam bimembrem.
2.ibi, Alioquin [*Requirentes*] dicunt hic Inno.& Host.ꝙ
si alicui mandatur,quod faciat sibi exhiberi processus
2 alicuius causæ,hoc†rescriptum potest per exceptionẽ
elidi, puta ꝙ hoc fuerat alteri commissum, de quo nõ
a fit mẽtio in secundo,de rescript. cæterum,nisi forsan a
per appell.uel alio modo fuisset eadem causa ad se.ap-
pell.deuoluta; tunc ualeret hoc secundum, de officio
lega.licet,de offi.dele.pastoralis.§.præterea:uel quan-
do per primum iudicem, qui non habet amplius co-
gnoscere,fuerunt partes absolutæ ab obseruatione iu
dicij. C.de iudi.properandum:uel si expresso nomine
fuerat illi scriptum,& mortuus est,de offic.deleg.quo
niam,uel quomodocunque aliàs sua iurisd.expirauе-
3 rit [*Remittatis*] reuocat ergo†ad se negocium,quod po
test, supra ut lit.pen.ecclesia.2.[*Cum non reuocetur*] patet
per hoc,si reuocaretur in dubium, & apparerent ori-
b ginalia b,illis staretur:ex quo non apparent,non credi
tur lis contest.si negetur,nisi probetur.sed hic vtraque
pars confitebatur contestationem, & super certa peti
tione in scriptis data,ne fiat contra de libelli oblat.c.1.
secundum Host.secundum quem probat decre.quòd
4 instantia†litis non perit cursu triennij,cum hæc lis fue
rit inchoata tempore Celestini, & per Inn. commissa,
cui postea successit Hono.qui plus ultra triennium ui
xit, & modo erat coram Gregori.inducit decret.cum
tempore,de arbit. [*Partium*] non alterius tantùm,ne iu
dicium claudicet,de excep.cum inter, nisi forsan præ-
sumeretur contra alteram,apud quã depositę fuissent
attestationes;quod dic,ut infra de testi.constitutis,Ho
5 stien. [*Probationes*] cuiuscunque†generis,Hostiens.qui
de di-

de diuersis speciebus probãdi tractat hic, de quibus remissiones dedi, supra de restit. spolia. cum ad sedem, super 6. glo. [*si partes*] sim. supra de elect. scriptum, uersi. & si parte [*Sufficienter*] aliter non posset causa diffiniri, supra de electi. dudum. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, quoniam multæ*] de una prouincia committitur receptio testiũ in alia [*& ibi, l. pen.*] hanc & seq. uide infra titu. 1, præsentata, super glo. pen. ¶ *In* † *glo. 2. in fi.*]] potest etiam hoc intelligi de recipiẽdis probationibus super his, quæ partes proponerent contra acta, secundùm Innoc. ¶ *In glo. 3, ibi, inueniri*] uel inueniuntur; sed non auctentica per sigillum, uel manum publicam, unde fidem non faciunt supra eod. quoniam, secundùm Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Forsan. debet tamen fieri mentio de appellatio. de rescriptis. ex parte, el primo.
b ¶ Originalia. uide per Ioan. And. in cap. quoniam, supra eod. Imo, & Abb. hic.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Probationis species quæ, ibid. uersi. probatur autem, & quæ sit ualidior.
2 *De materia huius tituli ubi in alijs tractetur locis.*
Ordinatio probatur per testes, ibid.
Testi, contra quem excipitur & probatur crimen pœna non imponitur ordinaria.
Testis interrogatus de causa scientiæ, quid non teneatur exprimere.
3 *Rubrica hæc cur numero multitudinis inscribatur.*
Titulorum inscriptio de arbitrarijs est, ibid.
4 *Titulus hic quare duplex, & non fuit contentus auctor inscribere, De testibus, ibid.*
Attestationum tractatus est per se, ad quem specialiter faciunt certa iura, & quæ, ibid.
5 *Rubricæ utrique communia iura quæ, & quæ faciant ad priorem, num. 6.*
Testium edictum est prohibitorium quarundam personarum, ibid.
Testes qui repellantur, uersi. & instruimus, ibid.
Reprobationes eorum duæ fieri possunt.
Produci debent coram iudice, & quando, & intra quod tempus, ibidem.
Iurare debent, nisi in casu, ibid.
Deponere sigillatim debent, & quæ debeant deponere in consanguinitate, affinitate, copula.
Quid si quæ omissa, & inexaminata, ibid. in fi.
Iacobi de Amelia, & Mar. Gall. tractatus de testibus, ibid.

De testibus, & attestationibus, Rubrica.

3 ¶ Præmisit † auctor de probationibus in genere; congruum fuit, q̃ de ipsarũ speciebus submitteretur. Probatur autem per testes, instrumenta, præsumptiones, & iusiurandum. De his ergo tractat hic, & in rubricis sequentibus. quia uerò inter prædictas species probandi ualidior est, quæ fit per uiuam uocem testiũ, in auctẽ. de instr. ea. §. si uerò aliquid, collatio. 6. ideo de illa præmittit. habetur † materia, 4. q. 3. & 2. q. 4. 3. q. 5. & q. 9. 10. q. 2. 35. q. 6. per totum, & facit 11. q. 3. quisquis. Repetitur in 6. & in Clemen. Conueniũt autem huic tres rubricæ, scilicet & infra proxima, & supra ut lite non contest. & infra qui ma. accu. pos. ubi contra illud testi. Conuenit etiam de seruis non ordinandis, de famulis de clericis pere. tuæ, ubi ordinatio probatur per testes. Item testi, cõtra quem crimen excipitur, & probatur, non imponitur pœna ordinaria, de ordine cogni. c. 2. de except. c. 2. de causa poss. cum ecclesia, uersi. nos igitur; de dolo, & contuma. ueritatis; de re iudic. sicut, cui concord. de renuncia. super hoc: quia licet testis deponere debeat causam scientiæ interrogatus de illa, nõ tamen tenetur exprimere causam illius actus, de quo deponit [a]. Item de cohabi. cleri. tua nos, de fideiusso. cõstitutis; de sponsi. præterea. 2. de accusat. cum oportet, & c. inquisitionis. §. 2. & c. qualiter. 2. & ca. olim; de fi. licet Hely, & c. seq. de crimine fal. c. 1. de priuile. cum olim, infra de uerb. sign. forus, ad fi. Item conuenit in 6. de rescrip. statutum. §. pen. & de offi. deleg. c. ult. in pen. §. de iudic. c. 2. de foro compet. c. 1. §. 1. de hæret. in fidei, & c. accusatus. §. licet, & c. ut officium. §. verum, & c. contra Christianos, & c. ult. §. 1. de pœnis, fœlicis. §. q̃ si quis; de sent. excomm. decernimus, & Clemen. de offi. deleg. c. uno. Circa rubricã † quæritur primò, quare dixit de testibus in plurali, sufficiebat enim singulare, sicut infra de iureiu. So. hæc sunt de arbitrarijs, quæ pendẽt à principum uoluntate, de quibus non tenemur reddere rationem, de hoc dixi supra de rescriptis, si quãdo. posset tamen dici, q̃ congruè usus est plurali: quia regulariter duo testes requiruntur ad probandum, infra c. licet. 1. & 2. & c. cum ueniens, & c. cum à nobis. fallit in casu, infra eod. super eo. 2. respon. ad alias remittã in c licet. Primum uerius, quod probant etiam rubricæ sequentes, ubi habemus plurale, & supra de procur. cum si. singulare habetur, supra de officio lega. cum sequentibus rubric. ¶ Secundò quæro, † quare submittit de attestationibus. sufficiebat enim dicere, de testibus, sicut in. C. ff. & auctẽ. eod. titul. & olim etiam in secunda, & quarta compil. Solue, ut dixi super rubrica, de homic. in obiectio. secunda, uel dic, q̃ tractatus attestationum est tractatus per se, ad quem specialiter faciunt certa iura, infra eod. tit. scilicet c. in causis, in fi. & c. præsentium. ubi publicatis attestationibus disputatur publicè super illis, nec licet personas testium reprobare nisi in casibus. Item infra eodem causa, ideſt ubi secundus iudex diffinit causam per attestationes receptas à primo, infra eo. præsentata. ubi dicitur, an sit idem de attestationibus præceptis ab arbitro. Item infra eod. cum tu, ubi debet iudex attestationes contrarias concordare; & si hoc fieri non potest, quid iuris sit, dicitur infra eodem in nostra.
5 Quædam † uerò non sunt cõmunia ad utrãque partem rubricæ, ut infra eod. fraternitatis, & c. causam. 2. & c. cũ uenissent, & c. series, de testi. ex tenore, & c. ueniẽs. 2. cum causam. 2. & c. cũ in tua, ubi tractatur, an publicatio attestationum impediat productionem testiũ super nouis, uel ueteribus. & quid in causa appellationis, & q̃d, si uariatur modus agendi, & an impediatur etiam producere testes is, apud quem fuerũt depositæ attestationes, uel qui didicit illas, infra eod. constitutus, & c. ultra tertiam, quia aliàs ante publicationem non impeditur infra eod. constitutis. 2. nisi renunciauerit, uel multitudinem produxerit, ut ibi, eod. ti. cum causam, & cap. de testibus. Reliqua † uerò capitula communiter faciunt ad primã partem, in qua docemur, qui possint esse testes hic ipso, q̃ docemur, qui non possint, cum certarũ personarum sit prohibitorium hoc edictum, ff. eod. l. 1. Et instruimur q̃ repelluntur infideles, infra ca. 1. & c. licet, prim. infames, latrones, raptores, infra eo. ex parte, corrupti, infra c. 1. & c. sicut, socij criminis, infra eod. ueniens, id est uel aliàs laborantes simili morbo, infra eo. personas. Laici contra clericos in criminali, infra eod. deçætero, sed non in ciuili, infra eod. & c. tam literis, & etiam criminali is, contra quem pendet accusati. infra c. fi. mater suspecta pro filio, infra eod. familiares, infra eo. in literis: aliàs crimino si etiam non condemnati. infra eod. super eo. 1. & finaliter de criminibus testium, quãdo illos repellant, instruimur per distinctionem & subdistinctionem, infra eod. testimonium. quãdo probentur, infra eod. ex parte, & q̃ duæ tãtùm reprobationes

nes testium fieri possunt, infra eod. licet. 3. Instruit etiã auctor de testibus, qui iurauerunt non testificati, an testificari possint, infra eod. intimauit, & c. cõstitutis. & an possit denunciator esse testis monitionis probãdæ, infra eod. in omni, & an possit testificari prælatus, uel clericus in causa ecclesiæ, infra eod. insuper, & ca. cum nuncius, & quid de iudice, infra eod. Iudæi. Instruit etiam, quomodo testes produci debent coram iudice. nisi ex causa mittatur ad eos, infra eod. siqui, & quando, quia super principali, li. contest. infra eo. de testibus. fallit in causa liberali, infra eod. cum olim, & interdum sine cõtestatione ad perpetuam memoriã, infra eo. significauit, & c. Albericus, & q̃ debent iurare, infra eo. quoti. fraternitatis, de testibus: aliter eis nõ creditur, infra eo. nuper, nisi remittatur à partibus, infra eod. tuis, & quomodo uocanda est pars, infra c. 2. & infra quot dilationes sint producendi, & an quarta sit dãda, infra eo. in causis, significarunt, & c. ultra tertiam, & q̃ sigillatim debent deponere, infra eo. uenerabili, & de singulis circunstantijs examinari, j. eod. [b]. cum causam. & quid si aliqua capitula remanserunt non examinata, infra eod. per tuas, uel obscure deposita, infra eod. cum clamor. Instruit etiam qualis esse, & quid dicere debeant, qui in causa matrimoniali super consanguinitate deponunt, infra eod. quoti. & c. licet. 2. & quid deponere debeant, qui probant affinitatem, uel copulã, infra eod. præterea. sufficiantq; hęc pro summa textus, non dico pro summatione materiæ, quæ prolixior est, ut patet in summis huius tituli tituli in Spec. eod. tit. in Mar. Gall. eod. tit. in opusculo Iacobi de Amelia, quem fecit super hoc tit.

ANNOTATIONES.

a ¶ Deponunt. Vide in prælleg. c. super hoc, & uide infra eod. cum causam, in glo. causam quæ, & super illa Ioan. Andr.
b ¶ Infra eod. An si testis prædicit partibus id, quod uelit in iudicio attestari, per hoc detrahatur fidei eius, uide tex. quòd non, in cap. cum dilectus, de capel. monac. dummodo idem attestetur; ut ibi cunque &cæt.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus per concilio.*
Testibus non prohibentur expensæ in ueniendo, stando, & redeundo, ibid.
Preces interuenire possunt in testibus, modo cesset corruptio, ibid.
2 *Testes non assumuntur, nisi producantur, & à quibus, ubi ieiuni testificari debeant, ibid.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 4.*
Testimoniorum usus à quibus exigatur, & num. 5.
Pagani, & Iudæi repelluntur à testimonio etiam in exceptis, ibid. in prin.
A ieiunis quæ fieri debeant, ieiuni qui dicantur, ibid. §. in glo. ult.
Prædicatio quando facienda, ibid.

CAPVT I.

1 PLacuit. Breue est, & dicit tria. secunda ibi, Et ut, tertia ibi, Ac nullus [*Conuentu*] ideſt † concilio [*conducantur*] non intendit prohibere expensas in ueniendo, stando, & redeundo p̃m Vin. 4. q. 4. uenturis, infra de rescriptis, statutum. §. pe. lib. 6. [*Preces*] preces interuenire possunt, dummodo cesset corruptio, quo casu loquitur, infra eod. quoties, Hosti.
2 [*assumantur*] si † producantur à parte, uel à iudice, quando procedit ex officio [*Dicat*] ideſt testimonij dicẽdi causa iuret, Goff. [*ieiunus*] salua glo. posset dici hoc uerũ in locis, ubi sunt homines impotẽtes, uel indiscre-
3 ti post potum. ¶ Glos. 3. † respondet per quæstionem, f. q. sint idonei. ¶ Gl. 4. asimilat accusationẽ testimonio. ¶ *In* † *gl. pen. ibi. l. 1.*] testimoniorum usus ab his exigitur, quorum fides non uacillat. ¶ *In* † *glo. pe. ibi, si hæreticus*] quod etiam facit contra; dic, ut ibi [*& ibi, paganj*] ibi not. Io. Paganos, & Iudæos non posse testificari, et in exceptis. ¶ *In glo. ult. in fi.*] quæ à ieiunis fieri debeãt, & qui dicantur ieiuni, no. de consi. di. i. sacramenta, in 1. gl. & ultra ea dicit hic Host. q̃ prædicatio uerbi Dei honestius fit à ieiuno, nam ignominiosum est Christum pauperem &c. 35. dist. ecclesiæ princeps. quandoque tamen seruatur contrarium: quia post prandium plerumque melius habetur populus, & per prædicationem tunc factam retrahuntur à peccatis, uel tunc interrumpunt: aliàs nullum tempus impedit cõsilium sanæ mẽtis. C. de transact. non minorem, saluo quod not. de offi. deleg. consuluit.

ANNOTATIONES.

a ¶ Precio. Limita, nisi testes reciperent expensas in eundo, & redeundo causa testificandi, uide in c. statutum, in fi. de rescrip. in 6. & l. quoniam liberi, C. de testi. & per Bald. hic.

SVMMARIVM.

1 *Testium receptio facta contra non citatum nulla est.*
Diuisio capituli, ibid.
Nomen domini inuocandum est, remiss. ibid. uersi. & no.
Ne, prout non, ibid.
2 *Ad testium receptionem si uocetur dominus, & non procurator, qui contestatus est litem, an ea ualeat.*
3 *Quid si duobus procuratoribus insolidum datis cum clausula, quòd occupantis conditio non fieret melior, quorum alter contestatus est litem, & alter produxit testes, qui deposuerunt, an ualeat.*
4 *Defensor pro nuncio.*
Impeditus dominus si sit ineuitabili necessitate, an uocandus, ut saltem per procuratorem compareat, ibid. & distinguitur.
5 *Leges in ecclesiasticis causis induci possunt.*
Contra legem quod actum est, an habeat firmitatem, remittit, ibidem.
Monitio fieri debet à iudice, non ab aduersario ad produci uidendum testes, ibid.
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, num. 7. 8.*
In teste quæ requirantur, ibid. num. 8.
9 *Testium depositioni an pars, contra quem producuntur, interesse possit, & in suffrag.*
Interrogatoria dantur ad supplendam præsentiam partis in depositione eorum, ibid.
10 *In testium personas quando quis non possit obijcere.*

CAPVT II.

INnomine domini. Casus. Nulla
1 † receptio testium [a] facta contra non cita-
2 tum. & primò ponit dictum, quod secundo probat l. 3. cõcludit 2. ibi, Ne postea 3. ibi, Ecclesiæ. Et not. ex hoc principio pro nomine domini inuocãdo, de quo uide cõcor. in Spe. de instr. edi. §. 2. in prin. [*Episcopus*] Stephanus 2. q. 1. in primis, ad fi. [*Constitutione*] aliàs constitutionis, aliàs constitutionem; & tunc lege, est uerbum iudicatiui modi [*Ne*] prout nõ [*Eis*] testibus, uel gestis. T. seu testimoniis, Goffre. [*Gesta*] [b]. ideſt recepta tantùm una parte præsente, Goffr. [*Illo*]
2 contra quem † testes producuntur, Inno. quid si uocetur dominus, & nõ procurator, qui contestatus est litem? disputatum fuit hic per Lambertinum de Ramponibus, qui primò ad partẽ, q̃ ualeat, inducit, q̃ causa est propria domini, & ad eum spectat damnum, & emolumentum. C. de procur. qui stipendia. ff. quãdo appell. sit. l. 1. §. in propria. 2. q. 6. biduum, uersi. palam. Item dominus iurat de calumnia, producit testes, excepti-
onem opponit. ff. de inoffi. testam. si suspecta. facit de

cit de procurat. cap. 2. lib. 6. & quod ibi not. in ult. glo. Ex his autem intelligi poteſt ſaltem particeps litis, in auct. de litig. §. ſed hoc præſenti, in fi. Itē adeſſe poteſt cauſæ ſuæ, ff. de procura. Paulus reſpondit. Item domino ſoluitur. ff. de ſolutionibus, hoc iure. Item dominus tranſigit, & paciſcitur, & iuramentum defert, & non procur. ff. de procur. mandato generali, eod. titu. qui ad agendum, in fi. lib. 6. Item in dominum fit executio ſententiæ. ff. de procurat. Plautius, & dominus appellationem per procuratorem interpoſitam proſequitur. C. de appell. l. domus. ſatis fuit ergo citari dominum, cuius eſt cauſa in effectu, qui effectus conſiderandus eſt. ff. de condi. & demon. l. Iulia. In contrarium hæc decret. & lex, ſi quando, eod. tit. cum enim teſtes recipi debeant ad iurandum, præſente, uel contumace altera parte, procurat. autem qui conteſtatus fuit, facit hic partem, & eſt dominus litis; ergo ipſe citandus fuit. nam & in illa lite ipſe, & nō dominus procur. conſtituitur. C. de procur. quod quis, & l. nulla, & ipſe eſt condemnandus, non dominus. C. de ſen. & interl. 1. Item ad quid dominus citaretur, q̄ partes cauſæ tractare, uel illas in ſe aſſumere non poteſt in uito procurato. ff. de procura. poſt lit. eod. tit. c. 2. lib. 6. Soluebat, procurator illum fuiſſe citandum, cum in his, quæ pertinent ad litis ordinationem regulariter inſpiciamus perſonam procuratoris. cōtraria uerò procedunt in his, quæ reſpiciunt peremptionem litis, vel
c effectum[c] cauſæ, in quibus regulariter inſpicimus per
3 ſonam domini. Similem †quæſtionem diſputauit dominus meus in legibus, quærens de duobus procuratoribus ſimul datis inſolidum cum clauſula, q̄ occupantis conditio non fieret melior, quorum alter conteſtatus eſt litem, & alter produxit teſtes, qui depoſuerunt; an ualeant atteſtationes? Ad negatiuam inducebat illum conteſtantem fuiſſe dominū litis. C. de procura. quod quis, & l. procur. nec deber reus cogi cum pluribus litigare, ff. de exerci. l. 1. in fi. & l. 2. nec continentia cauſæ debet diuidi, ſupra de ſequeſtra. poſſeſſ. capi. 1. C. de iudic. nulli; facit. ff. de officio proconſul. l. una. ff. de adminiſtratio. tuto. l. 3. & l. decreto, in fin. In contrarium, clauſula, q̄ non ſit melior &c. debet aliquid operari, de procurat. ſi duo, lib. 6. Item aduerſarius tacens conſenſiſſe uidetur, & conſenſu partium aliquid iuris relaxatur. ff. de procur. filius. §. ueterani. Item ſi teſtes iterum producerentur, ſæpe auocarentur à ſuis negocijs, quod eſſe nō debet. ff. quemadmodum teſtamē. aperiantur. l. ſiquis ex conſignatoribus. Item procurato. producens fingitur loco primi. ff. de conditio. & demonſtra. l. filiæ. §. 1. nec utendum eſt ſuperfluis productionibus. ff. ut leg. not. cau. hæc ſtipulatio. §. 1. & ſæpe cauſa per duos expeditur. C. de iudic. auct. ad hęc. Et in dubio dicamus remualere. ff. de reb. dub. quot. infra de uerbo. ſignific. Abbate, nec anguſtentur probationes. C. de hære. quoniam. Soluebat, diſtinguendo, aut dominus uult ualere productionē, & reus non uult; & tunc ſi reus fuit præſens, ualet; alleget præalleg. §. ueterani: ſecus, ſi erat abſens, ut præallegat. l. 1. & 2. ff. de exercit. Si autem è contra reus uult ualere, & dominus non uult, exauditur reus: quia fauorabilior, & propter clauſulam, q̄ nō ſit melior &c. ubi uerò ambo cōcordant ualere, uel non ualere, caſus eſt indubitabilis ſecundùm eum [*Defenſore*] ideſt
4 †nuncio, Innocen. [*Ineuitabili*] ſed & tunc debet uocari, ut ſaltem per procuratorem compareat. ff. de minuerum, niſi cauſa eſſet grauis, vt ibi, & de hoc ſupra de procurat. querelam, ſecundùm Innocē. [*Exuna*] ideſt præſente una parte tantum [*ipſo*] contra quem teſtes producuntur [*Eccleſiæ*] uerba Grego. arguentis ex l. &
5 Ino. in cauſis eccleſiaſticis induci poſſe, de no. ope. nunc. c. 1. C. de alien. cauſa mutand. u. cap. 2. Philipp.

[*Admonendus*] à iudice, nō ab aduerſario; Innoc. [*Quia*] hic in cauſa, ſcilicet huius epiſcopi, contra quem non citatum fuerant teſtes producti [*Firmitatem*] circa hoc in diſtinctionibus aliqua proſequitur hic Abba. quæ uideas. C. de leg. non dubiū, & infra de regulis iuris, q̄
6 contra ius, libr. 6. ¶ Secunda †gloſſ. per duos uerſicu. ponit 7. quæ in teſtibus requiruntur. ¶ Glo. 4. per quæſtionem, an teſtem deponentem pars debeat audire, & uidetur, quòd ſic &c. ¶ Penul. glo. dat duo ſimilia,
7 ſubdens generale. ¶ *In 4. glo. ibi, Nullum*] intrant teſtes ſecretum iudicis. ¶ *In glo. ſi enim, ibi, Si fortè*] hanc & ſequen. uide in capit. cum Bertoldus, in gloſſ. alioquin. ¶ *In glo. pen. ibi, iudices*] ad locum, ubi ſunt teſtes, mittuntur partes, ut eis præſentibus iurent. ¶ *In ult. glo. ibi, iudices*] uide ſupra glo. proxim. & ſequens. l. dicit, quod fi-
8 nis. cap. ¶ *In † glo. 2. ibi, conditio*] 4. q. 3. uerſic. liberi, quæ eſt lex. C. eod. l. quoniam, & infra de uerb. ſignifica. forus, ad fi. quod dic, ut ibi not. & infra cap. proxim. [*& ibi, ætas*] q̄ ſcilicet ſit maior. 14. qui deponit in ciuili, maior. 20. in criminali. 4. q. 3. c. 1. ibi de hoc, & uerſi. in teſtimonium, & uide in Spec. eod. tit. §. 1. uerſic. Item excipitur, q̄ eſt impubes [*& ibi, diſcretio*] ad hoc. 3. q. 7. §. tria [*& ibi, Fama*] infra eod. tit. teſtimonium, & infra tit. 1. præterea [*& ibi, Fortuna*] 4. q. 3. §. item, uerſic. Item teſtium fides [*& ibi, Fides*] ſupra c. proxi. cum ſuis concor. [*Et in fi.*] Inn. ponebat uerſum, Res perſona, gradus, locus, hæc ſint conſona, tempus, & ponit iſte uerſicu. in quibus teſtes debent concordare, & in his uariando impediunt fidem ſuam, de quo remittit Hoſt. ad ſummam, eod. tit. §. quæ diuerſitates, & uerſum uide expoſitum in Spec. eod. tit. iam de interrogatorijs, uerſicu. quid ſi unus. ¶ *In glo. non eſt ita, ibi, Dictum ſuum*]
9 not. 2. q. 1. in primis, in glo. teſtes iurare, q̄ †quæcūque pars uult, poteſt intereſſe depoſitioni teſtium: tamen
d poſtea ſuper illis capitulis nō poteſt teſtes inducere[d]. B. Brix. ibi contra concor. Bernardo, quod uerius credo, ut liberius teſtes teſtimonium dicant cōtra rationem Ioan. qui dicebat, q̄ pars melius ſciret interrogare, habemus remedium, ut interrogatoria det in ſcriptis, infra eod. c. 2. lib. 6. ſecundùm quæ examinabuntur, ut ibi; & ſic etiam ſeruat generalis conſuetudo, ut not. Accur. C. eod. ſi quando, concor. Guil. in Spe. eo. tit. §. nunc tractandum, in princ. [*& ibi, Daniel*] Danielis 13. [*& ibi, iura iſta*] & hoc tenet Vincen. omnino uide, quod ſcripſi in præal. §. nunc tractandum, in prin.
10 ¶ [*In glo. ſi enim, ibi, Sicut non ualent*] ſcilicet quin †poſſit in perſonas obijcere, ſicut tunc potuiſſet præter caſus et decret. preſentium, infra eod. ſuper quo, uide quod dixi in fin. quæſtionis, quam de hoc diſputaui, quam uideas ſuper regula, præſumitur, de reg. iur. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Teſtium. Et not. quòd licet ſufficiat talis citatio, aliàs ad recept. poſſit proceditamen, quando ſuſpicio eſt, quando quis calumniè neget, poteſt ille, contra quem producuntur teſtes de longinquo, urgeri ad ſatisdandum, quòd uadat, uel mittat ad uiden. dicta eorum, ut nota. in cap. conſtitutus, de fide iuſſo. uide quæ ſcripſi. 3. q. 9. certè, Archid.

b ¶ Geſta. Adde cap. iudex. 10. diſtinct. & uide in l. non dubium, C. de legibus,

c ¶ Vel effectum. De hac q. ponit Bart. in l. procuratoribus, de procura. & in l. 1. C. de ſen. & interlo. om. iudic. & plenè in l. furioſo, de re iudic. ſed contra hanc determinationem facit, c. ex parte de cani, ubi procurator fuit lit. conteſt. tamen dominus fuit citatus uide quod ſcripſi in l. 1. C. de ſent. & interlo. ubi de hoc.

d ¶ Inducere. Et ſic ex hoc uolunt, quòd non ſolum publicatio teſtis actus ſit ille, qui præcludat uiam productioni teſtium, ſed cum dicit teſtificata, hoc etiam not. gloſſ. in l. ſi quando, C. de teſtibus, & uide ad hoc, quod not. Ioan. And. in c. uenerabili, infra eo. & In noc. & Ioan. Andr. in cap. ult. tertiam, eod. tit. Bald.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier teſtificatur contra clericum, cum de crimine ciuiliter agitur. non cogitur perſonaliter uenire ad iudicium cauſa teſtimonij, ibid. an omnis mulier teſtificetur, uide num. 4. & an ſine quæſtione, ibid.*
Scandalum, & exemplum malum remouenda, ibid.
2 *Teſtes adhibendi qui ſciant.*
Diſtrictionis mentio denotat, ſi expediet, compulſionem futuram, ibid.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*
Teſtes an & qui poſſint eſſe participes criminis, uel contractus, uel quorum ſecundarió interſit, ibid. num. 4.
Laicus etiam an admittatur ad teſtificandum contra clericum, ibid. uerſic. eodem modo.

CAPVT III.

1 VOniam· Caſus. Mulier[a] teſtificat
a contra clericum, cum de crimine ciuiliter agitur [*Neceſſe*] ad ſedandum ſcandalum, & malum exemplū exide ortum, ar. de iudi. qualiter, Hoſti. [*Mulieres*] quæ tamen hodie non coguntur perſonaliter uenire ad iudicium cauſa teſtimonij dicēdi, infra de iudicijs. c. 2. li. 6. potes etiam p̄m Hoſtien. exponere, ideſt dicta mulier
2 [*Peregiſſe*] fornicationem, uel facinora, uel dic cū quo libet, ideſt quibus ſcientibus, Inno. [*Scire*] tales† ad teſtimonium recipi debent, infra qui mat. accu. poſſ. uidetur, Hoſ. [*huc*] c. f. Romam [*Diſtrictione*] denotat e
3 ſi expedierit, compellendos. ¶ Prima†glo. ad id, quod de muliere dicitur, alleg. duas concor. Signat cōtrariū, & ſoluit. ¶ Secunda glo. ad id, quod de ſocio dicitur, allegat duas concor. ſignat contrarium, quod ſtatim ſoluit. ¶ *In † gl. 1. ibi, ex eo*] alia incipit, de crimine [*& ibi, Exceptionis*] uel denūciationis, & ſic intelligit Io. hoc. c. ut not. 15. q. 3. in ſumm. & de hoc infra de uerb. ſig. forus,
b ad finem, in Spec.[b] eod. tit. §. 1. & uerſi. Item q̄ eſt mulier, & ſeq. [*& ibi, Mulier*] de crimine emendata, qualis erat iſta, quæ pœnitentiam egerat, p̄m Inno. uel p̄m eū fuerunt hic admiſſæ cum quæſtionibus propter infa-
c miam[c], quæ contra preſbyterum, & contra ipſas proceſſerat. 4. q. 3. §. item, uerſ. item ſi res, uerſi. ſi autem ea aliàs autem admittuntur. de ſocijs contractuū, uel his, quorum ſecundarió intereſt, an admittantur in teſtes, not. hic Innoc. dicam infra eod. in ſuper, in glo. 1. [*& in fi.*] eodem modo ſoluitur contrarium de laico, q̄ nō admittatur, ad hoc, infra ca. decætero. ¶ [*In glo. 2. ibi, Siquis Papa*] uide quod ibi plenè not. hæc enim duo iura ponunt caſus ſpeciales in ſimonia, & læſa maieſtate, & uide quod dicam infra eod. ueniens, ideſt ſuper glo. 2.

ANNOTATIONES.

a ¶ Mulier. Vide per Fede. conſi. 23. incip. Titius, & Arch. in cap. ipſi Apoſtoli, circa prin. 2. q. 7.

b ¶ Spec. An mulier admittatur ad teſtimonium, uide hic & in l. qui teſtamento, ff. de teſtam. & c. 2. de iudic. lib. 6. & in c. forus, in fi. infra de uerb. ſign. infra eod. tam literas. Tan. in compen. infra tit. de quæſtio. circa proba. §. 12. quæritur, & gloſſ. in Clem. 2. de offi. deleg. an admittatur laicus contra clericum, not. 2. q. 7. in ſumma, & c. ipſi Apoſtoli, & ibi ſcripſi, Archi.

c ¶ Infamiam. Loquitur ille tex. in ſeruo: liber autem homo[a], & uilis perſona an admittatur in teſtamento ſine tormentis, ſentit iſte hic, quòd non, & idem uidetur not. Ioan. And. in c. cum in contemplatione, poſt glo. uerſi. 4. Boa. autem tenet indiſtinctè uiles perſonas admitti in teſtes, & ſine quæſtionibus, ſed minus fidei illis adhiberur. fál. in caſibus, quos poluit in l. ex libero, ff. de quæſt. & idem uidetur ſentire Inno. qui dicit tales perſonas admitti ſine quæſtionibus, niſi ſit præſumptio contra illas, uide per ipſum de accu. cum P. & de ſimo. per tuas.

SVMMARIVM.

1 *Denunciator per dictum ſuum, & alterius probat ſe præmoniſſe, et quando habeat locum, num. 2. uide num. 3.*
Teſtis an poſſit eſſe idem, qui eſt denunciator, & in quo, ibid. & nume. 2. & 3.
2 *In denunciationis cauſa poteſt quis eſſe iudex, actor, & teſtis.*
3 *In ea an requiratur trina monitio.*
4 *Conuincendi quem ex lege propria modus optimus.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 6.*
Infamis an repellatur à denunciatione, ibid.
7 *Monitio, ut quis permittat, & denunciatio eccleſiæ facienda ad quē libet pertinet.*
Coercere peccatorem ad habentem iuriſdictionem pertinet, ſi conuincatur, ibid.

CAPVT IIII.

1 IN omni negocio· Caſus. Is
† qui denunciat, per dictum ſuū, & alterius probat ſe præmouiſſe. Et primò ponit dictū. ſecundo ibi, Quod patēter, illud probat duabus actoritatib. 2. ibi, Itē alibi [*De re ſibi nota*] i. de monitione à ſe facta. T. uel intelligitur ēt de crimine, & in teſte ſinodali. infra
2 c. prox. p̄terea, Goff. & dixit Vin. hoc† nō hꝫ locum in crimine, in quo per denunciationem ſequitur depoſi-
a tio[a]. quia tunc denuncians non hꝫ pro teſte [*Pro teſte*] probatur hic, & 11. q. 3. precipuè, q̄ in cauſa denunciationis pōt q̄s eſſe iudex, actor, & teſtis [*Cum dixit*] Math. c. 18. [*Et ipſumſolum*] iſta uerò monitio probari non poterit niſi per iuſm monentis, de hoc dixi ſupra de iud.
3 nouit [*Duorum, uel trium*] nō† dicit unius, uel duorum, vt præmiſerat: & ſic patet apertè, q̄ denunciantem computat in numero teſtium. Hoſt. uult probare, q̄ in euāgelica denūciatione requiratur trina monitio. prima, ſcilicet per ſeipſum: ſecunda p̄ unum adiunctū. tertia
b per duos adiunctos probetur[b]; & ſic prima probatur imperfectè; ſecunda ſemiplenè, tertia plenè. & legitur ſic, adhibe tecū unum in ſecūda monitione, uel duos in tertia; hoc nō placet; & eſt extorta lectura, & ꝫria alternatiuæ, quam ponit auctoritas. & contrarium dixi de iudicijs, nouit [*alibi*] Io. 7. & ut dicit Hoſt. præcedens auctoritas congruè adaptatur denuncianti. iſta uerò purgando, qui perhibet teſtimonium de ſeipſo [*pater*] ideſt epiſcopus poſtea perhibent ſibi teſtimonium illum abſoluendo [*Lege ueſtrā*] Deut. 19. & ut dixit Hoſti.
4 † optimus modus eſt cōuincendi aliquem, ſcilicet ex l. propria. 45. diſt. qui ſincera; & ſic cauſæ eccleſiaſticæ iudicari debent ſua. l. ſupra de conſtitu. c. 1. per quod ar
5 guit contra legiſtas facientes cōtrarium. ¶ Prima† gl.
c reſtringit literam, & dicit quare. ſecūdò quærit, & ſoluit. ¶ Secunda gloſſ. circa auctoritatem, ſi peccauerit,
6 ponit tres opiniones, & remittit. ¶ *In † glo. 1. ibi, Nullus*] can. §. in proxim. alleg. ¶ *In glo. 1. ibi, in ſinodo*] eadem q̄ ſtio. notificamus. no. Hug. quòd infamis denunciat in cauſa matrimoniali de conſanguinitate, qua probata compellentur pœnitentiam agere: de inceſtu tamen ex denunciatione non ſeparabuntur. tu dic cum gloſ. ſecundùm Vincent. [*& infi.*] & de iudic. nouit, in ultima gloſſ. & de accuſatio. cum oporteat. per quam decret. eod. titu. cum dilectus, de purgatio. can. inter, & c. accedens, dicit hic Hoſtienſ. quòd licet eccleſia repellat infamem, ut dicit gloſſ. niſi ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequatur, arg. infra eo. decætero, Si tamen denunciatus infamatus eſt, aliàs quàm ex dicto illius denunciatoris, eccleſia inquiret; allegat, de præſumptio. cum in iuuenture, & ſic reſpon. ad contraria, infra eodem ſicut, de co. ſpiritu. tua, qui ma. accuſare poſſunt,
7 cap. fina. ¶ [*In glo. pen. in fi.*] hic Hoſtien. quòd † monitio, ut pœniteat, & denunciatio eccleſiæ facienda ad quē libet pertinet. coercitio uerò ad habentem iuriſdictionem; qui tamen non coercebit peccatorem, niſi conuincatur 2. quæſtio. 7. plerique, de ſimo. ſicut tuis. ¶ *In glo. nlt. in fine*] quod dic, ut ibi in ultima gloſſ.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶ Depositio. Vt in illis, quæ post primam inducunt ordinis, uel beneficij retentionem, ut de accu. inquisitionis, in prin. & in illis, an sit necessaria monitio præcedens, ibi uide gloss. & super illa Ioan. Andr. & gloss. mag. & ibi Ioan. Andr. in c. qualiter, lo. 2. c. tit. & de simo. licet, el primo in gloss.

b ¶ Probetur. Vide plenè per d. Feli. in c. nouit, de iudic.

c ¶ Quare. In c. in omni, in glo. 1. quæ restringit hunc tex. ad causam denunciationis, quòd hoc est regulare, ubicunque tractatur commodum proximi. & ideò dic, quòd quædam sunt etiam, quæ tractantur secundum rigorem iur. posituri, & de præiudicio eius, contra quem causa tractatur, & proximi, ut requiritur in causis contentiosis; tunc in talibus persona prin. non computatur in testem. quædam sunt, quæ tractantur secundum æquitatem naturalem, & in tali intenditur commodum proximi; tunc in talibus bene computatur, ut apparet in auctoritatibus tex. & fuit de mente text. & ubi non tractatur de præiudicio alterius, ipsi soli creditur, ut in gl. a. q. 1. §. quanto, & ibi uide quod scripsi, Archi.

SVMMARIVM.

1 *Super consanguinitate qui deponant quales esse, & qualiter iurare debeant, & num. 2.*
3 *Odium priuatum quoddam, & quoddam publicum, & quando dicatur publicum.*
Glossa facta est contextus, ad dictio. credere.
4 *Epilogus, & additio glossarum, nume. 5.*
5 *Cognatio pro cognitione, ibid.*
Consanguinitas de facili nota non est, nisi in primo, & secundo gradibus, ibidem.
6 *Amicitia carnalis quæ corruptionem inducat, & non charitatiua impedit testem.*

CAPVT V.

1 VOties. Casus. Dicit quales †esse, & qualiter iurare debeant, qui super consanguinitate deponunt. secunda ibi, probatio [*Consanguinitate*] speciale, q̃ in hoc casu consanguinei præferuntur extraneis [*Senioribus*] maximè ꝑm Pet. nam & iuuenes † admitterentur, si sint idonei, infra eod. licet 2. supra c. 1. sed hoc di
a ctum est, quia antiquitates melius scire præsumũtur[a], & solent antiqui [*Melioribus*] si haberi possunt; alia suf
3 ficit, q̃ sint boni [*Priuato*] ideſt familiari † & carnali: est autem publicum, cũ odio habetur quis: quia peccator; ad hoc 86. di. odio [*Credere*] fuit, credere, ad hoc gloss. T. qui sic ſubaudiebatur, ne incurrerent anceps
4 periurium. ff. de in litem iuran. uideamus. ¶ † Secunda gloss. allegat concord. signat contrarium, & remittit.
5 ¶ *In glo. 1. in fi.*] Hosti. exponit cognationem, ideſt cognitionem. q. d. consanguinitas nota est, quod de facili non potest esse, nisi sint primo, uel secundo gradu, infra de diuor. porrò. ¶ *In glo. pen. in fi.*] per quod c. intelligit hic † Innoc. de amicitia carnali, quæ corruptionem inducat. charitatiua enim non impedit testem, secundùm Host. de hoc in Spec. eod. ti. in prin.
4 *Episcopus, Vicedominus, & œconomus quando in causa episcopi possunt esse testes.*
Vicedomini, & episcopi idem consistorium, ibid. uer. Dicit Hosti.
5 *Procuratorium sufficiens quod habet facultatem etiam respondendi.*
6 *Suffragium, & additio glossarum. nu. 7.*
Legatarij an & quando admittantur testes in causa testamenti, ibid. num. 7.
Legatum quandoque ualidum, non autem testamentum, ibid.
8 *Socius in causa socij testis esse quando possit.*
Venditor in causa finium testificatur de finibus.
9 *Donator an sit idoneus testis pro donatario.*
10 *Cedens an pro cessionario.*

ANNOTATIONES.

a ¶ Scire præsumuntur. Vide Vincen. qui ma. accusare possunt, cap. cum in tua, de sponsa.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, & clerici qui causam ecclesiæ non procurant, testificari possunt in ea, & nu. 3.*
2 *Administrator an testificetur de eo, quod suo tempore, ibid.*
Procurator constitutus simul cum alio, quando possit esse testis in causa, in qua fuit constitutus, ibid.
3 *Procurator uniuersitatis non potest esse testis in causa, de qua agitur, & ratio.*
Canonicus autem potest esse in causa collegij sui.

CAPVT VI.

1 INsuper. Casus. Prælatus, † & clerici, qui causam ecclesię nõ
a procurant, testificari possunt[a] in ea: ponit dictum, quod postea determinatibi. Dum modò. & not. id, quod dixi de Prælato, colligitur ex su perscriptione, per quam patet, q̃ Papa alloquitur Prælatum & fratres: & tamẽ dicit eos testificari posse. hoc notabant G. Nas. Pet. & Abb. & idem. G. in Spec. de testibus. §. 1. uersi. sed nunquid rector, & ibi in uersi. seq.
2 not. quid † de administratore, an testificetur de eo, q̃d suo tẽpore fecit; & uide, quod ibi plenè dixi [*Vel duo*] ut unus in certis, & alius in alijs sit procu. & poterit unus esse testis, ubi alius fuerit procur. procurationem nõ receperit, potest esse testis, infra eod. dilecto. Idem, si receperit, & postea re integra renunciauerit, intelligitur enim hoc in eo, qui cœpit agere ꝑm Innoc. dicit Hosti. q̃ forte idem, quãtumcunque processisset ante litem contest. arg. ff. de procur. ante litem, & ll. sequentibus. rationem dicti sui inducit Innoc. quia etiã inter laicos talis non repellitur, ad quod probandum sufficit, q̃ non inuenitur prohibitum, ex quibus infertur, q̃ si laicus in causa priuati, fortius clericus in causa ecclesiæ. distingui posset, an procur. ille reasſumere possit causam, ut in casu decre. si duo, de procurato. & eo casu repellatur: an non possit, & tunc admittatur. Sed
3 satis est, quòd potest non resumere. Item licet † prælatus possit resumere; tamen admittitur, ut hic patet. Sed uidetur absurdum, quòd procurator meus repellitur, & non ego canonicus. Respon. secundum Innocen. procurat. est uniuersitatis, non singulorum. duodecima quæstio. secunda, qui manumittitur: sed testimonium reddunt, ut singuli, nõ ut uniuersitas. de epi
4 scopo uerò † credimus, q̃ si agat Vicedominus eius, uel procurato. quòd non possit testificari: quia nomine ipsius intentatur actio. Sed alio agente œconomus, uel Vicedominus testificatur. nam Abbas agere potest, ut nota. supra de rescrip. edoceri, & tamen alio agente testificari potest, ut hic, & infra de iureiurand. & si Christus. multo fortius œconomus, uel Vicedominus, Innocen. dicit Hostien. quòd Innocen. uidetur, sibi contrarius in eo, quod dixit, Vicedomino agente episcopum repelli, & alio agente dicit Vicedominum admitti, qui tamen representat personam episcopi, & quasi unum consistorium est cum illo, de appell. Romana, lib. 6. ad hoc de officio Vica. Romana, eod. lib. maximè cum pro episcopo plus sit præsumendum ratione dignitatis, quòd dicet ueritatem, Putat ergo Hostien. idem in episcopo, quòd in Abbate, scilicet quòd
b alio agente possit esse testis, nec obstat[b], si dicas causam propriam: quia procurator. est, non dominus, de donatio. capitu. secundo, & dicit addendum, quod nota. de censibus, procurationes, de uerborum significationibus, ex parte, prim. puto utrinque bene dicere, ut scilicet agente œconomo, uel Vicedomino episcopi causam

causam singularem mẽsæ episcopalis, & per cõseques
c singularem & propriam episcopi, uerum[c] dicat Inn. si uerò agat causam ecclesiæ, uel communem, verum sit, quod dicit Hostien. & uide, quod dicam post ipsos Innocen. & Hostien. de testibus, præsentium, lib. 6. super uersi. ab eisdem [*& Respondendum*] ut sufficiens
5 † sit procuratorium, de do. & contu. cap. fina. supra de procur. accedens [*Instituti*] accedit secundum unum intellectum. ff. de e. l. ult. Goffr. & no. ff. de iure fisci, de-
6 ferre. §. Item decreuerunt. ¶ *In † glo. 3. ibi, pluribus*] vide in c. statim alle. super. 3. glo. ¶ *In ult. glo. ibi, Tempestiuum*] uide de sortil. ecclesia, super. 1. glo. [*& ibi, si plures*] ui-
7 de supra titu. 1. ex literis, super. 2. glo. ¶ *In † glo. 1. ibi, Ecclesiæ suæ*] quia non est propria. 2. quæstio. 6. biduum, uersi. palam, sicut & legatarij admittuntur in causa testamenti: quia non principaliter cõmodum sentiunt, nec eorum nomine tractatur causa, instit. de testa. §. legatarijs. potest enim deberi legatum, licet non ualeat testamentũ. C. de lib. præte. auct. ex causa. nec seqtur legatum præstandũ est ergo valet testamẽtum. C. ad le. fal. l. 3. & l. irritũ secundum Inn. qui hoc no. ſ. c. 3. & de hoc in spe. de instru. edi. §. postremo, aliàs instrumentum, uersi. quid de legatorio, refert hic. G. quòd dominus. Si. Vicentin. dicebat, legatarium admitti in testem: ita tamen, quòd non omnimoda fides sibi adhiberetur: quia secundariò cõtingebat eum lucrum, inducebat si. auct. de testi. §. Si verò: aliàs dicitur odiosus, ego satis crederem, quòd si in omnem euentum testimonij sui debebat legatum peti à uenientibus ab intestato, quòd sufficiens sit eius testimonium: aliàs, si in alterum euentum non debetur, habeat locum dictum dicti Si. & facit quod not. ff. e. nullus. ubi distinguit in uenditore, an teneatur de euict. uel non. Dice-
8 bat † autem Innocen. supra cap. 3. quòd in contractibus, vel rebus alijs nõ admittitur in testem socius omnium bonorum, nec is, cuius secundariò interest, ut emptor pro uenditore, uel è contra. C. e. le. omnibus & ibi, de hoc, & in spe. eo. §. 1. uersi. quid de venditore, ubi uideas, & eo. §. & uersi. Sed nunquid socius, emptoris enim interest, ne reus conuincatur à uenditore, & è contra, quod patet: quia altero condemnato alter appellat. ff. de appellationibus, ab executore. §. 1. & l. à sententia. ff. de re iudi. l. sæpe. §. 1. quod non esset, si ipsius non interesset, supra de elect. cum inter R. fatetur tamen, quòd in re communi pro parte socij bene admittitur alter socius: quia ille vincens illud socio
9 participiat. ff. si pars heredi. pet. l. 1. §. quinimmo, & §. proinde, & se. Ad id, quod dixi de uenditore, ob. l. ff. finium regun. le. eos terminos, ubi uenditor testificatur de finibus. So. illud, ubi non tenetur de euic. ut no. in præ. l. nullus, uel aliter, ut no. in contrario, illud speciale in finibus, & sit specialitatis ratio: quia in finibus, cum ambobus uendidit, quòd unus restituit, alter lucratur, & sic par affectionis causa, &c. ff. de ritu. nup.
9 l. pe. §. de uno. Quid † de donatore? uidetur, quòd sit idoneus testis ratione prædicta, cum non teneatur de euictione. ff. de don. l. Aristo. §. fina. C. de euic. l. 2. Quidam contra, & placet Ia. de Ra. quia non est idoneus testis, cuius interesse potest. Sed istius interest, quod patet: quia personale pactum transmittitur in donatarium. ff. de pactis, si tibi. §. pactum. Item donans affe-
d ctat ualere, quod agit, [d] & hæc ratio repellit proxenetam, fortius ergo repellat donatorem. Primum patet in aucten. eod. titu. §. antepe. & hac ratione dicunt hi,
10 q̃ † cedens non testificatur pro cessionario, ad idem, ff. ne uis fi. ei. l. 1. §. 1. & secundum hoc inutile esset cõsilium, quòd dat speculator in spec. de procur. in fin. ¶ *In glo. 2. in fin.*] dic, ut infra de procur. si duo, lib. 6. ¶ *In gloss. ultim. ibi, singula*] ubi de hoc, & supra titu. proxi. ex literis.

ANNOTATIONES.

a ¶ Testificari possunt. Adde, sicut prælatus non repellitur à iudicãdo in causa ecclesiæ suæ c. si quis erga 2. q. 7. c. cum personæ, de priuil. in 6. ita non repellitur à testimonio per regulam; quia facilius repellitur iudex, quàm testis.

b ¶ Nec obstat. Dic, quòd Innoc. non uult differentiam inter episcopum, & abbatem: sed facit differentiam, an sit constitutus ab episcopo, uel abbate, & tunc non potest ipse testificari. si uerò agat p tertium non agentem nomine episcopi, uel prælati, sed nomine ecclesiæ, tunc, quia non dirigunt iudicium nomine prælati, tunc prælatus potest testificari; ad hoc, quod not. in c. fi. supra de procurat. Bald.

c ¶ Verum. Ad prædicta facit, quod not. in c. fi. supra de proc. & ideò ut omnia prædicta concludantur, dic si prælatus agit causam per se, tunc repellitur. si uerò per alium, tũc si ille agit nomine ecclesiæ, tunc potest, si nomine prælati, tunc si negocium spectat tantũ ad prælatum, tunc prælatus non potest esse testis: aliàs secus, & hæc est conclusio prædictorum.

d ¶ Quod agit. Pro hoc, quia donatarius tenetur donatori ad antidora, & insurgit ex illa quædam naturalis oblig. donatarij ad donatorem, de cuius effectu uide supra tit. proxi. ad nostrum, super prima gl. & Bar. in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iure. & ff. de peti. hæred. sed & si lege. §. consuluit, & ff. de fideiuss. qui test.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc fortis reputatur.*
Probatio exceptionis propositæ contra testes differri potest post publicationem attestationum, ibid.
2 *Capituli diuisio.*
3 *Canonicè, aduerbium includit, & excludit multa.*
In beneficijs ius acquiritur ex sola canonica institutione, non præscriptione, ibid.
4 *In disiunctiua sufficit alterum probare.*
Latrones sunt infames post condemnationem per sententiam, ibid.
Fur uestis mortui non est ipso iure infamis, ibid.
5 *Sententia reuocatur hic propter tria, & quæ.*
6 *Collatio ecclesiæ per delegatos causæ fieri non potest, nisi hoc habeant in mandatis.*
7 *Legitimè, aduerbium, quid hic comprehendat,*
Idonei testes qui hic dicantur, ibid.
8 *Cassata, pro cassa nunciata.*
Enallage uerborum, ibidem.
Restitutio ecclesiæ ab his iudicibus, an stare possit, ibid. ad dictio. restituatis.
9 *Versi. si uerò res aliter, quibus intelligatur modis, & eius bonus intellectus quis, & nu. 15. & 16.*
10 *Epilogus, suffragium additio & glossarum. nu. 11. & 12.*
Contra testes exceptiones, quæ non reseruentur in tempus disputationis, & nu. 14. §. 1. & nu. 15.
In possessione missum tueri ad quem iudicem pertineat. §. 2. & nume. 18. §. 1.
13 *Laicus an possit clericum impetere ciuiliter super crimine.*
14 *Procurator ad certum articulum, etiam si criminaliter agatur, dari potest.*
Testium receptio, an uideatur facta tempore pronunciationis, ibid. uer. hæc lectura.
15 *Contra testes exceptio, & eius probatio, an & quibus casibus antequàm deponant, admittatur, & quibus reseruatur post eorum publicationem.*
16 *Appellatio à grauamine, uel interlocutoria, an iustificetur, si appellauit ob exceptionem tantum non admissam, sed non propter oblatas probationes & non receptas, & quid si etiam propter non receptas probationes oblatas, & quomodo utrunque intelligatur, & nu. 18.*
18 *Post ipsam appellationem iustificatam quidquid actum est etiam sententia definitiua per modũ attestati, uel nullitatis reuocatur.*
Clausulæ, quicquid post appellationem &c. Clausulæ, contradictiones &c. effectus, ibid.
19 *Ad gratiam quæ lecturæ iura deducunt fugiendæ sunt.*
Testes ad probanda crimina testibus obiecta non compelluntur: aliàs contrà, ibid.

CAPVT VII.

EX parte. a Hæc † dec. fortis reputatur, & est. & quidam glossantes ttansiuerunt eã, quasi eius dubia non uiderent. aliqui nil glossauerunt in ea, ut Bonaguida Aretinus, & summabat eam Abbas sic. Exceptio contra testes est post publicationem dictorum testium proponenda. hæc summatio est falsa. nam licet probatio possit differri in illud tempus, propositio tamen exceptionum contra personas non, infra e. præsentium, & dicam super glosſ. huius exceptionis. posset autem sic summari, Probatio exceptionis propositæ contra testes differri potest post publicationem attestationum. plenè de hoc super glosſ. prædicta. & sunt† duæ principales partes. Prima ponit querelam presbyteri. secunda dat sibi iudices ibi, M. In prima querelando presbyter narrat. 5. primò iustificat sibi causam principalem. secundò ibi, Miles, ponit formam rescripti contra se impetrati. tertiò ibi, Tandem, narrat processum ex eo secutum. quartò ibi, Eidem, sententiam latam per illud. quintò, quod euenit post sententiam ibi, Quam nunc. Secunda subdiuiditur. Primò enim instruit iudicem in processu, si narrata sunt uera. secundò si non sunt uera ibi, Si uerò. tertiò submittit de monendis testibus clausulam consuetam ibi, Testes [*Canonicè*] includit† & excludit multa, in quibus non insisto: quia non ad materiam [30. *annis*] hoc uerò non iuuabat: quia ex sola canonica institutione, non ex præscriptione ius acquiritur in beneficijs, infra de regulis iuris, capitulo primo, libro sexto, præsumebatur ex hoc pro presbytero [*Filius*] quamuis legitimus [*Vel publicè*] sufficiebat† ergo probari alterum propter disiunctiuam, supra de rescriptis, inter cæteras [*Latrones*] qui sunt infames. 6. quæstio. prima, infames, & hic non condemnantur per sententiam. ff. de sepul. uil. 1. is uerò, qui furatur uestes mortui, non est ipso iure infamis. eodem titu. l. de sepulchro, Vincen. [*Deberet*] non dicit, Offerret, & facit ad id, quod dicam infra [*Nihilominus*] ideſt non admissa, sed repulsa tali exceptione [*Talibus*] infamibus, & notabilibus [*Appellationem*] interpositam: quia prædicta non admittebatur exceptio, & bene, infra de appellatio. dilecto, & c. cum causam [*Præscriptam*] scilicet ecclesiam, de qua sequitur, non appellionem, de qua præcedit: quia de illa nil prædixerat, nisi sub. in parte decisa [*Abiudicauerunt*] hæc sententia † reuocatur propter tria. Primum, quia per minus idoneos testes lata fuit. hoc tamen ante publicationem testium debuit protestari, infra e. præsentium. secundum, quia recepti fuerunt, & lata sententia, parte absente non contumaciter. ff. quæ sen. sine appella. re. l. 1. §. Item cum ex eo. tertium, quia post appellatio. legitimam, secundum Innocen. supra de officio delega. cum olim Abbas, in fin. [*Ecclesia*] si intelligas, quòd ab illa sententia iterum presbyter appellauit, plana est dec, secundum Hostien. Sed incidit per hoc in aliud contrarium, de quo in g. argu. contra, quod insolubile est; & ideo hoc non placet [*Occupatam*] quasi dicat sententia priuationis fuit executioni mandata per collatorem ordinariũ, & fuit illi filio dapiferi collata. per delegatos † enim non puto id factum, cum id non haberent in mandatis [*Constiterit*] cognoscendo de appellat. facta post sẽtiam, uel etiam ante sententiam, dummodò illi postea non renunciauerit, secundum Innoc. tacitè, uel expresè, secundum Hostien. [*Legitimè*] quia non † per suum iudicem, cum literæ essent subreptitiæ, uel quia post appella. legitimam, uel quia cõtra absentem non contumacem. uel expone, quod sequitur [*Idoneos*] i. idoneo & legitimo modo receptos, quasi dicat uiciari receptionem, probata appellatione interiecta: qa probationes oblatas ad probandas exceptiones contra testes iudices admittere noluerunt secundum Hostien. [*Cassata*] i. cassa † nunciata, nisi ex ui appellationis hoc fiat [*Confirmatorijs*] in forma communi, infra de confirmatio. utili, uel inutili, bonæ [*Restituatis*] uidetur hoc stare non posse. aut enim fuit appellatum, aut non. Si fuit legitime appellatum, & hoc constat, non est examinandũ principale, sed reuocandum, quicquid postea fuit factum infra de appellatio. non solum. lib. 6. si non fuit appellatum, uel fuit, sed malè, tali prætextu non debuit retractari sententia, infra e. series. Dicit Innocen. quòd presbyter receſsit facta appellatione, & dicebat, quòd iudices nihilominus facta appellatio. sibi adiudicauerunt ecclesiam. Papa uerò primò mandat cognosci de causa appella. ut si inueniatur iusta appella. & sic iniusta sententia, retractetur. Si uerò reperitur iniusta appel. & sic sententia iusta, non retractabitur, & durat hæc forma usque ibi, Si uerò res. ibi mutat casum instruens iudices, qualiter debeant se habere, si non repererint sententiatum, uel si nõ essent testes male recepti, quo casu cognoscent de principali, & illud terminabunt, & sic loquitur uer. si uerò, secundùm Innocen. qui etiam aliter exponit illud, ut ibi dicam. [*Non permittatis*] nisi ipso iustè conuicto & remoto. nec enim per hoc intendit excludere iustitiam, supra de restitu. spolia. audita, Host. [*Si uerò res aliter*] diuersis † modis legitur iste uer. qui reddit difficilem dec. quia impedit intellectum qui aliter esset facilis, scilicet si uersiculus iste non esset, uel diceretur, causam remittatis, uel sententiam cõfirmetis. sum autem excusabilis, si hic, & infra opinionum uarietas describetur, quod uide in Hiero. ad Damasum, quarta. B. & super Zachariam. recitabo igitur. 8. lecturas. nam primò glosſ. legit duobus modis, & in effectu sunt hi uerbis mutatis [*Aliter*] ideſt si non probetur grauamen, nec fuit lata sententia. & hanc lecturam glosſ. approbat dicens, quòd fuit gratia in eo, quòd non fuit remissus ad iudices, à quibus male appellauerat. secunda [*Aliter*] ideſt si non probetur grauamen, & fuerit lata sententia, & hanc glosſ. reprobat. Ex dictis autem Innocen. colliguntur duæ lecturæ super uer. restituatis, ut dicas [*Aliter*] quia non apparet sententiatum, uel non essent testes malè recepti. & si dicas, si testes non fuerunt mali, ergo erat sententia confirmanda, uel causa non erat ulterius examinanda. respon. quòd primò Papa mandat inquiri de malis testibus: quia ex illa causa fuerat appellatum, & illud sufficit probari, ut cassetur sententia. sed illa causa deficiente non poterat appellans ad aliam habere recursum, cum etiam à diffinitiua appellasset, de appella. constitutis. §. finali, uel ex quo secuta erat sententia, appellatio trahitur ad illam. unde potest tunc alias causas prosequi, ac si à sententia appellasset, secundum Abb. miror de Innocen. quia ista responsio est contraria primæ expositioni, quam facit, tamen inspiciendo secundam tantum, forte hoc intendit [*Si uerò aliter*] quia non apparet testes tales: aliàs tamen allegat iniquitatem sententiæ, causam audiatis, &c. & secundum primam expositionem dicemus causam, s. principalem. secundum hanc dicemus causam appel. interpositæ à diffinitiua. sed hoc non placet, ut dixi super uer. Ecclesiam, per id quod habes in glosa. arg. contra: uel secundum eum [*Aliter*] quia non iustificatur appellatio: tamẽ implorat officium iudicis, uel beneficium restitutionis contra sniam: quia lata contra eũ absentem non contumacẽ. & tunc dic cãm restõnis primò, & demũ principalẽ. Sed hoc nõ placet apparet, n. cõtumacia, ex quo nõ iustificat appellonẽ. Ex dictis

Hostien.

Hostien. habes alias lecturas. primam, quam ualde cõ fusè posuit, ut litera cum reuolutione, & suppletione legatur sic. M. Q. causam audiatis, & fine canonico terminetis. & si uobis constiterit, &c. usque ibi, Si uerò. & tunc [*si uerò aliter se haberet*] sup. sententiam confirmetis. & tunc exponitur, aliter, quia rescriptum non fuit subrepticium, nec iudices in aliquo grauarunt, sed absentem, & contumacem canonicè condemnarunt, sed non placet hæc lectura: quia violẽta nimis, & planius sine reuolutione poterat hãc lecturam dare exponendo, causam audiatis &c. ideſt sententiam confirmetis, & hæc etiam extorta nimis. Alia uerò lectura ipsius est sine reuolutione exponere [*Aliter*] s. quia iudices à prin. detulerunt, & in nullo processerunt. & si dicas, ergo si non grauauerunt, debuit remissio fieri ad eos, dic quòd hoc procedit ex uiribus delationis, de app. cum appellationibus, lib. sexto, uel ante appellationem grauauerant, licet post detulerint, bene procedit hæc lectura, & procederet prima lectura glosſ. sic intellecta. Alia lectura potest colligi ex opinione Phili. de qua dicam super glosſ. ad hanc, in fine, sic [*Aliter*] s. quia ueritatem exceptionis presbyter non probat, tamen aliàs appella. iustificat, & hic soluit contrarium dec. interposita, ut quia iustificat probando, quod obtulit, & non fuit admissus. huic ob. quod secundum hoc ad ueritatem probandam papa cum supra arctare non debuit, & ideò legas sic plane sine contrario [*si uerò res aliter se haberet*] s. quia ueritatem exceptionum probat, sed sententia lata non erat. tunc enim reuocato grauamine iudex appellationis audit causam prin. & causam debito fine decidit. facit enim tunc, quod facere debebat iudex causæ princi. de except. dilectæ, de appella. ut debitus. Et secundum hoc istud aliter, non respicit singulas disiunctas orationis præcedentis, sed alteram tantum, uel totam orationem coniũcti, & facit. ff. de de rebus dubijs, si is qui. §. utrum. ¶ Glosſ. 1. obijcit, & dupliciter soluit. ¶ [*Glo. huiusmodi*] Respon. per quæstionem, an exceptiones contra testes sint statim admittendæ, uel reseruandæ, tenet, quòd regulariter reseruandæ. huic dec. dupliciter respon. uer. sed hic non, & in fin. ¶ [*Glo. ar. contra*] signat contrarium, & soluit. ¶ [*Gl. ad hanc*] primò soluit obiectionem. secundò obijcit, & dupliciter soluit. ¶ Glosſ. antepe. no. etiam de delegatum &c. & ponit duas opiniones. ¶ Glosſ. pen. obijcit, & soluit dupliciter: sed primam approbat. ¶ *In*

11 † [*glo. huiusmodi, ibi, aliàs*] uel cum est odiosus ex causa non capitali, sed pecuniaria, uel simili, ut in §. se. ¶ [*In glo. ad hanc, ibi, querela*] uide in capitu. licet, super glosſ. secunda, ¶ [*In glo. antepe. ibi. §. 1.*] ibi conuenit prætori,

12 quos ipse in possessionem misit, tueri. ¶ † [*In gl. 1. ibi, uitare*] non sequitur, si licet uitare, ergo licet accusare, secundum Tan. Go. Innocen. & Hostien. exemplum autem de hoc uide in excommunicato, qui licet concubinarium peccatorem excommunicatum, uel aliũ

c posſit & debeat uitare: non tamen [c] potest accusare [*& ibi, Non ualebat*] satis de hoc dixi post Innocen. de accusa. super his [*& in fi.*] idem Hostien. de hoc, infra

13 de accusa. qualiter, 2. in fi. 1. glo. Sciendum † est quòd Damasus super hac dec. quæstionem formabat, quam ad literam posuit hic Phili. quærens, an lacicus posſit allegare hanc dec. Item infra eo. tam literas, ubi ad testimonium admittuntur, cum de aliqua irregularitate agitur ciuiliter contra clericum. ergo & ad agendũ admittentur. Item interest ecclesiæ habere plures defensores, sicut de re publica dicitur. ff. de no. oper. nũ. nam rei publicæ, cui comparatur ecclesia. C. de sacrosan. ut inter diuinum. poterit ergo qui licet contra malum prælatum agere, ut ab administratione remoueatur. In contrarium [d] ad agendum non admittitur, ni-

d si cuius interest: quia actio est ius prosequendi in iudicio, quod nobis debetur, insti. de act. in prin. ergo iste, cuius nil debetur, non admitteretur. ff. de ua. & extra. co. l. ult. Item quæstio ciuilis de crimine in aliquo habet uim accusationis: quia per ipsam perditur beneficium, infra de simo. per tuas, ergo laycus non admitte tetur. Soluunt [e] quòd non admittatur. & ad hanc dec. respondent, ut supra in glosſ. quòd hic non fuit obiectum [f]. ¶ [*Inglo. & ideo, ibi apostolicæ sedis*] de hoc 56. disti. in summa, & infra de fil. presſ. capit. primo, lib. sexto, ibi uideas in glosſ. quia non paternum. ¶ [*In glo. ſ. per procuratorem, in fi.*] uel secundum Innocen. hic datus erat

14 † procur. ad certum articulum, nõ ad totam litem, puta ad productionem testium, uel ad uidendum illos iurare, uel uidẽdum publicationem eorum. uel aliud simile, quòd de iure potest fieri, [g] etiam si criminaliter agatur, alle. præall. dec. ueniens, & 5. quæstio. reos. ¶ [*In glo. huiusmodi exceptiones, ibi, receptio testium*] de hoc. 2. quæ. 1. in primis in glosſ. sed non uidetur [*& ibi, testium*] hæc lectura est contra textum, ubi dicit, testibus talibus receptis, nisi dicas, quòd ibi receptio inspicit effectum, ut tunc uideatur recipere, quando ad dicta illorum pronunciat, ad hoc supra titu. primo. ex literis,

15 de renun. super hoc [*& ibi, cum ipso*] idem † potest dici in exceptione excõicationis propter periculum cõmunionis, de sen. excom. decernimus, li. sexto, de hoc in spec. de teste. §. 1. b. uersi. sed quid si dicitur, & duobus sequentibus [*Et in fine*] adde, quod no. infra e. cum causam, in prima glosſ. ubi ponit glosſ. duos casus, in quibus probatio exceptionis contra testem à principio recipitur. Quid dicendum nunquid † exceptio, & exceptionis probatio facienda est tempo-

h re productionis, an reseruanda [h] post publicationem uidi circa hæc omnia scripta etiam scarrabellantium, per quæ tamen mihi non satisfeci. Ioan. & Vincen. in dec. præall. cum causam, tenent per hanc dec. quòd semper admittatur à principio probatio exceptionis, nisi in casibus, ubi ius exprimit illam reseruandam, alle. etiam. C. de proba. ad probationem, quæ etiam induci potest ad contrariũ, quod colligas ex eo, quod infra dicam, uer. eadem. Ex uerbis Innocen. uidetur hic colligi, quòd si id, quod opponitur, est publicum, & probationes offeruntur, recipi debeant: aliàs, si requirit temporis tractum, siue per instrumentum, recipietur testis, reseruabitur probatio post publicationem, & hoc per auct. sidicatur, quam hic, & ibi alle. glosſ. & in concor. eo. titu. §. si uero dicatur. §. se. coll. 7. Hostien. hic uidetur uelle, quòd statim sit recipienda probatio, & quod dicitur reseruandum disputationi post publicationem, uidetur intelligere de publicatione ipsius probationis reprobatoriæ. prius enim debet publicari, quàm disputetur, infra e. in causis. Guil. in præal. uersi. uidetur uelle, quòd probatio exceptionis sit differẽda, nisi mora periculum afferret, ut quia testes, per quos uult reprobare, sunt infirmi, uel recessuri, uel bellum, uel mare intraturi. tunc enim recipietur dictum illorum, si sint parati. mihi uidetur, quò exceptio legitima contra testes opposita, semper à prin. sit recipienda, infra e. præsentium: aliàs ad quid tempore productionis citaretur is, contra quem producitur, quod tamẽ omissum uiciat productionem, supra ti. 2. & puto, quòd grauaret iudex non recipiendo exceptionem, & quòd locus esſet appellationi, & forte ita fuit hic. recipere autem statim, uel differre probationem exceptionis credo, quòd sit iudici arbitrarium, ad hoc, infra eod. cum causam, supra titu. 1. licet. Exceptis specialibus casibus duobus, quos ponit glo. & tertio de excommunicatione, quam addidi ad glosſ. Casum autem Guil. non puto specialem, ut prius recipiatur: sed fateor specialem, ut statim re-

cipiatur. unde tunc non differtur iuramentum, uel depositio testis, sed eo tempore, quo forsan ille super prin. deponit, & isti, de quorum periculo timetur, deponerent super reprobatione, sicut & aliàs in princi. deponere possent propter illam causam, ut lite non contesta. quoniam. in arbitratu autem isto consideret iudex, an id, quod excipitur, habeat parem æquitatem cum casibus, supra exceptis. Item an sit publicum, & an offerantur probationes, & an præsumptio sit contra excipientem, quòd hæc faciat causa differẽdi, & tunc an his, qui producuntur super principali, immineat periculum mortis, uel causa absentiæ, & an uenerint de longinquo. Item quòd possit facilius expediri probatio, uel reprobatio. Item an reprobatio fiat ob causam exosam, puta criminis, an non, ut quia dr consanguineus, uel familiaris, uel his simile. Item consideret, ex quo possit sequi maius malũ, uel odiũ, & si per alteram posset sugillari alterius opinio, & per alteram non, & secundum circunstantias facti, quæ nec declarari possent, uideat, quod expedit prius recipere, an testes probatorios, an reprobatorios, & illud eligat. Et si prius recipit probatorios, non potest excipiens conqueri. nam parcitur in hoc laboribus suis, & expensis, forte enim testis nil deponet, dicens se nil scire. uel si deponet, multi alij non reprobabiles idem ddponunt; & sic non expediret, uel non prodesset illum reprobasse, imò prodest & expedit non reprobasse. Si uerò prius recipit probatorios, nõ potest excipiens conqueri. excipit enim testem non recipiendum: iudex paret, quia non recipit illius testis iuramentum, uel dictum: & sic quod petit, intus habet. Si enim nolebat is, contra quem producebantur, subire onus probandi statim, non debuit excipere, sed protestari, infra c. præsentium. Et easdem rationes reuoluas erga producentem, qui non potest conqueri, si dilata reprobatione statim recipitur testis, quem producit. habet enim, quod petit. Item nec potest conqueri, si differatur receptio sui testis, contra quem excipitur. parcitur enim laboribus, & expensis suis, & exceptione probata non expediebat illum produxisse, imò expediebat non produxisse.
i In dubio uerò, ubi facti circunstantiæ non monent, uidetur eligendum, quòd differatur reprobatio tum per id, quòd supra dixi. uer. si prius: tum quia adhuc posset reprobatio reprobari, & sic est suspicio de longiori tractu, infra c. licet tertio. hoc securè teneas, qđ rationem habet, & æquitatem, & contrarias opinio. concordat reductas ad casus diuersos. ¶ *In glo. argumen. contra in fine* dic ut de appellat. non solum, lib. 6.
16 & bene dicit glos. Abb. autem dabat † falsam solutionem, dicens hanc dec. loqui, cum appellatur à iudice, qui cognoscit appella. re. uel cum appellatur à sententia eo casu, quo non potest appellari. ¶ *In glo. ad hanc, ibi, dilatorias*
17] si † enim peremptoria haberetur pro probata, hoc ipso ꝙ iudex illam non admisit, nec probationes illius recepit, de facili posset iudex in fauorem excipientis perimere ius appellati, & facit qđ nota. in specul. de appellatio. §. qualiter, uer. sunt quoque. sed hoc nil est dicere: quia licet peremptoria propter probationes non admissas haberetur pro probata quò ad iustificandam appellationem non tamen quò ad consequendum illius effectum: imò quò ad id necesse erit illam probari, & idem in dilatoria; & hoc teneas, licet Pet. Abb. & Guido hic dixerint illã exceptionẽ ex probatione repulsa haberi ꝑ probata, per quam non fit præiudicium principali intentioni actoris: secus, si per eam fiat præiudicium perpetuum, uel temporale, & adde, quod dixi, de officio delega. cum causam. concor. Ioan. Mo. de appella. non solum, & Archi. c. tiru. Romana, ut utrobique dicam [*& ibi, per obliquum*] de hoc infra de exceptio. cap. 1. in 4. glo. [*& in fine*] habemus duas falsas solutiones ex gl. primam, ꝙ decr. hæc loquitur in exceptionibus peremptorijs, uel quasi, contraria in dilatorijs, quod non placet, ut dixi, supra e. gl. uel loquitur contrarium, quando nondũ lata erat sententia. unde tunc sufficiet probare, ꝙ obtulit, & non fuit admissus: hic loquitur, cum iam erat lata sententia, ad cuius retractationem non sufficit probare, ꝙ obtulit, si non probet eam uerã: sed hoc est falsum, ut infra dicam. Gof. autem dicebat super uer. constiterit, ꝙ cõstabat eoipso, quod non constat contrarium, siue eoipso, quod probat se obtulisse probationes ad repellendum testes, & non fuit admissus: uel secũdum eum noluit se presbyter probatione huius onerare. uel secundum Guil. Na. presbyter in uno grauatur, in alio releuatur. grauatur, quia non sufficit probare, ꝙ obtulit. Releuatur, quia probata ueritate ulterius aduersarius non auditur contra eum, ut patet in responso Papæ. uel secũdum Phi. licet Papa causam sub conditione committat, ut presbyter, si potest, probet ueritatem exceptionis oppositæ contra testes: tamen licet illam non probet, iudices tamen isti de principali cognoscẽt, ex quo à primis fuit legitimè appellatum, & hoc est, quod se, Si uerò aliter &c. & sic nullum contrarium secũdum eum. uel dic, quod in contrario male fecit iudex non recipiendo probationes, quæ offerebant. unde hoc probato coram iudice ap. probatum est grauamẽ. sed hic non malè fecit iudex non recipiẽdo probationes, quas poterat differre in tempus disputationis, ut dicit in gl. huiusmodi exceptionis, & ideò coram iudice ap. non sufficit probare, ꝙ obtulit, alii dicunt secundum Host. Egy. & Guido. ꝙ presbyter bene dixit ſeprobatum, sed non obtulit probationes, secundum Ho. uel subaudiendum est, ut dixi in tex. ꝙ presbyter secundò à sententia appellauit, & hanc ap. prosequebatur. uel ponderari debet, qđ dicit tex. Legitimè per testes idoneos, & exponebat, Idoneo. i. idoneo & legitimo modo receptos. potes dicere, quod adhuc non emanauerat decr. contraria, Interposita, quod satis patet per auctores ultriusq; decr. Vel confirmo opi. meam per hãc decr. secundum lecturam, quæ habet, ꝙ debuerunt iudices probationes admittere. & dico, ꝙ quamuis quis proponat exceptiones, & probationes offerat, si appellat propter exceptionem tantum non admissam, sed non propter probationes oblatas non receptas, non iustificabitur ipsius ap. quamuis probet se obtulisse. Et sic dicam, quòd hic propter probationes oblatas non admissas non appellauit, unde necesse habet ueritatem exceptionum probare. Sec si propter † probationes oblatas non admissas etiam appellasset, hoc ꝑbato coram iudice appellationis iustificata esset appellatio, & tunc reuocaretur etiam sententia per modum attentati. Nec est uerum, quod dicit gl. quod sic probo, certum, quòd iura de tali reuocatione loquentia genraliter loquuntur, Quicquid post ap. &c. de rescriptis significante, & cap. Rodulfus, de iudicijs, exhibita, de libe. obla. c. 2. & 3. de ap. significauit, & c. se. & c. cum causam, cum similibus. Secundo sic, ratio, quare prædicta reuocantur, est suspẽsio iurisdictionis, à quo fuit appellatũ. Si ergo defectus iste uiciat processum, non uideo, quare non uiciet etiam diffinitiuam. Tertio sic. Licet de diffinitiua sit casus expresior isto: tamen de sententia excõmunicationis extant multi casus, de officio dele. cum olim. i. & c. cum contingat, de arbi. innotuit, de ap. dilecti. 2. & 3. cum similibus. & tamen maior est effectus sententiæ excommunicationis, quàm diffinitiuæ, quod patet, quia primam non suspendit sequens appellatio, secundam sic. Sic ergo concluditur, quod quicquid factum est post iustificatam

stificatam ap. reuocetur per modum nullitatis, etiam si lata sit diffinitiua. nihil enim excipit, q dicit, Quodcumque de maio. & obe. solitæ, in fin. ¶ *In glo. ex hoc, ibi, in literis*] sup. aliàs. non, & hoc sub dubio forte, dixerat Ioan. de re iudicata, cum Bertoldus, in ultr. glos. sua, & Inn. exemplificabat, quando dicitur, Mittas in possessionem, & tuearis inductum; & de clausula, Cõtradictores, remittit infrà de præben. pro illorum, & uide, quod de utraque clausula ibi dicam super uer.
k contradictores [*ibi, sententia lata*] & executioni k mandata, & hoc tenet Vincen. reprehendens Tanc. & tamen dictum Tanc. quod sequitur, placet Inno. [*& in fin.*] Idem no. de dolo & contu. cap. 1. in glos. 2. ut lite non conte. c. 2. in glo. argu. quòd ¶ *In glo. pen. ibi, gratiam*]
19 fugiendæ sunt lecturæ, quæ contra naturam suã iura deducunt ad gratias. Sed poterat dicere glos. hoc fuisse de iure ex uiribus delationis, ut dixi hic in text. ¶ *In glo. ult. in fin.*] Host. hic tenet, quòd ad probanda crimina testium non compelluntur: aliàs sic, remittit, infra tit. 1. dilectorum.

ANNOTATIONES.

a Ex parte. In hoc c. ibi prox. &c. per hoc no. modum articulandi, & libellandi, ut non dicas, quòd pater eius ante ministrauit: quia posset esse ante, & non immediatè, ut in c. capellanus, de feriis, sed dicas proxi. ad hoc c. cum eccle. de causa pos. & propr. Bal.

b ¶Appellatum. Ante sententiam intelligitur, quia post sententiam non examinatur, an sit legitime appellatum, ut in c. non solum.

c ¶Non tamen. Hic agebat ciuiliter, quia ad priuationem beneficij interueniebat, non ex causa, quæ sequitur in gl. repellitur; ad hoc supra eod. quoniam, & infra eod. decætero, & no. infra post Dama. & Phili.

d ¶Cuius interest. Adde, quod laicus, si est patronus, siue parrochianus, potest ciuiliter crimen clerici denunciare c. Maximianus 81. distin. c. constitutum. 16. q. 1. & in c. qualiter, el 2. de accusatio. & hic per docto.

e ¶Soluunt. Contra hoc uidetur, quod not. in c. quod Dei, de sta. mon. sed hoc secundum id potest limitari, nisi habeant ius patronatus tales laici, ut ibi scripsi, Archi.

f ¶Obiectum. Taciturnitas ergo partis habilitat personam actoris etiam in his, qui ob publicam utilitatem repelluntur, ad hoc l. filii. §. ueterani, ff. de procu. & quod no. in c. 1. de iudi. lib. 6. & facit c. pia de excep. eod. lib. in contrarium facit c. si diligenti, cum ibi no. de fo. competen. officium tamen iudicis superest, ut in primis iuribus not.

g ¶Potest fieri. Vide Io. And. in c. ueniens, infra alleg. super glo. 1. & Guil. in spec. de procu. §. 1. uersi. sed nunquid medici, & Bart. ple. in l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. iud. & an in criminali possit unus articulus delegari, uide glo. in Clem. iudices, de off. deleg. & Cyn. in l. 1. C. qui pro sua iurisd.

h ¶An reseruanda. Adde, quòd est in optione iudicis reseruare, uel admittere, nisi in certis casibus, de quibus in authen, si dicatur, C. de testi. & ibi per glo. & docto.

i ¶Excipitur. Conclusio ergo est, quòd exceptio reprobatoria testium, ubicunque opponatur, debet admitti per iudicem, sed probatio eius potest reseruari in tempus disputationis, uel publicationis attestationis, fallit hoc ultimum in casibus no. infra eo. C. de testi. & hic, ut quãdo testes essent sub periculo, uel absentaturi, & Guil. ponit in spec. de teste. §. quid si ipse. item fallit in casu hic posito in glo. in uer. nobiles. item quando probatio est manifesta & notoria, ut in hoc text. sed quando probatio non est manifesta, sed incontinenti offertur, dicit Inn. quòd est in potestate iudicis, an uelit incontinenti recipere probationes, uel differre, nec partes possunt conqueri de eo. nam si differt, non fit præiudicium uolenti eos reprobare, quia nondum testes actoris probarunt, nec intentio est fundata, & possibile est, quòd non probabit. item si incõtinenti recipit, non fit præiudicium illi, contra quem producũtur, quia forte producens, uel excipiens contra eos non probabit. & quandocũque possit mittere, facit supra eo. c. in nomine. ad quid ergo ibi citaretur &c. confideret ergo iudex, ut hic dicit Io. And. an melius sit admittere, uel probare incontinenti, uel differre, uide etiam quod no. infra eo. c. præsentium, & infra eo. c. cum causam, in glo. 1. & quando testes sunt de longinquo recipiendi, tunc exceptio reprobatoria, uel etiam eius probatio debet admitti incontinenti, ut in c. cum causam, infra eo. uel quando præsumptio esset contra eum, ut ibi dicitur in glo. de ista materia, uide glo. in uer. quærendum 2. q. 1. in primis, ubi uult, quòd quando sterit per iudicem, & post sententiam potest probare. idem glo. in c. cum 1. & A. de re iud. Bald.

k ¶Executioni. Vide in c. quærenti, de off. deleg. per Ioan. And. & ad materiam uide glo. quæ incip. quid si natus, in c. commissa, de elect. lib. 6. & glo. & ibi Bar. ff. de procura. l. Pompo. §. sed & his, & Bal. & Sali. in l. debitori, C. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Ad testes, qui commodè uenire non possunt, mittere debet iudex, & nume. 6.*
Senex qui intelligitur, remiss. ibid.
2 *Testes examinare possunt duæ personæ loco tabellionis.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 4.*
Senes an compellantur ferre testimonium.
5 *Additio glossarum.*
6 *Ad testes examinandos quando debeat iudex mittere, & cuius expensis ueniant ad iudicem.*

CAPVT VIII.

1 SI qui testium. Casus. Iudex † mittere debet ad eos, qui commodè uenire non possunt. & loquitur hoc cap. in ciuili, secundum T. Vincen. Inno. & Host. concor. quod no. de
a iudicijs, at si a clerici, uer. Si uerò, in gl. 2. & facit constitutio Clem. de officio delega. iudices. [*Senex*] b hoc
b expone, ut dixi, supra ut lit. non conteſt. quoniam, in
2 prin. [*Personas*] duas † loco tabellionis: aliàs tabellio sufficiet, supra ti. 1. quoniam; & sic intellige, infra ti. 1. c. 1. secundum Hosti. [*Discretas*] adde, quod habes de iudi.
3 c. 2. lib. 6. ¶ Prima † glo. circa testes impeditos præmittit tria. demum quærit, arguit negatiuè, & soluit contrarium. ¶ Glo. 2. ibi primo obiicit, & sol. secundò solu-
4 uit aliud contrarium. ¶ *In † gl. 1. ibi, inuiti*] can. in præ. uer. [*& ibi, maiores*] ibi dicitur, maiores 70. à tutelis, & muneribus uacare. hoc uerum, si peregerunt. 70. existens enim in 70. non est maior 70. [*& ibi. §. corporis debilitas*] sequitur, illorum munerum tantum excusationem præstat, quæ corpore implenda sunt: cæterum, quæ consilio prudentis uiri, uel sufficienti patrimonio, non remittuntur, nisi ex probabilibus causis. ¶ *In*
5 † *glo. 1. ibi, ad egregias*] c & ad eos, qui cum per 15. dies
c stetissent coram iudice, recesserunt. C. de testibus. l. pe nulti. & de hoc 4. q. 3. uer. Item is qui [*& ibi, debet*] de gratia secundum Gof. ut dixi de officio ordi. significa
d uit, super gl. d 2. [*& ibi, qui multa*] alleg. Innocen. 2. q. 2. c. ti. ¶ *In gl. sed quare, ibi, possint † uenire*] cum producens eis procuret expensas, ut infra de rescriptis, statutum. §. pen. lib. 6. [*& ibi, Item testium*] ubi idem no. & in spec. c. ti. §. 1. uer. item, quod est pauper [*& in fi.*] qui etiam ab accusatione repelluntur. 2. q. 1. perhibentur: uel loquuntur in criminalibus. T. Posset etiam intelligi litera de paupertate non testis, sed principalis testem producere uolentis secundum Vincen. & sic legatur litera, Aut, sub. hi, qui eos uolunt producere, & quod, infra sequitur, Adduci. s. expensis principalis, quia non habet unde suis non, quia propriis stipendijs ministrare non coguntur, Host. facit, infra de rescriptis statutum, uer. prouisurus, lib. 6. dicebat autem Vincen. ꝙ tunc iudex ordinarius dabit expensas: quia tenet e pauperibus prouidere, in auct. de man. prin. §. sit tibi, infra de excel. præ, sicut uenire. 12. q. 2. aurum. forte aliud in delegato, in quo sufficit, ꝙ sibi non exigat, de uita & hone. cler. eum ab omni, ponebat autem ipse Vincentius, Si fuerit testis pauper, uetulus q; s, remotus, Debilis, egregius, aut qui producit, egenus, Vt testentur ibi; debet mittere iudex. quos etiam uide in spe. e. ti. §. qualiter, uer. potest etiam quod præcedit, uide in §. sequitur, ante finem.

ANNOTATIONES.

a ¶At si clerici. Nam tunc in criminali deberet forte iudex ad eos ire, & hoc uerum, nisi talis esset iudex quem ire nō decet, ut quia tunc posset mittere, & sic ubi priuilegium personæ & causæ consequenter, potius læditur priuilegium causæ, ut est tex. notabilis in c. 2. de iudi. lib. 6.

b ¶Senex. Limita, nisi commodè posset accedere ad iudicem; uide in l. quæsitum, ff. de re iudi. per do. de Rota conclus. 218. incipiente, item quòd senex, in nouissimis.

c ¶Egregias. Quæ dicatur persona egregia, uide Bar. in l. 1. C. de aduo. diuer. iud. & Rotam conclu. 88. in nouissimis.

d ¶Super glo. Ibi idem no. in contrarium tenet, facit lex ad egregias ff. de iureiuran. licet in iuramento litis decisiuo loquatur, & facit uer. debet, positum in uersiculis, qui ponuntur super glo. proxi, facit quod no. Bar. in l. inuiti, ff. eod. tit. & uide in decisi. Rotæ conclusio. 98.

SVMMARIVM.

1 *Corrupti, & periuri ad testimonium non debent admitti, Iuramenta pro testimonijs iuratis, ibid.*
Periuris quæ pœna, ibid. in fin. & nu. 2.
2 *Testium corruptionem quo casu post sententiam & quam sufficiat probare ad eam reuocandam, cum aliàs & falsitatem quis probare debeat.*
3 *Sententia lata ex falsis testibus rescinditur, si dicta eorum iudex sit secutus, & quando matrimonialis difficilius retractabitur, nume. 7.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 5.*
Causam damni qui dedit, damnum uidetur dedisse, & quo casu, & nume. 6. §. 1.
6 *Additio glossarum.*

CAPVT IX.

1 SIcut nobis. Casus. Corrupti† & periuri ad testimonium non debent admitti. Communis diuisio. secunda ibi, super quo. ubi ponitur responsio distinguens, secundum membrū ibi, Si uerò [*Accepta*] & malè, supra c. 1. 14. q. 5. non sane, Vincē. [*Parentela*] in gradu prohibito [*Iuramenta*]. i. testimonia iurata. [*Transiuit*] dicebatur in an. nullum aliud remedium supereſt, nisi ut testibus &c. & huic literæ quidā, ſ. Mel. adhærentes dicebant, & malè, de crimine, iterū
2 a quæri non posse, Gof. [*Adulterio*][a] sed si neuter transiuit, imponetur de periurio tamen pœnitentia [*Corruptionis*] no. quia nil dicit de falsitate. Vnde† sic intelligo dec. quòd hæc sit mens, si uterque, uel alter transiuit ad secūda uota, necesse est falsitatem probari, qua probata ſeparatis ſecundis coniugijs integrabitur primum per iura, quæ allegabat glo. pen. Si uerò neuter transiuit ad ſecunda uota, tunc ſufficit corruptionem testium probari, & ſecundum hoc in uer. Non migrauerint, non est ſupplendum, Maximè, prout ſupplet glo. ſed legendum est plane. & hanc opi. in parte tetigit Inn. dicēs quoſdam dixiſſe per hoc c. quòd ſufficit probare corruptionem, & agetur per reſti. in inte. uel condictione ex hac dec. Sed iſti non diſtinguebāt, an contractum eſſet ſecundum coniugium, uel non. tu dic, ut dixi, q̄ plane uult hæc litera 53, op. de eo, quod dixi ſupra ti. 1. licet, ſuper gl. 2, ſ. quod poſt ſententiā nō ſufficiat probari corruptionem. ſed dico illud uerū in aliis ſententijs. Cum autē ſententia lata contra matrimonium non habeat uirtutem rei iudi. ſpeciale ſit in ea, q̄ ita ſufficiat poſt ſententiam probari corruptionem, ut prius, & hoc, quādo neuter contraxit, ut dixi, per quod poteſt dici idem in omni ſententia, quæ nō habet uigorem rei iudicatæ, puta, cum ab ea fuerit ap
3 pellatum [*Reuocanda*] ſi iudex† eorum dicta tantū ſuit ſecutus, infra de re iud. cum. I. & A. Gof. & Tan. [*Admittendum*] admittitur tantum ipſorum denunciatio, infra de cogna. ſpi. ſuper eo. & hic arg. contra, infra qui ma. accu. poſ. c. fin. Hoſt. ¶Secunda† gloſ. elicit duo
4 argumenta, & ad ſecundum ſignat contrarium, & ſol-

uit. ¶Tertia gloſ. in broc. quòd qui occaſionem, &c. arguit pro. Inducit 4. can. tres leges, & unam decreta.
5 in cōtrarium duos can. & unam l. & ſoluit. ¶*In*† *glo. 3. ibi, nihil intereſt*] ſequitur, utrum occidat quis, uel cauſām mortis præbeat [*& ibi. §. ſicuti*] ſicut euentus mortalitatis non imputatur medico, ita quod per imperitiam commiſit, imputari ſibi debet [*& ibi. §. pen.*] tenetur, qui flamma uento in ſtipulam ſuam ignem miſit per quem ſeges, uel uinea uicini læſa eſt [*& ibi, uerum*] 2. uide de accuſa. cum dilecti, ſuper gloſ. cauſa [*& ibi, item Mela*] loquitur de eo, qui cum pila ludens percuſit tonſorem in manu, & gula ſerui abſciſſa eſt, qui tenetur Aquil. & de illo, qui tenuit, & alter intere
6 mit. ¶*In ulti. glo. in fine*] ibi ſunt uerba, quæ in dec. per
6 tuas. ¶*In*† *glo. 2. ibi, inebriauerunt*] tripliciter legitur, ut
b ibi no.[b] ¶In glo. 3. ibi. §. quia uerò, ubi de hoc, & ca. qui omnē, in ſumma [*& in fin.*] adde quod not. infra de homic. deçætero, & 1. q. 1. hi quoſcunque, & præ-
dicto. cap. placuit. 3. ¶*In glo. pen. ibi, de falſitate*] hæc fateor: ſed litera non de falſitate, ſed de corruptione lo-
7 quitur, ut dixi in textu [*& in fi.*] Sed† quando migrauerunt ad ſecunda uota, cum maiori diſcuſſione recipientur teſtes, & difficilius retractabitur ſententia, Inno. Sed Hoſtien. dicit, quòd quando non migrauc
c runt, imponetur illis pœnitentia tantum de periurio; ſed utroque caſu fiet inquiſitio, de qua ſequitur.

ANNOTATIONES.

a ¶Adulterio. Ex hoc poſſet colligi, quòd quoties iteratur copula cum alteri nupta, quòd toties iteratur adulterij delictum; ad hoc uide Bar. in l. nunquam, de priua. delic. uel dic, quòd illa non fuit mens huius literæ, ſed quod dicatur unum adulterium, quando alter eorum tantum tranſiuit ad ſecunda uota, quando uerò ambo, tunc plura, quia tunc uterque dicitur committere.

b ¶Vt ibi no. Tantum ergo quò ad peccatum conſideratur peccantis intentio: quò autem ad pœnam huius fori in ſeq. conſequela conſideratur, ut in gl. & ad materiam facit, quod no. in c. cum qui dam, in 1. glo. & ſuper illa, infra de iureiu.

c ¶De periurio. Et pro intellectu huius capituli, uide Bar. & moder. in l. generaliter, C. de non nume. pec. & Bart. in l. eos, & ibi bonus tex. ad hanc materiam, ff. de fal.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis, & muneris non teſtificatur etiam in crimine ſimoniæ, eiq; non eſt aduerſus alium eredendum niſi ad præſumptionem, nu. 2. uide nu. 5.*
Simonia non eſt, ſi quid promittatur poſt præſentationem, uel electionem, ibid.
Remittere parochianis rector eccleſiæ quid poteſt, quod ualet ad uitam remittentis, ibid.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
Remittit qui debitum, dare uidetur, & num. 5.
Teſtis unicus quandoque ualet, & quando, §. in glo. ultri.
5 *Additio gloſſarum.*
Emptio, & redemptio æquiparantur, ibid.
Socius, uel particeps criminis, an & quando admittatur ad teſtificandum, ibid.

CAP. X.

1 VEniens. Caſus. Socius† criminis, & muneris non teſtificatur ēt in crimine ſimoniæ. Et prima pars ponit petitionem presbyteri. ſecunda illam exaudit, & cauſam reddit ibi, & nos [*Promiſiſſet*] ante præſentationem, uel electionem, ſic enim poſt non fuiſſet ſimonia: tamen non ualeret niſi ad uitam remit-
2 tentis,[a] de donatio. cap. ſecundo, de tranſact. decæ-
tero [*Parochianorum*] ad quos forte ſpectabat præſentatio. ſic, ſupra de electio. querelam [*Pro beneficio*] forte pro decima, de qua ſic conuenerat. Hoſtien. remittit de rerum permuta. cap. fina. de tranſact. ſtatuimus, uel

uel aliàs prō ſubſtentatione [*Commendamus*] forte dicebant aliqui periti presbytero, quòd ſententia non ualebat: quia in crimine ſimoniæ teſtificari poteſt ſocius. quare dicebant plenè fuiſſe probatum. iſte titubans petijt confirmationem ipſius, & obtinuit [*Credendum*] ad† probationem, ad præſumptionem ſic, In-
3 nocen. ¶Secunda† gloſ. obijcit, & ſoluit. ſecundò quærit, arguit, affirmatiuè ſoluit contrarium. ¶Pen. glo. not. quòd ſocius &c. ſignat contrarium, & ſoluit.
4 ¶Vlti. glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶*In*† *1. glo. ibi, quando*][b] & uide de ſin. c. pen. in gloſ. 2. [*& ibi, ſi mulier*] mulier pecuniam debitoris, cum quo contrahebat, pro dote acceptam tulit: matrimonio non ſecuto, nuptijs non ſecutis, ab ipſo pecunia condicetur: quia nō refert, an per numerationem, uel acceptilationem ad ipſum pecunia ſine iuſta cauſa peruenerit. ¶*In glo. 2. ibi, in bonæ*] hanc & ſe. uide in cap. ulti. de iureiurand. infra allegat. ¶*In glo. ult. ibi, marius*] ponit caſum de marito uxoris hærede, qui repetens pecuniam, quam dicebat per uxorem depoſitam, probabat per unum teſtem [*& in fin.*] in ſummam, qua filiam ordina-
5 uerat dotari. ¶*In*† *gloſ. 1. ibi, intelligitur*] ſic emptio, & redemptio æquiparantur in hoc, infra de ſim. querelam [*& in fi.*] & ff. de regulis iuris, ſi quis obligatione, licet ſit argumen. contra. ff. quibus mo. pi. uel hypothe. ſol. l. 1. §. cum uenditor, C. ad Velleia. l. etiam.
c ff. quæ in fraudem credit. l. ſi pignus,[c] Goff. ¶*In glo. 2. ibi; ſi quis Papa*] dixit hic Goffr. quòd ibi concurrebant duo crimina ſimoniæ & læſæ maieſta. nam ibi loquitur de illo, qui Papa uiuente de papatu conuenticulas faciebat. aliàs, licet in crimine læſæ maieſta. admittatur, in ſimo. non. uel ſecundum eum admittitur ſocius accuſans, ſed non teſtificans. uel ſecundum Phi-
lip. iſte non erat de crimine emendatus: & ideò etiam in exceptis repellendus, de ſimo. per tuas. i. [*& ibi. §. item ſæpe*] ubi de hoc, & infra de appellatio. cap. 1. & uide, quod not. in ſpecul. tertia par. de noto. crimi. §. ut autem, aliàs incipit, fama, uer. quid ſi agenti, & addē quod dicam, infra e. præterea, ſuper ultima gloſ. & quod dicam, infra de accuſa. qualiter. 2. ſuper glo. argumen. famam. Hoſtien. autem legebat ſic, quòd hic nullus teſtis idoneus erat: quia aliter confeſſus fuerat iſtud pactum fuiſſe cum certis parochianis pro omnibus, quod ipſe, licet tunc non præſens, poſtea ratum habuerat; & hunc ſecundum teſtem reſpicit ver. nulli, & ſic non eſt inculcatio. ¶*In glo. abſoluendo, in fi.*] uel purgationem indicendo, infra de adult. ſignificaſti, Goffred. & hoc, ſi erat infamatus. ¶*In gl. pen. ibi, conſueuit*] ſecundū. T. [*& ibi, criminibus*] de crimine ſimoniæ dic, ut infra e. cap. 1. lib. ſexto, de crimine hæreſis, ut e. lib. de hæreti. in fauorem. ¶*In glo. ult. ibi, licet*] ubi de hoc [*& ibi, tanta*] ubi de hoc [*& ibi, nobiliſſimus*] infra de ſpon. præterea 2.

ANNOTATIONES.

a ¶Remittentis. Vel quouſque teneret beneficium, ad quod ſi poſt dimiſſionem, uel renunciationem, uel priuationem iterum aſſumatur, an reuiuiſcat iſta obli. & promiſſio renunciatione, uel priuatione extincta, uide Io. And. de præb. niſi eſſet, in glo. denuò.

b. ¶Ibi quando. Adde quando criminoſus poſſit accuſare clericum de crimine ſimoniæ, tex. in c. cum P. de accuſat. & in c. ſi quis Papa 69. diſtin.

c ¶Pignus. In iſtis iuribus non eſt eadem ratio in tacito remiſſo, quod in principali remiſſo, ut in illis apparet. hic eadem eſt ratio in tacito & expreſſo, ſi de illis fuit remiſſio. uide in illis iurib. doctores, & Bar. in l. ſi fideiuſſor. ff. de lega. 1. hic enim remiſſio lucrū affert illis, quibus remittitur: in illis autem iuribus expreſsè aufertur lucrum, & ideò reprobatur ex tacito nil lucri afferre, & ideò non reprobatur, ibi uide.

SVMMARIVM.

1 *Acta litis inſtantia pereunte non pereunt, & imò quædam acta iudicij perpetuò durant, & quæ, & inter quas perſonas, & coram quibus iudicibus, & in quo agendi modo, & quibus proſint & obſint, præterquam interuenientibus in iudicio, uide nume. 2.*
Acta quæ litis, quæ iudicij dicantur, ibid.
Leg. properandum, §. 1. C. de iudi. intellectus, ibid. uer. nec obſt.
Acta ſi non reperiuntur primi iudicij, denuò recipiuntur, ibid. uer. & ſunt hæc uera.
Teſtibus opponendi eſt ſaltum ius ei; contra quem producuntur eorum atteſtationes in alio iudicio receptæ, ibidem, uer. unde & illud.
2 *Inſtantia iudicij non perit fluxu temporis iure canonico.*
Acta etiam iudicij, non tantum litis non pereunt ex temporis curſu ſecundum canones, niſi in caſu, & quo, ibid.
3 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 4.*

CAPVT. XI.

1 CAuſam. Quæ breue eſt. [*Ab alijs*] quibus ſucceſsiſtis. C. de iudic. properandum. §. ſi autem in medio triennij. & † obtinet quod hic dicitur, niſi ubi inſtantia iudicij petiit. nam ubi periit inſtantia, ibi forſan & omnia acta pereunt. C. de iudi. properandū. §. 1. Tu uerò dicas, q̄ quantumcūq; pereat, ſempertamen cōfeſsiones, & probationes, & alia, quæ facta reſpiciūt, perpetuò durant inter eaſdem perſonas, & co-
a ram eiſdem iudicibus. C. de arbitris,[a] cum antea. §. fi. dummodò ad idem agatur, uel etiam ad aliud, quod tamen ex principali pendet, quale eſt, ſi atteſtationes ſint de matrimonio. nam hæc ualent ad probandum legitimationem filiorum, infra e. Albericus. Alij uerò dicunt, q̄ ualent quantum ad præſumptionem, & non quantum ad probationem, Inn. Si uerò ad aliud omninò agatur, primæ probationes non probant: qa & habitæ ſuper uno modo agendi nō proſunt, ſi alio modò agatur, ut patet in eo, quod legitur & not. infra e. ueniens: ſed ad idem, & ad eius acceſſorium, & eundem modum agendi ualent ſemper, ut dictū eſt, Ho. nec ob. C. de iud. properandum. §. 1. ubi dicitur, quòd quando quis abſoluitur ab inſtantia iudicii, tunc & acta iudicii pereunt: quia intelligitur de his, quæ ſunt tantum acta iudicii, & ex ipſo iudicio oriētia ſiue præcedentia, ſicut ſunt citationes, ſatiſdationes, & ſi. hæc enim uerè pereunt, arg. ff. iudicatum ſolūi, cum apud Sempronium: atteſtationes uerò non pereunt, ut dictū eſt: quia potius ſunt acta litis, quàm iudicij, quinimò & ea, q̄ ſunt principaliter acta iudicij, ſi facta reſpiciunt, perpetuò ualēt, ut patet in citatione, per quā fit interruptio, C. de præſcript. 30. annorum, cum notiſsimi. 1. reſpon. & l. fin. de annali except. l. 1. §. 1. Sed & uicium litigioſi dicunt quidam perpetuum eſſe, de quo dic, ut not. ſupra ut lite pen. eccleſia. Et ſunt hæc uera de actis habitis coram ordinario iudice, ſiue etiā delegato. C. de re iud. geſta, & legitur & not. ſupra titu. 1. quoniam contra falſam, & cap. fin. ubi eſt hoc expreſſum, dummodò reperiri poſſint. aliàs enim de nouo recipiuntur, ut ibi legitur & not. quid autem iuris ſit de atteſtationibus productis, & aliis actis habitis coram arbitris, habes. C. e. titu. l. fin. C. de arbitris: l. penul. §. penul. & fin. & le. & no. infra e. præſentata. Sed obijcies, & dices, quomodo poſſunt ualere atteſtationes in ſecundo iudicio, cum ipſo conſiderato receptæ ſint lite non conte. Reſpon. quia non conſideratur litis conte. ipſius ſecundi iudicij. ſed primi, in quo fuerunt recepti licet cont. vnde & illud fundamentum ſuffiet, & perpetuò ualent, ſupra ut lite non conteſta. quoniam, & C. e. l. fi. & infra e. præſenta-

ta. saluum est tamen ius ei, contra quem producunt, ut contra dicta ipsorum possit obiicere, & personas, ut in eisdem iuribus, ualent ergo attestationes, & cõfessiones non solùm inter easdem personas, sed inter eorum hæredes, dum tamen ad idem, & eodem modo agatur, ut dictum est, & comprobat, infra e. Albericus, & C. de libe. causa, iubemus. imò & plus uidet, scilicet, ꝙ tales attestationes, & omnia alia acta factũ respicientia, esto quòd sententia non sit lata, possunt non solum producentibus, & eorum hæredibus, ut est dictum, sed etiam omnibus, quibus res iudicata ꝓdesset, uer. gratia, aliquis, à quo uendicabatur fundus, probauit per testes, quòd suus erat: postmodum uendidit illum Petro: in hoc casu dicendum, quòd prædictæ attestationes Petro emptori proderunt, sicut & ei prodesset sententia, si pro uenditore lata fuisset. ff. de except. rei iud. si à te. §. 1. & §. Iulianus. & idem uidetur in omnibus casibus, in quibus res uẽdicata inter alios alijs præiudicat, uel prodest, ut ualet eodem mõ acta inter eosdem habita, etiam si res iudicata non fuerit, prosint & obsint omnibus illis, quib. res iudicata pro-
b desset, uel obesset. [b] qui uerò sint isti casus, patet in eo, quod le. & no. infra de re iudica. quàmuis regulariter, secundum Inno. cuius est mens totius huius glos. hoc
2 autem notandum † secundùm Host. quòd secundùm canones non perit instantia fluxu temporis. ideoque nec ista occasione acta iudicij pereunt, sed perpetua sunt, ut patet in eo, quod no. supra de iudicijs, uenerabilis, & supra titu. 1. c. fi. unde quantum ad hunc casum satis uidetur inutilis ista glo. potest tamen ualere in alio casu, puta quando quis absoluitur propter ineptam editam actionem: tunc enim & si instantia iudicij pereat, & alia de nouo possit oriri, ut patet in eo, quod legitur & not. supra de iudi. examinata, potest
c [c] quæri, utrum & acta pereant; & potest responderi, sicut superius est notatum, secundùm Host. [*Iudicibus*] qui forte mortui erant, uel remiserant secundùm Pe. & Ab. [*Receptæ*] directè, non incidenter, nisi partibus
3 placeret, infra e. ueniens, Vinc. ¶ *In* † *glo. i. ibi. c. ult.*] & ibi in c. præsentata, infra alleg. uide. l. huius glos. ¶ *In*
4 † *glo. 1. ibi, quoniam multæ*] & infra e. cum uenissent, & c. constitutus, Goffre.

ANNOTATIONES.

a ¶De arbitris. Adde tex. in l. iubemus, C. de libe. cau. uide Bald. in l 3. in pen. col. C. de eden.

b ¶Obesset. Idem no. Bar. in l. sæpe, ff. de re iud. & l. si mater, in fi. ff. de except. rei iud. & de materia glo. istius uide Bart. Sali. & Bald. in l. 2. C. de eden.

c ¶Potest. Vide ibi Ioan. And. in glo. 1. non obstante, an isto casu expiret iurisdict. dele. & uide in decisione Rotæ, concl. 78. & uide l. si filii, & ibi per Bar. ff. de interrog. act. & in l. si patronus libertum, ff. de iureiu. & in l. cum Titia, ff. de accusa.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in causa suæ ecclesiæ quibus casibus non admittantur, & nume. 5.*
2 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 3.*
Clerici possunt testificari pro ecclesia, & an contra eam possint ad hoc compelli, & nu. 4.
4 *Additio glossarum.*
Causa sua quando dicatur, ibid. in princ.
De collegio, capitulo, uel vniuersitate qui sunt, quando possint in causa collegij, capituli, uniuersitatisue testificari, ibid.

CAPVT XI.

1 Cum nuncius. Breue est [*Negocio*] quod non † procurant, supra e. insuper, & idẽ in prælatis, ut ibi dixi [*Alia*] simplex relatio [*causa*] vt si dica-
2 tur periuri, infames, uel his similes. ¶ Prima † glo. allegat tres concor. & tria iura in contrarium, & soluit. secundò quærit, allegat tria ad negatiuam, & alia tria ad affirmatiuam, ponit opinionem, ultimò soluit, &
3 pro contraria solutione ibi. T. remittit. ¶ *In* † 1. *gloss. ibi.*
a §. 1.] seruus communis [a] ciuitatis non est singulorum, & pro ciuibus & contra ciues torquetur [*& ibi: §. licet hæres*] uel qui de ipsius est familia, nõ testificat in causa testamẽti [*& ibi, omnibus*] can. 4. quæstio. 3. omnibus
4 [*& ibi, nimis*] uide in præall. c. 1. super 3. glo. ¶ *In* † *glo* 1. *ibi, nullus*] ubi de hoc [*& ibi, sua*] non est sua; quia damnum & lucrum suo nomine ad eum non pertinet. 2. questio. 6. biduum, uer. palam. T. satis eque uidetur dicendum, quòd si quæratur de his, quæ in ca. aguntur, singulares de capitulo testificari possunt, infra eo. ueniens. C. de repu. consensu. §. pen. aliàs posset deficere probatio, bene facit, infra titu. 1. cap. ulti. Si verò quæratur de his, quæ extra capitulum aguntur, distinguitur, si quæratur de actu, per quem singulariter cuique de capitulo obuenit utilitas, nõ admittitur: quia in re propria & c. ut in præall. le. in omnibus, canon. 4. q. 3. & benefacit de se. ex. si sentẽtia, in fi. li. 6. Si uerò non singularibus, sed uniuerso, vel collegio obuenit utilitas, admittentur, ad hoc præ. l. intantum, quam alle. glo. & 12. q. 2. qui manumittitur. ff. de in ius uocan. sed si hac. §. qui manumittitur. & per hoc soluit, quod sepe queritur de uniuersitatibus uillarũ, uel terrarum, quæ litigant de pascuis, uel nemoribus, in quibus singulorũ bestiæ pascuntur, & singuli ligna scindunt: testimoniũ hominum de uilla hoc casu non est idoneum, ut pa-
b tet per præmissa, & de hoc etiam per Cy. C. e. parẽtes [b] [*& ibi, qui manumittitur*] dicebat T. Phi. & Vinc. hoc uerum indistinctè in causa ciuili. in criminali, accusato prælato ab aliquo de uniuersitate, alij de uniuersitate recipiuntur in testes, ar. 2. q. 6. lator, infra de accusat. ex parte, de elect. per inquisitionem. ideò quia non sunt magis domestici accusantis, quàm accusati. idem Inn. & Hostiẽ. Sed cum quis de uniuersitate accusat extraneum, cæteri de uniuersitate non possunt testificari. 14. q. 2. super, ubi de hoc. 3. q. 5. accusatoribus, infra de accus. repellantur, & de hoc in spe. de teste. §. 1. uer. sed nunquid in causa, ubi Guil. post Hosti. temperat illud dictum, dicens illud uerum, nisi in defectum, & remittit etiam ad sum. Hostien. eo. ti. §. 2. uersi. & cum causa, ubi alle. Hostien. infra ti. 1. cap. fi. de iureiur. & si Christus, in fi. unde nimis largè locuti sunt glossatores, sed restringenda est opinio ad textus iurium, quæ allegãt quando videlicet est ita parua uniuersitas, quod illi de ipsius corpore cadunt in nomẽ domesticorũ, uel cohabitantium, ut ibi [*& ibi. cap. ulti. in fi.*] hoc soluitur in remis. quam dat finis gl. [*& ibi, filius*] de carnali est prohibitio, & edictum de testibus prohibitorium. ff. e. l. 1. [*& ibi, non debet*] & c. ti. non licet, li. 6. [*& in fi.*] in ulti. gl.
5 hoc † ultimum approbat hic Inno. in defectum aliorum testium, quod intelligit Hosti. supra e. in sup. nisi sint liberti ecclesiæ illi clerici, supra de seruis nõ ordi. eo libentius, uer. quibus, & quòd illi plus alijs sint astricti, patet de succes. ab intest. c. 2. de test. requisisti, in fi.

ANNOTATIONES.

a ¶Seruus communis. Limita secundum Bald. Hostien. & Inno. hic, quos uide.

b ¶Parentes. Et ibi uide Bal. & Sali. facit etiam ad q. si relinquitur cõuentui, uel singularibus fratribus, quomodo testificari possint. de q. per Bar. in præalleg. l. in tantum, in causa ergo, quæ est uniuersitatis proprietate & utilitate, admittitur, qui est de uniuersitate: si proprietate uniuersitatis, & vtilitate singulorum, non admittitur, ut in exemplis, supra positis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Crimen nunc probatum repellit testem etiam aliàs de illo crimine non damnatum.*
Opposita probanda sunt, ibid.
Si, etiam pro quando, ibid.
2 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Testes, quibus crimina obijciuntur, qui repellantur, & nu. 3.
3 *Additio glossarum.*

CAP. XIII.

1 Super eo. Casus. Crimen † nunc probatum repellit testẽ etiam aliàs de illo crimine non damnatũ. Communis diuisio. secunda ibi, Respondemus [*Opponuntur*] & probantur, vt sequitur [*Si etiam*] pro quamuis [*conuincantur*] nunc in modum exceptionis [*Admitti*] propriè, uel inspecto effectu, ut dicã, infra. eo. testimonium, in prin. & dixi, supra eo. ex parte.
2 ¶Glo. 1. † signat contrarium, & soluit. ¶ *In glo. 1. ibi. §. calumniator*] sequitur, ita demum no. si fuerit calumniẹ causa damnatus, nec enim sufficit calumniatum. ¶ *In*
3 † *glo. 1. ibi, secundum leges*] & tamen lex illa est canonizata; & facit ad quod dixi, supra de rescriptis. c. 2. [*& in fi*] dummodò sit tale crimẽ, quod à promotione repellat, & cum eo non fuerit dispensatum, Ala. Vincen.

SVMMARIVM.

1 *Laicus in criminali non testificatur contra clericum: accusat tamen pro sua, uel suorum iniuria, uid. nu. 3.*
2 *Suorum appellatione qui contineantur.*
Pro iniuria illata seruo, filio, & uxori, item siquis defendit mortem propinquorum, potest agere, ibid. uer. dicebat Go.
3 *Ad accusationem hic admittitur, qui repellitur à testimonio, quandoque è contrario.*
4 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 5.*

CAP. XIIII.

1 Decætero: Casus. Laicus † in criminali non testificatur
a contra clericum: [a] accusat tamen pro sua, uel suorum iniuria, ponit regulam, à qua secundo excipit ibi, Nisi, & exceptionem determinat ibi, Nec tunc [*criminali*] criminaliter mota, ne sit con-
2 tra, supra e. cap. 3. secundum Hostien. [*Suorum*] illi † di-
b cuntur sui secundum Acc. qui pro eo testificari [b] non possunt, hoc no. C. de Turpil. l. pe. in additione, de qua etiam loquitur spec. de accu. §. 3. in prin. & uide quod ibi dicam. Hostien. hic dixit illos dici suos, de quibus habetur. ff. de accusat. le. 1. & 2. 1. respon. Idem Azo, in sum. qui accu. non pos. §. videndum. Dicebat Gof. quẽ agere posse pro iniuria illata seruo, filio, & uxori, Instit. de iniuri. §. patitur, & sponsa. ff. de iniur. Item apud Labeonem. §. itẽ sponsum. Item si quis defendit mortem propinquorum. ff. de accu. l. hi tamen omnes, & sic intelligit. 7. quæstio. 11. neganda. dicit Abbas hoc posse intelligi de omnibus cõstitutis in potestate, vel non, dummodò sint in primo gradu, alle. de sen. excõmuni. Si uerò. Pet. dicit, quòd in illis casibus poterit accusare, quibus sine pẹna potest uerberare, qui ibidẽ habentur [*iniuria*] 4. quæstio. 6 omnibus [*Testimonium*] quià nullus idoneus testis & c. 4. quæstio. 3. nullus [*Ac-*
3 *cusationem*] admittitur † ergo hic ad accusationem is, qui à testimonio repellitur, ratio patet. sic interdum
4 è contra, de hoc satis 4. quæstio. 2. in summa. ¶ † Secũ-
5 da glo. addit alium casum, & remittit. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, clericos*] ad accusandum, non ad testificandum, secũdum Gof. [*& in fi.*] & 2. quæstio. 7. in summa.

ANNOTATIONES.

a ¶Clericum. Adde, quòd istud procedit in clerico primæ tonsuræ secundum Domi. in c. sicut sacerdotes. 2. q. 7.

b ¶Testificari. Et uide gl. & no. in c. ex parte Adæ, supra eo. & quod plenè no. infra de accusa. c. super his, & c. cum P. de accu. & quod no. glo. & ibi scripsi. 2. q. 7. in summa, Archi.

SVMMARIVM.

1 *Causæ Ecclesiasticæ quæ, & quæ ciuiles dicantur.*
2 *Dilatio super nouis capitulis, etiamsi tertia data fuisset super alijs concedenda.*
3 *Super testium dictis post eorum publicationem disputandum, & quæ fuit hic causa dubitandi.*
4 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 5. & 6.*
Dilatio 2. 3. & 4. & etiam ulterior quando danda, & cui, & in qua causa, ibid. nu. 5. & 6. & quid seruetur, nu. 6. in fi.
6 *Productio testiũ hic quomodo intelligatur, & differat à dilatione.*
Testium nomina à principio sunt alteri parti, contra quam producuntur, edenda, ibid. uer. sed Hosti.

CAPVT XV.

1 In causis. Breue est, habens duo dicta. secundum ibi, Et super [*Ecclesiasticis*] idest quæ † agũtur in foro ecclesiastico. & tunc dicit ciuiles, quæ agũtur in foro ciuili, uel uocat ecclesiasticas spirituales, & criminales ciuiles de rebus temporalibus [*Producti*] super illis † capitulis, super quib. data est & elapsa tertia dilatio, hoc dico, quia tertia dilatio non impedit uolentem producere super nouis capitulis, quem non impediret etiam publicatio, infra e. fraternitatis [*Legibus*] glo. alle. [*Disputari*] infra cap. prox. supra ti. 1. li-
3 cet, forte huius † dicti fuit dubitatio, an ante publicationem hoc fieri posset, & respõdetur, quòd non propter impossibilitatẽ. uel melius, sicut testes deponunt in secreto, sic uidebatur forte quærenti, quòd etiam super dictis ipsorum deberet secretè disputari, & hic tollit, & est si. in scrutinio electionis, supra de electio-
4 ne, quia propter. ¶ Glo. 1. † ponit duas lecturas circa productionem, de qua hic loquitur, & primã appro-
5 bat. ¶ *In* † *glo. ibi, iusta causa*] aliàs no. ff. de ferijs. le. ult. & de hoc supra de dila. capi. 2. Dabitur ergo secundum Innocen. 2. & 3. quando petens illam ostendit iudici se impeditũ in prima. ff. de eden. si quis ex. §. pen. & ult. & l. fi. [*& ibi, quartam non dabit*] refert Inno. quosdam intelligere capitulum, ut iacet, quòd quarta non detur sine solennitate, quod si fiat, nõ ualeant attestationes supra c. 2. in fi. Alij contra, quòd ualeant, nisi fuerit appelatum, infra e. significauerunt. Alij, quòd licet contra dicatur, & appelletur, iudex cum solẽnitate ista & sine potest concedere quartam, quintam, nisi sit conclusum, uel renunciatum testibus, & dicta ipsorum alteri parti sint edita. nec aliter seruari debet hẹc solennitas, ut patet in. §. quia uerò, unde fuit sumpta. Dicit tamen Inno. & illud, quod ibi dicam, quòd licet hoc uideatur uerum, tamen iudici securius est nunquam dare quartam sine solennitate. & isti ultimi dicunt, ꝙ concurrentibus prædictis. s. conclusione, uel renunciatione, & editione attestationum, non dabitur secunda sine hac solenitate, nam eadem ratio, ergo & c. de constitutio. translato. dicit tamen Innocen. quod prædicti. §. non uidetur facere uim in cõclusione, uel renunciatione, sed solum in editione facta alteri parti, ut tunc sit seruanda solennitas. Dicit etiam Innoc. quòd post peremptorium non dabitur quarta cum sola ista solẽnitate, nisi aliàs probet se impeditum per id, quod supra dixi in alia additione: dicit etiã dilationes has sic per iudicem restringendas, quod non exce

dant

dant tempora à lege, uel homine statuta, quæ sine ma
gna & euidenti causa non debent excedi. 3. quæstio. 3.
spacium, de officio dele. de causis [*& ibi. §. quia uerò*] ubi
de hoc [*& ibi, quòd tertia † productio.*] ut id significet, q̃
uerbum sonat. ff. de uer. sig. ter enixa. ff. iud. sol. le. iudi-
catum. Cum enim quis colligit testes, quos potest, &
eos præsentat iudici, illa est prima productio. cum col
ligit alios, & illos præsentat, est secunda, & sic de tertia,
sic recitat Gof. Sed Hostien. dicit, quod sufficit nomi-
natio, licet non præsententur: quia forsan non est sibi
posibile sic simul præsentare, dicens quòd sic seruа
tur. unde etiam in prin. tenetur producens illos nomi
nare, si petatur, ut in. §. quia uerò, infra ti. 1. cap. primo,
& c. cum contra. & in rescriptis quottidie ponitur, Te
stes autem, qui fuerit nominati &c. infra c. cum cau
sam, de hoc uide in speculo e. ti. §. qualiter, in 1. colũ.
Hostien. autem placet hoc dictum, quòd tres produc-
tiones faciant unam dilationem, ar. ff. de uer. sig. l. ter
enixa. dicens, quòd litera ista sibi bene cauit, quòd nõ
dixit dilationem, sed productionem, quæ sunt diuer-
sa. nam una sola dilatio datur actori in ciuilibus, duæ
reo. In criminalibus duæ accusatori, tres accusato, &
plures non nisi causa cognita, de hoc de dilatio. cap. 2.
tres uerò productiones possunt fieri, infra unam dila-
tionem, quarta non sine solẽnitate, & tunc debet pro-
ducere non nouos, sed primo nominatos, si facta fuit
nominatio. quinta uerò nullo modo. & hoc, si is, cui
fuit assignata dilatio in 1. 2. & 3. produxit aliquem te-
b stem: alias probato impedimento daretur [b] etiam si-
ne sacramento secunda dilatio, & ulterior etiam cen-
tesima, & millesima, & sic intelligit, infra c. ultra. Di-
cit ergo, quòd interdũ sub prima dilatione distinguit
tempus productionum, puta data est talis dies ad fa-
ciẽdam primam productionem, data est talis dies sub
prima dilatione ad faciendam secundam, & sic de ter-
tia. quarta uerò cum solennitate. quinta nullo modo,
sed probato impedimento daretur secunda dilatio, in
qua totidem productiones facere posset, & probato
impedimento in secunda daretur tertia, & sic de mil-
lesima secundum eum. istud dictum uidetur hic pla-
cere Ab. qui dicit sic opi. glo concordari, quòd prima
locum habeat, quando iudex non dedit in prima dila
tione totum tempus concessum à iure, secunda uerò,
quando dedit totum, licet subtilia sint hæc, uideo ser-
uari, quod dicit glo. & illud teneas. [*& in fi.*] de hoc. 3.
q. 3. spacium, in spe. c. ti. §. qualiter, & uer. uolens ergo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Spirituales. Adde glo. ordi. 11. q. 1. in summa, & Ioan. And. in c. li
teris, supra de iura. calum. & plene Lapum allegatione 70. quæ in-
cipit, plenè uidi.

b ¶ Daretur. Et etiam ex aliis causis, quæ no. per Barto. in l. fi. ff. de fe
rijs, & in l. mancipiorum, ff. de op. le. & illam, quam ibi ponit, &
in prædicta l. fi. uersi. puto etiam singulariter not. & per ipsum in
authen. at qui semel, C. de proba. in repetitione.

SVMMARIVM.

1 *Testium dicta, si fieri, potest, concordanda sunt.*
2 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 3.*
In dubijs benigniora semper præferenda sunt, & nu. 5.
4 *Additio glossarum.*
Ad concordiam sunt priuilegia, & instrumenta reducenda,
quæ sunt à partibus producta diuersis, secus autem si ab ea-
dem.
Appellationes à partibus iterari solent communius, quam senten-
tiæ. ibid. uer. uel dicinea fin.
5 *Sententia benignior eligenda in foro iudiciali, licet in foro ani-*
mæ secus.

CAPVT XVI.

Vm tu. Casus. Si fieri † potest, con- 1
cordanda sunt dicta testiũ[a], 2
quæ uidentur esse contraria. In prima de-
cisa factum narrat. In secunda differũt ibi,
Cum constet [*Canonicis*] nõ dicit capitulo per id, quod 3
habetur de sen. ex. Romana, in fi. li. 6. [*& infra*] decidit
factum, quod tamen diuersimodè narratur, vt dicam 4
super gloss. [*Iurasse*] id est iuratos de posuisse [*post app.*]
A uobis interpositam [*tulerit*] archiepiscopus in uos.
[*Post primam*] uidetur ponere, quod constabat bis ap-
pellatum [*Appellationem*] & de hac loquuntur testes ve 1
stri [*secundam*] & de hac loquuntur testes archiepisco-
pi [*Non tenere*] propter præcedẽtem rationabilem ap-
pellationem, supra de officio dele. cum contingat, &
2 c. cum olim Ab. in fin. ¶ Prima † glo. primò no. testes
concor. & c. secũdò arguit duo, 3. obijcit & soluit. ¶ *In*
3 † *prima glo. ibi, semper in dubijs*] sequitur, benigniora præ-
ferenda sunt [*& ibi. l. 2.*] vide de furtis. c. ulti. super. 3. gl. 4
¶ *In † glo. 1. ibi, quod testes*] idem in priuilegijs, uel instru-
mentis à diuersis partibus productis, de consuet. cum
dilectus. secus, si ab eadem. C. de fide instrumẽtorum,
scripturæ. Gof. [*& ibi. pro reo*] quasi intendat, quòd ar- 5
chiepiscopus prouocauit ad iudicium petens forte
sententiam confirmari, uel aliud, & hoc placet Goffr.
sed Hostien. contradicit, dicens se habere facti notitiã,
s. quòd can. prouocauerunt super iniusta excommu-
nicatione [*& ibi, ne de periurio*] sed hoc nil est: quia eo-
dem modo erat fassent periturum, si pronunciatũ fuis- 6
set bis sententiatum, & semel appellatum. unde dice-
bat Hostien. quòd sic placuit principi, uel secundum
eum. & T. fuit hoc in odium irregularitatis: quia po-
stea celebrauerant, & licet forte excommunicatio sit
fauorabilis, irregularitas odiosa. uel dic, quòd consti- 7
tit bis appellatum. uel dic, quia cõmunius solent par-
tes iterare appellationes, quàm iudices sententias, ideo
potius interpretatur bis appellatum, quàm bis senten-
tiatum. ad hoc, infra de reg. iuran. sicimus, cũ suis cõ-
b cor. [b] [*& ibi, cautelam*] & forte hoc mandauit papa, licet
hoc non dicatur secundum. T. Vincẽ. & Phi. [*& in fi.*] 8
5 & sic † eligenda in foro iudiciali. contrarium loqua-
tur in foro animæ secundum Innocen. & Abbatem.

ANNOTATIONES.

a ¶ Dicta testium. Adde, quòd dicta testium sunt ad concordiam re-
ducenda, ut euitetur falsum, ultra doct. hic adde Iac. Butr. in l. opti
mam, C. de commit. & contrah. stipu. & Bar. in l. Labeo. ff. de sup.
leg. & in l. 1. 1. in prin. ff. de no. ope. nunc.

b ¶ Suis concor. Ad materiam istius tex. uide Bar. in l. 2. §. fi. ff. si cer.
peta. & in l. in insulam, §. 1. ff. sol. mat. & in l. inter stipulantem. §. fi
stichum, ff. de uerb. oblig. & ista concordia testium hic fit, ut eui-
tent falsitatem, non autem fit, ut probent, ita no. Iac. Butr. in l. sed
& si possessori, ff. de iurein. quia talis repugnantia reddit probatio
nem dubiam, & sic non sufficit, de proba. in præsentia. & ista con-
cordia tunc fit, quando utrinque sunt testes pares, aliàs nõ, ita no.
glo. in c. cum contingat, de off. delega. & talis concordia tunc non
fit, quando discordat dictum testis à domino per ius l. exceptionẽ
C. de proba. & no. Bar. in l. 2. §. appellata, ff. si cer. pe. & ibi uide do
ctrinam Bar. aliàs. §. creditum, & Bal. in l. apud antiquos, C. de fur.

SVMMARIVM.

1 *Testes noui & ueteres in causa appellationis super nouis tantum*
capitulis producuntur.
Capituli diuisio, ibid.
2 *Ioan. An. Paduæ ius canonicum professus est.*
Hæc decretalis fuit ibi prima ab eo commentario suo exposita.
3 *Commenti modo quare non sit usus in explanatione iuris.*
Iuris exponendi modus utilior quis & usitatior, ibid.
4 *Papa cum scribit uni & episcopo utitur singulari numero, & fra-*
ternita-

ternitatis uocabulo, se uerò scribit numero multitudinis.
5 *Noui testes, id est nouiter producti.*
6 *Renunciare testibus aliud, & aliud probationibus.*
Concludere aliud.
7 *Emergendi uocabulum includit hic etiam incidens.*
Iuramentum testibus potest remitti, ibid. ad dicti. iuramentis.
8 *Testis semel cõtra me productus, iterum potest contra me produci.*
Testis prius debet iurare, quàm deponere, ibid.
Testis antiquus super nouis capitulis tenetur iurare, ibid.
9 *Iuramenti forma solita recipi debet à teste, & ab inquisito.*
10 *Epilogus, & suffragium. nu. 11.*
Testes nouos in causa appellationis quando liceat recipere, & nu-
me. 12. §. 1. & nu. 13. & nu. 14.
12 *Additio glossarum.*
Decretalis hæc ut intelligatur, ibid. nume. 12. §. In glo. 3. & nu-
mero 17.
13 *Testes an liceat inducere post publicatas attestationes in causa prin-*
cipali, & appellationis, & quando.
14 *Non oppositum opponam, & non probatum probabo, & c. quan-*
do locum habeat, remittit.
Testes producere quare liceat uiso instrumento, non autem uisis
attestationibus, ibid.
15 *Testis iurare debet tactis euangelijs, & an tetigisse præsumatur;*
& quæ requiruntur in eo.
16 *Pollicetur auctor, quibus sit de rebus uerba facturus.*
17 *Hæc decretalis tribus exponitur modis, & quæ sit expositio re-*
cipienda.
18 *Noua capitula quæ dicantur, & super quibus noui possint induci*
testes, cum exemplis, & num. 19. 20. 21. 22.
19 *Mutare nomen uenditoris, an in causa appellationis quis ualeat.*
20 *Ad titulum probandum, si agatur de præscriptione, quando pos-*
sim nouos testes inducere.
Titulus inest præscriptioni, & quando, ibid.
21 *Testes nunquid alij possunt induci post publicationem super arti-*
culo ex primis pendente, non tamen incluso, super quo publi-
cati deposuerunt.
22 *Qualitas exceptionis si sit omissa in prima instantia, an possit in*
causa appellationis ea probari per testes, ueluti in excipienda
excommunicatione indicis fuit prætermissum eam esse publicã.
23 *Iura sua non producere, an magis expediat in instantia prima*
ei, qui timet ex persona iudicis succumbere.
24 *Subornationis timor quare timeatur post publicationem attesta-*
tionum, non ante.
25 *Testes in quibus casibus liceat etiam post attestationum publica-*
tionem producere. & num. 26.
26 *Testes producere publicatis attestationibus licet super capitulis*
eisdem de uoluntate partium.
Testes ut nequeant alia facta publicatione examinatorum produ-
ci, est inductum in fauorem eius, contra quem producuntur,
ibid. in fin.
Fauori suo potest quis renunciare, ibidem;

CAPVT. XVII.

Raternitatis. Casus. In † causa ap- 1
pellationis sup no-
uis capitulis tantum testes noui, & ueteres
producuntur. Et sunt duæ partes. in prima
consultatio. In secunda responsio ibi, Tibi duximus.
consultatio est bimembris. secundũ, ibi & an. ad utrũ-
que tamen simul respondet, & demum determinatio 2
nem subiungit ibi, Recepti. Et † quia hæc dec. fuit pri-
ma, quam legi Paduæ præsentibus utriusque iuris do-
ctoribus, & scholaribus, ideò honorando studium il-
lud in ipsa prosequar eam per modum commẽti, per
hoc à stylo solito diuertendo extra id, quod ad gl. ad- 3
detur. Et si † quæras, quare hunc stylum non seruo cõ-
muniter? Respon. quia licet iste delectabilior, ille bre-
uior, & potissima causa ꝛchoationis huius operis fuit
prolixitatis odiũ, & breuitatis amplexus. Insurgit au-
tem ex hoc primo, secundũ, quod licet iste sit audien-
ti suauior, ille tamen reportanti facilior, ex his tertiũ,
quòd istud formosius, sed illud utilius, propter quæ p
tempora istud fuit glossantibus rarius, illud usitatius
sit, & efficacissima huius ratio: quia prouectius facile 4
sibi stylum istum ex illo formabit [*Tuæ*] quia † uni &
episcopo loquitur, ideo utitur singulari & fraternita-
tis uocabulo, de crimi. fal. quàm graui [*Nos*] & meritò
nos, ut supra de iuramento calum. cap. 1. in prin. cum
suis concor. [*Consulere*] est ergo hæc decre. epistola, de
hoc. 3. di. in summa [*Recipiendi*] in causa appellationis,
secundum Tan. Phi. & Vinc. [*Noui testes*] id est nouiter
5 † producti [*Iudicata*] proprie, & differt à sequenti arti-
culo; quia ibi quæritur de antiquis testibus, hic de no-
a uis, ut infra dicam. [a] Et dic secundum Hostien, iudica-
ta, à qua tamen est appellatũ [*Testibus renunciatum*] ma-
6 ximè secundum gl. quia &c. & no. quòd † aliud est re-
nunciare testibus, aliud probationibus omnibus, &
aliud concludere, quæ patent, infra ti. 2. cum dilectus,
& de hoc dixi de causa pos. pastoralis [*Constet*] forte per
acta, supra titu. 1. quoniam [*Receptis*] quærit ergo nunc
de antiquis [*Causam appellattionis*] in qua iterum produ-
cuntur [*Noui*] forte quærebat de articulo, super quo
iam deposuerant forte de nouo, sed responsio utrun-
que determinat [*Proponere*] testificando [*Noua*] de his
7 infra ponam exempla [*Emergere*] non intendit † distin-
guere capitulum emergentem ab incidẽti, de quibus
no. de ord. cog. c. 1. sed largè sumit, ut iuxta significatũ
uerbi includat utrunque [*Aliqua partium*] appellans,
uel appellata [*Credimus*] idem uer. quadruplicatũ, infra
de decimis, pastoralis. cõcor. ff. de arbitris, quid tamẽ,
§. 1. [*Receptis*] determinat proximum responsum [*Ab*
ipsis] nouis & ueteribus [*Iuramentis*] nisi fuerint remis-
sa, ut dicit glos. & quia supra dixerat de testibus in plu-
rali, ideò submittit hoc plurare, ad hoc infra de priuil.
ut priuilegia. uel secũdum Host. dixi hoc propter plu-
ra capitula, quæ continent iuramenta testis, de quibus
8 in glo. no. id quod dixi summando. Item quòd † testis
semel contra me productus, iterum potest contra me
produci, de hoc in gloss. Item quòd testis prius debet
b iurare, quàm deponat, [b] de hoc dicam, infra e. de testi-
bus. Item quòd antiquus testis super nouis capitulis
iurare tenetur, ad quod facit secundum Vincen. ff. de
dã. inf. qui bona. §. qui. aliàs si quis stipulaturus, & ma-
ximè iudice mutato, cum sit tũc aliud iudicium. ff. iu-
di. sol. cum apud, secundum Hosti. Item quòd forma
9 † solita iuramenti recipi debet à teste, sicut & ab inqui-
10 sito, infra de accusa. qualiter. 1. ¶ Gl. 2. † signat contra-
rium, & soluit. ¶ Glo. 3. signat contrarium de duabus,
ll. in concor. alle, autem & ponit respõsionem legista-
rum ad illam, quam responsionem reprobat, & legi-
bus predictis respondet. ¶ Vlt. glo. respondet per que-
stionem. s. quæ sit forma iuramenti testis, de qua finis
11 hic loquitur, & quæ capitula contineat. ¶ *In † glo. 2. ibi,*
producti] can. in §. proxi. alle. ¶ *In glo. 3. ibi, per hanc*] in cau-
sa appellationis appellãs, & appellatus utuntur nouis
assertionibus, uel exceptionibus, quæ tamen ex ue-
teribus oriantur [*& ibi, si libertam*] sicut colligitur lex Pa-
pia quo ad hoc, vt propter superuenientem senatoriã
dignitatẽ mariti non dirimatur matrimoniũ prius cũ
liberta contractũ, & ita colligitur, ne dirimatur cõtra-
ctum inter libertũ & filiã priuati propter superueniẽ-
tem senatoriam ipsius priuati, ut ex quo ex una radi-
12 ce &c. ¶ *Et in † glo. 2. ibi produci*] ut utrobiq; no. hic Vin.
Phi. & Innocen. exponi potest, quòd ibi dicit reum
idest falsum, de hoc in spe. c. §. 1. uer. Item quod in alia
[*& in fi.*] quòd dic, ut ibi, dicam super glo. fin. datur &
alia solutio, quòd contraria loquantur super. e. c. ista
super diuersis, secundum Host. ¶ *In gl. 3. ibi, §. quia*] ubi
de hoc [*& ibi, in causa appellationis*] ad hanc dec. non pos-

sunt

sunt respondere. quæ in causa appellationis loquitur, & dicit, Nouis dumtaxat &c. sed dominus. H. dicebat hanc dec. loqui, cum appellatur ante sententiam, leges, cum appellatur post sententiam. unde hic cum quasi eadem principalis causa duret, non possunt super ueteribus testes produci: ibi sic, cum principalis causa sit finita. nec hoc placet, cum litera dicat, Super quæstione iudicata.* Glo. [*& ibi, subornationis*] ut in Cle. e. ti. testibus [*& ibi, ex prioribus*] uel de ueteribus articulis nullo modo probatis, uel ꝓbatis aliter, quàm per testes,
13 Gof. quidam, ut Aldri. dicunt, quòd † post publicatas attestationes non licet nec in causa principali, nec in causa ap. producere testes nec super nouis, nec super ueteribus, in auct. de testibus. §. quia verò. Instrumenta verò vtrobiq; producere licet. Si verò in causa prin. non fuissent producti testes, tũc in causa ap. super nouis & ueteribus licitè producuntur, & sic intelligit. C. de ap. l. eos. & C. de tempo. ap. per hanc, Ioã. & Azo dicunt, quòd publicatis attestationibus in prin. nec sup nouis, nec super ueteribus licet testes, ꝓducere, in causa verò ap. & super nouis & sup ueteribus id licet. Accur. autem no. in. l. per hanc, in glo. vlt. in fi. ꝙ in causa principali post aperturam non possunt testes induci. in causa autem app. super nouis, & ueteribus induci possunt, Laur. Vinc. T. Phi. Gof. Innocen. hic, quibus uidetur cõsentire Guil. in spe. ti. de teste. §. satis vtiliter, uer. & breuiter, dixerunt, quòd & in causa principali, & in causa app. licet testes inducere super nouis capitulis pendentibus ex ueteribus, de fide instru. cum Ioanner. & sup diuersis, dummõ causam tangãt, infra e. tam literis, super ueteribus autem non. Hosti. autem dixit, quòd in causa appellationis nouum articulum depẽdentẽ possum per nouos & per antiquos testes: ueterem autem articulum per ueteres probare non possum, sed nouos bene. & est ratio, ne antiqui testes, qui iurauerunt plenam dicere ueritatem, de periurio notentur, cõtra eum in hoc est, quod no. infra e. cum causam. i. in ulti. gl. & 2. in glo. 2. dixit autem sic intelligendas omnes opi. prædictas, & omnia iura: fatef tamen, ꝙ canonistæ cõmuniter tenent opi. proxi. sed dicit, ꝙ secundũ illam nil erit speciale in causa ap. quod
14 lex uidetur uelle, prosequebatur etiam hic † Hosti. & Bonaguida illud dictum Guar. nõ oppositũ &c. quod decido, & uide illud in summa, e. ti. ad fin. [*& in fi.*] de hoc. 4. q. 3. cap. 2. §. Item in criminali, uersi. si quis testibus, vbi etiam no. quare uiso instrumẽto licet producere testes, & non uisis attestationibus. ¶ *In glo. ulti. ibi,*
15 *hortamur*] ubi patet, ꝙ iurare † debet tactis euangelijs. an uerò præsumatur retigisse, uide, quod satis scripsi in §. sequitur, infra allegato, super uer. & no. [*& ibi, nullam*] & ibi hæc glo. [*& in fi.*] additur de facto. 6. ꝙ secretum teneant dictum suum usque ad publicationem. 4. q. 3. Itẽ in criminali, uer. q falso, & de hoc satis in spe.
16 §. sequitur. ¶ Expeditis glosis † veniamus ad vtilia extra glossas, & primò quæram duo circa textum. secũdò. 5. circa id, quod dicit de nouis capitulis. tertio tria circa publicationem, & eius effectum. Et primò quæro circa textum, in quo differat prima quæstio à secũda. So. inuenio † triplicem lecturam, prima, quæ mihi
17 placet est, quòd in prima quærebatur de testibus non productis in principali, an ꝓduci possent in causa appellationis, nec distinguebat quærens, an capitula essent noua, uel antiqua. In secunda quærebat de iã productis in principali, an iterum produci possint in causa ap. ut aliquid noui proponerent, etiam quid intenderet, quærens per illud uerbum, Noui, dubitari poterat, ut dixi in tex. Sed quicquid intellexit, responsio est sufficiens. unde & ponunt quidam ut ad unicum thema istarum quæstionum. Si condemnatus in principali appellat, uult probare nouum capitulum in causa appellationis, queritur primò, an hoc possit per nouos testes. Secundo quæritur, an possit hoc per antiquos. tamen per prædicta non placet hoc thema. Secunda lectura est, ꝙ primò quærebatur de nouis testibus producendis in principali. Secundò de producẽdis in causa appellationis. contra istam lecturã est uerbum, Iudicata. Sed ista exponunt cum Ia. de Al. i. in iudicium deducta, possent proprius exponere Iudicata, idest iudicanda, de hoc. ff. de iureiur. admonẽdi, infra qui clerici, uel uo. ueniens, in fi. pro hac lectura facit uer. renunciatum. ad quid enim ponderaret uerbalem renunciationem, si iam lata esset sententia, & sic per consequens attestationes publicatæ? Sed huic respon. glos. Item facit pro hac, quòd in secundo articulo dicitur de causa ap. quasi fuerit dubium, dato ꝙ non liceat in prima instantia, nunquid liceat in causa ap. quæ uidetur alia à prima. & hæc lectura nõ placet: qa responsio non cõuenit huic, ad hæc j. ti. 2. inter dilectos, uer. cæterum. Tertia lectura, quòd primò quærebatur, quando in prin. non erant producti testes: secundò quando erant producti. sed huic contradicit uer. primæ partis, Noui testes. e unde prima placet, ut dixi, licet quancunque teneas, non insurgit contraria per hoc iuris diffinitio. Secundò quæritur † etiam circa textum, quæ dicantur noua capitula. & quia Guil. satis hoc tractat in spec. e. ti. §. satis utiliter, ver. illud autem, & Hostien. in summa, e. titu. in fine, exempla hic no. quæ & ibi sunt posita, breuiter transeamus, ponit glo. exemplum per decre. cum Ioã. de fide instru. quæ ponit exemplum in reo conuento ex vendito, vt rem tradat, qui in causa approbat conditionem, uel conuentionem de re non tradenda. Ponit Gof. in tutore dato, qui se excusat dicens se gerere tres tutelas: condemnatus in causa ap. dicit se gerere unam tam diffusam, & negocios ã, quòd haberi debet loco trium, ff. de excusa tut. si is, qui tres. §. cum qui. Item agebas contra me diceris, quòd minor sine decreto vendiderat, ego dicens uenditionem tanquam à maiori factã ualere: succubui, in causa appellationis dicam illam à maiori ratam habitam. C. si ma. fac. ra. hab. l. fin. hoc secundum Goffre. Sed Pe. & Abb. ponunt exempla ex parte actoris sic, habebam rem tuam obligatam, quã postea obligasti alteri: tertiò mihi obligationem innouasti: egi contra secũdum ex obligatione innouata, in qua, cum sua ptæcessisset, succubui: in causa appellationis probans primam obligationẽ, debeo obtinere, ff. qui po. in pi. ha. creditor, in prin. Item per. le. ult. quando prouocare non est necesse, ubi opponit actor de condemnatione expensarum, quæ fieri debuerat in causa principali. Item ponunt per dec. accedentibus, de priuilegijs, ubi actor petens decimas, in quibus succubuit per priuilegium rei. in causa appellationis poterit probare præscriptionem contra priuilegium, hæc sufficiant tum propter no. in præ. uer. vbi no. 4. modi, quibus dicitur nouum capitulũ, quos hic dixerat Pe. tum propter infra dicenda. & hæc duo præmissa congruè posset repetens recitare etiam ante summationem glossarum. Tertio † quero post Inno. & Hostien. an uendicans rem, uolens probare, quod emit illam à Petro, si succumbat, & appellat, possit probare in causa appellationis, quòd emit illã à Martino, quasi hoc sit nouum capitulum? Respon. quòd
f qa non uariat f: & sic qa sibi contrarius, repellendus, de app. solicitudinem. Dicit Hostien. quod forte aliud ex parte rei, qui non prohibetur regulariter uti contrarijs, infra de reg. iur. nullus pluribus. li. 6. alle. in con
92 trarium, de censibus, cum olim. Quartò quæro † post eosdem, an qui produxit testes, admittatur ad probãdum titulum? uidetur quòd non, & ex uerbis Innoc. & Hosti. colligo hoc eis placere, quia super eodẽ articulo

culo vult producere, & est illud nouum super primo comprehensum, cum ad probationem prescriptionis necesse sit titulum probare, & admissus ad probandã prescriptionem planum est, quòd super titulo producere potest testes, quia titulus exigitur in illa præscriptione, si diligenti, infra de decimis, dudum, ergo non admittatur post terminum datum ad illam probandam, uolens probare titulum. ¶ Et si concederetur, quòd post publicationem liceret super nouis, quę comprehenduntur sub primis, producere testes, iam pararetur uia subornationi, contra §. quia uerò, in auct. de testi. & hoc uerum uidetur quibusdam, ut di-
g cunt prædicti, non obstat, quòd restitutio g super hoc detur interdum, propter quod uideretur, quòd si hoc fieri potest in causa restitutionis secundum no. de restit. in integ. auditis, & dicam, infra in quæstione, ergo & in causa ap. ff. de de mino. le. præses, ubi æquiparatur restitutio, & appellatio. Sed respon. quòd nõ in omnibus, & istud sit unum: quia non & semper ecclesia enormiter læsa restituitur, de restit. in integ. cap. primo, licet fateantur, quòd super titulo testes antiqui repeti possent, ut no. infra e. per tuas. Sed contrà, infra e. ex tenore. respondent, quòd lllud c. sub petitione non comprehenditur: quia nil coniũctionis habẽt locus, contractus. Et eodem modo respon. primi ad dec. cum Ioannes, de fide instru. quia conditio extranea opposita contractui nil habet commune naturaliter cum contractu: bene tamen fatentur illi, quòd ista capitula sunt pendentia & annexa, quare super eis in causa ap. recipientur testes. Dicit Innocen. & Hostien. post eum secundos contradicere, s. quòd super nouis etiam sub primis comprehensis recipiendi sunt testes, inducunt. l. per hanc, C. de tempo. ap. ubi dicitur, testes posse produci super nouis, quæ oriuntur ex primis, uel eis sunt annexa. nam quæ oriuntur ex primis, uidentur sub eis comprehendi. Sed primi respõ, & uidetur Innocen. quòd bene, licet ex eis oriantur,
h non sub eis comprehenduntur h, ut est uidere in conditione apposita uenditioni. nam licet conditio oriatur ex uenditione, quæ fuit causa conditionis appositæ, non tamen de natura contractus conditio comprehenditur sub uenditione, cum multæ fiant uenditiones sine conditione. ¶ Sed obstat: quia per hanc rationem uideretur, quòd titulus non comprehendatur sub præscriptione: quia sunt præscriptiones, in quibus nõ oportet titulum probari, infra de præscrip. cap. primo, lib. sexto, ad hoc respon. primi, quòd iudex examinans testes, ex petitione cognoscet, an titulus sit necessarius, & tunc: quia comprehenditur sub præscript. interrogabit testes de titulo, è conuerso, si uidet, quòd præscriptio procederet sine titulo, super illo non examinabit testes. ¶ Item dicunt isti, quòd si testes iurant super tota causa, & postea deposuerunt, decætero recipi non debeãt super aliquo capitulo in petitione comprehenso: quia à principio super toto, & per consequens super nouis capitulis totam ueritatem dicere debuerunt. ¶ In quæstione ergo uiderur, quòd præscriptio, quæ requirit titulum, post publicationem attestationum non possit titulus probari per testes. nec obstat, si dicas, secundum id post publicatas attestationes super professione, uel matrimonio, non posse probari ætatem, uel pubertatem. contra id supra titu. pri. in præsentia: quia sicut titulus inest præscriptioni, sic ætas professioni, & pubertas matrimonio, de reg. cap. primo, de despon. impube. cap. uno, lib. sexto, dico enim, plus inest titulus, quod patet, quia probans professionem, uel matrimonium, non habet necesse probare ætatem, uel pubertatem, nisi negentur. Sed dato, quòd titulus non negetur, necesse est illũ probari: aliàs succubuit præscrip. allegãs. nec
obstat, si dicis, ex quo super titulo non sunt examinati testes, ergo cessat timor subornationis. ad quod respondeper id, quod dicam in 8. quæstio. Dici potest hanc opi. ueram, quando articulus super præscriptione formatus est. nam tunc non uideo, quare plus admitteretur post publicationem ad probandum titulum, quàm ad probandum possessionem. Si verò præscriptionem allegãs formabat articulum super possessione tantùm, puta intendit probare, quòd talem rem possidet tanto tempore, ut fit communiter, non uideo, quare publicatis attestationibus non possint testes produci super titulo, sicut è conuerso, qui super titulo produxit testes, posset super possessione producere. sunt enim ista diuersa, licet ambo sint ad præ-
i scribendum necessaria, k sicut scrutinium, publicatio, collatio sunt actus diuersi, licet electioni necessarij, de elect. quia propter. Poterunt ergo in secundo casu produci testes super titulo, non ob. publicatione super possessione. nec obstat connexitas ad hoc, infra e. cum causam. 2. caucat tamen sibi, ne obstet lapsus termini, & sic intelligatur, quod supra dixi. ¶ Quinto
21 quæro, pone, quòd testes aliqui deposuerunt super articulo ex primis pendente, non tamen incluso, puta super conditione, quæ pendet ex uenditione, non tamen inducebantur super illo, nunquid post publicationem poterunt produci alij super illo? uidetur ꝙ non propter periculum subornationis per. §. quia uerò. Innocen. & Hostien. contra, quia licet aliqui testes de conditione pendente aliquid dixerint, non
k tamen ad hoc fuerunt l inducti, nec inde sciuerunt, partes aliquid, nec scire debuerunt, & sic non imputatur eis, nec eis præiudicat, quin super articulo conditionis alios testes possint inducere, infra de accusa. inquisitionis. §. 1. secus, si super eo datus esset articulus. imputet enim sibi tunc, si plenè non probauit. & ideò super illo non producet alios, & hic bene
22 est locus timori subornationis. ¶ Sexto † quærebat hic Boat. de Mantua quæstionem facti. Contra sententiã, uel collationem opponebatur excommunicatio iudicis, uel executoris, qui præbendam contulerat, uel sententiam tulerat: succubuit excipiens: appellauit: in causa appellationis vult dicere, quòd ille erat publicè excommunicatus: quærebatur, an hoc esset nouũ capitulum? dicit fuisse obtentum, quòd non, sed esset idem cum priori primo insufficienter & indiscretè proposito. & licet in causa ap. possit non oppositum opponi, non sequitur, quòd indiscretè propositum possit discretè proponi: probare primum capitulum in causa appellationis non iuuaret, infra de re iudi. ad
1 probandum. Istud dictum falsum est l potest uerificari, si dicas testes productos in principali ad probandam excommunicationem, & non probasse. tunc enim probare illam excommunicationem, licet publicam, bene esset producere testes super eo. cap. Sed si ponis testes super hoc non productos, uel productos, & probasse, non uideo, quare in causa appel. qualitas illius excommunicationis probari non posset, sicut qui probauit se electum, probat se canonice electum infra eo. ueniens. & qui probauit rem ualere ultra. 20. probat quantum ultra, infra eo. cum causam, 2. & qui probauit iniuriam, probat eam notoriam. facit quod no. de officio dele. capi. primo, lib. 6. & faciant exempla posita, supra in quæstio. 3. fateor tamen, quòd male fecit iudex recipiendo probationem exceptionis, quæ non releuabat, per dec. ad probandum. ¶ Septi-
23 mo † quæro secundum ipsum, quod magis expediat reo, qui ex persona iudicis uidet se, licet iusticiam foueat, debere succũbere, an producere iura sua in causa prin. an debeat differre ad causam appellationis, & dicit quod magis expedit differre. ¶ Ad instructionẽ

aduocatorum, quibus iſte caſus occurreret, examinemus hoc dictum, & tunc procedit dubium, quando iudicem nolo, uel non poſſum recuſare. Et quòd expediat differre, uidetur propter euitandos ſumptus in productione faciẽdos. ¶ Item ne inſtruatur aduerſarius. ¶ Item ne aliqua calumnia fiat in examinatione teſtium. ¶ Item ut citius exeã manus illius iniquiiudicis. ¶ In contrarium uidetur propter difficultatem forte probandi coram iudice ap. ¶ Item propter condemnationem expenſarum, quę iuſtè fiet in principali, reo nil probante. ¶ Iem quia euidentius conuincetur calumnia iudic. contra quem aliàs agi non poſſet. So. ex circunſtantijs prædictis arbitretur aduocatus, quod magis expediat, & puto, quòd ſi non timet in examinatione calumniam, plus expediat producere. ¶ Octauo † quæro, quid ualeat hoc dicere, q̃ poſt publicatas atteſtationes ſuper eodem arti. non poſſit teſtes procedi propter timorẽ ſubornationis, nõne ſuper nouo capitulo, & etiam ſuper principali poſſunt teſtes ſubornari, ſupra ti. 1. licet, ſupra e. ſicut infra e. ex tenore, infra de p̃ſum. quia ueriſimile. ergo, eadẽ ratione nec ſuper illis debent teſtes produci. So. Io. tangit hoc dubium, & non ſoluit in gl. quam allegaui ſuper fin. pe. gloſſ. ¶ Mihi uidetur, quòd timor ſubornationis hoc caſu procedat propter publicationem examinationis, & propter interrogatoria examinata, quaſi ex quo teſtis nõ probauit, & uideo, in quo examinatus deficit, facilius potero alium ſubornare ſemper ergo in prima examinatione ſperamus falſitatem per examinationem deprehendi in tempore, loco, uel alijs circunſtantijs, de quibus, infra e. cum cauſam, [m] quæ ratio ceſſat in ſecunda. ¶ Sed quid ſi non [n] fuerunt examinata interrogatoria, [a] ut quia teſtes dixerunt ſe nil ſcire? tunc ceſſat hæc ratio. quare iungas alias duas rationes. prima, quia prouocatus uidetur is qui poſt publicatas atteſtationes uidet ſe nõ probaſſe, quod probare poſſe ſperabat, propter quod meritò plus in eo timetur ſubornatio, ad hoc. ff. de bonis lib. qui cum maior. §. ſi libertus. ſecunda, quia iuſtum fuit poni metam. nam ſi liceret poſt primos producere ſecundos, ergo & poſt ſecundos tertios, & ſic non eſſet finis, ad hoc, infra eo. licet. 3. ¶ Nono † quæro an hoc, quod poſt publicationem nõ licet ſuper eiſdem producere teſtes, ſit inſallibile, an habeat exceptiones? dic, quòd habet exceptiones. Primo in cauſa matrimoniali: Sed de hoc eſt opi. & de hoc ſatis no. infra e. ſeries. Secundo ſecundum quoſdam, ubicunque non obſtat exceptio rei iudicatæ. ff. de excep. rei iudi. cum quæritur, de fide inſtru. inter. §. inſtrumentum. Item ſecundum legiſtas in cauſa appellationis, de hoc dixi ſuper. 3. gloſſ. Item ubi perit inſtantia: quia quis abſoluitur propter petitionem ineptam, uel ſecundum leges per lapſum triennij, ſupra de iudicijs, examinata. C. de iudi. proderandum. §. 1. & §. cum autem, quando perdita ſunt dicta teſtium, ſupra titu. 1. capi. fina. e. cum cauſam, in fin. & cap. conſtitutus. 2. in fin. de iſto caſu uide plene in ſpe. eo. §. ſatis utiliter, ad fin. Item cum in alias perſonas agitur. infra e. conſtitutus. Item cum inter eaſdem, ſed uariatur modus agendi, infra e. ueniens. Item cum reſtituitur minor, uel eccleſia, ut poſt publicationem ſuper eiſdem probare poſſit. de hoc ultimo ſatis poſt Innocen. & Hoſtien. ſupra de reſti. in inte. auditis, ubi dedi remiſ. ad ſpe. & idem interdum in reſtitutione maioris ex clauſula, ſi qua iuſta, ut dicam, infra c. proxi. Item in inquiſitore, qui procedit ex officio, infra e. cum clamor. Itẽ forte, ſi alius inquiſitionem promouet, de hoc ibi dicam. Item cũ quis uult probare directam falſitatem teſtium cum corruptione, de hoc dixi, ſupra titu. 1. licet, ſuper glo. 2. Idem, ſi inſcia, uel inuita parte & indiſcretè facta ſit publicatio, & ſecundum quoſdam. Idem, ſi pars teſtificata, licet publicata, non didicit. de his duobus, infra eo. conſtitutis. 2. in ulti. glo. & facit, quod dicam, infra e. ſeries, ſuper ult. glo. Item in caſu, infra eo. præſentata. Idem in caſu, qui no. infra e. cum cauſam, in fine ulti. gloſſ. Idem, cum aliqui teſtes fuerunt interrogati ſuper capitulis, & aliqui non, ut infra e. per tuas Io. dixit, infra eo. de teſti. in fi. ſuæ ult. gl. quòd uidebatur poſſe in criminibus eũdem teſtem interrogari ſuper eodem articulo. ff. de cuſto. reorũ. diuus, de quæſtionibus. le. 1. §. ulti. & l. repti. ¶ Decimo quæro, an [26] † publicatis atteſtationibus poſſit de uoluntate partium ſuper eiſdem capitulis teſtes produci. Ad quæſtionem faciunt pro, & contra, quæ no. infra eo. tuis. Satis uidetur, quòd cum fauore partium, & ex facto ipſarum procedat hæc prohibitio: quia publicationi conſenſerunt, quòd renunciare poſſint huic fauori, de regul. ad apoſtolicam, & cap. pe. maxime cum hoc habeat infallibilem prohibitionem, quod patet ex di[n]ctis in proxi. quæſtione, & hoc tenet [o] Hoſtien. infra e. preſentata, ubi dicit illum, contra quem producuntur teſtes, poſſe conſentire, ut poſt publicationem ſu[p] per eiſdem capitulis alij inducantur, cum ipſius [p] fauore ius hoc prohibens ſit inductum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vt infra dicam. Tu dic ſecundum Innoc. & Io. And. licet Io. And. hic non dicat, quòd iſtud principium quærit, an renunciatio præcludat uiam productioni teſtium nedum in principali, ſed etiam in cauſa appellationis. & reſpondet, quòd ſic ſuper antiquis, non ſuper nouis capitulis. ex quo ſingulariter no. quòd renunciatio in principali ſuper certo articulo præcludit illi uiam in illo, & etiã in cauſa appellationis. hunc intellectum ſenſit Innocen. infra eod. cum ueniſſent.

b ¶ Quam deponat. Quid autem, ſi prius deponat, poſtea iurat? uide Bal. in l. iuſiurandum, in princ. C. eo. tit.

c ¶ De accuſati. ibi uide Bar. & ſatisfacit ad hoc c. 2. de iura. calum. lib. 6. & ex hoc argue, quòd non ualet dictum teſtis teſtificantis ſuper alio, quàm dicat capitulum, quaſi non iurati.

d ¶ Proxi. Vide has opi. legiſtarum, & materiam huius c. per doct. in l. per hanc, alleg. in glo. & in authen. at qui ſemel, C. de probat. & ibi Bald. & Sali. & ibi caſus poſitos, infra in 9. q. & plene alium caſum, quando producuntur teſtes poſt publicationem ad reprobandum perſonas teſtium, uel domini, uel utrunque, quod hic etiam ueniret examinandum.

e ¶ Noui teſtes. Et quia nullum haberet dubium in prima ſui parte. nullum enim dubium poſſe teſtes produci, quando nulli ſunt producti: quia ceſſat ratio huiue iuris. aliam lec. collige ex dictis Innoc. infra eod. cum ueniſſet, quam ſupra in tex. poſui. alia lectura poteſt ſumi, ut in princ. quæratur, an poſt renunciationem in prima inſtantia noui poſſunt produci in ſecunda. An in cauſa appellationis antiqui poſſint repeti, quaſi illa renunciatio ſolum concludat in principali, non appellationis.

f ¶ Variat. Quia iſtud capitulum eſt omnino nouum capitulum, nul latenus à primo dependens, uide Bart. & docto. in l. per hanc, allegata in glo.

g ¶ Quod reſtitutio. Vide Ioan. And. in c. paſtoralis, de cauſa poſſe. & proprie. in glo. probationibus, & facit quod no. Bart. in l. apud Iulianum. §. fina. ff. delegat. 1. & l. continuus. §. cum quis, ff. de uerbo. obliga.

h ¶ Comprehenduntur. Quia à prin. capitulato de præſcriptione ineſt titu. modo autem diuiſim capitulando de titulo eſt capitulum non nouum à præſcriptione ſeparatum. ſic dicitur de partu, dum eſt in uentre pars ancillæ. ipſo enixo eſt res de per ſe, ut l. ancillæ, & ibi no. C. de fur. ff. de uſur. ſi ancilla.

i ¶ Neceſſaria. Quaſi uelit, quòd ſi connexè & uno ſtructu allegetur, uel capituletur ſuper præſcriptione, tũc omnis ipſius præſcriptionis pars uidetur deducta, & ſic poſſeſſio, & titulus. ubi autem diuiſim capituletur ſuper 2. uel ſuper poſſeſſione unum non includit alium, & ſic erit nouum c. pendens à primo, licet illa ſimul iuncta conſtituant præſcrip. & uide de hac q. Bar. in authen. at qui ſemel, C. de probat. in repet.

k ¶ Fuerunt. Et ſic non uidetur ualuiſſe dictum ipſorum tanquã non iuratorum: & hoc etiam tenet Bar. in auth. at qui ſemel, C. de probat. Aduerte tamen, quia in contrarium facit, quia teſtis iurat dicere

re ueritatem ſuper tota cauſa, & ſic ſuper conditione, ſed illa conditio non eſt de eſſe ueenditionis, & ſic non uidetur ſuper illa iuraſſe.

l ¶ Falſum eſt. Poteſt eſſe uerum, ſi teſtes iurarunt dicere ueritatem ſuper tota cauſa: quia tunc iſta qualitas publicationis includitur de neceſſitate probationis excommunicationis, & ſic eſſet idem capitulum: ſecus, ſi iurarunt ſolùm ſuper capitulo, quòd talis erat excommunicatus: quia nil debent addere de publicatione, quia dicerent non iurati. & uide Bar. in authen. at qui ſemel, C. de proba. & uide ad hoc bonum tex. ubi uidetur caſus, infra eo. de teſtibus.

m ¶ Cùm cauſam. De materia huius cap. uide plenè per do. Marianũ Socin. in repet. huius cap.

n ¶ Interrogatoria. Si nullatenus fuerunt examinata, poſſunt ſuper iſtis teſtes produci, infra eo. de teſti. ſed in quæſtione iſta ſunt examinata, ſed teſtes dixit ſe nihil ſcire.

o ¶ Hoc tenet. Non obſtat, quòd futurus dolus non poſſit remitti: quia illud de uero, non de præſumpto, ut no. in c. Quintauallis, de iureiurand.

p ¶ Cum ipſius. Facit ad quæſt. ſtatuto cauetur, quòd qui dederit auxilium, uel fauorẽ exbannito, puniatur in 100. an pro illo teſtificans incurrat pœnam ſtatuti? de quo uide per Bar. in l. poſt legatum. §. is uerò, ff. de his, qui. ut indi. & in §. ſequen. Quid de aduocato, uel fideiuſſore, an incurrant pœnam ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *Teſtificari compellitur, qui iurauit teſtimonium non dicere, ſi non ſunt atteſtationes publicatæ, & de hoc nu. 5. & 7. Capituli diuiſio, ibid.*
2 *Auxilium ſi iurauit quis non præbere, intelligeretur de iuſto.*
3 *Teſtes, de quibus hic loquitur decretalis, etiam poſt aliorum publicationem recipiendos eſſe per beneficium reſtitutionis in integr. ex clauſula generali, & idem poſt renunciationem, & quomodo, quod hic dicitur, intelligatur.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 5. & nu. 6. & 7. Veritatem celando quo caſu peccet quis mortaliter, ibidem, numero 5.*
6 *Teſtium perſonas, & quæ ex officio repellit iudex.*
7 *Iuramentum non ſeruandum ab eo, qui non teſtificari iurauit.*

CAPVT. XVIII.

1 INtimauit. Caſus. Qui † iurauit teſtimonium non dicere, teſtificari compellitur, ſi atteſtationes publicatæ non ſunt. In prima partis conqueſtio. In ſecunda prouiſio. 2. ibi, Ideoque [*Eius*] ſ. 2 R. uel ipſius. V. [*Vel † auxilium*] ubi aliud non fuiſſet iuratum, intelligeremus hoc de iniuſto, de iureiuran. 2 petitio, infra de his, [a] quæ fiunt à maiori parte ca. c. 1. & infra de exceſſibus prælatorum, grauem [*Contra ipſum*] ſ. V. [*Eidem*] ſ. R. actori [*Illorum*] ideſt aliorum ſimplex relatio. T. [*Publicatum non eſt*] putat † Innoc. & Hoſtien. teſtes, de quibus hic loquimur, etiam poſt publicationem aliorum recipiendos per beneficium reſtitutionis [b] ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa mihi [c] viſa fuerit, &c. ff. ex quibus cauſis ma. le. prima, & idem dicunt poſt renunciationem. hæc no. infra eo. cum uehiſſet, maximè præſtito à petente iuramento, quòd hoc malitiosè non petit, ar. opt. in auct. eo. titu. §. quia uerò multi. ibi dicitur, quod etiam poſt concluſionem admittitur, quæ plus deberet hoc impedire, quàm ſola renũciatio, ad idem ar. ff. de eden. ſi quis ex argentarijs. §. fina. & le. ſe. Alij tamen dicunt hoc ſolum permitti per beneficium reſtitutionis in integ. iu re ſpeciali, de quo ſupra de reſti. in integ. per totum. Sed primum dictum plus eis placet, quòd ergo hic dicitur, intelligatur per uiam iure. communis. uel quod hic dicit de publicatione, reſpicit, quod dicit, Et alios, 4 ſi neceſſe fuerit, &c. ¶ Secunda † glo. ponit duplicem lecturam: primam, quod iſti iurati deponunt ſuper principali: ſecunda, quod ſuper ſubtractione, & pri- 5 mam approbat. ¶ *In † glo. 2. ibi, Jeruari non poſſet*] de hoc in ſpe. eo. titu. §. pen. uerſi. quid ſi quis. immò iurando peccauit mortaliter, ſi intendebat celare, dato quod per alios ueritas non poſſet haberi: aliàs non, ſecundum Gof. [*& ibi, ut hic dicit*] ipſe enim, qui eos aſtrinxit, de hoc excipere nõ poteſt, cum ipſe particeps fuerit, ſecundum Gof. unde dicit Innoc. quod excipiens facilè repellitur replicatione doli, de adult. cap. pen. & 6 ult. fatetur † tamen, quòd aliàs iudex ex officio repellit perſonas teſtium, quas notorium eſſet minus idoneas, uel indignas, ar. ff. de pœtul. quos prætor, all. Hoſtien. de except. exceptionem [*& ibi, alij tamen*] ſ. Lau. & Tan. & Vin. qui † dicebant iuramentum ſeruandum, ex quo ſine interitu ſalutis poteſt ſeruari: quia. ſ. poterat aliter ſubuenire ei, cuius teſtes fuerant corrupti, alle. 22. quæſtio. 3. §. ult. [*& in fin.*] hoc teneas. ad quid aliàs papa curaſſet de publicatione teſtium ſuper principali, cũ etiam poſtea ſuper hoc, cum eſſet nouum capitulum, potuiſſent induci hi, & alij teſtes ſupra capitu. proxi.

ANNOTATIONES.

a ¶ De his. In gl. pen. dic. ut dixi poſt Clem. primam, ut lite pen. ubi uidetur requiri citatio, ſed dic, aut uult infringere priuilegiũ per remedium lit. pen. tunc citatio requiritur: quia deficit intentio Papæ commiſſio ſufficit; ad hoc capitulum cauſam, de reſcriptis, Archidia.

b ¶ Reſtitutionis. Ad le in c. 1. §. ſi enim, quid ſit inueſtitura, & ſpec. in tit. de præſcrip. §. 1. uerſi. item pone, & tex. in l. 1. in fin. quando ac. de pecul. eſt anna.

c ¶ Cauſa mihi. Imo uidetur dandam actionem de dolo; quod an ſit uerum, uide glo. & Bar. in l. 1. §. idem Pompo. ff. de dolo, & in l. arbitrio. §. dolo, ff. eo. tit. & in l. ſi filius.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio, uel renunciatio teſtium in uno capitulo, non præiudicat uolenti producere in alio.*
Priuilegij productioni non obſtat publicatio teſtium, ibid. niſi ſit impetratum lite pendente, nu. 2.
2 *Iuramenta producere licet poſt teſtium publicationem, niſi in caſu, & quo.*
3 *Priuilegia quando oculis ſubijcienda, impetrata ſuper re litigioſa, & etiam motu proprio conceſſa non ualent in præiudicium alterius, nu. 6. uide nu. 7.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
Teſtes poſſunt ſuper uno recipi & publicari, & non ſuper alio, ſi plura & diuerſa ſint capitula.
Priuilegium ſuper re litigioſa impetratum non ualet. §. 1. & nume. 7.
Priuilegia indulgentur contra ius commune, nec ualent, ſi nimium lædant. §. 3.
6 *Additio gloſſarum.*
Litigioſa res quando dicatur effecta.

CAPVT XIX.

1 CAuſam, quæ vertitur. Caſus. Publicatio † uel renunciato teſtium in uno capitulo, non præiudicat uolenti producere teſtes in alio. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Iudicibus. & de eodem facto, ſupra de mu. pe. ca. primo [*Protuliſtis*] huic productioni non obſtabat publicatio teſtium, infra titu. 2. dum dilectus [*Et infra*] pars uoluit producere teſtes ſuper nouis capitulis, dubitatum fuit, conſulitur papa [*Lueris*] ſurrepticijs, quia nec de primis, nec de proceſſu fecerant mentionem, ſupra de dolo. cap. 2. infra de iurejur. inter. [*Impedimentum*] ar. quòd publicatis † atteſtationibus nõ licet pro- 2 cedere inſtrumenta: ſed non eſt uerum, ſed intelligitur hoc de impetratis lite pen. T. & Gof. Vincen. [*Concordia*] & prius, concordia, de hoc ſupra de traſanct.

c.ult.Gof.[*Intimauit*]forte proprio motu,forte ad plebis instantiam,de electi. inpotuit,uer.multa, de dolo & contum.cum olim, & cap.ueritatis, Hostien.[*Præsentiam*] sunt † enim talia oculis subiicienda, infra de priuil.porrò, de hoc de cor. uici.capi.2. Hostien. & in arbo.con. in prin.[*Transmittatis*] sic supra de reseriptis, ex parte.1.cum suis concor. ¶ Gloss.1.† ponit duas lecturas, & secundam appobat. ¶ Vlt.glo.obijcit,& soluit. ¶ *In † gloss. 1. in fi.*] arbiter ad plures controuersias non sibi communes assumptus diuisim eas tractare potest.¶ *In glo.3.ibi.§. si uerò*] uide in cap.prox.alleg.super.1.glo.¶ *In glo.3.ibi, tutor petitus*] sequitur, si ante decreti diem aliquod priuilegium quærit, rectè petitionem institutam excludere non poterit. ¶ *In glo.ult.ibi. l.3.in fi.*]priuilegia ciuitatum,prouinciarium,uel corporum generalem legem non faciunt [*& ibi l.1.*] priuilegium cõcessum Ponticis,vt natus ex matre Ponti ca Ponticus censeatur, nõ restringitur ad vulgo quæsitos, circa illos enim priuilegium non erat necessarium: sed ad illos, qui ex diuersis parentibus nati sunt [*& ibi.l.1.lib.10.*]quod circa thesaurum inueniẽdum, est iure statutum, superfluum est precibus impetrare [*& ibi quoti.*] dilatoria solutionis impetratur per priuilegium, peremptoria non [*& in fi.*] can.25.quæstio. 2.¶ *In † glo.1.ibi,publicatæ*] secundum Laur.[a] & T.[*& ibi, uerius uidetur*] idem Hostien. ¶ *In glo.2.ibi, impetrata*] idẽ uidetur Hostien. si motu proprio principis sit concessa [*& ibi, alterius partis*] unde, si per illud priuilegiũ nil noui acquiret impetrator in præiudicium [b] p tis, benè ualeret, secundum. T.& Goffre. ¶ *In glo. pe.in fi.*] secundum La. hoc posset † intelligi secundum Hosti. præsentata litera, de appella. super eo. 2. & citatione secuta, de hoc de officio delega. gratum, uel saltem post notitiam aduersarij, app. meminimus,de al.mu. iud. causa fac.cap.primo.

ANNOTATIONES.

a ¶Secundum Lau.Pro hoc quia appellatio,& relatio æquiparãtur, ut illis pendentibus nil attentetur,uide iura in spec.de rela.§.fi.in princ.& sic quemadmodum super nouis articulis in causa appell. possunt produci testes,ita in causa relationis posse fieri.

b ¶In præiudicium. Adde,etiam si sit concessum motu proprio,secundum do.An.& Imol.hic.

SVMMARIVM.

1 *A testimonio repellitur consimili morbo laborans.*
Morbus hic pro peccato, peccatum alibi pro defectu, ibidem.
2 *Similitudo morbi repellit testem siue pro impugnante, siue pro defendente deponat.*
Morbus omnis etiam dissimilis repellit testem, ibid.
3 *Certum pro notorio, quod non eget probatione.*
4 *Epilogus, & supplementum glossarum. nu.5.*
Similitudo causæ quem repellat testem, ibid.

CAPVT XX.

1 PErsonas. Casus. A † testimonio repellitur consimili morbo laborans. & huius pars, infra de ap.personas [*Negocia*] idest causæ criminales, Petr. & Abb.[*Morbo*] idest peccato. alibi peccatum pro defectu. supra de rescriptis, ad audientiam [*Consilij*] eius, qui eam in testem producit secundum Ioan.de Deo, & G. Na. & dicit Guido hoc patere ex antiqua, quòd est falsum, & litera infra. Si ab alterutra, probat contrarium. per quam dic, quòd † morbi similitudo repellet testem, siue pro impugnante, siue pro defendente deponat, nec mirum: quia omnis morbus, etiam dissimilis repellit, iuxta distinctionem, infra c. testimonium. fortius similis, ut hic [*Certum sit*] idest
3 † notorium,quod non eget probatione, de filijs presquoniam, Hostien.[*Possint conuinci*] supra eo.super eo. [*Admittantur*] contra supra eod. capit. primo, titu.3.&
4 ibi sol. T. & Goffre. ¶ Gloss.1.† allegat tres concor.&
5 inducit tria similia. ¶ † *Inglo. 1. ibi, recusari*] sed an talis
a similitudo [a] causæ repellet testem? uidetur. G.uelle ꝙ sic, in spec. eod.titu.§. 1.dicto uersi. Item quòd habet.
b sed Hostien.hic putat hoc [b] absurdum, nisi esset solus, uel uehemẽter suspectus.esset enim absurdum, quòd unus emptor alteri emptori non posset ferre testimonium. & dicit dec. intelligendam de socio, & participe secundum legem, quoniam liberi, C. eo. tu dic in teste, ut dixi in iudice in decre. causam [*& in fi.*] uide quod no.35.quæstio.6.cap.2 in glo.ar.quòd.

ANNOTATIONES.

a ¶Similitudo. Adde Fede. consil.62.& Bald.in l.dictantibus. C.de testam.

b ¶Putat hoc.Dic hoc uerum.& ratio differentiæ, quia testificatur super facto rudi.& licet sic sit in hoc facto, non sequitur, quòd in alio sic debeat esse,sed in iudice secus,quia iudicat secundum ius, & æquum putat in hoc, ergo & in alio, quia ius est indeterminatum. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Christianus contra Iudæum in testem admittitur.*
Iudæus, an de crimine excipiat contra Christianum productum in testem, ibid. uer. quærit hic.
Excommunicatus etiam excipit contra testem, ibid. in fin.
Voluntas non sufficit, nisi sequatur effectus, ibid. in fine ad dictio. uoluerint.
2 *Iudæi, & Saraceni, quæ olim priuilegia impetrabant non tamen concedenda.*
3 *Iudæi subiacent tanquam serui Christianis: non tamen prosequendi, num.4.*
Seruitus inducitur de iure canonico, ibid.
4 *Epilogus, & additio glossarum.*

CAPVT XXI.

1 IVdei, siue. Casus. Pars.1.de Iudæis, Iudæi, siue.& hoc dicit. Christianus † contra iudeũ in testem admittitur. ponit dictum. addit pœnam. subiungit causam [*aduersus Iudeos*] Quærit hic
a Hostien. an iudæus [a] de crimine contra Christianum excipiat quòd uidetur de excep. cum inter, contra de usuris: quia frustra. Dicit posse distingui,an id,de quo
b excipit, sit peccatum vtraque lege ueteris [b] & noui testamenti, & tunc admittitur. an. l. uete. tantum, & tunc non admittitur. an noui tantum, & tunc etiam repellatur in pœnam sui erroris.uel dic,quòd tunc secundum eum admittitur, cum secundum.l. Romanam illos iudicare debeamus, & sic secundum illam excipere possint. C.de Iudæis, Iudæi, ne claudicet iudicium, ut in dicta dec.cum inter.nam & excommunicatus excipit, ut ibi [*Voluerint*] cum effectu, de hoc, de eo, qui mittitur in pos.cap. primo [*Præferre*] Impe-
2 trabant † quandoque Iudæi, uel Sarraceni priuilegia principum, quòd per Christianos in ciuilibus,uel criminalibus conuinci non possent, quibus si utantur, priuantur Christianorũ commercio, & princeps nõ debet illa concedere, uel concessa seruare, ut in con-
c cilio Vien.e.tit. cum Iudæi [c] [*Subiacere*] tanquam † ser-
3 uos, & sic inducitur seruitus de iure canoniço, Sicut & aliàs 25.quæstio.ult.cum multæ, secundum Innoc.
4 & infra de Iudæis, ita quorundam, Hostien. ¶ Glo.1. soluit contrarium. ¶ *In glo.1.in fi.*] & infra eo.ca.secundo.

do. ¶ *In † gloss. secunda,in fi.*] ista iura probant secundum Hostien. Iudæos non persequendos.

ANNOTATIONES.

a ¶Iudæus. non potest esse testis. Adde istud non procedere, quando ageretur de conuincendo Christiano olim Iudæo,qui diceretur reuersus ad Iudaismum;casus est,quem ad hoc notat Do.in c.contra Christianos,de hæret.in 6.

b ¶ Veteris. Vtrum Iudæi, uel pagani, uel hæretici admittantur ad accusandum,uel testificandum contra Christianos,uide not.supra eo.tit.c.1.& c.licet,& quod not.in c.pagani.2.q.7.& seq. Archi.

c ¶Cum Iudæi. Ad hoc uide Clement. 1.de testi.& ibi contra.uide, quod firmat gl.sed cum in iudicijs &c. & an Iudæus contra Christianum admittatur,facit supra eod.c.1.& C.de hæret.l.quoniam, & c.licet,infra eod.Bald.

SVMMARIVM.

1 *Matris testimonium est suspectum, ubi filia petit aliquem in uirum se maiorem, non tamen ita suspectum in sponsalibus,ut in matrimonio, num.2.uide num.6.*
Ad matris solius dictum impeditur matrimonium, sed contractum non dissoluitur, ibid.
2 *Mulier admittitur ad testificandum in causa matrimoniali, nisi in casibus, & quibus.*
3 *Potentia, & honor ad quos hic referantur.*
4 *In disiunctiua sufficit alterum, & in alijs intelligitur hic repetita.*
Excessus si sit in uno nobilitatis, in altero diuitiarum quid iuris, ibid. uersi. si uerò.
Arbitrium iudicis, an testis sit suspectus, ibid. & num.6.
Præsumptio non est probatio: impedit tamen matrimonium contrahendum, ibid.ad dictio. præsumptio.
5 *Epilogus, & additio glossarum, num.6.*
Testimonium parentum an sit suspectum, arbitrio iudicis committitur circunstantijs inspectis, ibid.
Circunstantiæ sunt inspiciendæ in testium personis, ibid.

CAPVT XXII.

1 SVper eo. Casus. Testimoniũ † matris est suspectum, ubi filia petit in uirum aliquem se maiorem. Secundò dicitur, ꝙ ad dictũ solius matris matrimonium impeditur:sed contractum non dissoluit. Et partes duæ patẽt,secunda ibi,Super illa,& quælibet subdiuiditur; quod per se patet [*Affidasse*] per uerba de
2 præsenti. Idem ramen † quòd ad sponsalia ꝑm Host.non puto testimonium ita suspectum in sponsalibus, sicut in matrimonio [*Altera mulier*] de hac non respondere uidetur. sed dic,ꝙ admittitur 15.q.3.ex eo. ff.eo.ex eo; ad hoc infra de præscript.nonne, nisi ex nimia familiaritate,uel utilitate,uel aliter sit suspecta, infra eo.in literis,Host. [*uidetur*] infra de præsump.afferte [*Nobilitate*]
3 generis,de qua infra de præb. c.pen.& quod dicit, † potentia, intellige amicorum. & quod dicit, Honore, ut quia iudex,bailiuus,doctor,uel consiliarius principis,
a uel magni uiri [*Vel honore*[a]] ergo † sufficit alterum,cum
4 hic ponatur disiuncta,quę in alijs intelligitur repetita, infra de appel.c.secundo requiris.Si uerò alter excedit in uno, alter in alio, puta exceditur mulier nobilis, & pauperrima: uir plebeius,& ditissimus,hic iudex arbitrabitur,an testimonium matris sit suspectum,& in spiciet consuetu.regionis;& de hoc in Spec.§.1.in fi.pen. colum.[*Sola mater*] hic est casus conuersus à superiore: quia hic mater ſtabat pro matrimonio, ibi contra secundum Hostiẽ. [*Præsumptio*] non tamen probatio; & sic propter solam præsumptionem impeditur matrimonium contrahendum [*Siue plurium*] hæc communis litera: aliàs simplici iuramento, Hostiens. ¶ Glo.1.
5 † fortificat textum, signat contrarium, & soluit. ¶ *In*
6 † *glo.1.ibi,excellentia*] admittuntur;quia tunc cessat suspitio.& idem, si ipsi parentes essent ualde honesti secundum Tan.unde dixit Hostien. quicquid scribatur,hoc esse arbitrarium.ff.eod.l.3.infra eod.præterea,& capit. in nostra.possent enim esse circunstãtiæ, propter quas iudicaretur testimonium non suspectum, puta quando nobilis multum diligebat plebeiam ualde formosam,quam habere non poterat,nisi cum illa contraheret,& parentes aliàs sunt honesti. cessantibus uerò circunstantijs, inæqualitas facit testimonium parentum suspectum:aliàs facilè probaret plebeia se despõsatam per regem,uel plebeius se despõsasse reginam,& idem dicit ipse Hosti.de consanguineis in summa huius titu li.§.2.uersic.ubi autem; ibi uideas.

ANNOTATIONES.

a ¶Vel honore. Et ponitur hic copula punctus,qui habetur loco disiunctè,siue alternatiuæ:quandoque loco copulæ; ut in l.cum duobus.§.si inchoandi.ff.pro socio,& text.in c.fi.de pact.lib.6.ad hoc tex.in c.nemo,2.q.1,in prin.Archi.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus nil potest probare minus, quàm per duos testes fideles & honestos. & est inimicus Christianis.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Epilogus, & suffragium glossarum, num.3.*
Affirmatiua exponitur per negatiuam, & contra, & exemplare seruntur in prin. ad sequentem usque §.& num.4.§.1.
Testis unus inducit præsumptionem, sed non facit probationem.
4 *Additio glossarum.*
Testi uni quibus creditur casibus, ibid.in fi.

CAPVT XXIII.

1 LIcet uniuersis. Casus. Iudæus † nil potest probare minus, quàm per duos testes fideles, & honestos.& facit quatuor. prœmittit causam dicti:ponit dictum ibi, Mandamus,ꝙ probat auctoritate ibi, Iuxta. Soluit obstaculum ibi, Quia licet. & erat olim in secunda compil. de fo.competen.[*Inimico*] idest Iudæo,infra de Iudæis,cum sit [*finem*] quasi ꝙ ad dictum unius pro ipso diffiniatur causa [*Dominicum*] Matth.18. [*Quia licet*] diceret aliquis illa auctoritas de duobus testibus non iuuat,quia in multis causis requiruntur plures;respon. [*Legitimo*] aliàs,ut quia persona ualde fide digna est, infra eodem, licet.
2 ¶Secunda † gloss.signat contrarium,& soluit. ¶ Gloss. tertia exponit affirmatiuam negatiuè,& dat simile per contrarium, subdens quatuor casus,in quibus nõ sufficiunt duo testes. ¶ Vltima gloss.soluit tria contraria.
3 ¶ *In † glo.3.ibi.l.4.in prin.*] ibi suis numis redimitur seruus, ex quo numi non erant redimentis, sed nec serui propriè dici possunt [*& ibi, non debet, in fi.*] ibi bonæfidei, idest non malæfidei [*& ibi. §. rogo*] meritus, hic est dignus in l.sequen.dicitur,qui non offendit. ¶ *In glo.ultim.ibi.l.1.in fine*] tabulæ suspectæ habentur, cum unus testis negat se sigillum suum agnoscere, sed nihilominus aperiuntur [[*& ibi, Theopompus*] uide supra eod.ue
4 niens, super fine ultimæ gloss.] ¶ *In † glo.1.ibi, in fi.*] de hoc supra de electio.cum in cunctis.¶ *In glo.2.in fi.*] de hoc in Specu.eodem titu.§.primo.uersicu.Item ꝙ est Iudæus. ¶ *In glo.3.ibi, cum quidam*] & uigesimasexta dist. capitulo primo [*& ibi, & pueres & mares*] Institutio.de testament. §.possunt [*& ibi, etiam in casu*] dicit hic Hostiens. quòd capitulum statim allegatum loquitur de suspectis, ut dicit Gratianus in §. ibi sequenti: uel loquitur de rigore iuris,qui seruandus non est [*& in fine*]

de hoc in summa ipsius questionis,& plenius, infra de regu.iu.pluralis,lib.6. & in Spe.§. quem allegabo in fi.
v seq.glo.¶ *In glo.ult.in fi.*] idem not.supra eo.ueniens.86. dist.tanta.30.casus.quibus creditur uni.[a] uide in Spec. eod.titu.§.restat de numero,uersicu.hoc tamen fallit, quorum.13.not.hic Hostien. & Pet.18.Io.

ANNOTATIONES.

a ¶ Creditur uni. Ad Ioan.Bal.in l.directas,C.de testa.ma.& quod not. glos.in l.Titio fundus.ff.de conditio.& demon.& Bald.hic.

SVMMARIVM.

1 *Testes idonei non sunt, quos de familia sua produxit actor.*
Pro matrimonio quo præsumatur, ibid. & num. 2.
2 *Superueniens affinitas non dissoluit matrimonium.*
3 *Familiaribus testibus quibus credendum.*
4 *Epilogus, suffragium, & suppletio glossarum, num.5. & 6.*
Potestas iudiciaria non impedit ferre testimonium, ad dictio. dominicæ.
Cap. Item idonei.4.q.3. intellectus, ibid.
Domestici, agnati, cognati, affines, & uasalli an admittantur ad testimonium.

CAPVT XXIIII.

2 1 IN literis. Casus.[a] Nō sunt† idonei testes, quos de familia sua actor producit.Et cōis diuisio.2.ibi,Respōdemus [*Legitimè*] quia palam & in facie ecclesiæ,& ideo præsumit contra ipsum,infra qui ma. accu.pos.cum in tua.quare requiritur probatio clara, & non suspecta,infra de re iudi.lator,Host. [*Per septennium*] maximè.sed propter† hoc magis præsumitur cō tra ipsum, arg.de frigi. ei. [*antequam*] quia si post affinitas superueniret, nō dissolueret matrimoniū, infra de eo,qui cog.con.discretionem, & c.pe.& ult. [*Ad quod*] scilicet copulam, & affinitatem prædictā [*Pro illorum*] scilicet familiarium suspectorum. ¶ Vnde dicit Inno.
3 q licet† familiares,non serui,nec in potestate patris cō stituti possint licitè reddere testimonium:tamē iudex diligenter attendat honestatem personarū,ut nisi honestæ sint,nullatenus eis credat,ut hic, & supra de proba.licet [*contra ipsos*] ipsorum coniugium:quia pro parte uiri deponunt [*Aliquos*] etiam non familiares, Inn.
4 ¶ Glo.2.† in princ.& fi.dicit familiares non admitti, & qui sint familiares,domestici.signat cōtrarium,& solu-
5 it. ¶ *In† glo.2.ibi, non ualent*] dicit l.seq.interrogari non placuit [*& ibi.l.2.*] can.4.q.3.uersi.etiam iure [*& ibi, præsenti*]est lex ult.quam supra alleg.de his,qui ad ecc.con
6 fu.¶ *In† glo.2.§. Sanè*][b] & C.de uerb.sig.l.ult.Pe.& Abb.
b allegant.ff.de ædil.edi.ædiles.§.familiæ [*& ibi.q.2.*] ubi de hoc in sum. [*& ibi, uel dominicæ*] nō dixit, iudiciariæ: quia pm hoc nullus admitteretur; & sic intelligitur. 4.
c q.3.item idonei[c] [*& in fi.*] de hoc, & quid si desijt esse domesticus.item quid de agnato,& cognato,cōiuge, socero,& vasallo,& alijs,circa hoc vide in Spe.de teste. §.1.uersi.item excipitur, q domesticus est,& uersi.seq. ¶ *In glo.ult.ibi, ex literis*] & 35.q.6.c.2.ubi de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶ Casus. Ex hoc c.literis,in fi.not.regulam ad cognoscendum habilem,uel inhabilē ad testificandum,quando scilicet qualitas concurrit in teste,quòd uerisimile est eum deierare,tunc repellitur:alias secus, ad hoc etiam, quod dicitur de compurgatore. 2.q.5. si mala fama, Archi.

b ¶ Sanè. Vide ibi Bal.& Sal.& Bar,& prædictos in l.etiam,C.de testi.& uide bo.glo.in l.resciendum.§.si furta,ff.de pœnis. & scias quicquid sit de testimonio domesticorum & affinium hic,in causa non iniuriarum non admittuntur:quia iniuria unius est alterius.l. Iul.ff.de injurijs,& ibi uide Bart.

c ¶ Idonei. et secundum hoc patet singularem de uniuersitate posse pro illa testificari; licet illi per caput uniuersitatis possit imperari, uide Bart.in l.in tantum,ff.de rerum diui.

SVMMARIVM.

1 *Testes produci possunt, donec attestationes publicatæ fuerint, postea uerò non super eodem capitulo; super alio sic.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Casus, siue facti species huius decretalis quæ.*
3 *Appellationi quibus modis tacitè renuncietur, & num. 8.*
4 *Publicatio mearum attestationum etiam aduersario meo adimit facultatem producendi testes ad idem.*
5 *Testibus si sit renunciatum, quando non obstet aliorum productioni nec in principali, nec in appellationis causa, & num. 11.*
6 *Sententia sit absolutoria, uel condemnatoria iuxta probationem.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, num.8.*
Renunciari appellationi, uel alij iuri sibi competenti uidetur per actus illi repugnantes, & affert exempla.§.1.
De renunciato nō datur amplius recursus, excipiuntur casus n.11.
9 *Additio glossarum.*
Tempus dati rescripti inspiciendum, ibid. num. 9.
Per præsentationem rescripti datur iurisdictio, ibid.
Delegatus in quas personas, & res habeat iurisdictionem, ibid. in fine, & num. 10.
10 *Prorogatio iurisdictionis cuius per quos, & de quibus fieri possit.*

CAPVT XXV.

1 VM uenisset. Casus. Donec† attestatiōes fuerint publicatæ,uel eis renunciatū,produci possunt testes:postea uerò non super eodē capitulo;super alio sic.hoc dicit quò ad titul.& sunt duæ partes. in prima partis conquestio.in secunda dat iudices ibi,Minus,quibus tria mandat.secundum ibi,Quæstiones.3.ibi, Si qua uerò [*Causam*] quæ super† diuersis erant articulis, super uno fuit lata sententia: super alijs producti testes,& renunciatum: super alio non renunciatum, licet producti essent testes, uel non producti [*Sententiam*]latam super uno de capitulis commissis,vt prædixi [*Occasione mortis*] exceperat enim altera partiū mandatum extinctum per mortem Papę reintegra.& quia non audiebatur, appellauit: sed postea tacitè renunciauit;& sic non obst.appeli.ut sequitur [*Producendos*] Idem,sit† dilationem petierit ad illos producēdos. ff.de pactis.tale.C.de re iudic.ad solutionem,supra de officio deleg.gratum, cum concord.Hostien. [*Quæstiones*] hic explicat secundum articulum, de quo dixi in
4 princ. [*Ab alterutra*] nota,q† publicatis attestationibus per me productis, etiam aduersario meo est adempta facultas prnducendi testes ad idem, secundum Goffr. [*Si qui uerò*]expedit tertium articulum[*Renunciatum*] hic
5 not.Innocēt.q† post renunciationem testium factam in generali iterum proponi poterit, & admitti excepa tio[a], super qua poterunt testes produci. nam ex quo quis admittitur ad excipiendum, per consequens admitti debet ad probādum siue per testes,siue alio modo,argum.hic,& supra eod.causam.2.Si uerò super ali quo speciali articulo renunciatum sit testibus,super il lo amplius de iure communi non sunt testes recipiendi,ut infra eodem,de testibus.an uerò per beneficium restitutionis ex clausula generali,si qua mihi iusta &c. dixi id, quod hic nota.Innocent.supra eodem intimauit. Si uerò in causa principali generaliter renunciatum[b] sit testibus, tamen in causa appellationibus super nouis pendentibus ex primis testes produci pos-
c sunt,supra eodem fraternitatis.[c] Si uerò in causa principali renunciauit quis super aliquo speciali articulo, non potest de iure communi super illo testes producere etiam in causa appellationis,ut à contrario colligitur, infra capitulo constitutus. §.finali. & quantum ad hæc nulla, uel modica uidetur differentia inter causam principalem, & causam appellationis. renunciatio uerò,uel conclusio generalis facta in causa principali

pali non extenditur ad causam appellationis, quæ est alia à prima:quia nec creduntur partes hoc intellexisse;aliàs si hoc intenderēt, & expresse dicerent, Nos renunciamus,& concludimus omni facto & iuri in hac lite ita,q in causa princ.uel app,nil deinceps possimus dicere,talis renunciatio bene præiudicaret pm Innoc. alleg.Host.C.de temp.app.l.fi.ad fi.ff.de feriis.l.1.& infra de reg.statuimus.& dicit,q hæc glo.Inn.in uersi.renunciatio uerò,facit pro opi.sua,quam dixi supra eo. fraternitatis, sq in causa appellationis nouum capitulum probare possum etiam per antiquos testes,& an-
6 tiquum per nouos [*Debitum*] absoluendo,† uel cōdemnādo,pm quod sit plenè,uel semiplenè, uel nullo modo probatum,supra tit.1.ex literis,de iureiu.c.fi. Host.
7 ¶ Gl.2.† alleg.6.concor.secundò arguit,q mortuo delegante &c.dicens quosdam hoc tenere. Sed gl.tenet, & probat cōtrarium,& ad hanc decr.respon. ¶ Pe.gl.
8 obijcit,& soluit.¶ *In† glo.1.in fi.*] & ibi,omnia nostra[d], d facimus &c. ¶ *In glo.2.ibi tale.* §.1.] appellationi renunciat,qui postea cōuenit iudicatum soluere,si infra certum diem non solueret pecuniam, de qua transegerat [*& ibi,si filius.2.*] si filius absente patre cauit,quasi mandato ipsius pecuniam recepisset,& patri insinuauit,qđ pecuniam solueret,nisi pater statim improbet,approbare uideť. Sed melius facit.l.sed Iulianus.§.ubi, si paterfa. factus soluit partem debiti cessat Macedonianū [*& ibi, ad solutionem*] petens terminum ad soluendum acquiescit sententiæ [*& ibi, si filius*] filius emancipatus & maior legatum recipiendo renūciat bonorum possessioni contra tabulas, & restitutioni in integ.super il la petitæ [*& ibi.§.aream*] hanc & seq.uide de sim.ex insi nuat.super ult.glo. [*& ibi, numos*] cuius mentem habes de præb.dudum,ad fi.lib.6.uer.ad instar.¶ *In glo.ult.ibi, si quis in conscribendo*] uide de foro compe.si diligenti,super 1.glo. [*& ibi, si quis iusiurandum*] uide de fo.compet.
9 significasti,super gl.2.[*& ibi,si uenditor*] loquitur in uen ditore,qui patefecit emptori certum morbū.¶ *In† glo. 2.ibi,concedunt quidam*] Goff.Phi.hic,& supra de off.dele. gratum, & c.licet,& Innoc.ibi,& Bar.Brix.in quæstio. Ven.queritur,utrum morte.facit pro hac parte pm Inno.quia tempus dati rescripti inspiciendum est, de rescrip.eam te,&quia per solam illius representationem datur iurisdictio,infra de appe.super eo.2.in fi.& adeò firmatur,quod non ualet rescriptum contra illud primum postea impetratum, supra de rescriptis, cæterū, & quia super psonis,& rebus in rescripto expressis de-
10 legatus statim habet iurisdictionē, supra de rescriptis, pastoralis.§.2.dicit† autem Inno.hic,q iurisdictionem istorum iudicum per suos cōsensus partes prorogare possent,ut hic,& remittit de offi.deleg.sanè.Sed Host. hic fatetur in prorogatione de re ad rē, uel de tempore ad tempus: iurisdictionem autem iam extinctam p mortem delegantis negat prorogari posse.non ob.de offi.dele.insinuante, & de app.solicitudinem: quia ibi constat,iudices iurisdictionem habere, licet per exceptionem possit elidi;& ideo procedēs coram illis,uidetur exceptioni tacitè renunciare,& per consequens iurisdictionem illorum ratificare,& solidare:hic uerò p mortē statim fuit iurisdictio extincta &c. de cōs.dis.4. quæris,& priuatorum consensus &c. supra de fo.cōp. significasti [*& ibi,contradico*] idem Vin.supra de off.del. licet,& hic Host.§.1. Guil.in Spec.dele.§.restat,uersic. Item mortuo,aliàs quid si delegatus,& facit ad hoc,in fra de offi.dele.c.fi.§.officium, lib.6.& Boat.in præall. c. gratum, dicit, q næc quæstio de Terdona fuit missa Bon.& consultores,inter quos fuit Egy.consuluerunt pro hac parte,& hoc placet[*& ibi,in prouincia*]ubi idem not.Accur.in glo.ergo si sciuissent,in fin. [*& ibi,numos &c.*] & infra de præben.dudum,ad fi.uersicu.& ad instar,li.6. [*& ibi, post appell.*] nec dicitur hic,q mors non impedierit processum, sed q nō impediuit appellatio interposita ppter mortem: quia fuit ab illa recessum. ¶ *In glo.pen.in fi.*] Vincen.uel si fuerat lata non canoni-
11 cè.Tan.Vincen. ¶ *In glos.ult.ibi, admittenda*] nisi† esset talis, cui competeret restitutionis beneficium, ut minor, uel ecclesia, supra de restitutio. in integr. auditis, secundum Tan.ibi dedi remissionem.

ANNOTATIONES.

a ¶ Exceptio. Peremptoria,quæ usque ad conclusionem potest opponi,uel etiam dilatoria illis casibus,quibus post lit.cōtest.potest opponi;uide de excep.exceptionem.

b ¶ Generaliter renunciatum. Adde,quòd idem,si specialiter secundum Abb.hie,& cum eo concordat Spe.in tit.de renun.§.1.uersi. hoc etiam scias,& Bart.in auct.qui semel,in 3.col.C.de prob.Bal. in l.per hanc, in 1.col. C.de tempo.appell.

c ¶ Fraternitatis.Et iste potest esse unus intellectus illius.c.fraternitatis,de differentia primæ & secundæ quæstio. ex quo nota, quòd renunciatio super certo art.in princ.extenditur etiam ad causam appell.quamuis sit alia instan.quod potuit uelle prin.c.fraternitatis,ut hic, uide per Inno.

d ¶ Omnia nostra. Adde tex.in cap.si Apostolicæ,de præben.in 6.& dom.Anto.in cap.nouit,supra de iu.& per Bald.in l.ex placito, in 4.col. C.de re.permu.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas priorum testium comprobari potest publicatis attestationibus.*
Testes alij possunt induci super eodem capitulo publicatis attestationibus in causa matrimoniali, ibid.
2 *Puberes sine consensu parentum causam matrimonij agere possunt.*
3 *Accusatio matrimonij dicitur respectu criminis.*
Ad consanguinitatis reprobationem sufficit unum gradū destruere.
Gradum rumpere aliud est, quam dicere contra testes, ibid. & ratio.hoc post publicationem testium facere possim; illud minimè, ibidem.
Dictorum, quàm personarum testium conditio potior, ibid.
5 *Testium minor numerus reprobantium non præiudicat maiori probantium.*
In testium comparatione pensandæ circunstantiæ, ibid.
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, num.7.*
Consanguinitatem possunt duo testes à latere uiri probare, alij duo à latere mulieris, ibid. num. 7.
Gradum primum duo testes probant, & alij duo secundum, & sic deinceps, ibid.
De natalibus instrumentum etiam fit, & qualiter, ibid.§.in glo.2.
8 *Vincentius duos apparatus in decretales conscripsit, & quo tempore.*
Testes posteriores hic cur admissi post publicationem priorum, ibid. & nume.9.
9 *Testes in causa matrimoniali licet producere super eisdem capitulis, attestationibus publicatis etiam in eadem instantia fauore matrimonij.*

CAPVT XXVI.

1 SEries. Casus.Publicatis† attestationibus, pōt falsitas priorū testiū cōprobari. uel in causa matrimoniali publicatis attestationib.super eod.c.possunt alij testes induci. Et cōmunis diuisio.secunda ibi, Præ-
2 senti [*filios*] si isti † erant puberes sine consensu parentum hanc causam agere poterant,infra de iud.c.ult.in fine, libr.6. [*Accusabat*] tanquam incestuosum. dicitur
3 enim† accusatio respectu criminis, Goff. [*Primo gradu*] qui non fuerat in articulis declaratus: sed testes interrogati de causa scientiæ,declararunt. & facit,quod nota.Innocent.infra eodem ex tenore [*Et sororem*] isti faciunt primum gradum, ut patet in arbore, Hostiens.

4 [*Esse dicebat*] no. q͛ † ad reprobationem consanguinitatis sufficit destruere vnum gradum, Inn. & idem Vinc. supra de resti. spo. literas, ubi dicebat aliud esse dicere ꝫ testes, quam rumpere gradum: quia ꝫ mille testes per duos testes dicere possum, & sufficiet, & dicã de hoc, infra eod. cum in tua. sed si probas gradum par. 4. non sufficit mihi rumpere per duos: quia potior est conditio dictorum, q̃ personarum. & per hanc rationem patet Vin. intellexisse, cum dr ꝫ personas testiũ. Alia dria p̃m eum: quia in personas testium post publicationẽ dicere possum, rũpere gradum non. nec ob. hæc decr. quæ intelligitur p̃m eum, ut dicam super us. gl. nec ob. infra eo. ex tenore, ut ibi no. Aliud dictum Vin. vide in Spe. eo. ti. §. qualiter, uer. sed opponitur [*receptos*] & publicatos. & hoc est regulare, in auct. e. §. quia uerò [*Canonicum*] infra eo. licet ex quadam, supra eod. quot. Pe. [*Consuetudine*] quæ non patitur post primos testes publicatos alios admitti [*Contraria*] nec inducta de certa sciẽtia conditoris legis, Innoc. [*Testes*] cum sit nouus articulus p̃m Innoc. qui † non credit, q͛ per duos hoc probantes præiudicetur pluribus, qui aliud probauerunt. Sed pensatis omnibus circunstantijs considerabit iudex, quis melius probet, & p̃m id iudicabit, supra tit. 1. ex literis. 33. q. 1. siquis acceperit, infra eod. in nostra.

6 ¶ Secunda † glo. querit, & soluit. ¶ Vlt. glo. primò adiuat textum. & improbat consue. secundò ponit opin. Vin. contrariam. tertiò illam reprobat, & dat huic decre. duos intellectus, & ult. signat, & soluit cõtrarium.

¶ *In ult. glo. ibi, optimam*] uide supra titu. 1. 3. super 1. glos.

7 ¶ *In† go. 1. in fi.*] & credimus, q͛ duos testes possint probare consanguinitatem à latere uiri. Alij duo à latere mulieris: immò, quod plus est, duo testes possunt probare primum gradum: Alij duo secundum, & sic de

a alijs. Inno. ¶ *In glo. 2. ibi, & sic inducebatur*] uel fortè de na

b talibus illius, idest factum fuerat instrumentum [b], in quo cõtinebatur, quis, ex qua illam susceperat, & quo anno, & die nata fuerat, secundum Host. alleg. C. de in ge. l. pen. ff. quod metus causa, isti quidem. §. 1. parum

8 faciunt. ¶ *In glo. ult. ibi, Vinc.† dixit*] hodie. olim uerò in secundo apparatu dicebat hic q͛ utrinq; testes fuerunt simul producti, & simul publicati: vel ante publicatiõ iudex dixit reo; probatum est de tali gradu: sed non dixit, quomodo probent. unde ante publicationem uolebat alios inducere in contrarium: uel de consuet. prouinciæ erat, q͛ pars audiret testes, quando testimonium ferebant, uel iudex indiscretè publicauit testes, & ideò non fit præjudicium parti, quominus alios p̃ducat. ad hoc ultimum, quod not. Guil. in Spec. de teste. §. satis utiliter, ver. 16. uel producuntur testes super

c corruptione, supra c, sicut [c] [*& ibi, quidam*] Hostiẽ. hic,

9 qui dicit, q͛ † quicquid alij scribant, & quicquid seruetur. de quo iusto iudici non est curandum, de electio. eum causam. de mente iuris hoc est, q͛ in causa matrimoniali publicatis attestationibus super eisdem capitulis etiam in eadem instantia licet testes producere p̃ rationem, quæ sequitur in glos. quia hoc licet post publicationem, & post sententiam. Item per id, quod dicitur in princ. glo. scilicet, q͛ de falso, de quo quæri potest post sententiam, fortius & prius poterit, licet post publicationem, supra tit. 1. licet, post prin. opinionem hanc, quam ueram credo, apertè probat decr. cum in tua, infra eod. non ob. solutionibus, quæ ibi dantur, ut ibi dicam super ult. gl. [*& ibi, in fauorem*] Goffr. infra de spon. sicut, & in sum. huius ti. in pen. col. ubi uideas, dixit. q͛ hoc non erat augere fauorem, sed iura falsitatis aperire, dicens in causa matrimoniali super eo. c. non licere produci testes. tu dicas cum Hostien. q͛ possunt etiam declarando. dico, quòd est in hoc fauor matrimonij: quia cum in aliis causis non liceret probare directè falsitatem priorum testium: quia hoc esset producere testes super eodem capitulo; de hoc supra titulo primo, licet, & patet in Clemen. eodem tit. testibus. In matrimoniali tamẽ hoc licebit, ut hic. Item in causa matrimoniali super cap. super quo deposuerunt testes, licet non probauerunt, poterunt alij produci, q͛

d in aliis causis non liceret; & hæc uera intelligo [d] in eo, qui stat pro matrimonio.

ANNOTATIONES.

a ¶ Inno. Ad hoc quod not. Io. And. post Innoc. in c. qualiter, el 2. in glo. hic potest colligi, & in Spe. de teste. §. iam de interrogatorijs, uersic. item de rempore. & ad id, quod dixit glo. de omittendo stipite, uide Ioan. Andr. in cap. tua, alleg. in gloss. & uide Bald. in l. 1. C. de testam. in 11. q.

b ¶ Instrumentum. Adde Bal. & Sal. in l. neque natales, C. de probat.

c ¶ Sicut. Ibi uide Io. An. in glo. not. quia nil dixit, ubi hoc tenet speciale esse in causa matrimoniali. aliàs enim sola corruptio nõ sufficit. uide de proba. licet; quod intelligitur post sententiã. an autẽ, ut hic erat, in omni causa sufficit sola corruptio, uide ibi not.

d ¶ Intelligo. Not. plenè Io. Cal. quia ratio finalis, propter quam in cau. matrimoniali non obstat publicatio, est, quia sententia non ob. sed in causa matrimoniali ad infringendum matrimoniũ propter consanguinitatem possunt produci etiam publicatis attestationibus, quia subest ratio peccati, & sententia non transit in rem iudicatam, ut in c. lator, de re iudi. cum si. ergo non obstat publicatio, de quo uide, ut plenius scripsi supra in c. iurauit, de probat. & tex. in c. cum in tua, infra eod. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis probatur per cõueniens testimonium de uisu. idem in testimonio auditus, & quando, uide num. 3.*
2 *Testimonium non ualet, si non reddat causam ipsius. Arbitrarium est iudici, an sit probatum, ibid. & num. 5.*
3 *Copula carnalis non probatur sufficienter, & uisu super mulierem uiro, & ratio. Subministrandi uerbi usus, ibid.*
4 *Adminicula quæ dicantur coitus, & quid efficiantur, fit etiam mentio eorum alibi, & ubi supra num. 3. in fi. Veneris indicia, ibid.*
6 *In arbitrarijs non recurrendum ad quemuis iudicem simplicem, sed ad circunspectum, &c. Inexpertus pauca cognoscit, ibid.*
7 *Epilogus, suffragium, & supplementum glossarum, & num. seq. Conscy qui hic dicantur, ibid. num. 8. Lenones nunquam admittuntur in testimonium coitus, cum sint participes criminis, ibid.*
9 *Venus, uel coitus solet in tenebris exerceri, & quomodo per uisum probetur, & quomodo per auditum, ibidem, & quando per famam, num. 10.*
10 *Fama cum adminiculis & quibus probat uenerem, uel copulam, & quibus casibus. Antiqua, uel occulta probantur etiam per famam cum alijs adminiculis & quibus, ibid.*
1 *Decretalis hæc quando locum habeat. Auditus proprius intelligitur probare, non aliorum, ibid. Probare quod non potest per testimonium uisus, probatur ex uiolenta præsumptione, ex qua id præsumatur, & quæ sint huiusmodi, ibid. uersic. cum enim. Paternitas, & filiatio qualiter probentur.*

CAPVT XXVII.

1 PRæterea. Casus. Carnalis † copula probatur per cõueniens testimonium de uisu. Idem in testimonio

a auditus, quæ adminicula, & fama [a] coadiuuant. Communis diuisio. secunda ibi, Respondemus [*De uisu*] & dic, q͛ sic, ut sequitur [*Sufficiat*] sine uisu, Innoc. & est secunda quæstio. & dic, quod non sine alijs adminiculis, Host. [*Vel si iuratis*] hæc est tertia quæstio, ad quam non respondetur, infra secundum Innocen.

ad quam

2 ad quam secundum † eum est dicendum, quod nõ ualet testimonium, si interrogatus nõ reddit ipsius causam; aliàs ualet. Sed Ho. dicit, quod bene respondetur infra, scilicet hoc esse arbitrariũ, ut infra dicam [*Conue*

3 *uiens*] hoc pro tanto dicit: quia sufficiens † testimoniũ in hoc fieri non potest. licet enim uiderit uirum super mulierem: tamen forte ille frigidus, uel maliatus, uel illa arcta erat secundum Pet. uel tunc non potuit coire, licet aliter uiripotens [*Subministret*] testimoniũ de auditu, Inno. [*Adminicula*] idem uerbum, de simo.

4 per tuas, prim. Goff. Et dicuntur † adminicula, ut quia simul loquebantur, quãdo possent opportunitatem captare, secundum Innocen. dicit Goff. & Abb. quod hæc sunt colloquium, nutus, & oscula. Dicit Hosti. de adminiculis sunt uisus, tactus, risus, iocus, missio nunciorum, & iocalium, cohabitatio, amplexus, osculũ, & similia. Dicit Vincent. sufficiunt quandoque leuia adminicula, ut impediendo matrimonio, supra eod. super eo. 2. In probandis limitibus requiruntur efficaciora, supra titu. 1. cum causam [*Iuratorum*] qui dicunt se conscios, & sic soluitur. 3. q. secundum Hostiẽ. hoc

5 † tamen arbitrarium est; & ideo statim sequitur, Etenim circunspectus &c. & est mens sequentis uersi. secundum eum, q͛ licet in hac materia Papa instruat iudicem; certam tamen regulam dare non intendit. ipse igitur circũspectus & discretus uideat, an probatio

6 facta per testes, uel alio modo sufficiat, uel nõ, ut hic infra eod. in nostra. ff. eod. l. 3. not. etiam per † hoc in arbitrarijs non recurrendum ad quemcunque simplicem iudicem, sed ad circunspectum, & discretum, & expertum, inexpertus enim pauca cognoscit. Ecclesiast. 34. & infra de pœnitent. & remiss. omnis [*aptiora*] supra titu. 1. licet, uersi. ex præmissis, infra eod. nostra.

7 ¶ Gloss. 1. † quærit, & soluit. ¶ Vltima gloss. quærit, an fama cum auditu &c. alleg. ad negatiuam, & ad affirmatiuam soluit dando tres lecturas huic cap. scilicet, quòd loquitur, cum fit probatio ad impediẽdum matrimonium, uel ad probandam exceptionem adulterij, uel ipsius accusationem. ¶ *Gloss. ultima ibi. §. si testes*]

8 can. ut supra proxim. ¶ *In† gloss. prima, in fine*] aliqui dicunt cõscios, qui intromiserunt illos in suis domibus ad coitum, & sic erant conscij. Dicit Hostiẽ. quod hæc exceptio cancellãda: quia lenones, cum sint criminis participes, nunquam admitterentur, ut patet in auct. de leno. collat. 2. supra eod. personas, & capi. ueniens. ¶ *In gloss. secunda, in fi.*] quæ probatio sufficit Ala. & Inno-

9 cen. sed rara † est, quia ad hoc quæri solent tenebræ, de officio delegat. consuluit. & procedit hoc, etiam si per arctũ foramen succes siuè uidissent, ut dixi in Spe. eod. tit. §. iam de interrogatorijs, uersicu. quid si unus. ¶ *In glo. ult. ibi, Sed non uidebant*] & sic impedientibus asseribus, uel cortina [b], uel temporis obscuritate percipiebant coitum non per sensum uisus, sed auditus; q͛ sufficiet cum uiolenta p̃sumptione & fama, secũdum Goffr. facit, quod nota. de pariete, uel cortina. ff. de aqua plu. arcen. l. secunda. §. idem Labeo. 2. in gloss. Sic ergo [*& ibi, potius infirmare*] recitat hic Hostien. opi. Ia-

10 co. Bal. qui dixit, quòd si fama † consentit dicto unius, & alijs adminiculis certis & probabilibus, sufficiẽs est probatio; sic intelligit. §. statim alleg. & ff. eod. l. tertia. §. primo, & secundo. & hoc in antiquis factis, de quibus nõ extet memoria, & in delictis, quæ fiunt occultè, de quibus nec testes haberi possunt, est potissimè exaudiendum. finaliter dicit Hostiens. hæc arbitraria [*& ibi, dixit dominus*] ad idem. C. de adulte. auct. si quis ei, cuius textum posui de cohabi. cleri. & muli. capi. 2. [*& ibi, idest denunciatur*] uel idest per accusationem impeditur, Vincen. [*& ibi, planum est*] Hostien. hoc negat: quia non requirerentur illa tria coniunctim, sed sufficeret alterum [*& ibi, repellat*] & secundum hoc expone, quod dicit princ. accusatur, idest ab accusatione repellitur, Ala. sup. quia dicitur aliquem &c. [*& ibi, uidetur uerius*] secundum Tan. Philipp. & Hostien. habes er

11 go tres lecturas ex gloss. prima dicit, capitulum loqui, cum probatur copula ad impediendum matrimonium. secunda, quando probatur ad probandam exceptionem adulterij. tertia, quando probatur ad probãdum accusationem adulterij quò ad torum. ¶ Tu uerò securè hic teneas decret. locum habere omni casu, quo probanda est copula ad quemcunque finem, etiam si ad matrimonium dirimendum, intelligendo tamen auditum, prout dicit prin. & ibi, addidi, scilicet proprium, nõ auditum auditus. cum enim copula uerè probari non possit etiam per testimonium uisus, quod per se patet, ut dixi super uerficul. conueniens, oportet enim illam probationem recipi, ex qua uiolenter id præsumatur, sicut dicitur in paternitate, & filiatione, supra tit. 1. per tuas. ff. de in ius uocan. quia, in fra qui filij sint legitimi, transmissæ. aliter possent dici iura superflua, q̃ de impedimento affinitatis tractant. tene igitur, quod dixi summando, ad quemcunque finem quæris de probatione copulæ [*& in fine*] uide quod ibi dixi, & remissi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Et fama. Adde Bald. in l. filium, ff. de his, qui sunt sui, uel alieni in. & Domi. in capitulo de capellis, decima distinctio. Paulum de Castro in l. si posthumus. §. finali, ff. de liberis, & posthumis.

b ¶ Vel cortina. uide hic plenè per dom. Io. de Imo. & allegat Cyn. in l. si non speciali. C. de testam.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis unius uerbo non creditur, & in quibus rebus, & casibus intelligatur, num. 2. & an olim esset contra, nume. 3. eius etiam scriptura per testes reprobari posset, ibid. & quando ei credatur, nume. 5. & 6. & 7.*
4 *Inter indicem, & tabellionem dissimilitudo, & officium differens, ut quod est unius, non esse possit alterius, & num. 5. & 6.*
5 *Scriptum alterius quibus modis probetur esse, uersic. sed non requiritur.*
6 *Indicum, & tabellionum nomina apud Beneuentum promiscua, sed non officia.*
7 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, num. 8. & 9. Contra Papæ literas non admittitur probatio. §. t. & an indifferenter, num. 10. Cap. Statutum. 2. q. 6. intellectus, ibid. num. 9.*
10 *Papæ uerbo an & quomodo contradici possit. Papales etiam literæ improbantur, ibid. in fi.*
11 *Cardinalis uerbo, & literis an credendum, & remiss.*

CAPVT XXVIII.

1 VM à nobis. Casus. Vnius † iudicis uerbo non creditur. scriptura etiam eius per testes reprobari potest: hoc fallit in Papa. & p̃ hoc patent partes. secunda ibi, Nec scriptum, tertia ibi, Sal

2 ua [*Auctoritatis*] etiam † si fuerit episcopus. nec ob. 11. quæst. i prima. quicunque, quod est correctum in hac parte. 6. quæstio. secunda, per totum, sicut & in alia, de qua supra de iudic. nouit, uersicu. nec illud, ut ibi not. uel secundum Host. loquatur illud de summo episco

a po, idest Papa [a], ut hic in fi. [*Verbo*] intelligit Host. simplici, nude prolato sine literis, uel alijs documẽtis [*Cau sis*] coram illo habitis, supra titul. 1. quoniam contra. & multo magis, si de causis coram alijs uentilatis, uel de alijs factis testimonium reddant. 11. quæstio. 1. nec honore, secundum Innocent. ergo loquitur de testi-

monio etiam processus in iudicio habito, uel habendo, secundum Hostien. [*Sine*] sup. Innocen. nec etiam extra causas, puta super testamẽtis &c. i. si faciant testimoniales literas, uel ẽt si aliqñ testimonium reddant. [*Alijs*] simplex relatio, cum non inferat, quòd testamentum sit contractus, Vincẽ. [*Contractibus*] quia hic comparatur testimonium episcopi in causis, & in iudicio habitum, & in contractibus, & extra iudicium, dicit Hostien. destrui opin. distinguentium inter iudicialia, & extraiudicialia, de quo supra tit. primo, post
3 cessionem [*Nec scriptum*] colligunt † quidam, quòd secundum antiqua iura iudex poterat scribere acta, & credebatur scripturæ sine subscriptione, uel inscriptione testium, dummodò constaret suam esse scripturã, uel in dubio fieret de hoc fides per testes, uel comparationem literarum. nam scripturæ solius tabellionis, & ipsi tabellioni creditur. C. de fal. si quis decurio. C. de donationibus, in donationibus, & in auct. de instrumen. cau. §. si uerò nec, col. 6. fortius ergo uidebatur iudici credendum. Sed hodie contra supra tit. 1. quoniam contra, imò contrarium hic probatur, quòd ẽt secundum antiqua iura non credebatur scripturæ iu-
4 dicis sine subscriptione. & est dissimilitudo † inter iudicem, & tabellionem. nam tabellio hoc habet ex publico officio, quòd suæ scripturæ credatur. iudex uerò, & si publicum officium habeat in iudicando, non in scribendo: aliter testificari uideretur de facto suo, secundum Innocen. C. e. omnibus. hanc rationem fortificat Hostien. quia sicut absurdum est tabellionem iudicare, sic & iudicem scribere. sit ergo quisque suis terminis contentus, nec alterius usurpet officium, de
5 sepul. cap. primo, dicit etiam † Innocen. quòd talis scriptura iudicis, & alia forensia instrumenta priuatæ scripturæ censentur, ideò per se tantùm non faciunt fidem. Sed requiritur, quòd probetur esse uera scriptura uel per comparationem literarum, uel per testes, uel alio modo. C. de probatio. instrumenta, & duabus legibus sequentibus. dicit demum Innocẽ. quòd scripturæ iudicis etiam cum subscriptione testium nõ creditur: quia nullo iure hic reperitur. nec obstat hęc dec. quæ de tabellionibus loquitur, ut exponas, Scrinum eorum, s. tabellionum. si enim intellexisset de iudice, posuisset singulare, s. eius, propter singulare iu dicis, quod præmiserat. Item secundum eum ueritas
6 est, quod † apud Beneuentum, ubi dec. dirigitur, nomina iudicum, & tabellionum sunt promiscua, & tabelliones ibi uocantur iudices. Sed Hostien. dicit, quod licet ibi & alibi tabelliones uocentur iudices, nuíquã tamen iudices, qui ex officio habent iudicare, uocantur tabelliones. quare non est uerisimile, quòd Papa hic de no. loquatur, & à significatione uerbi non est recedendum, nisi appareat de mente contraria. Intelligit ergo literam de his, qui habent ex officio iudicare, & maximè qui sunt, ut episcopi, & archiepiscopi. nec enim est uerisimile, quòd de instrumentis tabellionum ibi dubitaretur: sed forte coram consulibus super actis coram ipso, uel super testamento, uel contractu producebatur in testẽ archiepiscopus, uel episcopus, uel producebantur literæ cum illorum sigillis, & de his duobus quærebatur, & de his respondetur. Abb. dicit, quod in ciuitate Beneuentana sunt decem iudices, de quorum dictis & scriptis hic quærebatur. & dicit Hostien. contra Innocen. iure cautum, quòd scripturæ credatur iudicis habentis sigillum authenticum, infra de fide instrumentorum. cap. secundo, supra titu. 1. post cessionem [*Adminiculo*] i. subscriptione, uel inscriptione. C. qui po. in pi. ha. l. scriptis. uel dic secundum Hostien. i. adiutorio, quasi dicat bene statur prima facie literæ sigillatæ sigillo episcopi, sed reprobari potest per testes, nisi literas alijs testibus adiuuetur, de hoc supra titu. 1. tertio, ubi etiam dixi super ulti. glos. quid, not. hic Gof. de æquali probatione instrumentorum, & testium [*Duorum, uel trium*] quando non est sigillum authenticum, & de consuetudine non facit fidem, infra de fide instrumen. cum dilectus, uel quando quæritur de facto recenti, uel quando testes sunt de illis, qui in litera sunt inscripti, ut no.
b in præallega cap. 3. secundum [b] Innocen. [*Præualere*] ualebat ergo litera, & fidem faciebat, si non reprobaretur. reprobari ergo potest, sicut & publicum instrumentum, per quod patet, quòd æquiparantur secundum Hostien. [*Salua in omnibus*] propter duo, quæ præmiserat, hoc submittit, scilicet de uerbo, & de scripto.
7 ¶Glo. 3. † quærit, arguit, affirmatiuè soluit distinguendo. ¶Glo. 3. signat contrarium, & remittit. ¶Pe. glos. arguit à contrario, quod reprobat, & remittit demũ, signat contrarium, & soluit. ¶Vlti. glos. not. signat
8 contrarium, & soluit. ¶*In* † *glo. 2. ibi. §. sinautem*] non
c creditur. [c] uerbo arbitri, qui dicit iuratum [*& in fin.*] can. 4. quæstio. 3. ¶*In glos. pen. ibi, cum precibus*] & uide in dec. tertio, super ulti. glos. ¶*In glo. ulti. ibi, omnium*] ibi nec de eius successione tractabitur, qui nobis medijs, toto iure, quod nostris scriniis constituram est,
9 teste succedit. ¶ *In* † *glos. Sed quid, ibi, cum dilecti*] & infra de excess. præ. inter dilectos, uer. præterea [*& ibi, appellationis*] uel nullitatis [*& in fin.*] unde dixit hic Hostien. non ualere testimonium iudicis, pendente iudicio coram illo, & quod ibi dicitur, fuerit, sup. & adhuc est: aliàs secundum eum dici oportet illud ca. in hoc correctum, sicut & in alio, quo dicit clericum nõ cogendum ad testimonium. 14. quæstio. 2. super prudentia. ¶*In glos. ultim. ibi, cum redemptor*] ubi de hoc in fin. ulti. glo. [*& in fin.*] nec hodie in priuil. & si. quod
10 no. C. de diuer. rescri. sacri affatus, in 1. glos. dicit Hostien. de uerbo † Papæ hoc planum, quòd ex quo persisteret in assertione, nullus illi contradicere posset. 19. distin. in memoriam. 9. quæstio. 3. cuncta per mundum, & c. per principalem, supra de officio delega. ex parte. 2. posset tamen ei dici, salua maiestatis reuerentia, aliqua sunt, de quibus non recordamini: quia plerunque uos fallit obliuio. 23. distinctio. præterea. & ipsum decet patienter audire, & quod cum humilitate proponitur, exaudire, supra de rescript. si quando, de resti. in integ. cum ex literis. Sed & literæ papales improbantur, de quo dic, ut supra de iudi. cum uenisset,
11 de uerbo † cardinalis, quid iuris, remittit Hostien, de appella. constitutus. de ipsius literis remittit, infra de fide instrumen. quod super his.

ANNOTATIONES.

a ¶Ideſt Papa. Adde, quòd istud sequitur hic d. Anto. Hosti. & d. Bal. qui dicunt, quòd istud non solum procedit in causis spiritualibus, sed etiam in causis profanis.

b ¶Secundum. Intellectus iste Hostien. est multum extortus, ideo intellectus Inno. magis conuenire uidetur textui.

c ¶Non creditur. Adde, quòd nec iudici in forma testis producti non creditur de pertinentibus ad causam secundum Host. Innoc. & alios. adde Bar. in l. ne arbiter. C. de arbi. Abb. in c. 1. ut eccl. benefi. Bal. in i. iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Testi, qui super exceptione tantum iurauit, super principali non creditur: actore tamen petente, si lis est contestata, etiam super principali iurare, & deponere debet.*
Capituli diuisio, ibid. uer. & in prima.
2 *Testes si prius deponant, & postea iurent, an ualeant depositiones.*
3 *Testimonium non ualet, si scribatur, & tradatur iudici, præterquam in casu, & quo, & ratio.*

4 *Testes*

4 *Testes tenentur etiam super exceptione eius, aduersus quem producuntur, deponere, & qua, & nume. 12. & an hoc sit petendum, num. 5. & quomodo eos non coget iudex propter sufficientem probationem absque reuelatione, num. 8.*
6 *Testium personas, quos petierit quis, dum produceretur ex aduerso, deponere super exceptione sua, quo casu reprobare non possit.*
7 *Testes producti non poterunt post aliorum publicationem, & quando, ubi simpliciter, uel de toto negocio iurarunt.*
9 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 10.*
Testes recepti super alio, quàm de quo iurauere, non ualent, uide exemplum, & num. 11.
11 *Additio glossarum.*
Sententia, pactum, testimonium inter certas personas, & super certis rebus alijs personis, uel alijs rebus non nocent, ibid. num. 11.
13 *Testium productio sufficiens trina, uel quarta cum solennitate.*
Testium effrenata multitudo prohibet alios produci, ibid. in fi.

CAPVT XXIX.

DE testibus. Casus. Pars infra de pur. ca. de testibus. & hoc dicit. Testi, qui † super exceptione
1 tantùm iurauit, super principali non creditur: actore tamen petẽte, si lis est contest. etiam super principali iurare, & deponere compellitur. Et in prima decisa consultatio. In secunda responsio ibi, Consultationi. & est bimembris. Prm membrum prosequitur ibi, Si uerò à quo tres casus excipit ibi, Nisi [*Dilatoriam*] puta surreptionem rescrip. supra de rescriptis, super literis [*Non debent audiri*] si sponte uelint deponere [*nec cogi*] si deponere nolũt [*Non iurãti*] quid si prius
2 † testes deponunt, & postea iurant? dicit Goff. in summa huius tit. ante finem, & Alb. Gal. in materia. eo. tit. uersi. antepe. testimonium non ualere. prius enim debent iurare. 4, q. 3. §. item in criminali, uersi. item iuris iurandi. C. eod. tit. iurisiurandi, & supra eod. fraternitatis, in fin. Sed B. Brix. in quæstione Veneri. 46. aliquis ductus fuit in testimonium, dixit, q̃ iste non est talis ordo, qui uiciet, & q̃ ualet testimonium, si talis est bonæ famæ, & hoc sibi uidetur. dixit tamen, q̃ Tan. dixit contrarium. unde secũdum eum tutius est, q̃ post iuramentum secundò deponat. Bartholomeo concordat Host. in summa huius tituli. §. super quibus, uersi. Sed quid si testis; & quod sequitur, tenet in uersi. ibi sequenti. Guil. de hoc tractat nil approbans, in tit. de te-
3 ste. §. sequitur, ad fi. Item † dixit hic Goffre. non ualere testimonium, si scribatur, & tradatur iudi. Idem Alb. Gal. eo. tit. uersi. pen. quia iudex considerare debet uocem, constantiam, & trepidationem. ff. de quæstio. de minore. §. 2. & 5. q. 2. relatum. 3. q. 9. testes. hæc uerà in illo, qui loqui potest: secus in muto. de hoc in Spe. de teste. §. nunc tractandum, uersi. quid de muto [*Peremptoriam*] idem † p̃m Pet. & Abb. in dilatoria solutionis,
4 quæ probatur post litem contesta. C. de probat. exceptionem. & Host. putat idem de dilatoria, quæ proponitur post litem, licet sit declaratoria, ut supra de officio deleg. insinnante. hoc non placet per decret. exhibita, de iudicijs [*Inducuntur*] sub. & antequam iurent, re
5 liqua pars &c. Goffr. [*forte*] ubi enim † hoc non peteretur, testis non cogitur iurare super toto negocio; quod uerum est p̃m Host. quando super certo articulo producitur: secus, si super toto negocio, uel simpliciter super negocio producitur, arg. infra de priuileg.
6 quia circa, cum suis concord. [*Petierit*] putat Hostiẽ. quòd licet iste non sit principalis producens, illorum personas postea non poterit reprobare, cum reprobatio sit odiosa. hoc uerum secundum eum, nisi ex ui
7 protestationis, infra capit. 2. Si † autem quæris, an talibus attestationibus publicatis liceat alios producere, respondet, quòd ubi de toto negocio, uel simpliciter iurauit, post publicationem super eo, de quo depositum, testes produci nõ poterunt. super his uerò, super quibus non est depositum, hoc licebit, argument. C. de transaction. l. penultima. C. de iudic. licet, quòd si super uno capitulo tantum iurauit, & testificatus est de alio, nec prodest, nec obest, ut in prima glos. [*Sufficiens*] sed quomodo † propter sufficientem probationem repellet iudex ita, quòd non reuelet dicta testiũ? uide in Specul. eod. §. restat de matrimonio, uersicul. hoc etiam, & uide quod dicam infra eodem significa
8 uerunt, in glos. quicunque, uersicu. quinimmò, & capitul. cum causam, in glos. cautelam [*Vel renunciatum*] hæc alternatiua, & quod hic nota. ad fin. ultimæ glos. facit ad nota. infra eodem, constitutus. secundo, & intelligit Ab. renunciatum ab utraque parte: quia pars, quæ non renunciauit, testes producere posset. unde dicit, quòd cauti aduocati partem renunciare nõ permittunt, nisi & aduersarius renunciet. ¶Glos. prima
9 † coadiuuat textum, quærit, soluit. ¶Vltima glos. not. peremptoriam probari &c. & rationem reddit. dicit etiam, quòd prius probare posset illud reprehendit.
10 ¶*In glo. 1. ibi. §. ult.*] si de libertate, & hæreditate sit quæstio, testes super libertate recepti non præiudicãt causæ hæreditatis, uel testamenti [*& ibi. l. ult.*] casus sequitur in glos. [*& ibi, idem Iul. in fin.*] uide de accusationibus, inquisitionis, super quinta glos. ¶*In glo. ult. ibi, si qui idem*] uide hanc & sequentib. de ordi. cognitio. ca-
11 pitulo primo, super prima glossa. ¶*In gloss. 1. idem Iulian. in fi.*] & infra de accusatio, inquisitionis. §. primo [*& ibi, non prodest*] sicut sententia, uel pactum inter certas personas, & super certis rebus alijs personis, uel super alijs rebus non nocet, infra de re iudicat. capitulo penultimo, supra de officio ordina. dilectus. ff. de pactis, si unus. §. ante omnia, sic dicendum est de testimonio, ut hic, & infra capitulo proximo, & capitulo ueniens [*& ibi, per iura prædicta*] idem nota. in Specu. eod. titulo. §. primo, dicto uersicul. Item quòd deposuit super, & ibi etiam distinguitur cohærentia, uel non. & in duobus uersicul. sequenti. tractatur, quid si plenius dicit testis, quàm ponant capitula, & quid si productus super mutuo, deponit confessione mutui tantum [*& ibi, ut deponerent*] melius dicit, & ut iurarent, Abb. ¶*In gloss. secunda, ibi, propter connexitatem causæ*]
12 unde † dicebat Laurenti. quòd in alijs exceptionibus, quæ non sic tangunt principale, sicut peremptoriæ, non haberet forte hoc locum. & Goffre. dicebat hoc non habere locum in dilatorijs, uel emergentibus. ¶*In glo. 3. ibi, admittendi*] Laurent. & Vincent. dicebant, quòd sunt admittendi, ut infra eodem ultra. Sed non compellendi, ut hic Ioan. dicebat, quòd hic dicebatur
13 † sufficiens productio trina, uel quarta cum solennitate. ¶*In gloss. ultim. ibi, ut hic patet*] de hoc in Specul. eodem titulo. §. qualiter, uersiculo sed opponitur, & de exceptio. §. dicto, uersicul. Sed nunquid attestationibus [*& ibi, sl ultum reputo*] caue tibi in foro seculari propter oppo. Ioan. & Azo. de qua dixi supra eodem fraternitatis, super tertia glos. [*& ibi, productio*] Si intelligas, ideſt dilatio, adde quartum, scilicet effrenata multitudo, secundum Goffred. infra eodem cum causam, & capitulo significauerunt [*& in fi.*] hodie primo, libro sexto.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio attestationum non fit ad petitionem tertij.*
Testes ulterius producere non potest is, apud quem depositæ sunt attestationes, ibi. & quorum dicta fuerit percunctatus, scilicet super capitulo, num. 3. & quando possit alios inducere, num. 5. & 6. etiam super eodem, ibid. & num. 7.
2 *In possessorio dicit hic se canonicè insticutum, & ratio.*

4 *Testes in alia causa examinati ualent aduersario consentiente. Facti species. §. nos eas, ibid. uersic. Dicit Inno.*

5 *Testium depositionibus, uel attestationibus, quas semel quis produxit, uti potest, non autem eosdem super eodem capitulo producere coram alio poterit: alios autem poterit, nisi apertæ sint, & num. 10.*

7 *Attestationes deponuntur sæpe apud ambas partes.*

8 *Suffragium, & additio glossarum, num. 9.*

Testes recepti in uno iudicio non faciunt in alio fidem, & quando intelligantur in alio recepti, ibid. num. 8. §. in glo. inter.

CAPVT XXX.

a 1 COnstitutus. [a] Casus. Publicatio † attestationum nõ fit ad petitionem tertij, & pars, apud quẽ depositæ sunt attestationes, non potest vlterius testes producere. primò narrat processum. secũda interloquitur, & interloquendum committit ibi, Nos autem [*Lateranenſis*] de concessio. præben. cap. 2.

2 Vin. [*Canonicè*] licet † prosequatur possessorium, dicit se canonicè institutum, ne uideatur nudæ possessioni incumbere tanquam prædo. si. supra de fo. compe. ex parte. B. Vin. & facit ad id, quod not. in Spec. eo. tit. §. nunc uidendum, uersi. sed pone, ago [*Spoliauit*] duo notabat, q̃ appellationi nõ detulit, & quòd spoliauit [*Impetrauit*] super appell. quam emiserat ab illis iudicibus; Inno. [*Postulabat*] coram Papa, Innoc. [*Quorundam testium*] coram quibus producti fuerunt isti testes, nõ habemus hic, nec est uis, Inno. [*Dicebat*] & bene, Inn. [*Vertebatur*] olim coram alijs iudicibus [*& infra*] hic de

3 ciditur, quod addebat † magister Hu. quòd si Papa nolebat illos aperire, saltem reciperentur de nouo: quia & ipse illos producere intendebat. sed procura. Magistri. R. replicabat contrarium, cum ille iam produxisset testes super eodem capitulo, coram iudicibus in-

b scriptis, quorũ dicta fuerat percunctatus [b]; quare non erat audiendus, infra eod. ultra tertiam. & huic respõdetur in sequentibus, Host. [*Nos eas*] scilicet depositiones productas inter alias personas, & in alio iudicio

4 [*Noluimus*] aduersario † contradicente. hoc dico pro eo, quia si utraque pars consentiret, q̃ ualerent in hac causa, & q̃ eis staretur. fieret aperitio, ar. C. de fideiuss. l. fin. C. de arbit. l. pen. C. eod. l. fi. infra eod. præsentata, ubi de hoc, Host. [*Causam*] principalem, non illam, an esset aperitio facienda, Innoc. [*Ita, quòd*] describit formam commissionis [*Testes pro se*] dicit Innoc. q̃ H. uidens inter archiepiscopum, & R. causam canonicæ institutionis ipsius. R. agi, quasi ex transuerso mouit quæstionem de sua canonica institutione, dicẽs eam confirmandam, & collationem. R. factam infirmandam, & super hoc produxit testes, & prosequens causam coram alijs iudicibus, ad quos appellatione, uel alio modo fuerat deuoluta, testes, quos primò produxerant, iterato procedere uoluit. R. contradicebat, cum iam testificati fuissent coram primis super eodẽ,

5 ad quod Papa respon. [*Attestationibus*] quantum † ad ad illos testes, quos pro se produxit, quasi dicat illis attestationibus, quas semel produxit, utatur, cum eosdem testes ulterius producere non poterit: non tamẽ prohibet, quin utatur attestationibus aliorum testiũ, qui producẽtur postea. nam bene licet etiam eisdem alios testes producere, cum attestationes apertæ non essent, ſm Innoc. [*Apud eum*] scilicet Honorium, plus placet [*Eum*] scilicet legatum, licet enim fuissent recepti testes à deleg. legati, attestationes fuerunt depositæ penes legatum. iustum enim fuit, quòd post, quàm testes coram delegato induxerat, eosdem super eodẽ non inducat coram alijs, & secundum hæc planũ est,

6 nec necessariæ sunt glo. Inno. [*Alioquin*] ideſt si † non fuerant apud eum depositæ, Innocen. uel si testificata non dicidit, nec præsumitur didicisse, uel si ipse non produxit illos. sed archiepiscopus, Hostiẽ. tenet ergo Innocẽ. quòd si attestationes non fuerunt apud eum depositæ. sed apud alium, & cum adhuc essent clausæ, uellet plenius probare, uel si essent perditæ, uellet ex integro probare, hoc facere posset, supra titu. 1. c. fi. su-

7 pra co. causam. & secundum † eum sæpe accidit, quòd attestationes apud ambas partes, quæ etiam illas melius custodiunt, deponantur [*admittantur*] nam, & eo casu, quando perditæ essent, subueniendum est probationibus, & ueritati. ff. eod. l. curent. C. de hæreticis; quoniam multi, in fine, supra, vt lite non contest. quo-

7 *erat*] hoc uerum † ſuper eodem articulo; de hoc ſatis, ſupra eo. fraternitatis [*Dubitatis*] licet ſecundùm Ariſt. dubitare de ſingulis non ſit inutile, in hoc tamen caſu, cum de falſo quæreretur, non fuit dubitandũ: quia etiam poſt ſententiam hoc poſſet opponi. C. de tranſac. ſi ex falſis, & legitur & no. ſupra ti. 1. licet. ergo non fuit hic dubitandum, ſupra de reſcriptis, cum contingat, ꝑm Hoſti. [*Illum articulum*] de illo exprimit: quia de illo fuerat quæſitum, & ſic non eſt contrà opi. noſtrã,
8 Hoſtien. ¶ Penulti. glo † obiicit, & ſoluit. finis reſpondet per quæſtionem, an dato, quòd uerum eſſet primam uiuere &c. ¶ Vltima. glo. reſpon. per quæſtionẽ, an preſentiam probate licet, &c. & ſoluit obſtaculum.
9 ¶ *Int glo. ult. ibi, ſi quidem*] hanc & ſe. uide de ordi. co. c. 1. ſuper 1. glo. [*& ibi, circa eum*] ſi dico libertum illum, qui eſt in poſſeſsione ingenuitatis, habeo probare, ipſe ta
10 men poteſt in ſe onus probandi ſuſcipere. ¶ *In* † *glo. 3. in fi.*] & infra, de regu. iur. exceptionem obiiciens, lib. 6. Dicit Abbas, quòd quando tales petitiones occurrunt, tutum eſſet reſpondere ſolum petitioni, & non narrationi; ſcilicet quando narrata ſunt uera, & ex aliqua cauſa petitio non procedit, ut hic: tamen parum proderit, quia poſtea ſuper ſingulis articulis narratorum diuiſio per poſitiones oportebit illum reſpondere. Vnde dicebat hic Hoſt. quòd cum ueritas nullo modo ſit neganda 12. q. 2. primum, de crimine fal. c. 1.
d non eſt tutum tale conſilium [d]. dicebat etiam, quòd is, qui dicit, non confiteor, non ſufficienter reſpondet poteſt enim eſſe, ꝙ non confiteor, & tamen uerũ eſt. unde replicetur, non confiteris. Sed nunquid negas reſponde. reſponſio. n. debet eſſe certa. ff. de confeſ. l. certum. nec ẽt uidetur ſufficere, ſi dicit dubito, uel nõ ſum bene memor, cum de proprio facto quæritur, ar gu. ſupra, de reſcriptis, ab excommunicato, niſi forſan magnum tempus fluxiſſet, argu. C. qui teſtamenta fa cere poſſunt, hac conſultiſsima. §. at cum humana, & quod no. ſupra, de proba. tertio; uide quod no. de iuramen. calumniæ, cum cauſam. ¶ *In glo. ultima, ibi, proba*
11 *re præſentiam*] ſecundum. T. & idem Hoſtien. quiꝫ dicit, quòd mulieri non licet producere tertios contra hos ſecundos, argumen. infra eo. licet, ſecundo: bonus ta men iudex diſcretè debet examinare teſtes iſtos, ut ſi qua latet falſitas, ipſam penitus comprehendat, infra eodem, cum cauſam.

ANNOTATIONES.

¶ Admiſſi. Quia producens modò teſtes contra primos ex dictis illorum plenè potuit informari, & ex capitulis, ad quid debeat pro ducere ſuos; quod ſi non fecit, ſibi imputet: ſecus, ſi ſine illis expreſſionibus prius factis: quia tunc non potuit inſtrui, in quo illos indirectè reprobaret. & uide Io. And. ſupra eo. ſeries, ſuper uerbo, gradu, & in ſpe. eo. ti. §. iam de interroga. uerſi. fiunt autem & uide Bar. in auct. at qui ſemel, C. eo. ti. & uide glo. in c. iurauit, ſupra ti. 1. uerſi. aſſignare poteſt.
b ¶Continuè. Adde ea, quæ habentur in c. in noſtra, ſupra eod. & Cardi. conſi. 27.
c ¶Temporis. Et uide Bart. in l. non ſolum. §. ſed & probari, de ope. no. nuncia. & quæ ibi ſcripſi, & glo. in Cle. literas, de reſcrip. & glo. in c. uenerabilibus, de ſen. excom. & uide infra de fide inſtru. c. cum Ioannes, in fi. Archi.
d ¶Conſilium. Et ſic ſi libellus duo, uel plura contineat, uel poſitio quorum unum eſt falſum, non poteſt totum negari, licet contrarium ſentiat ſpec. in ſpec. de lit. conte. §. 1. in prin. & de poſi. §. 7. uerſi. 11. & uide Bar. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de uerb. obli. & uide Ioan. And. de teſti. præſentium, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quarta petita cum ſolemnitate legali, ſi ſine cauſa denegetur, poterit appellari. & quomodo petenda, & ſi ab ea denegata appelletur, quando ſit iuſta, uel iniuſta appellatio, num. 2. & quod ſit in hoc iudicis officium, ibid.*
Petitorium qui intentat ante poſſeſſorium, facit incautè, & contra conſilium legis, ibid. ad dictio. ingreſſe.
3 *Intra appellandi terminum an & quomodo acceptare poſſim dilationem à iudice, qui me grauauit per interlocutoriam ſuam, & quam, ſaluo appellandi iure.*
4 *A ſententia lata in iudicio poſſeſſorio appellatur.*
Appellare non licet à futuro grauamine, à præſenti licet, ibid.
Grauamen futurum, uel præſens quod dicatur, ibid.
5 *Voluntati quod committitur iudicis, non eſt neceſſarium.*
Arbitrium iudicis ſi à ſuperiore inueniatur irrationabile, reuocatur cum proceſſu, ibid.
6 *Suppletur ad ſoluendam obiectionem.*
In petitorio an procedi poſſit, terminato poſſeſſorio, nolente contraria parte, ibid.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 8.*
Dilationem unam pro omnibus dat aliquando iudex. & nu. 9. §. 2.
9 *Additio.*
10 *Ad poſſeſſorium poteſt tranſiri poſt concluſionem in petitorio factam, & terminabitur utrumque ſimul.*

CAPVT XXXVI.

1 SIgnificauerunt. Caſus. Si ſine cauſa denegetur quarta dilatio petita cum ſolenni tate legali, poterit appellari. Et ſunt duæ partes. In prima appellantis deciſa narratio. In ſecunda appellationis commiſsio, ibi, Manda. quatenus [*Quam poſſeſſionẽ*] ad hoc de cauſa poſſeſsio. capitulo pri
mo,

mo, de seque. possess. capitulo primo [*Ingressæ*] incautè contra consilium legis, ff. de rei uendicatio. is, qui] destinauit [*Et infra*] hic intellige; quòd iudices pronuncia uerunt id eis licere [*ab utraque parte*] scilicet à parte monialium ad probandum possessionem, & electionẽ, quod necesse est, de officio delega. consultationibus, de resti. spolia. ex parte. sed ex parte monacorum, q ipsi continuè possederant per 40. annos, & plus pacifi cè, ut sic uiolentam possessionem excluderent, secundum Goff. quia non potuerunt duo eandem rem eodem modo insolidum possidere, supra titulo. 1. licet, Hostien. [*Quartam*] quid dicat hic Vincen. de successore illius, qui habuit tertiam, uide in specu. eo. ti. §. qualiter, uersi. Sed pone, Quòd [*cum iuris solennitate*] quicun
2 que † quartam dilationem petit, debet hoc addere: & si eam petit, hoc non adiecto, & denegatur, iusta est interlocutoria, & iniusta appellatio secundum Inno. quòd sic probat. quarta productio testium simpliciter sine solennitate non est de iure. imò est contra ius, uel præter. ergo, qui eam simpliciter petitam denegat, bene facit. Item secundum eum, si iudex simpliciter, uel non assignata causa, uel non præmissa cognitione super ea, denegat quartam dilationem petitam cum solennitate, etiam si iusta causa denegationis sub
a sit, interlocutoria [a] est iniusta, & appellatio si fiat, est iusta: quia petitio quartæ eum solennitate est de iure, ergo denegatio est contra ius, nisi assignet causam suæ denegationis, & sic grauat. unde ualet appellatio, infra de appel. cum ecclesia, & c. ut debitus. Sed si causam iustam assignet, & ipsam non examinet, & facit contra ius, & grauat: quia cum causæ cognitione dari debet, uel denegari, supra eo. in causis. est ergo grauamen: ubi causæ cognitio non præcedit secundum eum. dicit tamen, quòd aliqui contra. Et dicit Hosti. quòd quamuis primi subtilius dicant; secundi tamen iustius. nam & si falsa causa exceptionis, quamuis iustæ & rationabilis coram iudice proponatur, & iudex quia scit ipsam falsam esse, interloquitur eam non esse admittendam, & propter hoc appellatur, processus post talem appellationem habitus non retractabitur, nisi de ueritate causæ legitimè fiat fides: sed remittetur pars appellata ad iudicem, à quo appellauerat, parti aduersæ in expensis legitimis condemnata, ut patet in eo, quod le. & no. infra de appel. ut debitus. §. cum autem, uersiculo, & si minus rationabiliter, & sequen. Si uerò causa uera est legitima, iusta est appellatio, & per consequens reuocari debet, quicquid post talem ap. fuerit attentatum, ut patet in eo, quod legi. & not. infra de app. cum causam, quę. §. fi. & c. ex parte, in fin. & cap. significante, in fin. Sic & per contrarium dicendum est, quòd si iudex ex causa uera & iusta denegat hoc, quod ab eo petitur, esto quòd causam, quam ex-
b primit, non examinet [b], si ab ipso appellari contingat, appellatio nulla erit, nisi forsan appellans offerret se paratum contrarium ostendere, & probare; quod dicut legitur, infra de ap. interposita. 2. respon. Sed & hoc certum est, quòd iudex non habet necesse exprimere causam motus sui, ut patet in eo, quod legitur, supra eo. in nostra, & infra de re iudica. sicut nobis. Sed nec est de iure communi, quòd concedatur quarta productio, si iudex causam iustam habeat denegandi. sed nec ius aliquid dicit expresse, quòd iudex causam de negationis suæ examinare debeat in hoc casu: imò sufficit, quòd hanc quartam productionem deneget pro eo, quòd uoluerit effrænatam multitudinem testium refrænare, quod dic, ut legitur, & not. infra eod. uersi. 1. quinimò & euidenter liquet, & hæc causa de facili examinari non posset sine iuris offensione. Nec etiam exprimi, nisi forsan producti sint ultra 40. infra eo. cap. 1. Si enim dicat iudex, tibi nego quartam productionem propter multitudinem refrænãdam, hoc non potest habere locum, nisi producens plenè probauerit intentionem suam, ergo istud nihil aliud erit dictum, nisi hoc; non oportet te amplius laborare circa productionem testium: quia sufficiunt tibi iam recepti. & hoc est expresse contra. l. dicentem, quòd nulla interlocutione diiudicet, quid sentiat. C. de fal. ubi falsi crimen. Si tamen contigerit appellari, tunc si appellationem non admittat, necesse habet exprimere causam denegationis, ut patet in eo, quod le. & no. de ap. cordi. quod ergo hic dicitur, planius & sanius intelligi debet hoc modo. s. quòd si petatur à iudice quarta productio sine solennitate, debet iudex respondere petenti non sub inuolucro, ut eum capiat, sed bene & clare exprimendo, ubi aliam causam denegationis non habet, non es audiendus, nisi solennitatem legis obserues, quæ talis est &c. ut legitur & nota infra cap. ultra tertiam. sed si ipsam uis præstare, paratus sum te audire, & sic cesset omnis appellatio in hoc casu, & hoc etiam innuitur, supra eo. in causis. nec enim dicit, quòd causa denegationis examinanda sit: sed quòd non est danda dilatio, nisi cum solennitate. nec dicas, quòd per prædicta uerba uideat iudex assumere partis partem, uel ipsam instruere contra iura: quia prædicta responsio iuris est, & iudex, si non de facto, tamen de iure supplere potest, ut patet in eo, quod legi. & no. supra, de postu. prela. bonæ. 1. §. 1. in prin. q si hæc quarta productio cum solennitate petatur, omninò est dãda, nisi iudex iustã causam denegationis habeat, quã si habuerit, sufficit, quòd ipsam exprimat, nec habet necesse eam examinare, & hoc est, quod ibi probatur & infra, uersicu. 1. & sic credo tenendum. tu uerò, cui malueris de his duabus opinionibus, poteris adhære-
3 re, Host. [*Infra 10. dies*] Quærit hic † Hosti. quid si iudex, qui grauauit me per suam interlocutoriam, postea assignauerit aliam diem ad aliquem articulum expe-
d diendum, & ego accepto dilationem [c], nunquid post quam acceptaui eam, potero appellare, cum adhuc sim infra 10. dies. uidetur q non. s. eo. cum uenisset, de officio dele. gratum, in fi. de re iudic. quod ad consultationem. C. de re iudi. ad solutionem. Sed ipse Hotenet contrarium per. l. inter stipulantem. ff. de uerbo.
d ob. [d] cautè tamen secundum ipsum faciam sic dicendo, domine grauastis me per talem interlocutoriam, quare diem istum recipio, saluo mihi iure appellandi infra 10. dies. super quo. s. an mihi expediat appellare uolo deliberare, argum. C. de excep. si quidem, supra eo. præsentium, supra de ord. cog. ca. 2. [*Appellasse*] not.
4 quòd à sententia † lata in iudicio possessorio appellatur. & quòd dicitur interlocutoria, de hoc supra de re
e sti. spo. cum ad sedem [e], ad finem pe. gl. Inno. remittit ad no. de noui op. nun. pen. no. autem Innocen. q hic dicitur istos appellasse post sententiam. Si enim prius & non post appellassent sic, Petimus quandam dilationem cum solennitate, & si illam nobis denegaueritis, appellamus, talis appellatio nulla esset, nec effectum interlocutoriæ latæ postmodum impediret: sed necesse erit iterum ab interlocutoria appellare. & est ratio: quia non appellatur à futuro grauamine, sed à præterito, uel saltem præsenti, ut patet, infra de appel. consuluit. l. 2. & c. ex parte. 1. & 2. & c. ut debitus, & ca. cum cessante, & capi. dilecto. uide quod ibi dicam in glossa. Inepte, & in glossa, Enumerat, & eodem titulo super eo, primo, super ultima glossa. Si uerò iudex quartam dilationem simpliciter denegasset, & monaci sic appellarent, Petimus reuocari grauamen, & si ipsum non reuocaueritis, appellamus; talis appellatio iusta esset: quia non fit à futuro grauamine, sed præsenti, infra de appellatio. ex parte. 1. & capitu. cum cessante, de sup. negligen. prælatorum, capitulo

tulo secundo. nec obstat, quòd hic dicatur appellatũ à futuro grauamine per uerbum, nisi reuocaueritis, quod extensiuum est. ff. ad Tertullia. filij mater, ad fi-
f nem, & futurum [f] subiunctiui modi: quia reuocatio, quæ peritur, & quæ est de futuro, non est grauamen, sed grauamen præcedens fuit denegatio quartæ productionis, à quo & sine illo uerbo extensiuo rectè potuit appellari secundum Innocen. & ut dicebat Hosti. uerbum illud fuit positum ad cautelam, & reuerentiam iudicis, qui reuocationẽ grauaminis de iure facere poterat per seipsum, ut in præall. c. cum cessante. ad hoc facit lex, quæ dicit, Ea, quæ dubitationis tollendæ causa quasi ad cautelam contractibus inseruntur, ius commune non lædunt. ff. mandati. qui mutuã
5 [*Voluerint*] no. Hostien. quòd † non dicit. Examinauerint, quasi submittat hoc ipsorum uoluntati, & non necessariæ examinationi. ff. de iudi. non quicquid, & hoc dicit propter id, quod post euni dixi super uersi. suæ rationabili uoluntati hoc subiacet. si enim superior inueniret eum irrationabiliter arbitratum: quia productio necessaria erat, quam superfluam reputauit, ipsius iniustum arbitrium & processum reuoca-
g ret. [g] [*Condemnantes*] ad soluendam obiectionem † glos-
6 sæ dicit Hostien. hoc subaudire posse sic, & sup. partes ad priores iudices remittatis: alias causam principalem audiatis, & nisi adeo &c. [*Processimi*] Si uoluerint moniales: aliàs non. de hoc, supra de causa pos. pastoralis. Alij dicunt idem, si moniales noluerint, dummodò monaci uelint, Innocen. [*Alioquin*] ideest si plenè constet de propretate, Pe. & Abb. [*simul*] per modum tamen, de quo supra, de causa pos. cum dilec-
7 tus. ¶ Antepenul. glossa † obijcit, & soluit. ¶ Vlt. respondet per quæstiones. s. quid de fructibus, monialibus obtinentibus in possessorio, & monacis in
8 petitorio. ¶ *In † prima gloss. ibi, pastoralis*] & ibi uide. ll. sequentes. ¶ *In glossa secunda ibi. l. una*] uide de sepul. capitulo fina. in fi. ultimæ gloss. ¶ *In glo. no. ibi, nonnunquam*] ad hoc inducitur: quia quandoque dat iudex tres dilationes, quandoque unam pro omnibus. ¶ *In † glo. secunda ibi, cum ad sedem*] ubi de hoc in gloss. penul. ¶ *In gloss. idem tempus ibi, rem iudi.*] quo ad partem, non quo ad iudicem, quod dic, ut no. de appella. cum cessante [*& in fi.*] supra de hoc de restitu. in inte ex litteris.
9 ¶ *In glo. & no. nouit autem, ibi, & etiam secundum*] supra eo. de testibus. ¶ *In glo. s. quòd, in fi.*] uel dic, quod in probatione, scilicet eius, ad quod petebant quartam dilationem, & sic cessat obiectio sequentis gloss. ¶ *In glo. & sic patet, ibi, ex princi. capituli*] uel detulerunt appellationi, infra de appella. cum appellationibus, lib. 6.
10 ¶ *In glo. penulti. in fin.*] & secundum hoc † argue, quod etiam post conclusionem factam in petitorio transiri potest ad possessorium: sed tunc simul utrunq; terminabitur, Innocen. [h] ¶ *In glo. ulti. ibi, exequat omnes*] de hoc in præall. decre grauis [*& ibi, conueniuntur*] de hoc tenet Vincen.

ANNOTATIONES.

a ¶Interlocutoria. Adde glo. in cap. pastoralis, supra de causa pos. & propr. ie. sed. d. Bald. hic.
b ¶Examinet. Pro hoc, quia examinatio fit, ut instruatur iudex de examinato. ar. cum hic de facto suo certus esse debeat, frustra fiet examinatio, ad hoc c. ab excommunicato, de rescript. & ibi concor. & optimè facit. c. si à iudice, infra de ap. lib. 6.
c ¶Accepto dilationem. Vide in c. si à iudice, de off. deleg. in 6.
d ¶De uerb. oblig. Vide ibi. §. sacram, & quod ibi no. Bar. & facit. c. non solum, in prin. de ap. lib. 6. & uide glo. ma. in c. si à iudice, de appella. lib. 6. & facit c. interpositam, in prin. de ap. infra.
e ¶Cum ad sedem. Hic non appellatur à sententia super possessio. sed bene ab interlocutoria lata in quæstione possessoria: quia à denegatione quartæ dilationis, & uide de iudi. c. fi.
f ¶Futurum. Imò etiam non potest esse præteritum, ut no. gl. super uerbo, fecerit, in c. 2. de consti. lib. 6. & uide Bal. in l. 1. C. de sacr. eccl. & in l. cum in secundo. ff. de iniusto rup. & irr. test. & Bar. in l. 1. ff. de codi. in 7. q.
g ¶Reuocare. Et tamen uerbum, noluerit, importat absolutum & liberum arbitrium non ratione limitatum, ut l. cum quidam, ff. de le. 2. & ibi Bart. & in l. Lucius, ff. de fideicom. lib. & uide per ipsum in l. si fic. ff. dele. 1. & in extrauaganti ad reprimen. in uer. uidebitur.
h ¶Inno. Et quando aliqua ratio moueat iudicem ad id concedendum, ut in cap. pastoralis, prælleg. ubi uide, & no. etiam ex glo. ista, quòd tunc dicitur liquere de causa iudici, quando conclusum est in causa, non quando per probationem partium iura sunt aperta & clara. sufficit enim conclusio: facit, quia actore non probante, & de causa poss. cum eccle. cum simi.

SVMMARIVM.

1 *Testes diligenter examinandi sunt, & puniendi, qui ipsos impediunt. Ipsorumque refrænanda multitudo.*
Onerosum uitandum, ibidem.
2 *Examinari debent diligentius laici, quàm clerici, & sic suspectus acrius, uel lenius, ut fuerit opus, ac secundum interrogatoria per partem data & quæ, ac super circunstantijs etiam, numero 3. circa fin.*
3 *Examinare debet cum tabellione testes is, cui fuit à iudice examinatio commissa.*
Circunstantiæ negotij requirendæ à teste, ibid.
4 *De auditus testimonio ubinam no.*
De sensibus corporis interrogandi testes, ibid. ad dictio. ust.
5 *Cæcus de contractu testificari potest, si notas habeat uoces contrahentium.*
Cæcus, & Surdus si interfuerint contractui, an probent, ibid.
De credulitate sua deponit etiam testis, in fin.
6 *De fama qui super articulis paucis deposuit, super alijs dicens nihil se scire, & super articulo de fama respondit uerum esse, quid iuris, remittit.*
7 *Testium numerus ex causa potest augeri, ac minui, & in suffra. §. in glo. pen. & nu. 19.*
Testium numerum refrænando quo modo non publicet dictum testium iudex, aliò reijcit, ibid.
8 *Alioquin, particulæ uis.*
9 *Epilogus, suffragium & additio glossarum. nu. 11.*
Testis, cui seruitus obijcitur, quo casu admittatur.
Testes sigillatim & per se examinandi. §. 1. & nume. 11. §. 1.
Interrogandi sunt de singulis circunstantijs. §. 3. & nu. 11. §. 2.
Iteratò produci & interrogari qui possint. §. ulti. & nu. 20. §. 1.
In testium personas exceptiones, an statim examinandæ, uel reseruandæ post publicationem dictorum, & quando, ibid. nu. 11.
12 *Secundum interrogatoria partis, contra quam producuntur, examinandi sunt testes, & de utilitate interrogatorium, & quæ petere debeat ea producẽs. & quæ fiunt, sunt scribenda, nu. 17.*
Testis dictum, qui non fuit interrogatus de causa scientiæ iuxta partis interrogatoria, non ualet, & ratio, ibid.
Testes causam insufficientem reddere sæpe solent, ibid.
13 *Super circunstantijs si testis deponat, non dicitur iniuratus deponere, pertinent enim ad negotium.*
Cap. de testibus, supra eodem intellectus, ibid.
14 *Ordinari quis non compellitur præcisè, testificari cogitur.*
Testis ordinandus non in omnibus æquiparatur, ibid.
15 *De crimine suo, an testis, electus, & reus respondere teneantur, & quando.*
Testis debet esse notus iudici, & ignotus approbari debet ante, quàm ei credatur, ibid. uer. ponebat etiam.
16 *Tempore si diuersi sint testes, utrum eorũ ualeant dicta, & quo casu.*
17 *Attestationes, quæ non ualerent, an ratificari consensu partium tacito, uel expresso queant, uer. unde.*
Litis contestatio res iudicata & alia iudiciorum substantialia ratificari non possunt expresse, ibid. secus in.
Testium receptio, uel examinatio si sit alicui commissa nunquid alij subdelegata ualeat, ibid.
18 *Testis quibus casibus habeatur pro producto, si nequeat haberi*
20 *Per clausulam, quidam alij, 40. conueniri non possunt.*
21 *Falsum si quis coram non suo iudice deposuit, quid iuris.*

CAPVT XXXVII.

Vm causam. Casus. De hoc facto, supra titulo proximo, licet, supra de iura. calum. cũ causam. & de hoc dicit, Diligenter † examinandi sunt testes, & puniendi qui ipsos impediunt, & ipsorum testium multitudo est per iudicem refrænanda. diuisio patet per summationem [*Onerosum*] & ideò uitãdum, ar. infra de ap. ut debitus, & ideo fit cõmissio sic, supra eo. cum olim, de fideiuss. peruenit, &
3 c. constitutus, Hostien. [*Diligenter*] & † diligentius laicos, quàm clericos, arg. 76. distin. monachus; ubi de hoc. Vnde dicebat Hosti. quòd secundum ꝙ plus, uel minus habebat iudex testem suspectũ, poterat acrius,
a uel lenius examinare, [a] ita tamen, quòd interrogatoria necessaria per partem data & cõprobata nõ omittat secundum Hostien. qui remittit, infra eo. per tuas
3 [*Examinare*] cum † tabellione, cum etiam soli id officium non committat, licet uideatur contradicere, infra titu. 1. capi. primo, ubi de hoc secundum Hostien. qui remittit, supra titu. primo, quoniam, & de confes. capitulo secundo [*Circumstantijs*] hoc est contra Io. Fa. qui dixit, quòd testes non tenentur aliud dicere, quàm expressit in libello, de hoc. 2. quæstio. 7. libello-
b rum. [b] [*Auditu*] de testimonio † auditus plenè no. 3.
4 quæstio. 11. §. de his, & in specu. eo. titu. §. primo. Item quod non deposuit, & sequentibus [*Visu*] sup. gustu, tactu, & odoratu. & hæc omnia prosequere, vt in specu. de testibus. §. nunc tractandum, uersi. ut autem. & versi. sequen. & ibi cum suis remiss. quasi ad literam inuenies, quod hic notant Innocen. & Hostien. quod ideò breuitatis causa, & quia practicatoria materia ibi
5 propriè requirenda, decido. Scias † autem, quòd Io. nc. 3. quæstio. 11. testem, cæcum de contractu testificari posse, si uoces cõtrahentium habet notas, & hoc in specu. cod. §. primo, uersicu. Sed nunquid cæcus. Si uerò duo interfunt contractui, quorum unius surdus, & alter cæcus, forte per ipsos non probatur contractus. hoc no. c. quæstio. §. de his [*Credulitate*] de hoc in specu. de teste. §. primo, uersicu. Item quòd depo-
6 suit de credulitate [*Fama*] quid † de teste, qui super paucis articulis deposuit, super alijs dicens se nil scire, & super articulo de fama respondit uerum esse? uide in specu. 3. par. de notorijs criminibus. §. ut autem, in fin. dicit hic Goffre. quòd de auditu, credulitate, & fama inquiritur hic ad præsumptionem, & non ad plenam probationem, sic etiam, supra eo. tam ex literis [*Excæcare*] nisi † ex causa, ar. 29. distinctio. capitulo primo, sed
7 ex causa minus potes recipere, supra eo. de testi. in fin. [*Non permittas*] cautelam iudicis circa hoc, ne refrænando publicet dicta, & quòd producenti prouideat propter periculum reprobationis ipsorum testium, quod no. hic Innocen. uide in spe. de teste. §. restat de numero, uersicu, hoc etiam, & in sum. Hostien. de dilationibus. §. & quibus, ab illo uersi. uidetur tamen, usque ad versi. solennitas [*Testium*] productorum per archiepiscopum [*Numero*] præfibato, ut si, 10. testes per
8 illos recepti fuerint pro parte archiepiscopi, adhuc poterunt recipi, 30. [*alioquin*] ideft si † illas ratas habere noluerint Fauentini [*clausæ*] maxime, infra eo. præsentata, saluo quod no. hic glos. secundum Lau. & Ioan.
9 ¶ Prima † glo. obijcit, & soluit. ¶ Quarta glo. primo
c tractat de teste, qui non redit causam scientiæ [c] interrogatus, uel non. secundò quærit, alle. pro & contra, & soluit. tertio tractat, quomodo testis cognoscere debet illos, de quibus deponit. ¶ Antepe. glo. quærit de impediente, quid si non potest compesci? alle. quòd habetur pro producto, & signat contrarium. ¶ Vlt. glo. ponit duas lecturas, & secundam reprobat, demũ
10 quærit, & soluit. ¶ *In † glo. 1. ibi, charam manumissionis*] si habet illam paratam: alias si iurat, ꝙ alibi habet, prius recipitur dictum eius, ut ibi. ¶ *In glo. 2. in fi.*] ibi dicitur testis iudicis intrare secretum. ¶ *In glo. 3. & ibi. l. 3.*] cano. in uer. sequenti. ¶ *In glo. 3. & ibi, licet dudum*] ibi dicitur, quòd testes causam testimonij [*& ibi. §. qui nuncias*] alias qui opus. ibi dicitur, ꝙ nuntians nouum opus, nõ habet necesse iurare, nisi exigatur [*& ibi. l. 3.*] cano. in ver. se. [*& ibi. §. siquis igitur vult*] loquitur in deposito, & §. statim allegat. in inuentario [*& ibi, sed & si quis*] loquitur in illo, qui Sciphũ in aliud corpus, uel in massam transtulit, qui licet illam exhibeat, tenetur ad exhibendum: quia mutata forma &c. ¶ *In glo. quia si, ibi, is apud quem*] l. 2. est, quam uide de iura. calum. c. 2. super glo. 2. ¶ *In glo. ante. ibi. l. 2.*] uide de iudi. intellexim us, super. 1. glo. ¶ *In glo. pen. ibi. l. 1.*] moderantur iudices numerum testium necessarium, ne effrænata hominum multitudo pro testimonio uexetur. ¶ *In glo. ulti. ibi. l. ult.*] cuius casum habes in c. statim alle. [*& ibi. §. quia uerò*] cuius casum habes, infra eo. ultra tertiam [*& ibi, repetit.*] sequitur, quæstionem posse diui fratres rescri-
11 pserunt. ¶ *In † gloss. 1. ibi, non fuerint admissi*] post publicationem [*& ibi. §. si uerò*] & eo casu dixit Goffre. loqui hanc literam, cum exceptio talis est, quæ non repellit testem, sed reddit testimonium eius suspectum, propter quòd reseruetur exceptio. & idem notaui. infra de excep. c. 1. [*& in fi.*] per quam decre. dicebat hic Io. quòd ubi lege non exprimitur exceptionem reseruandam, statim repellit testem, all. etiam. C. de proba. ad proba. Item hic Vin. & uidetur hoc placere Innoc. si probationes sint paratæ. tene quod dixi in decre. ex parte. ¶ *In glo. 2. ibi, aliter non valerent eorum dicta*] idē Guil. in spe. c. ti. §. nunc tractan. in prin. & uer. sed pone, produxi. ¶ *In glo. causam enim, ibi, dixerit se scire*] idem no. Ioã. in præ. §. sola, & Accur. C. de testibus. le. tertia, & G. in spe. de teste. §. primo, versicu. Item quòd interrogatus.
12 Innocen. & Hostien. hic. sed cum † secundum interrogatoria partis, contra quam producuntur, examinandi sint testes, infra eo. cap. 2. li. 6. si pars petijt testem interrogari de causa scientiæ, & interrogatus non fuit, non puto ualere dictum eius. Sed poterit iterum interrogari de causa, ad hoc, infra eo. per tuas. & adde quod ibi dixi super glo. 1. experientia enim docuit sæpe testes aliquid asserere, cuius sufficientem scientiæ causam non reddunt. Et propter hoc cautum est cõsilium, quòd pars det interrogatoria saltem de causa scientiæ, & petat secundum illa examinari, & in actis redigi, ut si omittatur hæc interrogatio, non noceat testimonium parti, quod usque hodie nunquam uidi factum, nisi in quadam causa de Elugia, quod tamen no. Guil. in spe. c. ti. §. iam de interrogatorijs, ad fi. uer.
d item cautè facit [d] [*& ibi, sicut*] ubi idem no. in glo. 1. & pro hoc dicto inducit Accur. vbi supra, quòd testis nõ debet esse uerbosus. C. de precibus imper. off. l. fi. & C. de appel. ampliorem. §. in refutatorijs, facit de conse. dist. 5. non mediocriter [*& ibi, Testificari*] de hoc in spe. de test. §. iam de interrogatorijs, ad fi. [*& ibi, Circumstantiæ*] & sic † non posset pars producens dicere, quòd re-
13 spon. sibi non noceret, quasi non iuratus super eo deponat, supra e. de testibus. Illud enim de impertinentibus loquitur. Istud uerò est de pertinentibus & circũstantijs ꝑm Ab. & Inno. hoc notauerat de accusationibus, inquisitionis, subdens, ꝙ de se melius sibi q̃ alteri credi debet, cũ sciat melius ueritatem, all. Ho. qui ma-
14 acc. posuidetur [*& ibi, Equiperantur*] nõ † per omnia. nã nõ cõpellitur quis præcisè ordinari: sed sic testificari. Item, ut dixit Inn. ubi supra, speciale in ordinãdo propter periculum animæ, nec tamen tenetur prodere nisi illa, quæ impedirent executionem. & idẽ ibi Host. & de his per Gof. in summa, de rẽpori. or. in ult. colũ. [*& ibi, Ex panitẽtibus*] adde quod ibi no. [*& ibi, Non tibi*] vi-

de

de quod de hoc canone dicam de aceu. qualiter, 2. §. debet, super uer. facultatem [*& ibi, Confiteri*] & infra de pæ. & remiss. omnis, in prin. ar. cõtra. 5. q. 1. quidam, ubi
15 de hoc in ul. gl. [*& ibi. l. 3.*] dici potest, quòd iudex † de illis, quæ ibi dicũtur, debet explorare ap. se, uel ab alijs, non ab ipsis testibus, secundum Hosti. qui dixit, quòd respondere non tenetur, nisi queratur de crimine, de quo principaliter agitur, si dicatur de illo particeps, & hoc uidetur tenere Vincẽ. infra e. testimonium. uel secundum Hostiẽ. licet iudex posset inquirere à teste, & testis possit respõdere. non tamẽ tenetur, & istud ultimum posuit Innoc. in c. inquisitionis, statim alle. ubi etiam respõnden. ad capitula. 2. quæsti. 7. quærendum, & c. si qui. dicebat, illa loqui in accusatione, non in teste. ponebat etiam ibi solutionem. supra proximam. s. quòd ap. se, uel alios quærat iudex de teste, & de noto præsumet bonum, nisi contrarium probetur, infra de præsump. ca. fi. sed ignotum oportet approbari prius, quàm ei credat. 3. q. 5. canonica. & c. accusatores. imò debet esse notus iudici, & alijs. C. de iure delibe. l. fi. §. finaut ẽ dubius, ad fin. sicut ẽt approbari oportet testẽ in accusatione criminali, & accusatorem, de accu. c. 1. in ciuilibus talia non requiruntur à testibus. remittit ad nota. de confes. c. 2. ibi vide quod scripsi super. c. cõfessus, & de ele. dudum. 2. uer. tandem, in gl. super processu, ubi tractatur de teste, & de electo, & de reo, an respondere teneantur [*& ibi, Non interrogatur*] no. Io. 2. q. 7. quærendum, quòd iudex potest in genere quærere à teste, an possit esse testis, ad hoc 8. q. 4. Artaldus [*&*
e *ibi, Personas litigantium*] dic, ut plenè scripsi in spe. c. titu. e §. 1. uer. testimonium autem, in fi. ¶ *Inglo. exemplo Danielis*] super 13. c. ¶ *Inglo. quia si, ibi, nihilominus*] & ibi satis
16 † no. an hoc locum habeat etiam in actibus, qui iterationem recipiũt, & de hoc dicam, infra de ac. qualiter. 2. & de hoc in spe. ei. ti. §. iam de interrogatorijs, ver. itẽ
f de tempore, [f] & uer. sequẽtibus, cum suis remiss. & ff. e. ti. ob carmen, in glo. fi. [*& ibi, Considerandum*] ubi idem
17 no. [*& ibi, Interrogare*] sup. & † scribi facere [*Et in fi.*] unde dicebat hic Innoc. quòd etiam præsumptionẽ prouenientem ex consensu partium cõsiderare debet iudex. nam attestationes, quæ non ualerent, ratificantur quandoq; non solũ per expressum consensum partiũ, sed etiam tacitum, argumẽ. 4. q. 3. si quis testibus, & in eo, quod legitur & notatur, infra e. tuis, & c. præsentata, & c. constitutus, & quod dicam, infra eodem, significauit, in glo. dixit hic, uer. ubi uerò. secus in lite non contesta. uel re iudicata, & alia, quæ sunt substantialia iudiciorum. talia enim expressè ratificari nõ possunt, ut patet in eo, quod legi. & notatur, supra de libel. ob. c. 1. de lit. conte. c. unico, & de off. dele. prudentiam. §. sexta. attestationes autẽ vires sumunt ex pactione partium, ita, ꝙ si alterutra opponat, ꝙ non ualent, quia in hoc iudicio productæ non sunt, talem exceptionem tollet replicatio pacti, vt patet in iuribus superius allegatis, & ff. de re iudi. si cõuenerit. ff. commu. diui. iudicem. ff. de noui op. nuncia. l. 1. §. & post operis, & se. &
g patet in eo, quod legi. & no. supra de pac. c. primo, [g] & 3. & hac ratione considerata uidetur, ꝙ quamuis ille, cui commissa receptio testium, siue examinatio, non possit ipsam de iure communi alij iudici committere, cum sit sibi certum officium commissum, de consensu tamen partium etiam tacito talis commissio ratificari potest, dummodò nõ obstet error iuris, uel facti, ut patet in eo, quod legitur & no. supra de offi. deleg. quoniam apostolica. §. autem, & §. cæterum, & infra de re iudi. cum Bertoldus. §. postmodum, ver. uerum, & se. & expressius, infra c. ueniens. §. 1. uersi. lite igitur, & se, & §. 2. de hoc in spe. c. ti. §. qualiter, ad fi. uersi. hoc autem. Quidam tamen secundum Innoce. dicunt, & forte bene, quòd consensus partium tacitus non suf-
ficit: quia, quando præsumuntur tacitè cõsentire, potius presumendum est ipsas consentire, ꝙ iudex ratione iurisdictionis suæ faciat hoc, quàm quòd uelint ex pacto se obligare. iudex uerò ratione iurisdictionis sue solius hoc facere non potest, & ideò per solum tacitũ consensum partium attestationes, quæ de iure nõ ualent, ratificari non possunt: sed alij dicunt, quòd iudex ratione iurisdictionis suæ hoc facere potest, dummodò saltem tacitè consentiant in hoc partes, argumen. supra de offi. deleg. prudentiam. §. sexta, secundũ Hostien. & Inno. ¶ *In glo. per excommunicationem, in fi.*] dice-
18 bat † Hostien. quòd si principalis, uel alius eo mandãte hoc faciat, habetur testis pro producto, ar. ff. si quis cau. l. 2. §. simili modo. Idem, si hoc fiat per alium ami cum principalis, ipso principali tacente & dissimulante, argumẽ. infra de simo. sicut nobis, & c. nobis: secus, si fiat ab inimico, uel etiã amico, ipso sine fraude contradicente, ut ibi, & in dicto. c. quia præsulatus, & ff. ex quibus causis in pos. ea. l. pe. & adde quod dicetur, infra eo. constitutis. 1 ¶ *In glo. pe. ibi, magnitudinem*] Idẽ Inn.
19 & moderni. unde reprehendit † Vin. quosdam dicentes hunc numerum ordinarium à iure statutum cuilibet producẽti testes. nisi enim iudex moderetur, producat, quot uult: postea producat, quos melius scire credit, & uide in spe. eo. ti. §. restat, in fi. [*& in fi.*] Io. qui
20 etiã † dicebat per hoc non congruè dici posse. 40. conueniri per clausulam, Quidam alij: quia facilius recipiũt. 40. testes, quàm. 40. rei, vel quàm una causa expediatur, idem Vin. ¶ *In glo. ulti. ibi, præsentata*] & forte isti episcopus, & abbas fuerant arbitri, uel forte delegati, sed processerant, sine tertio collega, uel alter eorum
h fuerat recusatus, Ioan. Vin. [h] [*& ibi, Cum in tua*] ubi de
i hoc in fi. vlt. glo. & infra c. proxi. in glo. [i] pe. [*Et in fi.*] de hoc in spe. eo. ti. §. 1. uer. quid si idem testis, & uer. se. &
21 facit finis huius glo. ad quæstionem † de illo, qui dicit falsum coram nõ iudice, qui tamen putabatur iudex. ad quam etiam faciunt, quæ in quæstione dixi super regula, Non est sine, de regu. iur. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Examinare. Imo & quandoq; quæstionibus etiã libertum subijcere. facit quod no. Io. An. supra eo. quoniam, super glo. 1. & uide latius Bar. ff. de quæstio. l. ex libero.

b Libellorum. Et fortius apparet dictum suum non uerum, quando simpliciter super causa iurauit, uel etiam iurauit super tota causa. facit quod no. Ioan. Andr. supra eo. de testib. in glo. ubi enim, & uide Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iureiuran. & facit quod no. Io. An. de confes. cum super, in glo. ma. uersi. alij dicunt.

c ¶ Causam scientiæ. Adde Bal. in l. solam, & in l. testium, C. de testi. & pe. in tit. de teste, §. nunc tractandum, uer. debet quoq; iudex. Pau. de Cast. in l. qui testamento. §. fi. ff. de test. & per Bart. in tractatu de teste.

d ¶ Facit. Sed an iudex, uel alius examinator teneatur parti: quia nõ quæsiuit de causa, uide Io. An. in spe. eo. titu. §. 1. uer. & quòd hic dixit glo. ualere dictum testis non interrogati de causa; intelligitur uerum in ciuilibus. in criminalibus autem secus: quia probationes luce meridiana & c. l. fi. C. de proba. & ibi hoc uolunt docto. maxime. d. Bar. de Sali. & uide Bal. in l. 1. C. de bo. pos. secundum tabu. & in l. 3. C. de testa. & l. testamentum.

e ¶ Spe. eo. ti. & de hoc Ioan. 4. q. 3. §. in criminali, & l. 3. de testi. ff. & in addi. in ti. de teste. §. opponitur, uersi. item quòd non perhibet, & ibi Ioan. And. concludit tria uerba: quia si aliquis testificatur inter aliquos, & de factis utriusque partis, tunc debet habere notas utrasque personas: sed de factis alterius, tunc illum, & ideò si de ætate unius quæritur, tunc oportet, quòd illum cognoscat. Si uerò de aliquo facto spectante ad aliquod, ut si testificatur de æstimatione rei, tunc non est necesse, quòd hab. at eas notas, inter quas testificatur, Archi.

f ¶ De tempore. Adde Domi. Flo. in l. 3. §. idem. ff. de testi. per Bald. in l. 2. in ultima, col. ff. eo. per Bart. in l. non exigit. §. diui fratres, ff. de iure fisci.

g ¶ Capitulo. 1. Facit quod no. Ioan. Andr. supra e. fraternitatis, in in quæstione fi. & an hoc sit uerum in omni exceptione, quæ possit testi opponi, ut tacitus consensus partium illum tollat. uide

Ioan. An. in ſpe.e. ti. §. ſæpe, in prin.

h ¶Vinc. Vel alia de cauſa non ualuit receptio, ut quia non citato reo, uel iurauerunt die feriata, uel alijs ſimilibus cauſis.

i ¶In glo. Vide ad hoc limitatio. l. ſi poſtulauerit. §. ſed & negauerit, ff. de adul. & uide ad materiam, ſupra e. ſicut, & Bar. in l. eas, ff. de fal.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes producere licet ſuper eodem capitulo publicatis atteſtationibus, ubi uariatur modus agendi.*
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Intereſt quòd ſua, exceptio opponi'ne poſſit poſt litis conteſtationem, uidit aliò. & quid debeat hic probare, ibidem, uer. debet.*
Incontinenti, aduerbium hoc, quantum temporis ſpatium poſcat, arbitrium eſt, ibid.
3 *Confirmationem, uel conſecrationem petens quid probare debeat.*
4 *Executio ſententiæ nunquid, & à quo & quibus caſibus poſſit impediri, & nume. 5.*
6 *Teſtium depoſitiones uti in alio iudicio, uel ad alium finem ualeāt quando ſit optio producentis, quando partis utriuſque, nu. 10. & faciunt præſumptionem, eod. nu.*
7 *Teſtes qui depoſuerunt in exceptione, teſtificantur iterum ſuper eodem in principali, & hoc licere concluditur, confutatis, quæ credabantur eſſe contraria, & nu. 8. & 9. an hoc ſit ita ſemper, nume. 9. in fin.*
8 *Contra teſtium perſonas, & dicta, qui rurſus inter eaſdem etiam partes teſtificantur, obijci poteſt.*
Teſtimonium ſecundum ſi contradicat primo non ualet ſecundum, ibid. in ſi. niſi in caſibus, & quibus & ita teſtimonium primum ualet ad reprobationem ſecundi, nu. 9. non tamen ſi fuit receptum in incidenti, ualet in principali, & ratio diuerſitatis, ibidem.
11 *In emergenti pronunciandum.*
Teſtes an poſſit apertis atteſtationibus tertius, cuius intereſt, qui appellat à ſententia, producere ſuper articulis publicatis, ibidem.
In capitulo qui interfuerunt de actis ibi teſtificari poſſunt, ibid. ad dicti. non facile.
Cautela pro prouiſione, ibid. in fi.
12 *Excommunicationis ſententia requirit abſolutionem, non relaxationem, & ad tempus fieri poteſt abſolutio. reſpondet iurib. aliud dicere apparentibus, uide nu. 17. de abſolutione teſtium.*
Cap. Dilectis. Cap. ad hæc quoniam, de appella. Cap. Odoardus, de ſoluti. Cap. Sacro, de ſenten. excom. Cap. Olim, de accuſa. intellectus circa ſententiæ excommunicationis relaxationem, ibidem.
13 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Sententia non eſt executioni mittenda, ſi læditur ius alterius. §. 1.
alioquin ſtatim mittitur, niſi incontinenti probetur exceptio. §. 2.
Domi quæ fiunt per alios, quàm domeſticos, non explorantur, licet apud domeſticos aliàs confingatur. §. fin. & numero 16. §. 1.
Excommunicati per ſe, & per procuratorem ſe poſſunt defendere, eod. nu. 15.
Procuratores quibus rationibus repellantur, ibid. uer. opponebat.
16 *Probationibus minus ſufficiētibus ſe partes poſſunt ſubijcere.*
17 *Excommunicatos teſtes abſoluit iudex ad tempus, & quando, & quouſque idem ſit de legatis uel ambaſiatoribus deſtinatis ad urbem, ibidem.*
Abſolutiones cum reincidentia potius uerbales, quàm reales, & ratio, ibidem.

CAPVT XXXVIII.

1 VEniens. Caſus. Vbi † variatur modus agendi, publicatis atteſtationibus, ſuper eodē capitulo teſtes producere licet. & ſunt tres principales partes. prima ponit ordinem proceſſus, & diſputationē partium ſuper receptione teſtium. in ſecunda papa interloquitur ibi, vos igitur. in tertia cauſam committit ibi, Mandamus, quatenus [*Decanatu*] erat forſan decanalis maior dignitas in eccleſia, quàm archidiaconalis, uel pinguior [*Interpoſitam*] iuſta erat hæc exceptio, Innoc. [*Ad illum*] archidiaconū [*Ad ſequi*] ſ. ſubdiaco. [*& infra*] hic fuit ſibi obiectum, quod non poterat ſe opponere: quia ſua non intererat: quia nec erat Claremon. ca-
2 nonicus, nec in dec. electus, Abb. an † verò exceptio, quòd ſua intereſt, opponi poſſit poſt li. conteſt. dicam poſt Innoc. infra de accu. ſuper his poſt prin. & no. ſu-
a pra e. ex parte, in 1. glo. [*Incontinenti* b] hoc relinquitur
b arbitrio boni iudicis forte uſque ad. 3. dies, uel plures, nec requirit teſtes ultra montes, ar. ſupra de reſti. ſpo. literas, circa finem. debet autē fundare ſuam intentio-
c nem. i. probare, qđ ſua intereſt. c nec quæritur quantū ad hoc, quòd admittatur ad cōtradicendū, quod probet ſe canonicè electum, ſed electum tantum. ſi. quod
3 no. infra de re iudi. cum ſuper, in glo. 2. petens † autem cōfirmationem habet probare ſe canonicè electum. de elec. poſtquam, & c. nihil. & petens conſecrari habet probare canonicam electionem, & confirmationem, eodem titulo, cum in cūctis. nec probat hæc decre. quòd contra electum confirmandum, vel conſecrandum non admittatur, niſi cuius intereſt: quia hic non petebatur confirmatio, uel conſecratio, ſed ſententiæ executio, quam nō impedit, niſi cuius intereſt.
4 Inno. Item ſecundū † eum no. ſententiam executioni mandandam, niſi is, qui contradicit, incontinenti probet ſua intereſſe. & hoc, cum petitur res uacans à nemine poſſeſſa, ut hic. Si uerò petitur res ab alio. ſ. uicto per ſententiam poſſeſſa, nō obſtante, qp alius dicat ſua intereſſe, uel rem ſuam eſſe, mandabitur ſententia executioni, præſtita uicto cautione per uictorem, quod ſeruetur indemnis contra aliū petitorem. ff. de rei vendi. l. is, à quo, & l. ſeq. ff. de re iudi. ſæpe, in fi. Et eſt diuerſitatis ratio: quia ubi res uacans transfertur in aliū, deterioratur petentis conditio. unde probato intereſſe contradictoris, iudex non exequitur ſententiam: ſed ubi de uno ad alium poſſeſſio transfertur, & non poteſt dici quò ad poſſeſſionem deteriorata conditio petitoris. Item ubi res eſt uacans, nō eſt qui recipiat cautionem prædictā de indēnitate. uel lex illa locum habeat, cum duo agunt contra tertium. hęc decre. quan-
d do litigant inter d ſe. ſed contra uidetur, quòd ſemper ſummaria cognitio ſit neceſſaria. ff. de re iud. à diuo. §. ſi reum, & §. ſe. illud loquitur, quando non fiebat executio in rebus petitis, ſed in alijs, quę capiebant in cauſam pignoris. & tunc quocūq; allegante ſe habere ius in re, fit ſummaria cognitio, ut ibi dicitur. ubi uerò in re petita fit executio, habet locū ſuperior diſtinctio, Inn. rationem uide de re iudi. cum ſuper, ubi idem dicam ſuper uer. præiudicio [*Opponere*] no. ſecundū Inn.
5 quòd hic dicitur, hunc Petrū ſe poſſe opponere † contra eum, contra quem lata eſt ſententia: ſed non dicitur, quòd poſſit impedire ſentētiæ executionem. dicit ipſe, qp licet iſtud hic non dicatur expreſsè, ſatis tamen uidetur hoc dictum tacitè, qp ut ex quo conſtiterit, qp ſua intereſt, non mandetur ſententia executioni, ſed retardetur: quia per ſententiam non debet fieri præiudicium abſenti & ignoranti. ff. de mino. etiā. §. fi. C. res inter alios acta, in rubro, & nigro: ſed cōtra de re iud. cum ſuper, ubi uidetur, qp is, cuius intereſt, ſibi præiudicat, niſi appellet. Sol. ibi loquitur, quando is, qui lædabatur, præſens erat tempore latæ ſententiæ: ſed nos loquimur de abſente & ignorante, alij dicunt hoc ſpeciale in beneficijs, in quorū collatione maior, quàm in alijs rebus eſt diligētia adhibēda. & hæc ſola ſolutio uidetur per iura tolerabilis. alijs uidetur, qp ſi in executione ſententiæ appareat contradictor, ſemper anteq̄ executioni

executioni mandetur, eſt præmittenda ſummaria cognitio, argu. ff. de re iudi. a diuo. §. ſi reum, & ſequen. ſecundum Innocen. remittit Hoſtien. ſupra de reſtitu. in integ. ſuſcitata. vide quod dixi de maio. & obe. c. fi. in gl. no. quod in arduis. & glo. non venientes. [*Electione*] vtriuſque, Innocen. [*Sententia*] lata inter capitulum, & decanum. forte dicebat illam ſententiam non prejudicare ſibi: quia non fuerat vocatus, vel quia nulla erat, Innoc. [*Quæſitum fuit*] cauſa abreuiandi litem, argum. C. de fideiuſſo. l. fi. [*Qui*] [Archidiaconus [*Aduerſa*] ſ. ſubdiaconus [*Principali*] bona allegat. infra e. cum in tua.
6 [*Incidenti*] ſ. quòd ſua intereſt. Inno. & hic † ſoluit contrarium ſecundum Hoſtien. de decreta. præſentata. in fra eo. titu. ubi uidetur dari optio non producenti, ſed ei, contra quem. ad idem. C. eo. l. fi. & ſupra c. proxi. illa enim loquitur, quando producti ſunt ſuper principali, & li. conteſt. hic ſuper incidenti ante li. conteſt. & eſt ratio diuerſitatis: quia primo caſu mero iure tenet receptio, quò ad ferēdam diffinitiuam, in ſecundo non. Item cum primo inquireretur ſummariè, leuior ſufficiebat probatio, quàm in principali, per quod etiam dicebant hic Pe. & Abb. quòd ſi tunc uoluiſſet reprobare teſtes, non potuiſſet propter perſonas, uel dicta, alle. C. de edicto diui Adri. l. fina de re judicata, cū Ber-
7 toldus [*Eoſdem*] mirum † videtur, quòd ijdem teſtes, qui dixerunt in exceptio. iterum teſtificentur ſuper eodē in principali. & uidetur contra illud, quod no. C. eo. titu. l. fina. & ſupra e. cauſam, quæ. i. ubi de hoc. Item aut hi teſtes inducuntur ad hoc, ut dicāt illud idem, quod in primo teſtimonio dixerunt, aut vt dicant cōtrariū. ſi ad hoc, ut dicant idem, ſuperuacuum eſt, arg. ſupra de elec. in geneſi, & ideo reſecandū, jut ſupra in proœmio. §. pe. Si uerò ad hoc, ut dicant contrarium, tunc inconueniens eſt: quia ex hoc puniendi ſunt tanquā periuri, nec eis debet credi, ut patet in eo, quod legi. & nota. ſupra eo. ſicut nobis, & ar. C. de non nume. pecu. generaliter. ſed & publicatis atteſtationibus quomodo admittentur? hoc eſt contra id, quod leg. & no. ſupra intimauit. So. ad hoc dicas, qp ſi inter diuerſas perſonas de reb. eiſdem ſit conſimilis quæſtio, ſicut eſt cū unus cohæredum pro parte debiti hęreditarij egit, vel contra eū actum, nihilominus alius cohæres aget pro parte ſua, & contra ipſum aget. ff. de ap. à ſentētia, & l. ab executore, & à ſimili dicendum, quòd teſtes ſuper uno capitulo in cauſa unius inducti, inducentur & in cauſa alterius ſuper. c. c. & idem dicendum eſt, ſi etiam inter eaſdē perſonas agatur, & teſtes primò ad unum, & ſecundò ad aliud inducātur, ita qp diuerſi ſunt fines, & effectus probationum. puta primò agebatur ad intereſſe. ſecundò agitur ad uindictā: uel primò agebatur ad repellendum aliquē à litigando, uel ad proban-
c dum agentis intereſſe. c ſecundo autem inducūtur ſup principali, vt uidelicet agenti res petitæ adiudicent. hæc enim fieri poſſunt, ſicut ſatis patuit hic, & C. de uia publi. ſeu priua. ſi quis ad ſe fundum, & arg. ſupra de elec. cū dilectus. ſi enim non obſtat ſententia inter alios lata, uel etiam inter eoſdem, quando ad aliud agitur, infra de re iudi. cū ſuper controuerſia, & no. infra de pur. cano. cū dilectus, multo minus obſtabit teſtiū receptio habita ad unum, & ad aliud. nunc productio eorum, uel atteſtationes in alio iudicio, & ad aliud re-
f ceptæ, ſecundum Innocen. f & facit hic Hoſt. pro eo, quod dicimus, teſtes recipiēdos in cauſa matrimonia li publicatis atteſtationibus: quia in ea non obſtat exceptio rei iudi. quod dic, ut no. ſupra de ꝓba. licet. §. 1.
8 Obiectioni † autem de identitate, & teſtimonij cōtrarietate ſupra factæ ſic reſponde ſecundū Inno. qp teſtis non inducitur ſimpliciter ad idem uel contrariū proferendum, ſed ut pro utraque parte ueritatem dicat, quod nouit & vtraq; pars pōt dare capitula, ſup quib. vult eū interrogari, & teſtis ſuum teſtimoniū dicet ſuper illis, & ab utraq;, quantum licet de iure, poterit dictum ſuū redargui, & perſona. hoc tamen certum eſt, quòd ſi ſecundum primo teſtimonio contradicat, nō ualebit ꝑm, niſi legitimè ſe excuſet: puta, quia aliter primo, quàm in ſecundo, & in ſenſu alio intellexit. ar. C. de non nume. pe. generaliter, & infra de accu. cum
9 dilecti. §. 2. Sed oppones, & dices, ſi priores atteſtationes ualent ad reprobandas ſecundas atteſtationes contrarias, quare non ualent in hoc ſecundo iudicio ad probationem faciendam in principali? reſpon. quia ad hoc non fuerunt inductæ, quando teſtes ipſas depoſuerunt, nec tunc ad hoc, imò ad aliud agebatur, & neceſſe eſt, qp cauſa incipiat ante, quàm inſtruatur. ad reprobationem autem ipſorum eorundem teſtiū ſufficientes ſunt: quia per eas notorium iuris eſt, ipſos teſtes periuros, & falſos, & ideo à teſtimonio repellūtur, ut ſupra e. ſuper eo. ad ſecūdā uerò obiectionē occaſione publicationis teſtiū factā reſpō, qp publicatio ipſorum teſtiū facta fuit in alio iudicio, ſ. in primo, in quo & ad aliud agebat. ideoq; non obſtat, quominus recipiātur. ijdem teſtes iterum ſuper eodē in hoc alio ſecundo iudicio, in quo & ad aliud agit: quia hoc nullo iure prohibitum inuenitur, ar. in eo, quod le. & no. ſupra de trāſla. epiſcopi, inter corporalia. §. ſed nec ad
ſi. nam & hoc edictum prohibitorium eſt. ff. e. titu. l. 1. quid autē iuris ſit, quādo ad idem inter eaſdem perſonas agitur, dic, ut no. ſupra e cauſam, quæ, ſecundum Inn. & hanc gl. poſuit etiam Hoſt. [*reſpondit*] minus bene, Inn. [*Sententia*] forte qp lata fuit ipſo ignorante [*Electione*] ipſius Petri [*Subdiaconus uius fuiſſet*] bona uidebatur allegatio, argu. 4. quæſtio. 3. ſi quis teſtibus. 19. diſt. ſi Romanorum, & tamen non eſt ita: quia ad hoc, ut
10 atteſtationes † valerent, non ſufficeret ſ vnius conſenſus, imò neceſſe eſt interuenire conſenſum ambarum
g h partium, h potuit etiam allegare aliquid ex illis atteſtationibus nō ad plenam probationem, ſed ad præſumpi tionē, i vel forſan falſum dicebat archidiaconus: quia Petrus in principali de illis atteſtationibus nil penitus allegabat ſecundum Innoc. [*Pronunciauimus*] patet hic,
11 & ſupra uerſi. cum igitur, quod in emergenti † pronūciandum eſt, de hoc. de ordi. cog. ca. 1. [*Eſſent*] quod no. hic Vincen. de tertio, cuius intereſt, qui appellat à ſententia, an poſſit teſtes producere ſuper articulis publicatis, uide in ſpec. de teſte. §. ſatis utiliter, uerſi. quid ſi à ſententia [*Principali*] ſ. electione, Innocen. [*Incidenti*] ſ.
k ſententia, & ſic aliter ſumitur hic incidens, quàm ſupra [*Non facile*] hoc dicit: quia raro interſunt alij: qui tamen ſi interſunt, probare poſſunt, ſupra de offi. or. ut iuxta, Hoſtien. [*Canonicos*] uel alios uocem habentes, ſupra de elec. ſcriptum. & c. conſtitutis [*Cautelam*] id eſt prouiſionem eccleſiæ, ne ius ſuum pereat, infra capitu. 2. ſecundum Goffr. uel aliter, ut in gloſſ. ſecundum
12 eum [*Abſoluatis*] quia † propriè ſententia excommunicationis requirit abſolutionem, non relaxationem, uel reuocationem, & reprehendit illos, qui de facto illas relaxant, licet abſolutio fieri poſſit ad tempus, ut dicam ſuper fin. ulti. gloſſ. & facit, quod no. de appella. dilectis, & ca. ad hæc quoniam. non obſtat de ſolutio. Odoardus, quod loquitur de ſententia, quam conſtat iniuſtam. non obſtat de ſententia excommuni. ſacro, quod loquitur in iudice, qui ſuum recognoſcit errorem, quo caſu ſi non contempſit, non ligauit ſententia, & ſic ſufficit reuocatio, nec obſtat decre. olim, de accu. quia quod ibi de relaxatione dicitur, reſpicit ſententias ſuſpenſionum, ſecundum Innoc. & facit quod no. de his, quæ ui, me. ue cauſa fiun. capitu. uno, lib. ſexto [*Teſtari*] quod aliter non poſſent, infra de ſen. ex-
13 com. decernimus, lib. 6. ¶ Pen. glo. † ponit duas obiectiones. & unam quæſtionem, & ſolutiones ipſarum.

¶ Vlt.gl.adiuuat textum,signat contrarium,arguit,&
14 duas obiectiones soluit.¶ *In † gl. 2.ibi.l.ulti.*] uide de fal-
sa.super eo,super ulti.glo. ¶ *In glo.3.ibi.l.à sententia*] non
appellat quis à sentētia lata inter alios, nisi propter sui
præiudicium,& tamen sine ap.tutus esset [*& ibi.§.ult.*]
si ad impediendam executionem sententię prolatę in
iudicio possessorio tibi moueo quæstionē status, etiā
sine satisdatione fiet executio.¶ *In glo.pe.ibi.§.ijsdem*] vi-
de infra de accu.de his,in glo.1.¶ *In glo.si.ibi,interrogari*]
interrogatur seruus de facto suo etiam in ciuili.& l.se-
quentes dicunt, quòd si maritus coniugem necauit,
serui, qui audiuerunt & potuerunt opem ferre, te-
nentur, si sint serui viri, uel coniugis: quia licet serui
uiri sint serui uxo.nec è conuerso, procedit tamen id,
quia sunt in eadem familia [*& ibi, Data*] sicut donatio
inter extraneos est insinuāda, sic & inter domesticos,
inter quos &c.[*& ibi. §. pe.*] si pater iussit in testamen-
to libertum accusari, ignoscitur filijs: quia non spon-
15 tè accusauerunt. ¶ *In † glo. 2.ibi , quæstio falsi*] hoc induc-
it: quia utrunque istorum reddit sententiam nullā.
¶ *In glo.3.ibi, ab excommunicatis*] ut dixit Innoc.hæc non
fuisset iusta causa: quia excōmunicati & per se, & per
procu.se defendere possunt, infra de excep.cum inter
supra de iudi.intelleximus.opponebat ergo,quòd isti
procuratores erant excōmunicati,vel illegitimè con-
stituti,uel secundum Hostiē.non fiebat fides de man-
dato,nec cauebant,uel negabatur instrumentum ma
nu publica confectum [*& ibi , integra*] in antiqua non
patet hoc.¶ *In glo.quia ad hoc,in fi.*] Ioannes. Idem Host.
16 secundum †quem patet,quòd partes minus sufficien-
tibus probationibus se submittere possunt,ad hoc in-
fra c.proxi.& quod ibi no. ¶ *In glo.sed quare,ibi respondeo*]
secundum Io.[*& ibi.fraternitatis*] hic Hostien.ad timo-
rem subornationis addit illam rationē, de qua ibi di-
xi in fi.9.quæstionis[*& ibi, Modum agendi*]concor.de re-
sti,spo.solicitè, ut ibi dixi, & uide ad hoc dictum, & ad
illud , quod statim sequitur , quod hic dixi in textu in
glo.mirum uidetur.¶ *In glo.ulti.ibi,in literis*] ibi soluitur
[*& ibi, quæstione prima*] ubi de hoc in summa, & dicam,
infra eo. testimonium [*& ibi , Procurationem*] quorum
officium est uoluntarium . & hoc uerum secundum
Hostien.nisi ex causa cogeretur,& remittit ad summā
de postulādo [*& ibi,Post appellationem*] & ideo non fue-
runt remissi ad excommunicatorem. & sic nō ob.su-
pra de offi.dele. prudentiam.§.sexta, secundum Inno.
17 per quem dicunt hic † Gof. & Phi. quod iudex absol-
uit testes excommunicatos, si per alios veritas haberi
non potest,nisi sit tale genus excommunicationis,cu
ius absolutio reseruetur papæ [*& in fi.*] uel fuit gratio-
sa prouisio secundum Innocen.dicit, quod est de con
suetudine curiæ tales indiferenter absoluere ad tem-
pus, ita.s.quod lato testimonio statim reincidant ipso
facto in eandem sententiam . & ita facit etiam de am-
bassatoribus,qui quàm cito exeunt,reincidunt.& di-
cit tales absolutiones potius uerbales , & quò ad ho-
minem,quàm reales,& quo ad deum, cum illi nec pę
niteant, nec ex corde ueniam petant, nec conterātur,
quare dicit tales absolutiones de rigore non faciēdas.
11.quæstio. 3.cum aliquis , hoc etiam repetit, infra de
excep. apostolicæ.

ANNOTATIONES.

a ¶Prima glo.Istud autem interesse quandoque est cōmune , quan-
doque particulare,ut hic,& quomodo,& in quo statu tales admit
tantur, uide Io.And.in c.1.de elect.lib.6.& c.ut circa,& per mo-
der. in Clem.constitutionem,eod.tit.

b ¶Incontinenti . Adde,quia tunc purgabit præsumptionem mali-
tiæ,glo.est in c.scisciratus,de rescrip.& ibi do.Abb,uide Bald.in
lex prædiis,C.de euic.Bar,in l.eum,qui ita,ff.de uer.obl.

c ¶Interest . ibi uide , & uide bonum tex. & ibi Bart. in l. is, à quo
ff.ut in possess.leg.& moder.in l.fi.C.de compen.& Bal.& Sali. in
l.2.& 3.C.de edi.diui Adr.toll.& in crimine enam publico audi
tur tertius ad suspendendam accusationem , nō ad probationem
criminis,uide l.si crimen,& ibi Bal.C.de ordi.cogni. facit c.si in-
dex,de sent.excommu.lib.6.

d ¶Inter.Vide Bar.in l.is,à quo,& seq.supra alleg.& plenius in l. à
diuo Pio.§.si super rebus,infra alle.& per mode.in l.fi. C.de edi.
diui Adr.tol.is autem,qui solum habet ius, & tit. personalem ad
rem,& sit legitimus contradictor,uide Bart.& doct. in l.fin. C.de
fur.& in l.eum,qui emit.ff.eo.tit.& ibi Bar.

e ¶Ad interesse.Et agebatur summariè : postea agitur plenariè . ad
idem,infra eo.cum in tua,in 1.glo.& fi.circa fin. & ad hoc quod
no.Innoc.in c.2.de ordi.cogni.in fi.& in c.solicitè, de testi.spol.
& in c.ad hæc,de appel.Bal.

f ¶Innoc.Et ad hoc uide regulam,quam ponit Ioan.Andr.post ip-
sum in c.causam,quæ,el 1.in glo.sua magna,& Bart.idem in l.sæ-
pe, ff.de re iud.& in l.si mater,ff.de excep.rei iudi.

g ¶Sufficeret.Et uide ad hoc glo.in uer.nocumentum,in c.inter di
lectos,infra de fide instr.& ibi de attesta.inter alios,an possit rati
ficari,ad hoc supra c.proxi.in fi.infra eo.c.præsentata,Bal.

h ¶Partium.Vide supra in glo. scilicet,quòd sua intererat , & facit
quod no.Io.And.in c.proxi.in sua glo.fi.& est ratio,quia attesta-
tiones issæ quo ad hoc iudicium nil ualebant.

i ¶Præsumptionem.Testes ergo in uno iudicio recepti faciūt præ
sumptionem in alio iudicio .licet nō plenam probationem.quod
an sit uerum,uide per Bart.in repet.l.admonen.ff.de iureiu.

k ¶Quam.Quia ibi in princ.c.incidens uocatur probatio interes-
se , ex eo quod dicitur exceptio incidens , opponitur etiam post
sententiam .

SVMMARIVM.

1 *Conuersi habent idem, quod fratres priuilegium.*
Iuramentum remittitur clericis , & quibus debetur reuerentia ,
ibid.ad dictio.iuramentum.Remitti non potest nisi de ambarum
partium consensu, ibid. neque ex dissimulatione, in suffra.
Consensu utriusque partis interuenire debet, ubi de præiudicio tra-
ctetur utriusque , ibid.
2 *Epilogus , & suffragium glossarum . nu.3.*
Iuramentum testium, & calumniæ remitti potest, de quo etiam nu-
mero 4.
4 *Additio glossarum .*

CAPVT XXXIX.

2 IVis quæstionibus. [a] Breue est. Et
1 ponit dictum, & casum excipit. & pars hu-
ius, infra de præben.tuis [*Ac † conuersis*] qui
priuilegium habēt, sicut fratres, de sen.ex.non dubiū,
Vin.[*Iuramenti*] erat dubitatio: quia iuramentū remit-
titur clericis.2.quæstio. 5.c. primo, de iura. calum.c.1.
& illis, quibus debetur reuerentia.ff.de iureiuran. iu-
randum & ad pecunias.§. qui iusiurandum , secun-
b dum Vin.[*Remittatur*] de consensu producentis.[b] cum
enim iuret pro utraque parte testari, ex falso testimo-
nio ipsius posset utrique parti parari præiudicium,ne-
cesse erit utriusque interuenire consensum , de regu.
2 iur.quod omnes, li.sexto. ¶ Glo.secunda † coadiuuat
textum.2.obijcit, & soluit. 3.quærit, an matrimoniali
&c.& soluit dist.4.quærit de iuramento calum. arguit
pro & contra.ponit opi.Iaco. Bal.& contrarium Mar.
¶ *In † glo. 2. ibi,l. ultim.*] uide de iureiuran. capitu.fina.
super.3.glo.ibi.§.sed quia ueremur,ubi in fin.glo.hoc
dicitur,quòd ex dissimulatione remitti non potest[*& ibi*]
Iusiurandum & ad pecunias,& §.dicit,quòd deferēs iusiurandum primo iurat de calumnia, si hoc exi-
gatur [*& ibi , §.alia*] hanc & se.uide de his , quæ fiunt à
ma.par.ca.c.ex ore, super glo.penul. ¶ *In † glo. 2. ibi, di-*
co, quòd non] secundum Tan.Vincen. Idem Innocen.&
Hostiē.& ad hoc,infra de despon.impu.attestationes,
& de spon.sicut,in fi.[*& ibi, Sed quia ueremur*] & infra de
fideiuss. constitutis [*& ibi, Io.& Bal.*] & hæc opinio ap-
probat, infra de iura. ca.c.1.li.6.[*& ibi, & eius sequaces*]
Hosti.

Hostien. hic,& supra de iura. calum.cæterum, & red-
debat rationē diuersitatis: quia sine periculo animæ
non potest committi calumnia, in quo Deus offendi
tur,respublica læditur,& ecclesia scandalizatur: sed si-
ne teste de meo tibi dare possem cessantib. prædictis.

ANNOTATIONES,

a ¶Tuis quæstionibus.Fallit hoc c.in notoriis,ubi ualet dictum te-
stis recepti sine iuramento, & absque aliquo ordine, ad hoc not.
in c.bonæ, el 1.de elect, & in c.uestra , de coha. cle. & mu. Item
nunquid si testis deponat , postea iuret, ualeat eius dictum, dic ut
no.supra e.de testi. item uide glo.2.q.5.si quis, & ibi Archi.adiu-
ratio in uirtute obedientiæ , & animæ periculo loco iuramenti
surrogatur, & uide not.supra quod me.causa, ad aures, & ad hoc
tex.in c.fraternitatis,infra de frigi. item fallit in mere deponente
de peritia,cui creditur sine iuramento, ut est gloss. sing: in l.1: de
uen.inspi.licet contra faciat dictum. c. fraternitatis , & uide scri-
pta.2.q.4.§. nullam,Bal.

b ¶Producentis. Adde etiam ab aduersa parte. uide per Domi.in c.
multis.44. distinct. & per specu. in titu. de teste. §. sequitur,uer.
quid ergo , si testis .

SVMMARIVM.

1 *Delegatus necessarius in testem remouetur à iudicando , & alius*
subrogatur, & cum causæ cognitione , nu. 3. & quibus casibus
subrogetur, nu.4. & 7. & 8.
Præbendarum donatio potest & committisse competere per priui-
legium, ibid. ad dictio. donatione .
2 *Donatio pro præsentatione sumitur hic .*
3 *Surrogatio iudicis quando fiat , & qualiter , & nu.4.& 7. & 8.*
4 *Suspensio à donatione præbendarum quo casu liceat , in fin. ad di-*
ctio. suspendistis .
Remissio causæ de uoluntate partium fit,ibid.ad dictio. procedatis.
5 *Epilogus , & suffragium glossarum . nu. 6.*
Publicationis copia non est arctanda. §. 1.
Surrogatus iudex alij quantum temporis habeat. 1.2.
7 *Additio glossarum .*
Credere ei debemus , si iurat nescire, si eius fidei committimus , ut
dicat super principali testimonium, ibid. nu.7.
9 *Index maiore deponens falsum coram minore, an per eum puniri*
possit .
10 *Hoc capitulum de quo iudice loquatur.*
In testem producere possum consanguineum meum , qui cum eum
in iudicem impetrassem, fuit recusatus, uer. unde dicit.
11 *Causarum uniuersitatem qui alij cōmisit, potest esse testis corā eo.*
12 *Post appellationem processus qui fit, nero iure tenet, quando quid*
committitur remota appellatione .

CAPVT XL.

1 DIlecto filio. Casus delegatus† ne
cessarius in testē re-
mouetur à iudicando,& alius subrogatur.
Et prima pars ponit impetrantis querelā.
secunda prouidet ibi, Ne igitur [*Flandrensem*] infra de
a concess. præben.c.fi. [*Donatione*[a]] poterat hoc compe-
tere comitissę per priuilegiū,infra de iure pa.nobis.si.
63.dist.Adrianus,& c.in synodo,secundum Gof.& fa-
cit quod no.16.q.7. in summa,in fi.& 10.dist.imperiū,
b & in spe.de præben. [b] in fi.& quod dixi, infra de præb.
2 lib. 6. ponitur hic † donatio pro præsentatione , quia
patronatum uendicabat,ut in d.decre.ulti.de concess.
præbē. & de præsentatione ad præbendas,non ad præ
c laturam . nec obst. de iure pa. nobis , [c] secundum Pet.
[*Saerdotalium*] forte annexum erat onus sacerdotij cer
tis præbēdis,ut infra de præben. significatum,uel for-
te numero uacationis, ut dicam, infra de concess. præ-
ben. proposuit : istas autē præbendas contulerat præ-
d positus,& committisse resistebat,uel e conuerso.[d] [*Ne*
3 *cessarium*] ut dicit Inno.non † credas, quòd qui petitiu
dicēm remoueri, & alium subrogari , statim sit exau-
diendus , sed præmittetur aliqua cognitio uerisimilis
coniecturæ,per quam præsumatur sibi necessarius,&
quòd de re illa ueritatem sciat . Si enim ad recipiēdos
testes nulla dilatio datur sine causæ cognitione. 3.q.3.
spacium,no.supra e.in causis,fortius desideratur cau-
sæ cognitio in hoc casu , in quo qualequale præiudi-
cium uidetur fieri parti habenti iudicem gratum . Itē
grauatur in expensis[*sibi*] præposito agenti. uel defen
denti, non curo [*Superfederetur*] hoc quando clausula
non erat in rescripto [*Loco eius*] putat Innocen. huic
4 † subrogationi locum esse , quando iste decanus no-
minatus fuisset per præpositum pro suo iudice ex tri-
bus,si tunc præpositus ignorabat decanum habere fa
cti notitiam, & facit,quod dicam super prima gl. Idē,
si corruptus fuisset procu. præpositi ad talem iudicē
impetrandum [*Post appellationem*] ad nos ex prædicta
causa interpositam [*Donatione*] per hoc uidetur,q̄ præ-
positus esset in possessione conferendi,& quòd com-
mitissa contra ipsum ageret, & quia iudices animosè
processerunt,præsumuntur ab ipsa impetrati [*Suspendi
stis*] & male, licet aliàs competat ita procedere contra
contumaces, quando de incorporalibus agitur, infra
de eo,qui mit.in pos. eum qui.Inno.[*Defectum*] s.ut lit.
non conte.quoniam,in prin.[*Procedatis*] de uoluntate
partium fuit ad istos causa remissa , quod aliter nō fie
ret.2.q.6. si quis episcopus, Inn. & infra de appel.accep-
ta.Abb. dicit hoc fuisse propter dubium huius casus
nondum iure determinatum,& facit,quod dicam su-
5 per glo.fi. ¶ Glo.2.† quærit, arguit negatiuè,soluit di-
stin.& subdist. sic coniuncto fine,aut habet duos tan-
tum,aut plures: & si plures,aut fraus &c. secūdo quæ-
rit,de criminali arguit negatiue,& soluit dist.3. uer. &
in ciuili soluit quæstionem. ¶ Gl.4.adiuuat textum.se
cundò quærit de aduocato,& soluit distinguendo.ter
tiò fortificat,& quæstionem soluit.4.quærit de delegā
te &c.ponit opi.Io.& soluit, & contrarium respon.ul.
quærit,& soluit.¶ Gl.quinta quærit,& soluit.¶ Pe. gl.
respon.per quæstionem, quantum tempus habeat iu-
6 dex iudici subrogatus,& distinguit. ¶ *In † glo. 2.ibi in l.*]
uide infra c.proxi. ¶ *In 4. glo. ibi. §. de his*] si qua in nau-
fragio sunt direpta , prouidetur damnū passo , ut quo
facilior fieri potest, habeatur probatio. ¶ *In glo.pen. ibi*
edictum] §.se.probat,ad quod inducitur ista lex.dicit,q̄
subrogatus post tria edicta solet unum edictum emit
7 tere. ¶ *In † glo. 1.in fi.*] non erat hic necessaria protestā-
tio: quia per hęc uerba non respondebatur petitioni,
uel narrationi: sed hoc dicit,quia si litis contestatio fa
cta esset,non posset petere alium subrogari.3.q.3. offe
ratur,& supra de of.dele. infinuante, Abb. nisi ex no-
ua causa , ut ibi . litem enim contestando tacitè uidet
renunciasse ipsius testimonio,nisi de nouo sciuerit il-
li factum notum esse,Host.ad hoc supra e. præsentiū.
¶ *In glo.2.ibi,adhuc credo*] idem Inno.& Host.[*& ibi, dile-
ctorum*] per quam decre. dicit Hostien. quòd † ad pro-
bandum crimen contra testem iudex non remouebi
tur [*& ibi , Non debet remoueri*] nam qui eius fidei com-
mittit, ut testimonium dicat super principali,ei crede
re debet,cum iurat se nescire.C.de testib.l.pen.4.quæ-
stio.3. si quis testibus, secundum Innocen. & infra de
donatio. inter uirum & uxo. per uestras [*& ibi , Habe-
ret alios*] quos forte uidet idiotas, uel posse repelli.
¶ *In glo. 3. in fin.*] & intelligitur hoc impedimentum iu
ris secundum Innocen. & Hostien. ¶ *In glo. male,ibi,&*
9 *prætor*] quando † maior iudex coram minore testifi-
cans falsum deponit, an per illum puniri possit, ui.de
opiniones in specul. eodem titulo , §. primo, C. uer.
e quid si is [e] qui. [*& ibi, §. si quis autem*] maximè si erat
f generalis aduocatus ecclesiæ collato sibi beneficio
ab ecclesia,infra de iureiurand.breui,Goffred. [*& ibi,*

[*Iudicet*] vbi de hoc, & supra de offi. ordi, cap.1.[*& ibi, dixit Io.*] Gof. & Innocen. [*& ibi, Qui delegauit*] hoc uerum si delegans esset ordinarius, vel delegatus, qui de-
10 legasset partem, non totum[*& ibi, Statuendum*] hoc† capitulum loquitur de iudice, qui petitur in testem super principali, ut no. supra cum à nobis, in fin. 3. gloss. [*& ibi, Committere*] Idem Hostien. ad hoc de offi. dele. iudex, lib. 6. unde dicit Abb, quòd si impetraui mihi consanguineum iudicem, qui recusatus est, quod bene potero ipsum inducere in testem: quia licet re-
g moueatur à iudicando, non à testificando g, de præ-
11 sump. literas [*Et in fi.*] dicebat Vincen. quòd† coram iudice, cui commissa est causarum uniuersitas, is, qui commisit, potest esse testis, ar. ff. de iurisd. om. iu. est receptum. ¶ *In glo. & sic eo, ibi, non cum ipsum*] Idem Vin. Goffre. Innocen. & Hostien. uide super hoc, quod dicam post Innocen. & Hosti. infra de excep. cum uene. super uer. instrumentum [*Et in fi.*] hanc quæstionem, & quæstiones præcedentis glo. uide in spe. eo. titu. §. r. d. uer. quid si impetres, & 4. uer. sequen. ¶ *In glo. ult. in fi.*] uel secundum Hostien. propriè ponitur respectu appellationis: quia ante, quàm decre. hæc emanasset, ca-
12 sus iste non erat in iure expressus, & scribebatur iudi-
h cibus, appella. re. unde processus tenuit mero h iure, sed debuit retractari per superioris officium, de appella. pastoralis.

ANNOTATIONES.

a ¶Donatione. Hic accipitur pro collatione. facit c. fi. de off. uica. in 6. & potest competere fœminæ. sed istud intellige ex priuilegio papæ. adde glo. 1. in c. imperium 10. dist.

b ¶De præben. Ibi uide Io. And. & in specu. de lega. §. nunc tractemus, uer. sed nunquid legatus, & ibi de materia ista ponit plures subtiles remissiones.

c ¶Nobis. Ibi uide Ioan. And. & plenius Pau. de Liaza. in repeti. sua de illa decretali.

d ¶Econuerso. Si uis cognoscere, quæ præbenda dici debeat sacerdotalis, & quæ non, omnis dicitur sacerdotalis, cuius canonicus debet esse ex statuto sacerdos; uide plene Ioan. And. in c. ei qui, de præben. lib. 6.

e ¶Quid si is. Ad materiam. uide Ioan. And. in c. cum inferior, in gl. 1. de maio. & obed. & in q. posita in c. cui licet, de re. iu. lib. 6.

f Si quis. Et quod dicit hic glo. quòd si pandidi secreta mea aduocato, quòd non sufficit ad eum reuocandum, dic uerum, si pandidi, nec ipse suam intentionem dixit: alias quia non de facili opi. mutaret, tunc deberet remoueri. Archi.

g ¶Testificando. Quia minor suspicio tollit iudicem, quam testem, uide glo. 1. in c. insinuante, de offi. deleg.

h ¶Mero. De hoc uer. relaxetis, in c. capitulum, de rescriptis, & in c. grauem, de offi. ordi. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Testes recipiuntur, & publicantur aduersario citato, ne pereat copia probationis.*
2 *Patroni tempore fundationis ecclesiæ possunt auctoritate diœcesani censum ei imponere sibi, uel alij, soluendum.*
3 *Patroni si in fundatione nihil iuris sibi retinere dixerunt, quæ amittant.*
4 *Dolus non remittitur generali renunciatione.*
Patroni filij, & hæredes extranei quæ iura patronatus acquirant, ibidem.
5 *Electio prælati ecclesiæ, cui iura sua patroni remiserunt, cuius erit.*
Casibus futuris occurrendum, ibid. ad dictio. deperire, & in suffra. multa habes exempla, & nu. 17.
6 *Idonei testes qui, remiss.*
7 *Testium receptio secundum formam huius decretalis quando locum habeat, & cur sit inuenta, & numero 8. 9. 10. 17. & a definiente qui modus seruandus, num. 8. & quando non habeat, nu. 9. uer. & hæc uidentur, & quid differat à forma recipiendi secundum decretalem, quoniam frequenter, ut lite non contest. & nu. 15.*
Attestationes nullæ non ualidantur à consensu partium, ibidem, uer. & hæc uidentur.
10 *Instrumenti insinuatio facienda citata parte.*
Citatio, siue uocatio ad insinuationem instrumenti, an præsumatur, ibid.
Receptioni testium si quis citetur, ut interfit, dicitur citatus, ut uideat eos iurare, ibidem.
Testium receptio differtur patrono uolente mouere quæstionem, ibid. in fin.
11 *Instrumentum publicum quod dicatur.*
12 *Instrumentum si antiquatur, potest renouari.*
Tabellio si negetur confecisse instrumentum, qualiter probabitur, ibidem.
Comparatio literarum fit in probanda etiam manu tabellionis, & de comparatione, remittit aliò, ibid.
Taciturnitas diuturna arguit contra tacentem, ibid. in fin.
13 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 14.*
Casibus futuris prudenter debemus occurrere, & nu. 15. in prin.
Testium receptio, ne copia probationis pereat, in casu huius capituli quid differat ab ea, cum timetur mors eorum, uel absentia diuturna, & an ei sic locus in actione. §. 1. & nu. 15. 16. & 17.
Instrumenta solutionis, cogitur quis conficere, & instrumentum manumissionis, ibid. §. in gloss. 3
15 *Additio glossarum.*
16 *Testes qui non uenit ad uidendum iurare, eius pœna quæ, & licet non uenerit ad id, citatur tamen ut ueniat obiecturus in personas eorum, & dicta, ibid.*
17 *Auxilium extraordinarium non competit, si nobis ordinario subuenire possimus, etiam in casu huius decretalis.*
18 *Ad domum denũciatio requisita ab hac decretali quando faciẽda.*

CAPVT XLI.

1 Significauit. Casus ne probõnis † copia pereat, citato aduersario, recipiuntur, & publicantur testes, quos reus inducit. Et sunt duæ partes. in prima petitio. in secunda iudicis datio ibi, Quocirca [*Volentes*] denotat ipsos fuisse spontaneos [*Tempore*] quo tempore† poterant de auctoritate diœcesani imponere censum ecclesiæ sibi, uel alteri soluendum, de iure pa. præterea. 2. de censibus, quanto [*Nihil iuris*] dixerunt Ioan. & Vincen. quosdam dicere per
3 uerba hæc, patronum non perdidisse ius præsentandi, si ecclesia collegiata non erat, uel ius consensum præbendi, si erat collegiata, infra de iure pa. nobis: sed solum releuabatur dos per hoc ab omni onere, quo gra uari poterat, infra de condi. apo. uerum: ipsi tamen tenent contrarium, dicentes, quòd per hoc ipsi perdunt ius præsentandi, & requirendi aliud seruitium, & postulandi auxilium, ar. infra de dona. pastoralis. Si tamen bona dilapidantur, agere possent, argu. 16. q. 1. constitutum, infra ad rebus ec. nõ alie. si quis presbyterorum, & ff. de no. op. nun. nam reipublicæ. generali enim † renunciatione dolus non remittitur. ff. de li.
4 le. Aurelio, & filij abstinentes ab hære. habent ius pa. ff. de iu. patro. filij, & ius sepulturæ. ff. de reli. uel q̃ pater, & operæ quæ constiterunt in non faciendo, debentur extraneis hæredibus. C. de in ius uo. l. 2. C. de obse-
5 qui. lib. præ. le. libertos. sed quærit Vin. cuius† erit electio, si prælatus moritur? respon. quòd si est collegiata, collegium eliget: aliter episcopus prouidebit, supra de elec. c. 1. de conse. disti. 1. oĩs. facit q̃ no. de iure pa. c. uno, lib. 6. in prin. [*Deperire*] sed vr̃ de hoc non timendũ: quia per illos testes, p̃ quos patroni ꝓbabũt fundationem p̃sbyter ꝓbabit liberationẽ. So. dic, forte multi sciunt de fundatione, & pauci de liberatione: quia pauci audiuerunt hæc uerba. Itẽ forte patroni de fundatione habebãt instrumentum. Cautè ergo fecit presbyter, qui sibi & ecclesiæ petijt prouideri [*Idoneos*]
6 quod† collige ex no. supra e. cap. 2. in 1. glo. [*Super hoc*]

f. super tali libertate probanda [*In publica*] dixit hic In-
7 nocen. quòd hæc forma † receptionis testium, de qua sequitur, in qua non solum senes, sed omnes idonei indifferenter recipiuntur, & in qua statim fit publicatio non expectato anno, locum habet, ubi quis est in
2 possessione a iuris alicuius, quod dicit suum, sed dubitat, ne mortuis, qui huius iure sunt conscij, & ueritatem norunt, aliquis sibi in posterum moueat quæstionem, & deficientibus sibi testibus de facili posset in lite succumbere, & alius obtinere. Iustum est ergo, quod hic statuitur: quia nisi modus istius prouisionis inuentus esset, perire posset ius talium possessorum, cum ipsi non possent ab alio id, quod possident, uendicare, ut patet in eo, quod le. & no. supra de iudi. examinata, nec alios, donec eis placeret, cogere ad agendum. C. ut nemo inui. in rubro & nigro. propter hoc igitur eisdem taliter prouidetur, quòd testes sui statim recipiantur, & publicentur perpetuo ualituri, ut hic,
3 & infra e. Albericus. Quid ergo† si talis possessor actionem habeat, puta, uti possidetis, uel confessoriam, uel aliam competentem? respon. planum est, quòd in hoc casu deficit prædictæ prouisionis ratio, siue causa, per consequens & effectus, ut patet in eo, quod le. & no. infra de ap. cum cessante, in prin. & infra de uoto, magnæ, ad fin. supereest tamen ei alius prouisionis modus, ad quẽ in casibus suis potest recurrere, quod dic, ut le. & no. supra ut lite non contest. quoniam frequenter, prim. respon. §. 1. nec ob. ff. ad. l. Aquil. l. in lege Aquil. si deletum, ut dicitur in gl. sed & solennior
9 † summaria cognitio requiritur in forma decre. istius, ar. præal. l. in lege Aquil. attestationes autem secundũ formam huius præsentis decre. receptæ non uidentur ualere, si ille, qui eas produxit, contra alium agat, sed etiam tantum, cum agit alius contra eum, ut ex præmissis patet. vbi uerò recipiũtur testes secundum formam illius constitutionis, Quoniam frequenter, & ante litem conte. aperiuntur de consensu partium. in hoc casu non solum sunt in illa instantia iudicij, sed etiam ad æternam rei memoriam ualituræ secũdum Innocen. inter easdem partes tamen, siue ille agat, qui testes produxit, siue ille, contra quem producuntur; quia tunc ad istam formam conuertitur forma illius decre. sed si aperiantur parte altera nesciente, tunc nõ ualent, nisi & postea consensus partis accederet ignorantis. & hæc uidentur locum habere, ubi tenet receptio testium eorũdem, puta: quia recepti sunt ex causa, & in casu à iure cõcesso. quid ergo si in hoc casu. 1. lit. non contesta. recepti sunt sine causa? respon. tunc nullæ sunt ipso iure. & ideo quantumcumque partes consentiant publicationi, & auctenticationi eorum, nullo modo possunt ratificari, nec ualere ad æternam rei memoriam, arg. C. de iura. calum. l. 2. §. sed & quia ueremur, & in eo, quod le. & no. supra de ele. auditis. §. ipse uerò decanus, ad fi. licet aliqui contradicant secundum Innoc. quod magis placet Hostiẽ. qui etiam remittit ad id, quod dixi supra e. cum causam, super fi. gl. quæ incipit, Quia si [*monumenta*] ad æternam rei memoriã, infra e. Albericus. C. de re iudic. l. gesta. C. de do-
10 na. in donationibus [*Denunciando*] arg. quod† insinuatio instrumenti facienda sit parte uocata, de quo dicam, infra titu. 2. cum. P. & de hoc, & an præsumatur facta hæc uocatio, dicam infra capit. 2. [*Receptioni*] s. ut uideant illos iurare. supra cap. secundo, lib. sexto [*Fundatoribus*] quorum excommunicatio non impediret hanc productionem, ut dixi, de offi. dele. prudentiam, in glo. no. Innocen. in fi [*Interfint*] & si isti uellent statim mouere quẽstionem super iure patronatus, differtur receptio testium post litem cõtestatam, nisi essent
11 senes, & ualetudinarij, secundum Vincen. [*Publicum*] per manum no, uel sigillum auctenticum, infra tit. 2. cap. 2. infra de senten. excommunica. cap. primo, lib. 6. Sed & testes sufficerent, de sen. ex. sacro. sed æquè timeretur mors ipsorum, sicut principalium, quos recipi
12 mandat. & si dicis† non ne potest antiquari probatio instrumenti? Itẽ quid si post. 100. annos negetur tabellio, qui confecit instrumentum. Respondet Ho. quod in primo casu prouidebitur per secũdam publicationem, & renouationem, infra de confir. uti. uel inuti. cum dilectę. In secundo forsan extabunt plura instrumẽta eiusdem manus, per quorum comparationem poterit roborari. C. de fide instru. comparationes, de quo satis dicam, infra titu. 2. capit. primo, in 1. colum. uel præsumitur contra illos, qui tandiu tacuerunt, infra de frigidis. cap. primo, & adde, quod dicam, infra
13 c. 2. Glo. secunda † ponit. 5. differentias inter receptionem, & illam, quæ fit cum timetur mors, &c. tamen quartam reprobat, secundo glo. tractat, quòd etiam ex parte actoris locus est huic publicationi. Gl. tertia recitatur per quæstionem, an aliud remedium haberet presbyter iste. ¶ Vlti. arguit. ¶ *In† glo. 1. si quis domum*] uide ne præ. ui. su. c. fi. in fi. secunda gl. l. si. c. uide in gl. se. [*& ibi l. 1. in fi.*] hæc lex, & se. dicunt, quòd in eo, quod uenit actione tutelæ & curæ restituendum, ueniunt usuræ. si tamen nolente pupillo agere, tutor ultro cõueniat, & offerat, & consignetur, cessabunt usuræ [*& ibi, Qui tabulas*] posset esse, quòd ille, cui subtractum est instrumentum crediti, licet creditum sit solutum, conueniretur à debitore dicẽte se soluisse indebitum, & ideò eius habetur ratio, quòd in hoc interest non esse subtractum. ¶ *In glo. 2. ibi, gesta*] l. ulti. est & ibi dicitur, quòd gesta translata in publica monumenta perpetua sunt, nec iudicis morte perit publica fides ipsorum [*& ibi, in l. Aquil. si deletum*] si dico deletum instrumentum, quo continebatur mihi debitum sub conditione, ne pereat probatio, testes produco, nec fit exactio, nisi cum extabit conditio, & deficiente conditione nullas uires habet condẽnatio [*& ibi. §. & hoc uerò*] cuius mentem & partim uerba habes, supra eo. cap. secundo. ¶ *In glo. 3. ibi, pluris*] contra eum, qui habet apocham crediti, cui solui, ago, ut faciat antapocham solutionis [*& ibi, sicut dat am*] sequitur, libertatem manumissionis adimere patronus non potest. ita manumissionis instrumentum præstare cogitur [*& ibi. l. una*]
15 uide de sepul. cum liberum, in gloss. 2. ¶ *In† glo. 1. in fi.*] ff. de pigno. l. contrahitur. ¶ *In glo. 2. ibi, publicantur*] Guil.
b contra in spe. e. ti. §. nunc tractemus b, uer. alias autem, dicens, q̃ cum fauore partis fiat hęc receptio, non debet sic impediri in aliorum productione [*Cõsignantur*] quasi sub sigillo clauduntur, donec lis fuerit contestata, & tunc publicantur, & non prius [*& ibi, Non est uerum*] unde Goffr. in sum. ut lit. non contest. ante medium, & Hostien. in sum. e. titu. post prin. enumerando has differentias non ponit istam, & secundum Eg.
16 potest † esse ratio: quia in pœnam eius, qui citatur, ut ueniat uidere iurare testes, & non uenit, statutum est, quòd recipiantur, supra e. c. 2. alia igitur pœna imponi non potest, nisi potestatem habeat iur. condendi, simile no. de elec. bonæ. 2. in gl. 1. in fi. bene facit, ut lit. non contest. accedens. 1. ubi receptis testibus propter contumaciam partis, nihilominus citatur, ut ueniat obiectura in personas, uel dicta; sed uide, quod ibi dixi [*& ibi. In actione*] cum in† actoris potestate sit agere. sed cum presbyter iste posset agere, ut in gloss. se. ergo istud extraordinarium auxilium dandum non fuit, & sic contra. ff. de mino. in causæ, & supra ut lit. non conte. per totum, dicit Host. forte hoc locum c habere, ubi
c uterque potest agere, uel fauore ecclesiæ auditur presbyter, cui non expedit litigare. uel ad hoc citantur patroni, ut hoc, uel aliud rationabile possint opponere, plus sibi placet primum [*& ibi, Quandoque*] ut quando

actor habet debitorem obligatum sub cōdi. quæ posset non existere, nisi post mortem testium, qui sciunt obligationem, ut satis dixi in decre. quoniam. ¶ *In glo. ult. ibi, denunciatione*] ad † domum, si absens est, ar. infra de cle. non resi. ex tuæ, supra de eo, qui mit. in pos. c. fi.

d secundum Hosti.[d] Inn. putat, quòd si absens est, si potest hoc fieri sine periculo, expectabitur, donec personaliter sibi denuncietur, ar. ff. quæ sententiæ sine appe. l. 1. §. cum ex eo. & dicit, quòd iura, quæ dicunt sufficere citationem ad domum, ponunt casus speciales: remittit tamen supra de eo, qui mit. in pos. c. fi. superius allega. [*& in fi.*] 27. q. 1. omnes fœminæ.

ANNOTATIONES.

a ¶Possessione. Vel licet non sit in possessione: illud tamen sibi competit ex certo, uel incerto die, ante quem agere non potest, ut hic in libertate iuris patro. quia hic adhuc nulla narratio forte interuenit, & uide in l. in lege Aquilia, infra alleg. & per Bart. in l. 1. §. duæ causæ, ff. de Car. edic. & de materia ista, & an competat hæc facultas possess. hæreditatis, vide Bal. C. de diu. rescrip. l. 2. & quid in non possessore, & legatario, ibi uide.

b ¶Nunc tractemus. Contra spec. tenet do. An. Imol. & Abb. hic, & Bar. in authen. sed si quis, C. de testi.

c ¶Locum. Dic tu quòd non, quia dico, quòd regula istius decreta. non habet locum, quando potest reus uia ordinaria, sicut est in actore, quia si habet remedium ordinarium, non debet sibi subueniri per extraordinarium, ut in l. in causæ, ff. de mino. sed in materia gl. seq. reus agit quadam uia extraordinaria, & remedio extraordinario, ideo dico, quòd illud extraordinarium non tollit istud aliud, quod possit facere publicari. Bald.

d ¶Host. Vide Bart. in l. 4. §. prætor, ff. de dam. infec. facit, quod not. Ioan. And. in c. præsumitur, de re. iu. lib. 6. 1. q.

SVMMARIVM.

1 *Post publicationem attestationum nouum capitulum probari potest etiam per testes antiquos.*
Capituli diuisio, ibid.
2 *In uenditione rescindenda quæ probanda.*
3 *Pretij rei magnitudo à uenditore, paruitas autem ab emptore probari potest, uide alia de pretio, nu. 5. & 6.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 5.*
Tempus contractus inspicitur.
Pretium rei qualiter probetur, additio glossarum, §. in glo. 2. & quando sufficiat excessum probare, nu. 6.

CAPVT. XLII.

1 CVm causa. Casus. Post publicatas † attestationes nouum capitulum probari potest etiam per testes antiquos. Et pars huius infra de emp. & uen. c. pe. & ut ibi patet, debet dicere cum causa. Et in prima partis decisa petitio. in secunda causæ commissio. ibi. Cum igitur [*De monte*] agebat mon. re-
2 scissoria: quia in † uenditione, quam fecerat, deceptū
a fuerat ultra dimidiam [a] iusti precij, & probata hac deceptione non erat necesse aliud probari, si emptores noluissent rescindi contractum restituendo rem, & recuperando precium. sed quia empores dicebāt se uelle iustum precium supplere, ideò fuit necessaria pro-
3 batio ueri precij, de qua sequitur [*Alterutra*] sicut † enim venditor potest probare magnitudinem precij, ita potest emptor probare paruitatem ipsius [*Nihilominus*] idest non obstante prædicta productione, & publicatione [*Aliud*] licet aliud, tamē satis propinquum,
4 ut dicit Hostien. ¶ Gloss. 2. † oppo. & respon. & ex responsione aliam infert, cui respōdet. secundò quærit,
5 & soluit. ¶ *In 1. † glossi. ibi, si uoluntate*] hanc & sc. uide in cap. supra alle. [*& ibi. §. scio*] ponderato initio restituitur is, qui animo se immiscuit hæreditati paternę, licet maior factus aliquid à debitoribus exegerit. ¶ *In glo. 2.*
b *ibi, si quis*] cum bona debitoris uendenda sint,[b] consideratur qualitas rei, & quantitas redditur [*& ibi, si fundum, in prin.*] fundum minoris pro eo, quòd sterilis, pe-
c stilens,[c] uel saxosus, non alienat curator: quia per modum fructuum inuentum est præcium [*& ibi. §. sanc-imus*] res ecclesiæ pro tanto uendi debet, quantum &c. & in emphyteusi loquitur So. §. [*& ibi. §. si hæres*] rogatus restituere hæreditatem, fundo retento, æstimato fundo, quanti sine cautionis onere uendi poterat, si sufficit ad trebel. bene quidem, alias recipi & residuū. [*& ibi, Precia*] vnde non æstimatur, quanti filium meū naturalem, quem possideo, ab alio emerem, vel quan ti filium alienum, quem possideo, alter emptus es-
6 set estimatur, ergo ut seruus, non ut filius. ¶ *In † glo. secunda ibi, modo, quàm prius*] uide simile, ut per id melius hoc intelligas, Promisi tibi dare equum, si sit minoris precij. 10. florenorum: si tanti, uel maioris, promisi vēdere: agis, ut donem: satis est mihi probare, quòd ualet plus, quàm. 10. flore. licet quantitatem non exprimam, & absoluor. Si verò agis ex parte. 2. s. vt vendam,
d tunc per illos & alios [d] testes potero uerum precium probare, qui forte deponent de. 30. determinatim, & pro tanto tenebor uendere, ita in proposito satis est primò probare excessum: secundo uero probandum est uerū precium, & facilior est prima probatio, quàm secūda. nam si vendidissem librum meum pro. 10 flore. multos testes haberem, qui de ponerōt, quòd ualet ultra. 21. qui tamen de uero precio nescirent deponere [*& ibi, Quia uerò Leonis*] de hoc. 10. q. 2. hoc ius porrectum, & auct. perpetua.

ANNOTATIONES.

a ¶Vltra dimidiam. Adde tex. in c. dilecti, de empt. & uendit. & per Alex. in d. l. 2. C. de rescin. uendi.

b ¶Vendenda sint. Adde glo. ordi. in l. 2. C. de rescin. uend. & ibi per Bal. in ult. char. & per Bar. in l. precia rerum, ff. ad l. Fal.

c ¶Pestilens. Qualiter autem probatur ualor rei, uide Bar. in l. 2. C. de rescin. uend. & in l. precia rerum, ff. ad l. falc. Bar.

d ¶Perpetua. Et plenius uide Bar. in l. precia rerum, §. 1. ff. ad l. falc. & Bal. & Sali. quomodo probatur ualor rei, & quomodo debeant testes deponere, uide in l. 2. C. de rescin. uend. ubi not. plene. & ui de ad materiam Bar. in l. 1. §. si haberet, ff. ad Trebel. & omnino ui de Bal. in l. si quis in suo, C. de inoff. test. qui uidetur alleg. hoc capitulum. & hoc no. ad examinationem testis, quando dicit res est tanti, & plus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ qui interfuere testes, recipiuntur & publicatur, & quando.*
2 *Capitulum habet iurisdictionem, & quibus casibus.*
3 *Solemnitas seruari iussa, an & quando præsumatur in casu huius capituli.*
4 *Publicatio testium qualiter fiat, & nu. 5.*
5 *Attestationibus quando credendum.*
6 *Actis, uel instrumento iudiciali credendum, excipit tamen casus.*
7 *Publicatio fit etiam litis contestationis, & instrumentorum olim confectorum, & quando, nu. 8. & auctoritate cuius, ibid.*
9 *Publicatio eius, quod in scriptum nondum est redactum, quomodo, & quibus seruatis fiat, & nu. 10. & 11. fit & eius, quod est in scriptis ibid. nu. 11. & 12. etiam procuratorij, & quando liceat, & quibus seruatis, ibid. & nu. 14. 15.*
10 *Sumpti publicatio qua ratione facienda.*
11 *Sigillum adæquatur publicæ & auctenticæ chartæ, & creditur auctentico sigillo iudicis in actis iudicialibus, ibid.*
Innocentius sibi contrarius notatur, ibid.
12 *Procuratorij & instrumenti publicatio etiam fit, quod tamen sit iam scriptum, ex causa tamen, & quomodo, & quando fides ei adhibeatur, nu. 13. & 14.*

§ 3 *Exemplą*

15 *Exemplæ, siue sumptæ quando fidem non faciant.*
14 *Publicari, uel edi instrumentum quando dicatur.*
15 *Publicationes de gestis sine scriptura an fiat uocatis aliquibus, & quibus.*
16 *In publicatione instrumenti, priuilegij, uel indulgentiæ generalis qui uocandi, & quando non ualeat sine causæ cognitione etiam per eum, qui concessit, facta, ibid. & per eam nihil noui datur, nisi dicatur, ibid.*
Cap. cum dilecta, infra de confir. uti. §. 1. intellectus.
Cap. cum olim essemus, & ex parte abbatissæ, de priuil. intell.
17 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 18. & 19.*

CAPVT XLIII.

1 ALbericus. Casus. Recipiuntur † & publicātur testes, qui interfuerunt sentētiæ, vbi per scripturam de sententia non apparet. Et in prima partis petitio. in secunda prouisio, & iudicis datio ibi, ideoque [*Matrimonij*] scilicet super ipso fœdere, non intelligas de fide tori tantum, quo casu remanerent coniunges separati. 32. quæst. 7. §. 1. & capit. 1. & 2. [*Capitulo*]
a uacante[a] † sede, infra de hære. ad abolendā. uel habeat
2 hoc capitulum talem iuri sdictionem de iure speciali: de communi secus, & sic non est contra, infra de consan. c. 1. & facit de excess, prela. accedētibus, & quod ibi dicam, & supra de resti. spo. literas, in prin. & infra ti. 1. præterea [*Vxor*] ducta post diuortium adhuc uiuente prima [*Redacta*] non dicit, recitata. potuit enim in scriptis recitari, & de eo publicum instrumentum nō fieri secundum Hosti. & Pe. remi. dabo super glo. [*Publicam*] quasi supra loquatur de publica, quæ tūc non in-
3 teruenerat [*Redigi facientes*] quid si contra hanc † publicationem iam diu factam nunc obijcitur, quod non ualet: quia non fuerunt vocati, quos res tangebat? dicunt quidam, quòd nisi aliud probetur, præsumendū est pro publicatione, s. quòd fuit solenniter, ar. C. de contrahē. stip. l. 1. & l. optimā. C. de re iudi. l. 1. C. de ap. qui ad ciuilia, insti. de fideius. §. fi. ¶ Alij dicunt. s. Vincen. supra eo. significauit, hoc non esse uerum, nisi & in ipsa publicatione hæc solēnitas exprimat fuisse ser-
b uata, ut si contineatur in ea, quòd facta fuit uocatis [b] omnibus &c. & uide formam, quæ dabet exprimi in eo, quod no. infra de fide instru. cum Petrus tabellio, & c. se. alioquin, si hoc ibi nō exprimatur, necesse est, quòd solennitas probetur: aliter non ualebit, ar. ff. de Publicia. quęcunque. §. fi. C. de proba. l. pe. C. de falsis. l. fin. nisi probetur, quòd hi, quos res tangit, præsen-
c tes fuerunt [c] ff. de uerbo. obli. Titia. §. pe. secundū Innocen. ¶ Vel potest distingui secundum Hostiē. inter tempus, & tempora. nam ita recens potest esse, quòd utens publicatione potest de facili solennitatem probare, & in hoc casu si non exprimatur in publicatione, quòd forma seruata fuerit, utenti incumbit proba tio. Sinaūt adeo antiquum sit, quòd probatio reddatur quasi impossibilis. ff. de proba. si arbiter, tunc præsumi debent omnia solenniter acta, ut impossibilitati probationis pareatur, supra de pactis. cap. fi. 22. q. 2. fa-
d ciat, & vt res potius ualeat, quàm pereat.[d] infra de verbo. si. abbate. §. contra quod fuerat, uer. hic autem sensus, cum suis concor. super quo uide, quod no. supra de cle. exc. mini. ppositi. §. 1. uer. & quod idē, & quod dixi de offi. dele. cum in iure, super gl. 1. & infra de præsump. illud. ¶ Vbi uerò forma, vt præmissum est, in ipsa publicatione sufficienter exprimitur, tunc præsumentur omnia solenniter acta, siue tempus antiquū
4 fuerit, siue recens. & no. secundum Innoc. quòd † publicatio potest fieri siue in eadem carta antiqua totū processum continente, siue in alia non solum in præsentia iudicis, sed etiam per tabellionem in absentia, dummodò appareat potestas, siue auctoritas à iudice sibi data, aliter enim non ualet, ut infra de fide instru. c. pe. & fi. debet etiam fieri iudice, uel alio, cui hoc cōmittit, pro tribunali sedente, & illis præsentibus, uel per contumaciam absentibus, quos res tangit, ut in auctē. de instru. cau. §. sed & instrumenta publicè facta, & seq. & §. & hoc adijcimus, coll. 6. de auctoritate
5 tuto. l. fin. ff. de adop. nam ita diuus. ¶ Et quando † attestationes sunt publicandæ, uocandus est notarius, qui scripsit testes, & ipsos solus recepit nec credetur ei secundum quosdam, nec etiam scripturæ suæ, si agatur coram alio iudice, quàm coram illo, huius auctoritate recepti fuerunt, nisi scriptura sua habeat inscriptionē testium. aliter enim reputatur priuata, quousque secundum hanc formam fuerit publicata, ar. in auctē. de hære. & Fal. §. fancimus, & §. si uerò absunt, coll. 1. alij verò, inter quos est Innocen. dicunt, quòd ex quo attestationes per tabelliones scriptæ sunt, & in actis redactæ, semper inter easdem personas sine alia publicatione fidem faciunt, alijs autem nec prosunt nec obsunt, ar. C. de dona. in donationibus. ff. de iureiurā. sed & si possessori. §. fi. & se. uide, quod in hoc scri
c psi in spe.[c] eo. titu. §. 2. uer. aliàs autem, in fi. quòd si attestationes inueniantur apud iudicem, quæ per tabellionem non sunt auctenticatæ, tunc hæc publicatio necessaria secundum Innocen. ar. pro & contra, infra de præscrip. ad audientiam. §. nos igitur. sed & secun-
6 dum Inn. hoc uerum † est, quòd & prætextu defectus solennitatis testiū non potest dici, quòd actis credendum non sit, uel etiam instrumento exinde per manū tabellionis confecto, nisi negentur illa acta esse, uel instrumētum, super quo uide, quod legi. & no. supra de elec. scriptum est. §. 1. qualiter autem credendum sit, dic, ut plenè no. supra titu. 1. quoniam contra falsam.
7 non solum † autem attestationes publicantur, ut præmissum est, immò & litis contestatio, nō ut ualeat ultra triennium ad procedendum in causa, sed quia ualet ad interruptionem probandam. C. de præscrip. 30. an. cum notissimi. §. imò & illud proculdubio, in fi. & de hoc no. plene, supra e. causam, quæ, secundum Inn. ru. uerò dicas secundum Hostien. quòd ualet ad procedendum etiam ultra triennium in foro canonico, licet secus sit in foro ciuili, quod dic, ut plenè no. supra de iudi. uenerabilis, & supra titu. 1. c. fi. fit & secun-
8 dum † Inno. publicatio instrumentorum, quæ tabellio defunctus nequiuit perficere, & similiter cōfectorum, sed uetustate, uel alio modo consumptorum, & potest fieri hæc publicatio tam auctoritate iudicis ordinarij, quàm etiam delegati, ut omnia hæc probantur, de fide instru. cum Petrus tabellio, & se.[f] hæc uera
f sunt, ubi attestationes, uel aliæ scripturæ minus solennes, uel consumptæ, uel deletæ publicari & auctenticari petuntur, ubi uerò non † scriptura, sed id, quod
9 sine ipsa actum est, petitur publicari, sicut & hic loquitur, tunc publicatio ita fiet. Vocabit iudex testes, qui interfuerunt sententiæ sine scriptis latæ, uel testamento, uel contractui sine scriptis confecto, & audiet ab eis ueritatem, quam de his nouerunt, & eam faciet in publicam & auctēticam formam per peersonam publicam in scriptis redigi ad æternā rei memoriam faciendam. & si prius erat in memoria hominum labili, redigetur auctoritate iudicis in scripturam publicā, & perpetuò ualituram, uel etiam in chartam non publicam, uel non auctenticam. sufficit enim, quòd au-
g ctoritate iudicis [g] facta sit: ad maiorem tamen securitatem poterit in ea contineri, quòd iudex decreuit illi scripturæ fidem perpetuò adhibendam, cōprobantur hæc. ff. de iudi. de qua re. C. qui test. fa. pos. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. de test. publicati. C. de re iudi. gesta. ff. ad le. Aquil. l. in l. Aquil. supra e.

signi-

a ne ecclesiæ factum fuerat compromissum,non extẽditur ad hæredem.quod dic ut supra de arbi.c.fi.secũdum Pe.& Egi.dicit hic,cum de superioris auctoritate factum fuit compromissum,facit.s̃.de transa.decætero,& c.ueniens[*Archidiaconatus*]si.de off.Archidia.c.
3 ult.[*Suspectio*]& sic†cogendi erant diffinire,licet à principio non cogerent̃ suscipere.ff.arbi.l.3.§.tam & si;ad hoc de testa.c.Ioannes[*Scriptis*] forte priuatis; quæ tamen propter sigilla faciebant fidem[*Dietas*]bonas, &
4 bene cõpletas; & ideo submittit, & † amplius, qđ ad modicã quantitatẽ refert̃[*Solo*] nec cum archiepiscopo cõmodè propter loci distantiã;ad hoc de restit. in integ.tũ ex literis,in fi.de fideiu.constitutus.quamuis dictũ esset, ꝙ duo possent procedere, & nomen propriũ cancellarij fuisset expressum,de offi.dele.quoniã id enim solum possumus,quod cõmodè.s̃. de rescrip. sciscitatus. Item nec ad locum remotum possent partes citari,nisi hoc in compromisso fuisset expressum, ut no.supra de arbitris,cum dilectus,in gl.2.circa medium,ubi dedi remis.ad spec. aliter solum in loco cõpromissi, uel in secessibus, si arbiter talis sit, qui hoc consueuit agere, & iuxta urbem, uel locum compromissi, dummodò locus utrique parti sit æqualis. ff.de arbi.si cum dies.§. si arbiter. & hoc dicit Innocen. tenendum, quamuis quidam dixerit,arbitrum ad duas dietas citare posse,de rescrip.nonnulli.& ex his infert Hostien. contra literam, quæ tota die de curia emanat, scilicet non obst.constitutione de duabus dietis, nec iungitur ultra, per quam reus quandoque nimiũ grauatur,& cõstitutio rationabilis eneruatur; uideat concedens an hoc bene fiat.40.dist.si papa.rationem reddet in districto examine 9.q.3.aliorum.hodie cõmuniter ponitur prouisio,quòd ultra.4.dietas,&c.ui de quod dixi de rescrip.nonnulli,super uer.mentionẽ per quæ uidetur hãc clausulam, etiam si non apponatur,intelligi[*Videretur*]& in veritate expirauerat,Inno
5 [*Acta*]nunquid ergo † litis contest. coram arbitris facta sufficeret coram delegatis? non uidetur:quia non
b habet uigorem sententia, multo minus [b] contestatio nisi quo ad interrumpendam præscriptionem, C.de arbi.l.penul.§.ulti. secundum Innocen. sed Pe.& Abba.hic plenius hunc articulum prosequuntur, dicentes, quod cum sententiæ arbitri non stetur nisi pœnæ metu.C.de arbitris, l. 1.si pars non consentiat, necesse erit de nouo libellum, & deliberatorias dari, & de calumnia iurari, & dilationes repeti, & his similia, saluo quod contestatio, ualet ad interrumpendam præscriptionem, ut est dictum. probat hoc, quod hic

hic dicitur dari optionem parti in testibus,qui uiuũt, ergo idem in aliis solennitatibus.non obstat hæc litera,in qua Papa sic processit ex plenitudine potestatis: fatetur tamẽ attestationes semper ualere cum hac distinctione, quæ hic ponitur. Ista enim factum respiciunt;& idem in confessionibus. C.de arbitris.l. penu.
6 in fi.[*Terminetis*] subuenit† hic Papa dando delegatũ:
c tamen idem per ordinarium [c] fieri poterat.C.de arbi. l.penul.Host.[*Optione*]cum alicui offertur optio ex pacto, refert, an per hoc uerbum, quod uolueris, tibi promitto, an quod uoles. primo casu semel eligens amplius uariare non potest.secundo potest usque ad
d lit.contest.ff.de uerbo.oblig.si quis stipulatus[d] ubi uerò datur optio à lege,uariare licet,eo.ti.eum,qui certarum.§.cum pure.& est ratio diuersitatis, quæ in eadem l. subiicitur. alia est enim uoluntas expressa, & alia, quæ inest. sed si competat optio ex testamento, prima electione consumitur.ff.de op.lega.apud Aufidium.ff.de le.2.l.5.nec potest pro parte eligere rẽ, pro parte pretium.ff.de leg.1.si ex toto.§. fi. uarietas enim tamen minus permittitur clerico, quam laico, infra de iure pa.cum autem,ꝭm Gof.& Vinc.& per hoc ulti.dixit Vin.quòd hic ex quo semel elegissent non possent uariare; & faciunt ad no.de rescript. gratia,lib. 6.
7 in ulti.glo.[*Capitulo*]& no. Archi.qui†testes produxerat,& ideo illos non poterat recusare 4. q. 3.si quis testibus,Inno.dicit Hosti. quod est ratio, quare nõ producenti,sed illi,contra quem reseruatur optio,est: qa in fauorem illius,contra quem producuntur,hoc dicitur,ꝙ post publicationem non recipiantur testes.ille enim meritò potest timere de subornatione, supra
e eo.fraternitatis.renunciare potest [e] igitur huic suo fauori,infra de regula.statuimus.non ob.s̃. eo.ueniens, 2.& dic ut ibi[*Qui supersunt*].i.qui uiuunt[*Item*]sed nun-
8 quid † iterum iurabunt? no. Goff.infra ti.1.præterea, ꝙ non, per capitulum de iureiurando, ueritatis, Egi.
9 ¶Secunda†glo.respon.per quæstionem, cum hic dicitur,ꝙ unus ex tribus sol.&c. ¶Vlti.glo.quærit,& sol
10 uit.¶[*In*†*glo.1.ibi,sacerdotio* [f]]superueniente sacerdotio nõ cogitur arbiter sententiam dicere. & idem de alio munere publico,ut in l. se.in fi.[*& ibi, prætor, 1.respon.*] sacerdos excusatur à munere iudicandi. ¶[*In glo.2. ibi, duo*]sequitur,ex tribus iudicibus uno absente iudicare non possunt, omnes quidem iudicare iussi sunt. ¶[*In glo.pe.ibi.l.pe.in fi.*] ibi dicitur,quod in ordinariis iudiciis uti licet eo, quod apud commissarios attestatũ
11 est.¶[*In* †*glo.1.ibi,sacerdotio*]dicit Pe.quòd ibi laicus per receptionem sacerdotij mutauerat forum, & sic per iudicem laicum compelli non poterat. quæ ratio hic
f cessat. sit ergo ratio, de qua dixi super [f] uersicu. solo. ¶[*In glo.2.ibi,absente*]quod dic hodie, ut infra de arbitr. cap. ulti.lib.6.¶[*In glo.pe.ibi,l.ulti.*]non tamen sic exprimebat.l.illa de testibus iam coram arbitris publicatis, sicut hæc decre. Vincen. ¶[*In glo. ulti. in fin.*]soluta erat hæc quæstio in textu per literam utroque casu, secundum Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶Ad successorem. Adde,quòd idem tenet hic d. Cardi. & Abb. & sic factum cum auctẽn.superioris:alias non,quia esset personale. c.ueniens,& c.decætero, de transac.
b ¶Multo minus.Vide Io.And. de arbi.cum dilectus, in glo.de hac in princ.& in c.per tuas,in glo. per pœnam.& uide Bar.Cy. Bald. & Sali.C.de arbi.l.penul.& uide Bart.in l.2. ff.eo. ti.
c ¶Ordinarium. Nunquid autem isti testes tenebantur de nouo coram iudice testificando iurare,Goff.quòd non.forte contra.est uerum,quia illud iuramentum uidetur solum se restringere ad arbitrum,arg.l.cum apud,ff.iudi.sol.Bar.
d ¶Stipulatus.Vbi uide Bar.plenius,nisi ex duobus unum sit in obligatione, aliud in solutione: quia non habet tunc locum uariatio & uide Bar.in l.eum,qui certarum,infra alle.qui hoc ibi notat,& ibi per ipsum de materia;& quæ requirũtur ad esse istarum dictionum,uide per ipsum in l.si sic,ff.de le. primo.
e ¶Renunciare potest. Et hoc est uerum in attestationibus receptis in forma iudicij: sed solum uariatur de notionali ad iurisdictionalem:secus, quando non essent legitimè recepti: quia tunc requiretur consensus utriusque partis, ut quia prius fuerunt recepti in summario iudicio,uel eorum non competenti iudice, ut est in c.cum causam, in fi.& c.ueniens,supra eo.& per hoc dico, quòd hoc non procederet,si essent prius recepti coram arbitratore: de quo uide in l.fi. ff.de testi. Archi.
f ¶Sacerdotio.Cum hac glo.tenent hic Bal. Imo. & d.Abb.quia dignitas superueniens in clerico,liberat eum per d.§. sacerdotio.
g ¶Dixi super. Sed an successor in dignitate istius arbitrij succedet in compromisso, si illud sit fundatum sub nomine dignitatis,probat hic tex. quòd non, de quo uide Bart.in l.qui liberis.§.hæc uerba.ff.de uulg.& pupil.sub.

SVMMARIVM.

1 *Testi etiam religioso non creditur sine iuramento deponenti.*
Ordinem religiosorum intrans intrâre præsumitur probationis causa,ibid.& intra annum potest exire, ibid.
Exeuntes inde quis repetere possit, ibid.ad dictio.custos.
2 *Per professionem factam intra annum quis non est obligatus illi ordini, sed religioni in genere.*
3 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu.4.& 5.*
Cap.Quicunque, aliàs omnes. 11.q.1.intellectus,eod.nu.5.
Imperator nullum dare potest ecclesiastico,uel de ecclesiasticis priuilegium, ibid.

CAPVT LI.

1 NVper. Casus. Non † creditur testi etiam religioso,qui sine iuramento deponit. Et communis diuisio. 2. ibi, Respondemus [*Causa probationis*] quod præsumitur,nisi aliud probetur,infra de regula.statuimus[*Intrasset*] & postea infra annum exiuisset, Abba. quod potuit, de regula.ad apostolicam,Host.[*Custos*] custos repetebat eum de mandato maioris; aliter nõ posset,de accu.ex parte,Vin.de hoc satis dixi,supra de
2 iudic.cum deputati[*Fecisset*]hodie† per professionem factam infra annum in hoc ordine mendicantium non esset obligatus illi ordini,sed religioni in genere quod dic,ut infra de regu.iu.non solum,lib.6.[*Contradicente*]maximè,supra ca.de testibus, dummodò non consentiat expresse,supra eo.tuis,Host. [*& infra*]quærebatur, an propter præsumptionem religionis ualeret tale testimonium, & consuluit Papam iste iudex
3 impetratus à presbytero.¶Vlti.glo.†alle.tres concor. de iuramento,& tres de uno solo,& ad utrunque, supra contrarium de 6. canonibus, & soluit, & dat ca-
4 sum exceptum. ¶[*In* †*glo.ult.ibi,iurisiurandi*]cano.in uer
5 sicu.statim allegato.¶[*In*†*glo.ult.ibi,Confessorem*] de hoc,
a infra eo. testimonium [a] [*& in fi.*] Item contra 11. q. 1. quicunque, aliàs incipit, omnes. dic quòd illud non
b tenet: uel dic,quòd ponit priuilegium [b] episcoporũ, quod eis concessit imperator in causis, quæ uertuntur in iudicio seculari. nam ecclesiastico, uel ecclesiasticis nullum priuilegium dare posset secundum, Innocen.ad quod allegat Hostien.de rebus eccle.non alien.cap.fin.de decimis, tua,& quod dicam, infra ne cleri.uel mo.sicut te.

ANNOTATIONES.

a ¶Testimonium. Et quotienscunque ius disponit per unum solum aliquid fieri, statur dicto illius; uide supra eo.in omni, & de iudicijs,nouit,in glo.cum in hac, per Ioan. And. & infra eo.testimonium,super glo.fi.
b ¶Priuilegium.Adde istud tenere Hosti.in c.fi.infra de re. ec.non alie.& c. sicut te. infra ne cle. uel mona.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes diligenter, & ſigillatim ſunt examinandi, & num. 2. in fin. aliàs non ualeret eorum teſtimonium, ibid. uide rationem, nu. 7.*
Capitulum faciunt quidam religioſi ſingulis annis, alij unoquoque triennio, ibid.
De miraculis ubi tractet auctor, ibid.
2 *Inquiſitioni præſtat aliquis interdum miniſterium & ad bona & ad mala,*
Sigillatim, ideſt quælibet per ſe.
Examinatores teſtium committere alij examinationem non poſſunt hic ex duabus cauſis, & quibus.
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 5. & 6.*
Prophetia procedit ex duplici cauſa, & qua.
7 *Teſtes quare ſigillatim & ſeparatim ſunt examinandi.*

CAPVT LII.

1 VEnerabili. Caſus. Diligenter† & ſigillatim examinandi ſunt teſtes. Et in prima petitio. in ſecunda teſtium recipiendorum commiſsio, ibi Diſcretio[*Concilio*]aliàs capitulo; & faciunt hoc ſingulis annis. Alij religioſi de triennio in triennium, infra de ſtatu mo. in ſingulis [*Congregatis*] & ſupplicantibus pro canonizatione &c.[*Miraculis*]ſuper hoc uide, qđ notaui, infra de reliqui. & ue. ſan. c. uno, lib. 6. in gl. pe. quod hic no. Hoſt. & uide, quod plene dicam poſt Inno. & Hoſt. infra de reliqui c. 1. in magna glo.[*Producendos*]ergo†inquiſitioni præſtat aliquis interdū miniſterium, ſiue fiat ad inuenienda miracula, ut hic, ſiue crimina, de re iudi. cum I. & A. de accu. olim, uel defectus, de pur. c. accedens, ℘m Goff.[*Sigillatim*]. i. quemlibet per ſe, non duos ſimul: aliter non ualeret teſtimonium, de hoc ſupra eo. cum cauſam, in glo. 2. [*Curetis*]
3 non putat Boa. q†iſti committere poſsint propter arduitatem negocij, & propter induſtriam electā, de offi. dele. c. fi. tu dic ut in Cle. de off. dele. iudices, & ut ibi no. in prin.[*Et debet*]ut .ſ. fiat de ſingulis circunſtantiis
a examinatio, de quibus, ſupra eo. cū cauſam. a ¶Glo. 1.
4 †tractat, quare copulat hic duo inquirenda. de uita, & miraculis. ¶Gl. 2. inducit exemplum, & rationem, &
5 dat duo ſimilia. ſ. de elec. & confeſsione. ¶†*In glo. 2. ibi, nullum*]uide, ſupra eo. cum cauſam, ſuper glo. 2. ¶*In ult. glo. ibi. l. 1.* §. 2.]uide de iura. ca. c. 2. ſuper glo. 1. ¶In †gl.
6 1. ibi, multa; & procedebat illud ex ſcientia, quandoque uerò procedunt ex dono Dei, ut in Rege Frāciæ, & in prophetis. nam prophetauit Saul, qui perſequebatur Dauid. 1. q. 1. prophetauit; & poteſt quis montes transferre ſine charitate, de conſe. diſti. 4. ſolet, Vinc.
7 [*& ibi. ca.* 1.]& adde, quod ibi dicam. ¶*In † glo. 2. ibi, inſtruerent alium*] ſit etiam ratio, ne ipſis adinuicem forſan contradicentibus uox contradictoria deforis au
b diatur, ar. ſupra de elec. in cauſis, & ſic partes diſcunt b teſtificata; quo caſu non eſſet plus locus productioni teſtium, infra c. 3. eſt tamen caſus, in quo omnes coadunantur, ſ. in publicatione teſtium. C. de teſt. publicati, de quo remittit Ho. infra ti. 2. c. pe. & ulti.

ANNOTATIONES.

a ¶Cum cauſam. Adde ſpecu. in ti. de teſte. §. nunc tractandum, in prin. in 3. col. uer. ſed pone.
b ¶Partes diſcunt. Ad hoc glo. 2. q. 2. in primis, & doc. ſupra eo. in nomine domini. & ſecundum hoc limita, quod nota. infra eo. ultra tertiam, quòd licet pars ſciuerit à teſtibus, quid dixerint, quod non impeditur teſtes producere: quia uerum, ſi ſciuit poſt depoſitionem. m. ſecus, ſi tempore depoſitionis. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis iterum examinandus eſt, qui depoſuit obſcurè, & quomodo id intelligatur, nu. 4. & 5.*
Clamor quis non diſſimulandus, ibid.
Contra epiſcopum quando non eſt inquirendum, ibid.
2 *Scripta quæ ita ſunt, ut intelligi non poſſint, pro non ſcriptis habentur.*
Dicta teſtium ſunt ſemper publicata apud inquirentem, ibid.
3 *In inquiſitionis cauſa an & quando teſtes alij publicatis atteſtationibus produci queant, & à quo, & quando ſeruandus ordo iudiciarius.*
Inquiſitionem promouens quando dicatur habere ius in ea tanquam pars, ibid.
4 *Poſt publicationem ijdem teſtes quomodo poſſunt ſuper eodem articulo produci, & quando ad comprobanda dicta publicatorum poſſint alij teſtes induci, ibid. uer. poſſunt etiam.*
In loco me contractus, qui proponitur à me fuiſſe die, quo aſſeritur celebratus, etiam poſt publicationem teſtium poſſum probare, ibid.
5 *Obſcurè deponentibus teſtibus an liceat eos iterum poſt publicationem ad declarandum producere, & ſupra nume. 4. & infra 9. & 9.*
6 *Publicatio teſtium ab inquirente quando facienda.*
Inquiſitio contra epiſcopum eſt de maioribus cauſis, ibid. in fin.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 8.*
Obſcuritas cui obeſſe debeat, & nu. 9.
9 *Additio gloſſarum.*

CAPVT LIII.

1 CVm clamor. Caſus. Iterum † examinandus eſt teſtis, qui obſcure depoſuit. 2. ibi, uerū [*Validus*] ualidum amplius non diſſimulā dum, infra de accu. qualiter 2. Vinc. aliter ſaltem contra epiſcopum non eſt inquirendum, ut ibi, & 2. quæſtio. 1. Deus omnipotens, Hoſtien. [*L. & G.*] duo teſtes per inquiſitores recepti confuſè; quæ ita† ſcripta ſunt, quod intelligi non poſſunt, pro non ſcriptis habentur. ff. de his, quæ pro non ſcript. l. 1. Vinc. [*Quàm aliorum*] apud iudicem inquirentem ſemper ſunt publica dicta teſtium; & ideo non timetur ſubornatio in cauſa inquiſitionis. plus putat hoc Innocen. quòd promouens† inquiſitionem publicatis atteſtationibus alios producere poſsit, quod ſic probat: licet iſte ſit miniſter inquiſitionis, non habet ius in illa; quod patet: quia procura. poſt li. à ſe conteſta. non poteſt remoueri, niſi cauſa cognita, cum ſit dominus litis, infra de procura. ca. 2. lib. 6. Iſte uerò ſemper mutari poteſt, infra de accuſa. olim. uerſic. prædictis: quia non debet dici dominus litis, cum litem nō conteſtetur. ſic enim lite non conteſta. in inquiſitione proceditur, ut lit. non conteſta. quoniam. §. ſunt & alij, infra de accuſa. qualiter 2. unde nec talis propter ſuum intereſſe poſſet appellare: quia ſua non intereſt, niſi appellaret nomine ſuperioris, qui ad promouendam inquiſitionē ipſum deputauit, uel qui inquiri mandauit, ut in dicto uerſicu. prædictis. Dicit demum alios dicere, quòd is, qui promouet inquiſitionem, ius habet in illa; & ex quo cœpit ipſam proſequi, mutari non poteſt, ſupra de offic. delegati. gratum, & capit. licet, & quòd poteſt appellare, maximè ſi ſit monacus, uel canonicus illius eccleſiæ, contra prælatum cuius ſit inquiſitio, cum ipſius interſit bonum prælatum habere: imò intereſt, etiam patronorum, & parochianorum, ut patet ex not. de rebus eccle. non alienan. ſi quis preſbiterorum. unde non uidetur poſſe poſt publicationem producere alios teſtes, niſi uellet de colluſione docere, ſicut dicitur de illo, qui agit populari. ff. de iureiuran. eum qui. §. in popularibus, ff. de accuſa. ſi cui. §. 1. & 2. nec ob. quod hic dicitur, quia hic non erat ſpecialis proſecutor inquiſitionis: uel ſi erat, non dicitur,
quòd

quòd hic de nouo interrogētur antiqui de nouis, ſed quòd antiqui declarent quod obſcurè depoſuerunt, quod nouum dici non poteſt. ff. de teſta. hæredes. §. ſi
2 quis poſt. & ſic in inquiſitione nil ſpeciale, cū in omni cauſa ſint dubia declaranda, ad quod laborare debet iudex, de fide inſtru. cum Io. nec fiet forte hæc dilucidatio ad partis petitionem, ſed ex iudicis officio; de hoc infra, de accuſ. cum dilecti. ſed Hoſti. in hoc diſtinguit, aut nullus iuquiſitionē promouet, ſed ſolus iudex illam proſequitur; & tunc non ob. publicatio, ut dixi in prin. huius gl. niſi forſan inquiſitor ſe ſuſpectum reddat maliciosè prorogans, vt inquiſitū teneat impeditum quod preſumit, ſi parum, uel nil expedit, longas dilationes aſsignat. de menſe in menſem recipit unum ſolum teſtem; quibus demum publicatis dicit ſe uelle alios recipere, & melius ueritatem inuenire, ar. ff. de eden. argentarius, §. cum autem, uerſi. ſed non eſt ita, & iterum procraſtinat, & publicat, & uult procedere in infinitū. de malicioſo igitur proceſſu poteſt & merito contra talem præſumi. arg. infra de præſump. nullus. & dicit cum talis protelario nec eccleſiis expediat, nec prælatis, nec ipſorum ſubditis propter ſtatum dubium, ſuperior inquirentis terminum ſibi ſtatuet infra quem inquiſitionem cœptam expediat. quo lapſo inquiſitum abſoluat, ſi prius non fuerit expeditus. ad hoc quod le. & no. de ap. oblatæ. §. penu. de reſti. ſpolia. frequens. §. ſolet, libr. 6. & quod dicam de appel. dilecto, in glo. inepte. aut aliquis inquiſitionem promouet; & tunc aut datus eſt à iudice ad ipſam inquiſitionem tantum adiuuādam & promouendam: aut eſt datus à ſocijs, uel ſua ſponte illam promouet. In primo caſu idem dicendum eſt, quod in præcedenti: quia uerè loquendo iſte non eſt pars uere, ſed quaſi pars ſimilitudinariè: quia talis nec habet libellum offerre, nec lit. conteſtari; & his caſibus ſaluari & tenet poteſt opinio Innoc. In ſecundo caſu, quando datus eſt à ſocijs, uel ipſe ſe offert ita, quòd promouet & proſequitur inquiſitionem ut uerè pars, hic & libellus offertur, & lis conteſ. de pur. ca. cum dilecti. & de iudic. exhibita; & ſic poſſunt intelligi, de accuſat. ueniens, & c. cum dilectus & c. prælatorum; & hoc caſu ſit uera opinio 2. & facit, quod dixi, ſupra eod. cum olim, ſuper ulti. glo. tamen & in hoc caſu ſi uidet inquirens ex probabilibus coniecturis, quòd non expe
b dit eccleſiæ talem prælatum habere, & poterit non ad inſtantiam partis, ſed ex puro & mero officio plenius inquirere ueritatem; ad hoc ſupra eo. per tuas. uel ſecundum Hoſtien. iuſtius eſt & melius, quòd ipſo abſoluto ab inſtantia primæ inquiſitionis aliam inci
b piat de nouo b, & uide, quod dicam de pur. can. cum dilectus, in glo. forſan alterius, uel illi purgationem indicat; de quo remittit ad no. de coha. clericorum,
4 tua ad ſi. Adhuc † opponitur ſecundum Innoc. quomodo ſuper eodem articulo poſſunt poſt publicationem iidem teſtes produci? Reſpon. quòd id non licet ad mutandum, uel ad addendum, ſed ad declarandum, ut ſupra dixi. in primis enim timetur ſubornatio: in hoc ultimo non poſſunt etiam poſt publicationem produci teſtes ad comprobanda dicta ipſorum. uerbi gratia, probauit. A. per duos teſtes, quòd emit Bon. uineam à B. ſecunda die Auguſti. B. ad probandum falſitatem teſtium probat per teſtes, quòd ipſe uel. A. ea die fuit Romæ; bene poterit. A. producere teſtes ad probandum, quòd ea die fuit Bononiæ, ſicut dixerant primi, ut ſic ipſorum dicta corroboret, argum. in aucten. eo. ti. §. ſi uero deducens, & ſupra eo. ex tenore, & uide quod ibi dixi in glo. dixit Inno. ℘m quem moderetur hoc dictum, non tamen admitteretur ipſe. A. ad hoc ſine cauſæ cognitione propter dilationem, quam habuit ad producendos teſtes: tamen ſatis ſubueniendum eſt. A. & ſuo ſacramento in hoc caſu credendū, ℘ maliciosè non petat. probabiliter enim credere potuit, ℘ duo teſtes ſufficerent ſibi ad probandum contractum, ſed ex probatione ſuper
5 uenienti cognoſcit contrarium. Quid ſi ex primis †teſtibus aliqui dixerunt obſcurè, aliqui minus obſcurè.
c In hoc caſu dicit Inno. quod licet hi, qui obſcurè dixerunt, interrogandi eſſent ſuper expoſitione dictorū ſuorum, tamen alij ad hanc obſcuritatem declarādam non eſſent admittendi; & ſi poſſent admitti, ut eſt dictum, ad confirmanda dicta priorū, refert etiam aliquos dicere ipſos teſtes non repetendos etiā ad declarandum, quod obſcurè dixerunt, niſi cū adeò ſunt obſcura, ℘ nullum habent intellectum. nā ſi diuerſimodè pōt intelligi. tunc ſi id quod dictum eſt. habet aliquā interpretationem, illā habebit. ff. de legibus, minime, & l. ſi de interpretatione, & ſupra de conſue. cū dilectus: aliàs, quod benignius eſt, interpretabimur, argu. infra de uerbo. ſigni. abbate. uerſic. hic aūt ſenſus. Alij dicunt, ℘ ꝰ producentem fiet interpretatio. ſupra de probatio. in præſentia. qđ prius dictū eſt, plus placet Hoſt. ſ. ℘ dictum ſuum debeant declarare. ex præ
6 dictis† omnibus ſit iudex inquirens inſtructus, quòd prius examinet dicta teſtium, ꝙ illos publicet; & ſi uideat non probatū, uel per tales probatū, quos ſuſpicatur poſſe repelli, non publicet, ſi alios ſperat habere poſſe[*Referatis*]non enim commiſerat Papa diffinitionem huius cauſæ, quæ eſt de maioribus, ſed ſolam teſtium receptionem. ¶Secunda† glo. dupliciter obji
7 8 cit, contra obiectionem alle. & ſoluit. ¶*In † glo. 2. ibi: Labeo*]hanc & l. ueteribus uide de priui. quia circa, ſuper ulti. glo. [*& ibi cum in l.*] ſi uenditor. dicit, flumina, & ſtillicidia, ut nunc ſunt, ita ſint, nec declarat de quibus inſpicitur, quid ſit actum: quod ſi non apparet, accipitur, quod uenditori nocet [*& ibi, Inſtipulationibus*]ſequitur, cum quæritur, quid actum ſit, uerba contra ſti pulatorem interpretanda ſunt [*& ibi, ſi quis intentione*]
9 uide de reſti. ſpolia. cum ad ſedem, ſuper gl. 2. ¶*In † glo. 2. ibi, ueteribus*] & infra de regu. iur. contra eum, libr. 6. [*& ibi, ſi quis intentione*]illud in actione, & in principio cauſæ; de hoc not. de reſtitutione ſpoliatorum, cum ad ſedem, in glo. ſecunda.

ANNOTATIONES.

a ¶Si quis. Ibi uide Bar. & in l. Theopompus, ff. de do. præle. & Ioan. And. in ſpec. eo. ti. §. nunc uidendum, uerſi. 3. quoque.
b ¶De nouo. Contra, de accu. de his, & uide Bar. in l. ſi cui. §. hiſdē, ff. de accu. & in l. diuus, ff. de cu. ro. & exhi. reo. uerſi. ulterius quæro, utrum, & uide o. An. de elec. cum dilecti, in ſi.
c ¶Obſcure. Adde hic Innoc. & Fede. in conſi. 262. uide etiam hic do. Anto. Hoſtien. & Abb.

SVMMARIVM.

A teſtimonio perſeuerans in crimine etiam in ciuili repellitur.
Emendatus autem non infamis admittitur in ciuili, & criminali mota ciuiliter; fallit in periuro, qui in criminali repellitur, ibid. uide nu. 18. & 19.
Diuiſio capituli, ibid. uerſi. Dicebat, & nu. 5.
Criminoſus non ita repellitur à iudicio, ſicut à teſtimonio, ibidem ad dictio. teſtimonium.
2 *Canonicus. criminoſus licet repellatur à teſtimonio, & ab ordinibus, non tamen ab eligendo: ſecus, ſi ſcrutator, uel electo fieret à capitulo.*
3 *A teſtimonio repelli quis ut intelligatur hic.*
4 *Crimen, peccatum, & delictum qualiter inter ſe differant.*
Probare oportet, ſi quid opponatur: aliter non ſufficit, ibid.
5 *In crimine perſeuerare quis dicatur.*
6 *De infamia iuris hic loquitur Pontifex.*

Crucem portantes ob crimen hæreſis an interim admittantur ad teſtimonium etiam in ciuili, ibid.

7 *De crimine ciuiliter agi quando dicatur.*
Præterquam, particulæ ubi tradatur, & quomodo capiatur hic, ibid.
Periurius an ſit infamis, ibid. & nume. 20. uer. hoc tamen & quibus caſibus quis periurium iucurriſſe dicatur, nume. 8. repellitur ſemper à teſtificando nume. 20. uincit homicidam, eod. nume. 20. 23.

9 *Criminalis cauſa intelligitur hic mota criminaliter.*
Infamis quando ſit quis ſemper, ibid.

10 *Conuictus quòd quis ſit inſtituta accuſatione, quòd confeſſus, diuerſi ſunt caſus.*

11 *Excommunicatum aliquem fuiſſe an ſufficiat probare, ad hoc, ut abſolutus à teſtimonio repellatur, & nu. 12.*

12 *Excommunicatio quando dicatur proxima cauſa, uel pœna delicti, quando non.*
Cum lege mitius agitur, quàm cum miniſtro eius, ibid. in fin.

13 *Conuictus per exceptionis modum de crimine pœna non imponitur ordinaria.*

14 *Infamia facti, & opinio grauata pro eodem hic ſumuntur, & quando repellant à teſtimonio.*
Infamia iuris tantum in ciuili repellit quem à ferendo teſtimonio, In criminali etiam facti, ibid.

15 *Excludere teſtem, & excludere eligentem quid ſit.*

16 *Suppletur contextui.*
In criminibus requiruntur probationes meridiana luce clariores. ibidem.

17 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 17.*
In ſtatum priſtinum ſi quis reſtituatur ex morbo, perinde habendus eſt, quaſi nunquam morboſus eſſet.

19 *Additio gloſſarum.*
Infamia quædam ciuilis, quædam canonica, & differunt, ibidem. num. 19. in prin.
Capituli huius principium qualiter intelligendum, eodem nume.

20 *In teſte quid requiratur, uer. in teſte enim.*
Decoctoris reſponſio à quibus fiat, ibid.
Iurameutum quandoque ſuccedit loco probationis, quandoque cautionis, ibid. in fin.

21 *A teſtimonio ut periurus, uel alius in mortali conſtitutus non repellatur, à Papa conſtitui, uel diſpenſari poſſet.*

22 *Emendatio criminoſi quando quò ad ciuiles, & quando quo ad criminales, & quando quò ad utraſque quæſtion. ad teſtificandum proſit.*

23 *Verſi. In hoc caſu, ut exponatur à quibuſdam. §. in glo. ulti.*

24 *Emendatio, & ſatisfactio criminis quomodo probetur.*
Pœnitentia quando occulta, quando manifeſta eſſe debeat, ibid.
Sacerdoti confeſſori ſimplici credendum de pœnitentia alicuius, ibid. uerſi. & uidetur, & nu. 25.

25 *Teſti uni creditur, ideſt confeſſori pœnitentis hic.*

26 *Teſtis oſtendere ſe poteſt innocentem, & liberum.*
Teſtium meorum honeſtatem probare poſſum, ſi dicat eos aduerſarius malæ famæ, ibid.

CAPVT LIIII.

a 1 TEſtimonium· [a] Caſus. Perſe-
uerans † in crimine etiam in ciuili repellitur à teſtimonio: emendatus uero nõ infamis admittit in ciuili, & criminali mota ciuiliter. fallit in periuro, qui in criminali repellitur. Dicebat Abbas, tres caſus ponit, quibus in ciuili, & quatuor, quibus in criminali teſtis repellitur, & quomodo, dicam ſuper uerſ. ſi uerò. & ſunt duæ partes. prima tractat de criminoſo
b perſeuerante [b] ſecũda uerò de emendato ibi, Si uerò. Et ſecunda ſubdiuiditur, prima tractat de emendato, qui producitur in ciuili, uel criminali mota ciuiliter. ſecunda de illo, qui producitur in criminali mota ciuiliter ibi, In criminali [*Teſtimonium*] ſecus in iudicio; de hoc 3. q. 7. in ſumma 24. q. 1. §. his auctoritatibus· quæ ſit ratio, dicam poſt Vinc. infra, de cleric. excom.
2 mini. ſi celebrat. dixit † etiam hic Vinc. quòd licet canonicus criminoſus repellatur à teſtimonio, & ab ordinibus; nõ tamen ab eligendo: quia ſuum officium exequitur. ſed ſi capitulum faceret illum electorem, uel ſcrutatorẽ, poſſet repelli; quia non eſt fide dignus, ſupra de elect. quia propter, ſecundum eum, & ibi di-
3 xi de hoc ſuper uer. fidedigni. & quod † dicit, Teſtimonium, poteſt intelligi ferendum, uel iam prolatum, ſi fuit reſeruatum in tempore diſputationis; quod dic, ut ſupra eo. ex parte, & cap. præſentium [*Aduerſa*] pars enim producens hoc non poſſet, de hoc, ſupra eod.
4 præſentium, in gl. 1. [*Crimen*] in quo † differant crimen, delictum, & peccatum, no. infra lib. 6. de reg. iur. in 4. regulis, in princ. & de hoc. C. ſi aduerſus delictum. l. 1. Abb. exponit, ideſt peccatum mortale; allega. decre. de uerbo. ſignific. forus [*Opponitur*] & probatur, infra de conceſ. præbend. cum ſuper, Hoſtien. ſibi tamen non traduntur capitula, ut dicam de pur. can. inter, ſuper glo. 2. [*Reprobatur*] 7. q. 1. illi qui, ſupra eo. Inno. [*Criminali*] etiam mota ciuiliter; quod probat ſequens li-
5 tera [*Perſeuerat*] quia pœnitentiam † non egit, uel egit ſimulatam, & ad uomitum redijt, de pœni. diſtin. 3. in princ. & capi. ſi autem dicunt, aliàs, ſunt, qui dicunt, Hoſtien. [*Si uerò*] 2. principalis, in qua proſequitur ſecundum principale membrum diſtinctionis. Sed Abba. faciens ſecundam ibi, In criminali, dicebat primũ caſum, in quo in ciuili quis repellitur, ſumi ex uerſi. infamia. tertia ibi, præterquàm pro reatu periurii. Secunda uerò ſecundum ipſum ponit quatuor, quibus repelliturin criminali, primũ ibi, Conuictus. ſecundũ ibi, Confeſſus. 3. ibi, communicatur. quartum ibi, Grauata opinio [*Emendatus*] quod intellige, ut dixi ſuper uer. perſeuerat [*Comitteturr*] ideſt ſic comitando aſſociet, quod inhæreat ſibi, & ipſum non relinquat, ad idem de iureiu. & ſi Chriſtus, de re iudi. Abbate ſanè,
6 ad finem. li. 6. [*Infamia*] de † infamia [c] iuris loquitur ſecũ
c dum Hoſtien. Pe. & Abb. nec ob. quod dicitur in ueriſicu. quamuis, de qua remittit, ſupra de reſcrip. ſciſcitatus. & per hoc uidetur ſolui quæſtio de portantibus, crucem propter crimen hæreſis, an interim ad teſtimonium admittantur etiam in ciuili, de quo ſatis no. glo. in Specu. de teſte. §. 1. uerſicu. charta, uer. quid de
7 portantibus [*Ciuiliter*] ciuiliter † agitur de crimine, cum agitur ad pœnam pecuniariam, ff. de priuatis. delict. l. ultim. Vincenc. [*Preterquàm*] de hac dictione præter. uide quod dixi, de elect. dudum. 2. ad fin. text. ut congruè ueniat iſtud uerbum exceptiuè, uidetur hic probari periurum non eſſe infamem. aliter ſatis uidetur hoc dictum, quod ubi dixit, & cum non comitetur infamia. nam mutatis uerbis hoc dictum, ſupra ubi dixit; & eum non comitetur infamia, ſi dico, emendatus non infamis teſtificari poteſt in ciuili, fallit in periuro, neceſſariò oporter inferri, quòd aut ſi periurus non ſit infamis, aut malè excipiam, cum
8 propoſitio illum non includeret [*Periuri*] cum † iu-
d rauit [d] falſum, uel non ſeruauit licitum iuramentum: ſecus, ſi iurat temerariè, ſupra eodem intimauit, & capi. conſtitutus. tamen Innocen. uidetur, quòd illa iura loquantur de teſtimonio perhibendo contra eum, qui fuit particeps temerarij iuramenti, & ſit hoc in ipſius odium, uel ex quo temerarium iuramentum non ſeruat, uidetur pœnituiſſe. unde dicit Hoſtiquòd licet quidam diſtinguant inter promiſſorium, & aſſertorium iuramentum, uel an ſit de præterito, an de futuro, ipſe repulſa illa diſtinctione, dicit diſtinguendum ſolùm inter licitum & illicitum iuramentum. contra illicitum iuramentum nec infamis, ſit, nec à teſtimonio repellatur, & ueniens contra

licitum

licitum indiſtinctè repellatur. & idem, ſi dubitet, an ſit licitum. §. de elec. uenerabilem, uer. idem etiam. dicit etiam cõiter hoc teneri per doctores, quòd temerarium iuramentum non repellat à teſtimonio, ſicut nec à dignitate, de iureiuran. ſicut noſtris, quod tamẽ ipſe uerum putat in eo, qui pœnituit. remittit etiã de his ad ſum. eo. ti. §. 2. fama, & uer. excipitur [*In criminali*] hæc ſecunda ſecundę, in qua ꝑm membrum ſubdiſtin-
9 ctionis proſequitur; & dic † criminali criminaliter mota [*De crimine*] publico, de quo condemnatus ſemper ſit infamis. ff. de his, qui no. infa. athletas. §. calumniator. uel priuato etiam, quando deſcendit ex tali actione, quæ dãnato in priuato iudicio irrogaret infamiã, ut furti. uel ui bonorum raptorum, iniuriarum, & ſimiles. ea. l. §. fin. & duabus. ll. ſequen. ff. de pub. iudic. infamem. ſdem de crimine priuato, quod etiam condemnato non irrogat infamiam. cum enim talis non poſſit promoueri, nec ſacerdotem poterit accuſare, uel in eum teſtificari, quãuis ꝙ laicum ad hoc admitteretur. Idem etiam dicendum eſt, cum excipitur de crimine, quod non infamat, ſiue condemnatus, ſiue uel non ꝑm Inno. [*Conuictus*] fortius, ſi condemnatus
e [*Confeſſus*] [e]. Idem. ſi tantum inſtituta eſt accuſatio, niſi forſitan in exceptis, infra ca. ulti. Phi. quod uerum eſt, quamdiu accuſatio pẽdet, ut ibi [*Vel ſi nunc*] habes tres
10 caſus, & diuerſos. aliud eſt † enim probare, quod aliàs inſtituta contra ipſum accuſatione conuictum, aliud confeſſum, aliud crimen non probare [*Per exceptionem*] ſi dicas criminis, in quo perſeuerat, planum eſt: ſed quia hic loquimur de emendato, melius eſt, ut dicas repelli teſtem emendatum, ſicut repelletur confir matus conſecrationem petens ꝑm Inno. qui remittit, ſupra de elect. dudum. 2. infra de accuſa. ſuper his. ſed
11 † nunquid ſufficit probare aliquem fuiſſe excommunicatum ad hoc, ut etiam abſolutus à teſtimonio repellatur: de hoc ſatis. 4. q. 1. in ſumma. dic ꝑm Innoc. & Hoſt. quòd nunquam ob. teſti, ꝙ fuerit excommunicatus. ſi nunc apparet abſolutus. imò & neceſſe eſt probari crimen, propter quod fuit excommunicatus ad hoc, ut à teſtimonio repellatur. nec obſtant rationes ibi inductæ; puta quia excommunicatio non fertur, niſi pro grauibus criminibus. 11. q. 3 nemo epiſcoporum. & c. nullus ſacerdotum, & c. certum eſt: quia & ſi hoc uerum ſit, tamen ipſa excommunicatio nõ eſt culpa. ſed potius pœnitentia, ſiue medicina. 2. q. 1. multi, infra li. 6. de ſen. excom. cum medicinalis. & ideo ea ceſſante non debet aliqua infamia remanere, argum. ff. de his, qui no. infa. dictus, ꝑm Inno. imo potius tol. l. l. di. ferrum. maximè cũ non niſi præmiſſa ſatisfactione abſolutio impendatur, infra de uer. ſig. ex parte 1. & c. cũ olim. ex quo probatur abſolutus, præſumitur etiã de crimine emendatus, & talis à teſtimonio non repellitur, ut patet in eo, quod legi. & no. ſupra § proximo, in prin. ꝑm Hoſt. Sed dices licet pœna excommunicationis non ſit peccatum; pœnæ tamen impoſitio per iudicem pro peccato inflicta eſt probatio culpæ, quæ nõ niſi pro culpa infligitur, ut in ꝓdictis. c. nemo epiſcoporũ. &c. ad hoc reſpondet Innoc. ꝙ ſæpe ſine manifeſta & ſolenni probatione excõicatur quis de ipſo, ꝙ in termino non compareat; & tamen põt eſſe legitimo impedimento detentus. in quo caſu & ſi iuſta ſit excommunicatio; tamen, quia uera eſt cauſa, culpa non ſubeſt, probato impedimento debet ſine difficultate qualiber relaxari. 4. q. 5. c. 1. & patet in eo, quod legi. & no. infra de re iudi. cum Bertoldus. §. poſtmodũ. Sed & ſententia excommunicationis etiam iniuſta tenet 11. q. 3. c. 1. graue. ergo eſſet ſentire, ꝙ excommunicatio perpetuam infamiam irrogaret; ideoq; dicendũ eſt, ꝙ non ſufficit probare, ꝙ excommunicatus fuerit, niſi & probetur culpa, propter quam excommunica-
f tus [f] fuit. ut præmiſſum eſt, ꝑm Inno. efficatior uidetur reſponſio Hoſt. ꝙ ſicut per probationẽ excõicationis culpa, propter quam lata fuit, præſumitur; ſic & per probationem abſolutionis præſumptiuæ ſublata uidetur, ut dixi ꝑm Inno. [g] aliqui dicunt. ꝙ ubi quis con-
g tumax eſt in parendo ſuper crimine, de quo condemnatus eſt. & hac de cauſa expreſsè aſsignata excõicat, talis probata ſola excõicatione repellit ẽt crimine nõ probato. & idem dicũt, ꝙ ſi probet, ꝙ propter inobedientiam quis fuerit depoſitus ab officio, uel ordine, & ſi non fuerit excõicatus, arg. 4. q. 1. c. 1. & 2. ff. de his, qui no. infa. l. 2. §. ignominiæ, ff. de iudi. cum prætor. & idem uidetur dicendum, ẽt ſi non ſit condemnatus: dum tamẽ crimen notoriũ ſit per euidentiam facti, uel ſi dicat iudex, excõico talem, quia non uult comparere ſuper tali crimine, quod commiſit, ar. iurium prædictorũ: ſed ſi bene atrẽdas. in omnib. his non repellit propter excõicationẽ, ſed ꝓp crimẽ cõmiſſum, uel propter ſnĩam ſuper crimine latã. & ideo melius vr dicendum, ꝙ ad repellendũ teſtẽ non ſufficit probare. ꝙ excõicatus fuerit expreſſa ẽt eã criminis in ex
h cõicatione [h] niſi tale crimen expreſſum ſit in ſentẽtia quod ipſo facto infamaret, cũ de aliis criminibus acta pœnitẽtia emẽdatus ſit. & infamia ceſſet. nec ob. ff. de his, q no. infa. l. 2. §. ignominię. cũ ſuis corcor. qa exaurorate militem ꝓp culpam ſuã, uel ipſum ab exercitu, uel ordine remouere, uel iudicẽ à ſenatu, de q bus ibi
12 loquit, eſt proxima cauſa, & pœna delicti. ſed † excõicatio, uel priuatio à cõione fideliũ, uel ſacrorũ nõ eſt proxima cã, uel pęna delicti: imò ẽ aliqd intermediũ, contumacia. ſ. propter quã ſolam excõicatio fertur, & nunq̃ pro crimine quãrumcunq; ſit graue. ſemper eſt n. monitio præmittẽda, ut paret in eo, quod le. & no. §. de ſen. excom. ſacro. nec ob. ꝙ quandoq; incidit quis in canone latæ ſnĩæ, ſicut pro uiolenta manuum iniectione in clericos. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & cæteris ſimilibus. in quibus caſibus excõicatio eſt proxima pęna delicti: quia in talibus non infertur pœna excommunicationis abhomine, ſed à iure; unde nõ amplius repellitur taliter excõicatus propter excommicationẽ, q̃ propter crimen tantum, durante. ſ. excõicatione, uel quouſque pœnitentiam agat. ſed in prædictis. ll. fuit remotus miles, uel iudex per iudicẽ. & dici conſueuit, quod mitius agitur cũ l. quàm cum miniſtro
k legis [k] ꝑm Inno. cuius eſt quaſi tota mens huius gl. & comprobatur hoc ultimum. ff. de arbit. Celſus. ff. de
13 compen. ſi cum milite [*Committatur*] quo † caſu regulariter pœna ordinaria non punitur; quod dic, ut not. ſupra de ordi. cogni. cum dilectus, ad fi. Hoſtien. [*Aut grauata*] quartus caſus, & dic ſaltem de facto ſecundum
14 Hoſtien. dicit † Pe. ꝙ pro eodem ſumit infamiam facti & opinionem grauatam [*Quandoque*] in alio quocunque indicio [*Tali modo*] ſcilicet in modum exceptionis; & ideò de iure non eſt infamis, ſupra de ordi. co. cum dilectus, ad fi. & ſic infamia etiam facti tantum repellit teſtem in criminali. In ciuili uero infamia iur. tantum, & ſic intelligas, ſupra ſecundum Hoſti. de hoc in Specu. eo. ti. §. 1. b. uer. Item quod eſt infamis: puta reũ infamatum de crimine etiam de facto à teſtimonio repellendum etiam in ciuili; ad hoc, ſupra ti. 1. licet, uerſi. quidam uero, ſupra eod. licet. 1. & 2. & capi. in literis, infra titu. 1. præterea, infra de excep. cap. 1. [l] quod
l intelligo, quãdo infamia facti, uel infamatio cauſatur à crimine, ita, ꝙ crimen ſit proxima cauſa infamiæ. ubi uerò infamatio, uel opinionis aggrauatio non cauſatur à crimine, ſed ab alio medio, puta quia carceratus fuit, uel à teſtimonio aliter repulſus, puto locũ habere, quod hic dicitur, ut talis aggrauatio opinionis nõ repellat in ciuili, licet ſic in criminali. uel aliter infamatio facti cauſata à crimine, de quo conſtat quẽ

emendatum, non repellit in ciuili, ut hic: si de emendatione non constat, repellit, ut in prædictis iuribus. In criminali uerò semper repellit, ut hic [*Excluderetur*]
15 excludere † testem est non admittere eum ad actum testificandi, uel intra ordinem, uel numerum testificantium, uel iam admisso fidem non dare, sicut excludere eligentem est non admittere illum ad actum electionis, uel ad ordinem, uel numerum eligentium. supra de caus. possess. cum ecclesia [*Ciuili*] nisi & modo conuinceretur. nec tunc, si esset de crimine emenda-
16 tus, ut supra proxi. respon. Hostien. [*Potest*] & † debet, infra, de excep. c. 1. [*Pœnitentiam*] exponit hic, quod prædixerat de emendato remoueri. in criminibus enim requiruntur probationes luce clariores. C. de proba-
17 tio. l. fin. 5, q. 6. Epiphanium, Hostien. ¶ Primat glo. primum dictum decre. probat tribus rationibus. ¶ Secunda glo. primò coadiuuat textum in eo, quod loquitur de emendato. secundò exemplificat, & coadiuuat in eo, quod loquitur de infamia. in fine signat contrarium, & ibi remittit. ¶ Penultima gl. no. enim, cum, cuius opi. &c. probat, & dato simili demum arguit obiiciendo, & soluit. ¶ Vltima glo. quærit, & soluit: iterum quærit, arguit affirmatiuè per duo iura, & soluit negatiuè: solutioni signat contrarium, solutio-
18 nem coadiuuat, & remittit. ¶ *Ita † glo. secunda ibi, quod ita*] ita sequitur. sanatum est, ut in pristinum statum restitueretur, perinde habendum est, quasi nunquã morbosum esset [*& ibi. l. una*] uide hanc, & sequen. supra eo. licet ex quadam, super glo. personis. ¶ *In glo. pe. ibi, reum criminis*] de accus. omnipotens, super 1. glo. [*& ibi, eos*]
19 uide, de ordi. cog. c. 2. in glo. pe. ¶ *Ita † glo. 1. ibi, de quo minus*] quia non per accusatores, sed per testes, &c. infra de simo. per tuas. 1. ¶ *In glo. 2. ibi, ferrum*] de rescrip. eam te, in fi. [*& ibi, infamiam*] ciuilem, licet secus sit de canonica secundum Inno. qui dicit princ. c. intelligendum de crimine, de quo testis non est condemnatus, nec ipso iure infamis. quodcunq; horum esset, repellereturetiam post pœnitentiam etiam in ciuili secundum eũ, fatetur tamen, quòd alii dicunt aliter, & de hoc 6. q. 1. cap. 2. [*& ibi, prænaricator*] melius diceret. §. notandũ.
20 ¶ *In glo. 2. ibi, recipitur*] quia ex † quo semel deierauit, &c. infra, de præsump. scribam, & ff. de suspec. tu. l. 3. §. quæri potest. C. de suscep. & arca. l. si aliquid, lib. 10. ibi, Nemo eorum de interuersione conuictus, id officium gerat, in quo ante decoxit. & ideò est hoc speciale in hoc crimine, plus quàm in maioribus. uel æqualibus. In teste enim pura & simplex requiritur ueritas. 3. q. 9. pura. 4. q. 4. cap. 1. & iuramentum est confirmatio ueritatis, de iureiuran. & si Christus, uer. quædam. sed nil est ita ueritati contrarium, sicut falsitas, quæ est eius immutatio. in auct. de instru. cau. in princ. Item per iurus quodam respectu uincit homicidam. 22. q. 5. ille qui. hoc tamen scias, quòd licet periurus secundũ canones sit infamis. 6. q. 1. quicunque; secundum ll. non, etiam condemnatus. ff. de crimine stellio. l. ult. nisi in casu. l. hic allega. C. de transac. si quis maior, secundum Vinc. & Goffr. & in l. C. de re credi. iurisiur. iuramentum loco probationis succedit, in l. si quis maior, & C. de dignit. quoties. loco cautionis secundum
21 Vinc. qui etiam † dixit hic, quòd Papa [m] constituere,
m uel dispensare posset, ut periurus, uel alius in mortali constitutus non repelleretur à testimonio ferendo. alleg. infra de re iudi. cum I. & A. facit de hæreti. accusatus. §. licet, lib. 6. sicut dispensat in ordinibus cum eo de tempo. ord. dilectus, & sicut legitimat & ad successionem, & ad matrimonium. infra qui fi. sint leg. per uenerabilem, de consan. & affi. non debet. Idem Guil. in Spec. de teste. §. 1. 2. causa, uersi. sed quæritur, utrum
n Papa [*& ibi, quicunque* [n]] ubi de hoc, & ibi no. Io. quòd secus uidetur de accusat, dicebat Vincen. emendatio
22 † prodest quòd ad ciuiles quæstiones: aliter nunquam haberemus testes: quo ad criminales non; quia non potest accusare de crimine 6. q. 1. qui crimen. Si autẽ fuerit emendatus per dispensationem, hoc prodest quò ad omnes quæstiones, supra de fi. presby. ex tua, infra de scisma. fraternitatis. & facit, quod not. Vinc. infra uer. in criminali. super uersi. de crimine, sic ibi dicens, nisi secum fuerit dispensatum, uel nisi sit in integrum restitu. ut no. infra. de reg. iur. cum te [*& in fin.*] de hoc ff. de his, qui no. infa. l. Lucius. ¶ *In glo. hic pater, ibi, subdiaconus*] uide quod no. in §. fe. sed illud [*& ibi, iudicio*] unde dicit † Hostien. quòd si semel in iudicio constet de
23 periurio, perpetuum præiudicium generatur illi periuro, & sibi impurabit, etiam si exinde falsò conuincatur, nisi testes de falso reprobare possit; alle. supra e. ex parte, & c. sicut [*& in fi.*] uide, quod no. de elec. super eo, in 1. glo. & quod ibi dixi. ¶ *In glo. ult. ibi, opinio*] alij exponunr in hoc casu, scilicet quãdo per exceptionem fuit probatum in alio iudicio, & est de crimine emendatus, nec infamis est de iure [*& ibi. probari*] confessio
24 † & pœnitentiæ iniũctio, exterior uerò satisfactio probabitur per familiares. & alios, qui uiderunt, secundũ Hostien. & sufficit occulta, si crimen fuit occultum. Si uerò manifestum, debet esse pœnitentia manifesta licet non solennis. 2. q. 1. si peccauerit 45. dist. sed illud. l. di. in capite, secundum Innoc. ad idem, infra de pœ. & re. ca. 1. & uidetur quibusdam secundum Innocen. quòd simplici uerbo sacerdotis sit credendũ in hoc casu; ad quod facit secundum Hosti. quia gerit uicem dei, supra de offi. ordi. si sacerdos. unde sicut à Deo nõ exigeretur iuramentum. sic nec ab eius uicario. 93. di. c. fin. & 94. dist. cap. 1. dicit tamen Hostien. aliquos dicere contrarium: quia licet in foro confessionis gerat uicem Dei, in contentioso tamen, in quo nunc producitur, secus; ad hoc, supra eo. nuper. primũ æquius: secundum uerius. & † no. casum, quo creditur uni te-
25 stiq; & est hoc propter facti qualitatem: quia fit confes-
o sio in secreto [o]; concor. quod dixi, supra eo. in omni [*& ibi, nemo*] de hoc. 2. q. 5. quanto, & q. 7. ipsi apostoli [*& ibi, uide æs*] Vinc. alleg. ad idem de pœ. di. 1. agite, de
p præsump. ex studijs [*& ibi, si hæreticus* p] non tenet [*& ibi, no. tamen*] de hac, & de se. dic, ut infra de hære. in fauorẽ, lib. 6. in textu, & gl. [*& ibi, dirigitur*] dixerunt tamen Io.
26 Vinc. & Phi. quod testis † potest ostendere se innocentem, ne fama ipsius grauetur, sicut potest ostendere se liberum per chartam manumissionis, in auct. eo. titu. §. si uerò dicatur. dixerunt etiam Io. & Phi. quod probare possum testes meos honestos, quos aduersarius dicit esse malæ famæ, alle. 3. q. 3. de iudi. & si. quod no. supra eo. ex tenore, in glo. fi. [*& ibi, aduersarius meus*] producens illum testem [*& ibi, in iudicio*] ut patet, infra de coniu. seruo. ca. 1. & 2. Hostien. [*& ibi, personas*] hoc capitulum facit pro: duo sequentia de iudice loquuntur, & de merito uitæ, uel de non tolerato [*& in fi.*] & ibi, hæc glo. per Io. Vinc. & T. materiam huius glo. uide in Spe. de teste. §. 1. b. uer. Item opponitur, quod est criminosus, & uer. sequentibus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Testimonium. Fallit hæc regula in casu c. cum I. & A. in fin. de re iudi. & ibi glo. fin. ubi conspirator in illa causa inquisitionis uidetur admitti in testem. item quod dicitur hic in fin. damnatum de crimine non admitti, dic nisi secum sit dispensatum, ut in cap. cum te, de re iudic. no. Innocen. istud. uide Ioan. And. in c. super his, in uersic. testificatus, infra de accus. utrum autem istud capitulum habeat locum de peccato commisso ante baptismum, & qui postea baptizatus est, uel de commisso post baptismum; an tunc ad testimonium accusatus, uel prouocatus admitte etur, uide quod plene scripsi. 2. quæstione 7. ca. non potest, & in ca. ipsi Apostoli, ubi & scripsi. 3. q. 4. c. fi. Archi.

b Persueq-

b ¶ Perseuerante. Quando dicatur perseuerare, uide Pau. de Eleaza. hic, & in c. sunt qui dicunt, de pœni. dist. 3. & in prin. & in regula, semel malus, de regulis iuris, in 6.

c ¶ De infamia. De infame an ad testimonium admittatur, uide tex. in c. licet, de probatio. & supra eod. c. licet ex quadam, Bart. in l. 1. C. de summ. trin. & fi. ca. cum glo. ibi alleg. & gloss. in c. querelam, de iureiur. Bald.

d ¶ Cum iurauit. adde tex. in c. quicunque. 6. q. 1. & c. cura. 3. q. 9. & ideo uiolato semel iuramento, quod est confirmatorium ueritatis. c. & si Christus, de iureiur. remanet semper suspitio periurij. d. c. paruuli. 22. quæstio. 1.

e ¶ Confessus. Adde tex. in c. 1. infra de except. & ibi do. Abb. & uide Bald. in l. ea. C. de condict. ob cau. & Bar. & Ang. in l. si reus para tus, ff. de procu. & dom. And. & Abb. in c. dudum, el 2. de elect.

f ¶ Excõmunicatus. Non sufficit ergo probare consequens, nisi probent antecedens ad illud: quia non probat hoc esse &c. C. unde legi. l. non hoc. ibi uide per do. Bart. de Salic. in contrarium faciunt. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procu.

g ¶ Inno. Ista ratio non concludit in criminali, ubi emendatus, & sic pœnitens, & absolutus repellitur, ut supra not. In ciuili autem sic.

h ¶ Excommunicatione. An uerba enunciatiua in sententia probẽt, uide Bart. in l. sciendum, ff. de uer. obl. & in l. ex hac scriptura, ff. de don. & Io. And. supra de proba. quoniam, in glo. in præsentia.

i ¶ Crimen. Imò ut probetur tunc quis excommunicatus, necesse est primo probari crimen, propter quod incurrit pœnam sententiæ excommunicationis, uide Ioan. Andr. ad hoc in Specu. de peti. & possess. §. fi. in fine.

K ¶ Legis. De hoc Brocardo uide plenius per Bart. in l. si libertas, ff. de iure patr. & in l. amplius. ff. rem ra. habe.

l ¶ Excep. c. 1. Vide Bart. Bald. & Salic. plenius in l. 1. C. de sum. trin. & Bar. in l. Cassius, ff. de sena. & ff. de Car. edic. l. 1. §. duæ causæ. & an contra testem descriptum in testamento, uel alio instrumento possit opponi exceptio infamiæ, uide Bart. in l. cum testamento, ff. de testa. & qualiter tunc opponitur talis exceptio, uide per ipsum in l. ad testamentum, ff. de testam. & quale tempus consideretur in legitimitate personæ testis, an quo scribitur in instrumento, an quo producitur instrumentum, uide in §. duæ causæ, prælegato per Bart. & Sali. in l. 1. C. de testam.

m ¶ Quod Papa. Adde, quod opin. Ioan. Andr. sequitur Paul. D. Ant. Imo. & Specu. in tit. de teste. §. 1. uersi. sed quærit, licet Moder. hic uideantur uelle limitare per doct. Bald. in l. sed & milites. §. ignominiæ, ff. de excu. tuto.

n ¶ Quocunque. In hac glo. in prin. dum allegat cap. non potest, intelligit, cum post pœnitentiam, sed gloss. 2. in cap. quæstioni. infra de appell. intelligit ante pœnitentiam, & de hoc uide, quod scripsi in cap. non potest, an admittatur ad accusandum, uel promit. uide ibi de peccato post baptismum, Archid.

o ¶ In secreto. Faciunt not. in gloss. supra eodem nuper, & in capitulo primo, infra de exceptio. & scripsi 2. quæst. quinta, quanto, ubi de hoc, & gloss. secunda quæstio. 7. in capitulo ipsi Apostoli, & ibi scripsi, Archidia.

p ¶ Hæreticus. Facit optimè de hære. in fidei, lib. 6. & uide Bart. in l. filius, ff. de donat. & uide bonum text. in cap. per tuas, de simo. per quam apparet, quòd prohibitiones iuris naturalis, ut inimicus, Papa, non tollit, sed positiuas bene de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Ioan. Andr. propter huius decretalis expositionem prius ascendit cathedram.*
Diuisio capituli, ibid. uersi. summo.
2 *Vltra, præpositio significat recessum.*
Productio tertia est numerus communis in dilationibus, & monitionibus.
Debet, & potest habent eandem uim præcedente negatiua, ibid. ad dictio. non debet.
Instrumenta, & per confessionem potest instrui causa etiam post tertiam dilationem.
Causa unde dicatur, remittit. ibid. uersi. unde dicatur.
3 *Dilatio tertia lapsa nõ prohibet testes produci super nouis capitulis*
4 *Nisi, dictio, quando negatiuam sequitur, ponit, non excipit.*
Iuramentum ut procedat, ut quarta detur dilatio, quæ requirantur, ibid. ad dictio. præstito. & quando non sufficiat, nu. 9 §. In glo. 2.
5 *Capitulum hoc loquitur generalius, quàm aucten. hic citata, unde desumptum est.*
6 *Testificata didicisse sua, uel alterius partis, idem. & obest, etiam si post primam dilationem contingat, num. 9. §. in gl. 2. uide nu. 10.*
Disiunctiua si est, sufficit alterum esse uerum, ut hic, ibid.
Contra subtrahentes male præsumitur, ibid.
7 *Per, præpositio auget hic.*
Ars, est uocabulum medium, ibid.
8 *Nequire, uel non posse, qualiter accipiatur.*
Infinitas uitanda, malitia excluditur per iuramentum, per alium qui facit, per se facere uidetur, si non fletit per quem, ut quid fieret, ei subuenitur.
9 *Iuramentum malitiæ quare præstetur post iuramantum calumniæ præstitum.*
Quare etiam præstetur ab eo, per quem non stetit.
10 *Testificata qui uidit, non tamen plenè examinauit, an prohibeatur à quarta dilatione.*
11 *Testes an producere prohibeatur is, qui à testibus productis diligenter exquisuit, & ipsi recitauerunt depositiones, quas fecerant.*
12 *Aperturam, siue publicationem, uel sententiæ prolationem suspendi petens, donec possit habere testes suos ultramarinos, captos, uel infirmos, uel aliter impeditos, non audietur ultra sua tempora, nisi ex causa magna.*
Testes suos producere qui non potuit impeditus causis hic dictis, restituetur in integ. præmissa cognitione summaria, & non impediet processum, nisi ex causa, ibid.
Litium immortalitati non est uia paranda, uersi. si enim.
Dilationem dare, uel prorogare ultra statuta tempora potest iudex ex causa magna, ibid. in fi.
13 *Dilatio nunquid & quoties mihi danda, si protestor, me producere uelle testem ultramarinum, & probo, quòd missi pro illo, nec inuentus est, uel quòd nuncius non potest transire.*
14 *Testes, uel instrumenta producere impeditus si sui intra ferè terminum statutum ex facto eius, cui receptio eorum commissa est, & intra reliquum non possit id perfici, restituetur mihi tempus: cautè tamen facio, si protestor.*
15 *Testes si quis impeditus itineris periculo, uel alio casu fortuito, ut nulla ex parte temporis possit suam productionem perficere, terminus prorogabitur, nisi multo tempore durarent pericula.*
Dilatio nouem mensium in ultramarinis ut parti detur, cautè facit, si consentit pars, contra quam producuntur testes, ibidem in fine.
16 *Articulos ut det aduersarius ei, contra quem facienda est examinatio testium, non expedit, & ratio.*
17 *Examinare testes, uel instruere causam, ubi intendat aduersarius, cautè facit is, contra quem facienda est instructio, si quærat ab eo, & scribi faciat, & ratio, & num. 18.*
Dilatio in dilatione computatur, & quando, ibid. & num. 18.
18 *Dilatio nouem mensium quo casu quis non habebit pro omnibus distantis locorum, & parti, quæ habuerit dilationem minorem tribus mensibus in casu, quo tres menses sint concedendi, dabit alia ad complementum eorum, & quando & qualiter computanda, num. 19.*
19 *Dilatio trium mensium ex l. 1. C. de dilatio. quando minoratur.*
Dilationes abbreuiare est utile: tamen exinde dubitationes.
Dilatio quando incipiat currere, ibid. uersi. dicunt etiam.
21 *Dilationum tempus est continuum, nisi in casu, & quo.*
22 *Prouinciam continentem quam appellemus hic.*
23 *In probandis exceptionibus locus ne sit quartæ productioni, reijcit ad specula.*
Si appellatur ob denegationem quartæ productionis, quid iuris, aliò remittit, ibid.

CAPVT LV.

1 VLtra tertiam. Quia propter tle ctiram huius decret. prius cathedram ascendi, ipsam commentemus, ut & alij ordinem habeãt repetendi, & nil prætermittendo quò ad numerum & ordinem dicendorum, quod colligat repetens ex commentis decret. Ioan. Summo, & diuido decre. & ponit formam, secundum quam datur quarta productio testium, & aliter dari nõ debet. & sunt duæ partes. in prima ponit regulam. in secunda casus exceptos ibi, Nisi

[*ultra*]

2 [*ultra*] denotat †exceſſum: ſic. 3. q. 5. ultra, de reſcriptis,
a nonnulli infra. de excep. pia. lib. 6. [*Tertiam*] iſte numerus eſt communis in dilationibus, & monitionibus; ad id de ſen. ex. conſtitutionibus, lib. 6. [*Productionem*] gloſ. ad intellectum huius uerbi remittit &c. [*Non debet*] idem, ſi diceret, non poſſunt, propter negatiuam; de hoc de reg. iur. in 1. regula, lib. 6. [*Teſtes*] de inſtru-
3 mentis †dic. ut infra. tit. 2. cum dilectus, poteſt etiã per confeſſionẽ poſt tertiam dilationem, & prius inſtrui cauſa, ſecundum Inno. ad quod alle. Hoſt. infra. de fi. inſtru. cum Io. [*In cauſa*] unde dicatur, habes de uer. ſign. forus [*Produci*] ſuper his capitulis, ad quæ probãda fuit aſſignata, & eſt lapſa tertia dilatio: ſecus de nouis; ſupra
4 eo. fraternitatis [*Niſi*] quia negatiuam †ſequitur, ponit, non excipit, de hoc ſatis per Dyn. infra, de regu. iur. pactũ. lib. 6. ſed Cy. plenius. C. de tranſac. l. 4. [*Præſtito*] non ſufficit ergo, quod ſit exactum, niſi & illud præſtetur, ut hic; & e contra non ſufficit illud præſtari, niſi per iudicem exigatur. ſupra de reſt. in integ. ex literis [*Qui hoc*] ſcilicet quartam dilationem [*Iuramento*] ut dicit gl. ſumptum fuit de. §. quia uerò, in auct. eod. titu. [*Per alium*]
5 generalius †loquitur, quàm auct. unde hoc ſumptum fuit, quod dicebat de aduocato, uel pro eo agente, ut tutore, & curatore, uel procuratore, ſecundùm Vin. &
6 Goff. [*Teſtificata*] ſua †, uel alterius[b] partis. cum iſte tex.
b & textus auctent. ſic generaliter loquatur, ſecundum Inno. & Hoſti. [*Vel fuerit*] iſta diſiuncta probat, q ſufficit ſubtraxiſſe. nam licet forte non uiderit teſtificata, preſumitur contra eum propter furtum. C. de probat. ſi de poſſeſſione, in fi. ſecundum Hoſtiẽ. [*Percunctatus*]
7 hic; per † auget, quaſi ualde cunctatus, ut infra dicam, & remittit Hoſtien. de conſuet. c. 2. [*Artem*] in mala ſignificatione ponitur hic, & 22. q. 4. quacunque. 47. diſtin. ſicut. in bona ponitur 91. diſtin. clericus. 1. & 2. Sed ſup. ideò petit quartam [*De nouo*] ſcilicet in quarta dilatione [*Prius*] ſcilicet in prima, ſecunda, uel tertia [*nequit*]
8 de facto † forian, ut uerbum ſonat, uel prius erant excommunicati, modo ſunt abſoluti, uel prius inimici, modo ſunt reconciliati, ſecundùm Vin. ¶ Nota infinitatem uitandam; de hoc de reſcriptis. c. 2. lib. 6. Maliciam excludi per iuramentum; concor. ſupra eod. preſentium. Item q qui per alium facit, per ſe feciſſe uidetur. & eſt regula iuris, infra de reg. iur. qui per aliũ, li. 6. Item q ſubuenitur illi, per quem nõ ſtetit, & eſt etiam regula iuris, infra de regu. iur. imputari, lib. 6. Ad gloſſ.
9 ſecundum quas † opp. dupliciter ad textum. primò de eo, quòd hic iubet partem, quæ petit quartam dilationem, iurare. huic opponitur, teſtes ſuper prin. producuntur lite conteſtata, ſupra eo. de teſtibus, poſtquam immediatè iuratur de calumnia, infra de iura. calum. c. 1. in prin. ſed iuram. calum. &c. Secundò opponitur. hic dicitur, q ille, qui in primis tribus dilationibus nõ potuit habere teſtes, quos producit in quarta, tenetur ad hanc ſolennitatem ſeruandam: contra, ex quo per eum non ſtetit &c. ¶ In gloſ. 2. ibi, ut ibi dicitur, ſecundum Hoſti. deficit ratio: quia iuramentum calumniæ non defendit, qui dilationem petit ſuperfluam. unde dic, q exigitur ad tollendum iuris præſumptum quæ eſt, q quamuis ſit iuratum de calumnia, maliciosè petatur hæc dilatio. ¶ [*In glo. nisi, non debet*] item per iuramentum prouidetur quò ad alia capitula. nam & ſi conſtaret, q habere nõ potuiſſet, adhuc poteſt de alia fraude timeri [*& ibi, productio facta ſit*] denegaretur etiam ſecunda, & tertia ei, qui poſt primam percũctatus eſſet dicta teſtium; quod innuit finis. §. quia uerò, ſecundum Inno & Hoſt. [*& infi.*] & l. oratione, eod. tit. ¶ Expeditis tex-
10 tualibus, & gloſſis quæritur, an † is, qui uidit teſtificata, tũ illa plenè non examinauit, prohibeatur à quarta
c productione. Sol. ſecundum Inno.[c] Hoſt. & Abb. non impeditur, niſi illa diligenter inſpexerit, argu. ff. de rei uendic. officium. C. de probat. excep. quod ſecundum eos not. hic uerſi. percunctatus, quaſi per omnia ſcrutatus, & cum diligẽtia inſpexerit. denotat enim uerbũ illud diligentem inquiſitionem, per quam dicta com-
d prehẽderit[d]. facit, quia ceſſat finalis cauſa prohibitionis, ex quo non uidit illa taliter, q poſſit per id alios ſubornare, de renun. poſt transla. cum concor. nec oportet calumniari ius ciuile, nec uerba captari. ff. ad exhiben. l. pen. ſecundum hoc debet intelligi. §. quia uerò, in auct. eod. tit. conſuluit tamen Hoſt. q. quam citò per
11 pendit atteſtationes ſuas eſſe. deſiſtat à lectione illarũ. ¶ Secundò † quæro, an prohibeatur producere teſtes
e is, quia à teſtibus productis diligenter exquiſiuit, & ipſi recitauerunt depoſitiones[e], quas fecerant? Reſpõdeo, q non ſecundum prædictos: tum quia hoc non eſt iure cautum. ff. eod. l. 1. tum quia nec ratio, nec æquitas hoc ſuadet: quia nec per unam uocem plenè poſſet in-
f ſtrui; facit infra de priuileg. cum perſonæ[f], lib. 6. Addit Hoſtien. meliorem rationem: quia poteſt eſſe. q teſtis falſum refert, de accuſa. inquiſi. §. fi. quia uult placere, uel quia non recordatur. & ideo ſuper uerbo uolatili, & incerto non poteſt fieri plena deliberatio, qualis fieret ſuper ſcriptura, propter quod etiam ſtatutum eſt actionem in ſcriptis offerri; de hoc ſupra de libell. obla-
12 c. 1. ¶ Tertiò † quæro, quid ſi pars petat ſuſpẽdi apertionem teſtium, uel cauſæ diffinitionem, donec poſſit habere teſtes ſuos ultramarinos, captos, uel infirmos, uel aliter impeditos? Reſpon. ſecundum Inno. & Hoſtien. non audietur ultra ſua tempora. 3. q. 3. §. ſpacium: poterit tamen ei etiam poſt aperturam. & etiam poſt prolationem ſententiæ præmiſſa cognitione ſummaria ſubueniri per beneficium reſtitutionis in integ. c. 2. & 3. & c. ex literis. Et ſi dicas, nõne melius eſſet differre, quàm poſt publicationem, uel ſententiam ſubuenire? reſpõdit q non, ne def materia malignandi. ſi enim propter hoc & ſimilia differretur, poſſet quilibet inuenire tot uias diffugij, q lites fierent immortales cõtra iura uulgaria; nec paranda eſt talis uia, de diuor. quanto. §. pen. & è conuerſo, ſi procedatur, nullum, uel modicum ſit præiudicium, ex quo per reſtitutionis beneficium ſubuenitur; fatent tamen, q ex magna cauſa poſſet iudex
g ultra ſtatuta tempora [g] aliquam dilationem dare, uel prorogare, arg. ff. de re iudic. l. 2. ff. de iud. nonnunquã, ſed non immoderatam, argu. ff. de iudi. ſi longius. ff. de uaca. munc. l. fina. & facit de officio delega. conſuluit.
13 Quartò † quæro, quid ſi proteſtor, q producere uolo teſtem ultramarinum, & probo, q miſi pro illo, nec iuuentus eſt, uel q nuncius non poteſt tranſire, nunquid dabitur milleſima dilatio, uel productio? uidet. q ſic, per nota. ſupra eod. in cauſis, donec de morte certi ſumus, argu. infra de ſpon. in præſentia, de ſecundis nup. c. 2. ſed quia hoc prætextu poſſent lites perpetuari; putat Hoſt. q iudex poteſt & debet hoc arbitrari, & occurrere malicijs toto poſſe. C. de iudi. properandum; uide
h quod not. de reſcrip. ſtatutum [h]. §. pen. lib. 6. ¶ Quintò,
14 q̃ro, dato, † q quarta productio, de qua hic loquimur, non poſſit peti ultra tempora ſtatuta niſi per beneficium reſtitutionis in integr. pone, quòd per iudicem, uel per receptorem teſtium, uel inſtrumentorum, quibus eſt commiſſum hoc expediendum, infra duos mẽſes, ſtat per 6. uel 7. primas ſeptimanas, quòd nihil eſt factum: quia ipſi, licet diligenter requiſiti, procedere neglexerunt, & in reſiduo tempore non poteſt perfici, quod mandatur: Putat Inno. & Hoſt hoc caſu hoc nõ impurandum parti, ſed reſtituetur ei tempus, ar. 2. q. 6. anteriorum, & in auct. ut ſpon. lar. §. hoc quoque ſanci-
i mus, collat.[i] 9. de hoc, de offic. deleg. de cauſis. & c. paſtoralis, ad finem: cautè tamen facit pars. ſi hoc proteſtetur, de off. ord. paſtoralis, ad fi. ¶ Sexto † quæro, quid ſi propter pericula uiarum, uel tempeſtates aquarum, uel

uel quoſcunq; alios caſus fortuitos impediretur quis ire ita, quòd nulla parte temporis poteſt productionẽ ſuam perficere? dicunt Innoc. & Hoſti. quòd hæc eſſet magna cauſa, quare debet terminus prorogari, arg. ff. de edendo, ſi quis ex argentarijs §. fi. & l. ſeq. in auct. de his, qui ingre. ad app. §. 2. & 3. col. 5. niſi ſit, quod poſſit partibus imputari. ff. ſi quis cau. l. 2. putat tamen Inno. quòd ſi multo tempore deberent durare pericula, procedi poſſet ad publicationem, ſiue ſententiam, ſaluo parti beneficio reſtitutionis, poſtquàm ceſſauerint pericula, ut eſt dictum, propter hoc dicunt, quòd cautè facit pars, contra quam producuntur teſtes, ſi conſentit, quòd aduerſarius habeat 9. menſes, ex quo ſummaria cognitione præmiſſa ordinatum eſt, quòd inſtructionem ſuam habeat de partibus tranſmarinis.
16 nec † expedit ei, contra quem producuntur, petere articulos. per ipſorum enim examinationem magis & plenius inſtruitur producens: ſed permittat ſuper tota cauſa producere teſtes, & inſtrumenta: quia ſi etiam haberet mille capitula, non habebit niſi dictos. 9. menſes. Idem dicunt de 6. menſibus, qui dantur de continentibus prouincijs, & de tribus, qui dantur de eadem 3. quæſt. 3. §. ſpacium, C. de dilatio. l. 1. Prudenter
17 † etiam ꝑm eos facit is, contra quem ſit productio, ſi quæri faciat à producente, & reſpoonſionem in actis ſcribi, an intendat cauſam ſuam inſtruere de partibus ultramarinis, an de continentibus prouincijs, an de eadem. eſt enim ualde utile, ſi certum elegerit: aliàs dicet producens, quòd intendit de eadem prouincia inſtruere, nec per hoc negans de aliis, habebit tres menſes. Secundò dicet, quod de continentibus, non per hoc negãs de ultramarinis, & habebit 6. Tertiò dicet, quòd de ultramarinis, ut habeat 9. & ſic forſan plus debito prorogabitur per hanc cauſam. Hic aduertendũ eſt, quòd hoc dictum concludit 18. mẽſes dari. hoc uidetur inconueniens, cum per hoc amplietur dilatio num materia contra ea, quæ ſuperius dixi, & facit. C. de temp. app. l. 2. in prin. & Cle. de uer. ſig. ſæpe. putat ergo Pet. de Bel. & ponit Cy. C. de dila. l. 1. quòd tẽpus debeat in tempore computari; ut ſi prius habuit tres menſes, ut in prouincia. ſi poſtea petat teſtes de prouincia continenti, non dabuntur ſex, ſed tres tantum. & ſi iterum de tranſmarina, non habebit nouem, ſed
18 tres tantum. Si † uerò poſt primam de tribus mẽſibus peteret tertiam, ſ. ultramarinam, haberet ſex menſes, & ſic non habebit niſi. 9. menſes pro omnibus diſtantijs locorum, & ſecundum hoc bonum eſt conſilium Inno. & Hoſti. quod præmiſi: quia ſi ſit pars petita, de quo loco cauſam inſtruere uelit, & eligat unum certum, bene quidẽ. ſed dato, quòd dicat ſe de omnibus tribus inſtructionem facere uelle, ſolos. 9. menſes habebit pro omnibus. ſed dato, quòd petita non fuerit, ſi ſuper principali, uel eiſdem articulis, uel qui à principio prouideri potuerunt, dilationes iſtæ petantur, puto procedere, quod poſt Pe. dixi. Si uerò ſuper exceptione, uel replicatione improuiſa repetetur noua dilatio, procederet quod dicit Inno. & Hoſt. poſt eum, & facit, quod no. de elec. cupientes, lib. 6. in glo. pen. r.
19 partis. Eſt etiam aduertendum, quòd. l. illa. 1. C. de dila. canonizata 3. q. 3. §. ſpaciũ, dicit, nõ amplius, quàm tres mẽſes dari. per quam datur intelligi, quòd ſiue in prouincia, ſiue extra prouinciam teſtes ſint propinq, dilationes illæ minorabuntur, facit, infra de appellat. cum ſit. C. de dila. ſiue pars; & ſi. quod no. de elec. coram, in 1. glo. Item ſcias, quòd Inno. & Hoſti. dicunt, quòd parti, quæ habuit minorem dilationem, quàm trium menſium, de leui dabitur alia, dummodo am-
k bæ non excedant tres menſes ſimul [k] iunctæ; & his tribus menſibus non computabitur tempus medium, quod eſt à fine primæ dilationis uſque ad principiũ ſecundæ. ſi uerò producens fuerit impeditus, ſiue neglexerit. nam ſi negligentia damnoſa erat aduerſario ſibi imputet ſuam negligentiam, & quòd illum citari non fecit: quia uigilantibus. &c. ff. de his, quæ in frau-
20 cre. l. pupillus, in fin. 4. q. 4 §. 1. & 2. & licet † fateantur, quandoque utile has dilationes abbreuiare: dicunt tamen, quòd ex abbreuiatione dubitationes occurrunt, & diffugia procurantur. dicunt etiam hanc dilationem incipere currere, ex quo eſt aſſignata. unde cautè facit producens, ſi ſtatim impetret literas, & uadat, uel mittat pro producendos teſtibus, uel mitti faciat, ut ibi recipiantur, infra de fideiuſ. c. fin. ¶ Sepi-
21 mò † quæro, nunquid tempus harum dilationum eſt utile? putat Inno. quòd non, ſed continuum adeo, q nec dies ſolennes, nec recuſationes teſtium recipiendorum, uel iudicum de iſto tempore deducuntur; dũ modo recuſationes non ſint malicioſæ, uel tales, propter quas producens impediatur producere teſtes ſuos. Hoſtien. remittit ad id, quod poſt eum ſcripſi, ſupra titu. 1. licet, poſt princ. uerſic. quia tamen. ¶ Octa-
22 uò † quæro, quid in hac materia appellamus continentem prouinciam? putat Inno. quod non archiepiſcopalem, ſed ſicut dicitur. ff. de uerb. ſig. notionem, §. 1. quod declarat Hoſtien. ſicut Italia, Gallia, Hiſpania, Prouincia, Sicilia, & his ſimiles. Pro prædictis facit, quia malè uideretur limitatum à iure, ſi in prouincijs archiepiſcopalibus, & continentibus tot menſes dari deberent, cum quandoq; prouinciæ archiepiſcopales ualde diſtent, ut patet, ſupra de offi. del. cum cauſa, & ibi dixi in prin. uide etiam quod dixi, de elec. co-
23 ram, ſuper uer. prouincia. an † autem in excep. probandis locus ſit 4. productioni, uide in ſpecu. eod. titu. §. 1. uer. ſed cum ſuper. & ſi appellatur propter denegationem quartæ, plenè dixi quid iuris, ſupra eo. ſignificauerunt, in glo. quicunque, & glo. no. quod.

ANNOTATIONES.

a ¶ Exceſſum. Sed non magnum. uide de dila. literæ, & ibi glo. & ff. de uerb. ſigni. l. hæc adiectio, & de uerbo, circa, uide, ſupra de proba. licet, per Ioan. And. in glo. ſi teſtis dicat, & in l. Celſus, ff. de uſuris, per Bart.

b ¶ Vel alterius partis. Adde tex. in §. quia uerò, in auctẽ. de teſti. glo. & Bart. in l. ſi quando, C. de teſt. Barto. in auctẽ. at qui ſemel, in 6. colum. C. de probatio. d. And. in ca. fraternitatis, in 27. col. ſupra eo.

c ¶ Innocen. Probat. c. conſtitutis. i. primo, ſupra eo. cum pluribus ſi. & probatur, ſupra eo. cum ueniſſet, ibi, Alterutro, & ibi uide Ioan. And.

d ¶ Comprehenderit. Et ſic plena lectio illarum requiritur, ad hoc l. 1. §. ſed ſi legi. ff. de his, quæ inte. de. facit. l. inciuile. ff. de legi.

e ¶ Depoſitiones. Cum hoc dicto Io. And. hic tranſit d. An. Cardi. Imo. & d. Ab. quibus adde Domi. in c. cum perſonæ, ad finem principii ſuper gl. in uer. integrali, de priuil. in 6. & Bal. & Imo. in l. 2. §. inſpecto, per illum tex. ff. quemadmodum te. ape.

f ¶ Perſonæ. In contrarium facit, quod not. glo. 2. q. 1. in primis, & Ioan. An. ſupra eo. in nomine domini, ſuper glo. non eſt ita, & in c. ſeries, ſuper glo. fi.

g ¶ Tempora. Quæ ponuntur in l. 1. C. de dilatio. ubi uide Cyn. & Bal. & Sali. & 3. q. 3. §. ſpacium.

h ¶ Statutum. In glo. confueuerunt: poteſt etiam iudex comminare iſti petenti longam dilationem certam pœnam, ſi deficiat in probando, prout no. 10. And. poſt Compoſto. de elec. nihil, & ca. quòd ſicut. poteſt etiam denegata dilatione ferre ſententiam, quæ non retractabitur, niſi probet in cauſa appellationis per illos teſtes, quos prænominauit. ut no. 10. And. de conceſ. præben. poſt electionem, poſt Innocen. ubi uide.

i ¶ Colla. Sed an daretur actio ad intereſſe contra examinatores, & ceſſet reſtitutio, uide in l. eleganter §. ſi dolo, ff. de dolo, & glo. penul. in cap. 2. de reſti. in inte. & facit quod no. Barto. in l. ſi. ff. de ua. & extraord. cogni.

K ¶ Simul. Pro Inno. facit. l. ſancimus. §. ſed quia quidam, C. de iure deli. & ibi per Sali. uide, Bart. tamen iſtud dictum reprobat in l. ſi. ff. de feriis, & in l. 2. ff. de re iu.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ad testificandum admitti pendente accusatione & quorum crimi num quis possit, quando pendente inquisitione, uel denunciatione nu. 2. uide nu. 3. absolutione facta non prohibetur, nu.*
2 *Contra testes exceptio proposita quòd non reseruetur in tempus disputationis, & an id sit uerum, remittit, ibid.*
3 *Innocens eo ipso, quòd quis absoluitur, præsumitur.*
Testis si quis accuset, per quos conuinci possit, quid iuris, ibid. uer. opponitur.
Testis dictum recipitur, reseruata ipsius in dictum finitæ accusationis contra eum, ibid. in fi.
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 5. & 6.*

CAPVT LVI.

NOn debet. Ponit regulam, & casum exceptum, quam secundò probat per duo similia. secunda ibi, Cum etiam [*Criminibus*] secus, si agitur ciuiliter, Inn. unde dicit Hostien. de quibus criminaliter agitur [*Exceptis*] quæ sint †crimina excepta, tractant hic Pe. & Abb. sed uide plenius in Specu. de accu. in fi. [*Admitti*] facit hæc litera, quòd exceptio cõtra testes proposita non reseruetur in tempus disputationis, de quo dic, ut plenè dixi, supra eod. ex parte [*Pendente*] illa finita, & illo absoluto non prohibeatur
a recipi, ut infra dicam a [*Accusatione*] Idem †dicunt quidam pendente inquisitione, uel denunciatione, In-
b no. & Hostien. de inquisitione b bene fateor, cum illa non fiat super ueritate criminis, nisi præcedente infamia, ut infra de accu. qualiter. sed in denunciatione uideretur distinguendũ. primò an denunciatio sit euangelica, an iudicialis, an canonica, an regularis. & si est
c iudicialis, an denunciatus sit infamatus, necne c [*Innocentes*] quod †præsumitur eo ipso, quod absoluitur, ar.
3 in eo, quod leg. & no. infra de calum. ca. 1. & 2. secundum Hostien. [*Ab accusatione*] uide Hiero. ad Pamma. 4. C. [*Repellantur*] opponitur, quòd secũdum hoc parata est fraus accusato uolenti subtrahere copiã probationis accusatori. accusabit enim, uel accusari faciet illos testes, per quos potest conuinci, ut sic per accusationis pendentiam illos à testimonio repellat, & talibus fraudibus non est uia parãda, infra de diuor. quãto, in fine cum concor. & ob eandem fraudem uitãdam dixi, infra de accu. omnipotens, quòd pendente accusatione potest quis eligi. Sol. nõ uertitur hic bursale interesse testis accusati, uel accusatoris uolentis illum producere, ex quo criminaliter agit, sicut ibi: sed dices imò & si non accusati testis, tamen accusatoris illum producere uolentis propter pœnam talionis, quare dici potest, quòd propter inscriptionẽ, quam subit accusans testes, non est de facili præsumptio huius maliciæ: & quando præsumptio esset de malicia, posset prouideri secundum decre. frequens, de resti. spo. lib. 6. uel dictum testis recipi, reseruata fide ipsius in euentum finitæ suæ accusationis, ad hoc
4 supra eo. ex parte. ¶ Prima †glo. no. quòd hæc tria &c. & addit quarum. reliqua pars respondet per tres quæ tiones. prima quid in ciuili, secunda quid de exceptis ctiminibus. tertia quid de condemnato, qui ap-
5 pellauit. ¶ *In* †*glo. 1. ibi, eos*] uide de ordi. cogni. capi. 2. in glo. penul. [*& ibi, reum*] uide de accusatio. omnipotens, super prima glo. [*& ibi, licet sit damnatus*] etiam
6 de crimine famoso, ut in l. allega. in princ. ¶ *In* †*glo. 1. ibi, incedunt*] de hoc satis. 2. quæstio. 7. ipsi apostoli [*& ibi, utrum*] scilicet sit ille accusatus de crimine excepto [*& ibi, non debet admitti*] & ideo dixit textus, forsan, secundum Inno. & Abb.

ANNOTATIONES.

a ¶ Dicam. Contra istum tex. facit. l. si quis, ff. de testi. & uide glo. & Bar. ff. de accu. l. ex iudiciorum.
b ¶ Inquisitione. Vnde dicit hic d. Bal. quòd tabellio pendente accusatione potest conficere instrumenta, ar. l. sed si forte. ff. de sol.
c ¶ Necne. Vide Ioan. And. & glo. in c. omnipotens, infra de accu. & uide l. reus, & ibi Barto. ff. de mu. & hono.

De testibus cogendis, Rubrica.

¶ Quia officium testium quasi publicum est, & ad illud interdum inuiti coguntur, ideò post rubricam &c. Da. & Goffr. facit ad materiam. 2. quæstio. 6. statuendum.

SVMMARIVM.

1 *Testes sunt cogendi in causa matrimoniali etiam à delegato. uide num. 5. & 6.*
2 *Aequalitas in iudicijs seruanda, & in quo hic.*
Assertio pro eo, quod quis asserit. ibid.
3 *Testes, & iudices quibus corrumpantur modis.*
Executor, auditor, cognitor, & nuncius, pro eisdem accipiuntur, & quando, ibid.
4 *Epilogus, & additio glossarum, & sequen.*
A peccato non princeps, non ius aliquod, neque priuilegium excusat, ibid. nu. 25.
Ad testificandum an & quando priuilegiati cogantur, ibi d. & alij quando nu. 6.
6 *Veritatem celare non licet, & quibus casibus eum celare non præsumatur quis.*
Malitia non præsumitur in eo, qui habet causam recusandi testimonium suum, ibid.
7 *Iuramentum prohibetur clerico, exceptis quibusdam casibus.*

CAPVT I.

1 CAusam. Casus. Int causa matrimoniali cogendi sunt testes. & no. quòd decr. dirigitur Papiensi electo; & ut dixit Vincen. ex causa fuit scriptum ordinario: quia forte plus timebatur. nam etiam delegatus hoc posset, de offi. delega. præ
2 tereaa idem Abb. [*Alterutra*] ut sic †in iudiciis seruetur
a æqualitas, infra de regul. iur. non licet, libr. 6 [*Assertionis*] ideſt ad faciendam fidem de eo, qui asserit. Idẽ uerbum de causa pos. cum ecclesia, uer. parte [*Occultent*] scilicet subtrahendo se à testimonio, ferendo, In-
3 no. [*Timore*] his †modis corrumpuntur testes, & iudices; de hoc, supra titu. 1. quoties [*Nuncio*] qui hic uocatur nuncius, alibi uocatur executor, auditor, uel cognitor, quem potest iudex quilibet ad certum articulum deputare, de offic. delega. super quæstionum. §. 1.
b & §. uerum b [*Compellas*] quod hic notat Inno. & Hostien. post eum de compulsione testium, dicam, infra
4 eo. dilectorum. ¶ Prima † glo. ponit duplicem causam cõpulsionis testium. ¶ Vlti. glo. signat contrariũ,
5 & dupliciter soluit. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, mortale* c] contra, quic dam sunt priuilegiati, ne cogantur. 4. q. 3. uersic. item Iulia. sed nec princeps, nec ius aliquod, nec priuilegiũ excusat à peccato, ut patet, supra de consue. cap. fin. nec prætextu pietatis, de usuris, super eo. Sol. dicit Hostien. quòd inter priuilegiatos, & non priuilegiatos hæc differentia notari potest, ut non priuilegiati, ex quo nominantur, cogantur, & si per alios fides fieri posset, ex quo moniti testificati recusant. Priuilegiati uerò non cogantur, nisi ubi per alios nequit ueritas apparere; quo casu procedit, quod dicitur de pec
6 cato. ¶ *In* † *glo. secunda ibi, præsumitur*] hoc in ciuilibus, in quib. peccatum est celare ueritatẽ in damnum proximi

ximi, sed obtentu religionis iurare renuit, supra titu. 1. nuper, de iureiur. & si Christus, in fi. uel alia similis causa. In criminalibus uerò, & aliis, in quibus non est peccatum ueritatem celare, non est præsumendum, quòd is, qui testificari renuit, maliciosè se subtrahat, & ideò non est cogendus, nisi manifeste appareat malicia, infra eo. peruenit 2. per quam dicendum, quòd etiam in criminibus, & in causis, in quibus testes non coguntur, cogentur deficientibus probationibus, etiam si se non subtrahant gratia, odio, uel timore, secundum Innocen. nam, ut dicit Hostien. eo casu clericus cogitur. 2. q. 6. statuendum. nec † obstat, quòd
7 prohibitum sit iuramentum, sine quo testis non deponit: quia uerum est, quòd est prohibitur, nisi in casibus, quorum iste est unus. ¶ *In glo. ult. ibi, ad personas*] uel. d fœminæ, de iudi. c. 2. li. 6. [*& in fi.*] uel illud, cum
d absens testificari uult per literam, uel scripturam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præterea. Maximè, quia in dilationibus consueuit semper apponi clausula, testes autem &c. uide in specu. de teste. §. qualiter, in forma pe. ibi, Porrò.
b ¶ Verum. Ibi uide latius Ioan. And. & uide glo. & Moder. in Clem. 1. de offi. delega.
c ¶ Mortale. Adde ultra doc. hic glo. in c. quisquis. 11. q. 3. & in c. ne quis. 22. q. 2. & Imo. & do. Abb. in c. 1. de cri. fal.
d ¶ Vel. Ad id, quod hic dicit glo. quòd ad personas egregias mitti debet, uide Ioan. And. supra eo. si cui, super glo. 1. & ib uide remissiones.

SVMMARIVM.

1 *Testes cogendi & quibus modis.*
2 *Necessarium accipitur, etiam pro utili & expedienti.*
Testes adire iudicem expensis producentis debent, ibid.
Et contumacia prima quando quis puniatur, ibid. uersi. no. hic.
3 *Comminationes etiam plures fieri possunt congruentibus singulis actui suo.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 5.*
Tunc, aduerbium termini significat exmentitatem, in princip.
Venire sufficit ea hora, qua quis officium suum possit expedire, ibid. & nu. 6.
Impedimenti necessitate tentum in sententia non obligat. §. 1. & num. 6. §. 2.
Sententia, uel præceptum quod non teneat ibid.
6 *Additio glossarum.*
Testes quando uenire sufficiat ad iudicem, eod. nu. 6. & quantum possint temporis à iudice teneri, ibid.
7 *Excommunicationis sententia in testes, si non uenerint die statuta quando liget.*
Excommunicationis relaxatio quando sufficiat, uel ab ea absolutio ad cautelam ibid. uer. in secundo casu.
Error intolerabilis, impossibilitas, ibid.

CAPVT II.

1 VM super. a Casus. Per †excommunicationis, suspẽ
a sionis, & depositionis sententiam cogendi sunt testes. & tria facit. primò præcipit. secundò ibi, si uerò, punit contẽdentẽ. tertiò aggra-
2 uat ibi, & fi. [*Necessarium*] quia per alios ueritas † non poterat liquere, & ideò erant compellendi ꝑm Goff.
b uel expone ideſt utile, b uel expediens: & est si. quod notaui in Cle. de procu. c. 1. in ulti. glo. [*Præsentetis*] expensis producentis, de rescriptis, statutum. §. pe. lib. 6. [*Suspensos*] no. hic ad ea, quæ no. supra de procu. ad que
c relam c dicebat tamen Vinc. hoc ideò esse: quia in citatione hoc fuit expressum: aliter non puniretur prima contumacia [*Veneritis*] in secundo termino, quem assignauit in eodem rescripto [*Excommunicationis*] Hosti.
3 sic † legit, quòd assignauit secundum terminũ, in quo si non uenirent, uoluit illos esse excommunicatos, & demum si non uenirent in tertio, comminatur illis
4 depositionem. ¶ Prima † glo. respondet per quæstionem. ¶ Secunda glo. respondet per contrarium de decre. cum non ab homine, ubi remittit. ¶ Tertia glo. no. quòd plures &c. ¶ Vltima quærit, & soluit. ¶ *In*
5 † *gl. 1. ibi. l. 4. in fi.*] si dixerit testator, quòd hæredes debiæ soluant tunc 10. si quinquennio proximo Titio non sit natus filius, licet Titius prius sit mortuus, non debetur legatum, nisi finito quinquennio: quia articulus, tunc, illius extremitatem designat. ¶ *In glo. ult. ibi, relegati*] uide de iudi. at si clerici, super gl. pe. [*Idem ait*] sequitur, nihil aliud esse sententiæ stare posse, quàm id agere, quantum in eo sit, ut arbitri sententiæ, parea tur [*& ibi, si seruus. 10.*] testator, qui legauit fundum, si centum darentur pupillo, uel furioso, non uidetur uoluisse conditionem completam quoquomodo illis dando, sed tutori, uel curatori dandum est, ne datum imbecillitate pereat [*& ibi, Paulus*] impossibile præceptum nullum; & sine causa appellatur à sententia, cui per rerum naturam pareri non potest [*& ibi, si prætor*] §. Marcellus, aliàs est lex, & incipit, si per dolum. ¶ *In*
6 † *glo. 1. ibi, officium suum*] iurando. s. non d deponendo.
d possunt enim teneri à iudice per 15. dies, non ultra. C. de testa. l. pe. secundum Vinc. uel secundum eum ueniant tali hora, quòd deponãt ieiuni. 22. q. 5. honestũ, supra ti. 1. c. 1. ¶ *In. glo. 3. in fi.*] & de senten. excom. constitutionem 2. respon. li. 6. ¶ *In gl. ult. ibi, intelligitur*] idem Vincen. [*& ibi, Non potuit*] hæc quæstio no. 4. q. 5. capit. uno, in glo. sed pone. in Specula. de citati. §. pen. ad fin.
e & facit, quod not. infra de solu. Odoardus e, & quod dixi de offi. dele. P. & G. & uidetur expedita, de senten. excommuni. uenerabilibus. §. idem [*& ibi, Si prætor*]. §. Marcellus, aliàs est lex, & incipit, si per dolum [*Et in fi.*]
7 Hosti. dicit, quòd † si Papa tulit talem sententiam, omnino ligat, de offi. delega. ex parte. nec est nostrum reprehendere. 9. q. 3. aliorum. si inferior eam tulit, aut taliter citatus detinetur impedimento incommoditatis, aut facti. primo casu ligatus est: tamen nisi in citione expressa esset talis causa, propter quam prætermittere debuerit propria negocia, sine difficultate debet absolui: aliter satisfieri oportebit sententiæ. in secundo casu non indiget absolutione, cum præceptũ non obliget ad impossibile. & si hoc intenderet, esset error intolerabilis, & sic sententia nulla. sufficit ergo
f relaxatio, ut in præall. decre. Odoardus. posset f etiam fieri absolutio ad cautelam, secundum eum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cum super. Inno. c. cum super, no. contumacem in prima citatione puniri. ad quod uide etiam, quod no. in c. querelam, de procura. in l. sanctimus, C. de iudi. & aucten. qui semel, C. quomodo & quando iudex, & scripsi plene. 4. q. 5. quisquis. item no. etiam pro sola contumacia quem suspendi ab officio, & beneficio, de quo etiam in c. ueritatis, de do. & contu. & scripsi in d. cap. quisquis, in glo. 1. item no. quòd in prima contumacia potest imponi pœna suspensionis in 2. autem pœna excommunicationis, quòd uidetur contra. c. sacro, de sen. excommuni. & 24. q. 3. de illicita, & no. 4. q. 5. & ibi scripsi, Archi.
b ¶ Vtile. Adde do. Car. in c. uenerabilem, supra de elec. & sequitur ibi d. Abb. in penul. colum. ubi dicit, sicut ratione necessitatis potest uenire contra iuramentum, ita ratione magnæ utilitatis, ad hoc d. Abb. in cap. & si Christus, de iureiurand. in 3. notabili.
c ¶ Querelam. Vbi uide glo. si enim, & super illa Ioan. And. & Bar. in l. qui ante calendas, ff. de uer. ob.
d ¶ No. sufficere producere intra dilationem, si solum testes iurant, licet non deponant, de quo uide Ioan. and. de excep. pia, li. 6. & in

Specu.

Speeu. de teste. §. qualiter, uersꝰ. ex his quoque, & ibi Ioan. And. & uide in decisione Rotæ conclusione 82. & Bar. in l. damni. §. Sabinus. ff. de dam. infec.

e ¶Odoardus. Et quod habetur in decisione Rotæ, conclusione 90. & materia l. continuus. §. illud. ff. de uerb. ob. quando scilicet difficultas impediat exactionem, uel obligationem, uel pœnam, ubi uide Bar. & faciunt ista ad illam materiam, ad idem, infra de iure iuran. querelam.

f ¶Posset. Ad hoc uide no. in c. P. & G. supra de offic. delega. & dic, quòd si constat ex tenore sententiæ, quòd iudex uelit eum actare ad ueniendum, siue impeditus, siue non, tunc tanquam iniusta nõ tenet, ut in c. uenerabilibus, de sen. excom. si uerò non constat ex tenore sententiæ, tamen uult uerè, ligare siue impeditus, siue nõ. tunc ligatus est, siue iusta, siue iniusta, dummodo non constet ex tenore sententiæ, & si non apparet occulata fide, licet ex mente sit reducibilis ad istum errorem; non tamen est nulla, si non est promulgata simpliciter, & dubitatur de intentione iudicis, tunc est interpretandum, quòd non uellet ligare, quando impeditus, est: tamen iste debet se reputare ligatum, ut in c. uenerabilibus, de sen. excom. & faciunt ad prædicta no. infra de appel. c. pastoralis, de eo, qui ex iusta causa appellat, & postea excommunicatur, & iudex, ad quem, pronunciat contra appellantem. & ad hoc uide optime, quod no. in c. Odoardus, de solutio. uide quod scripsi plene. 4. q. 5. quisquis, Archi.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui timore partis aduersæ se subtrahit, testificari compellitur, etiam in criminalibus, nu. 2. & 3.*
Diuisio capituli, eod. num.
2 *Contractus ut plurimum non sunt notorij.*
Conueniri pro accusari, ibid.
Testificari oportet de uisu, non de auditu auditus, ibid.
Factum pro delicto commisso, ibid. in fin.
3 *Passim, sine distinctione, ad dictio. passim.*
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 5. & 6.*
Citatio necessaria, ibid. nu. 6.
7 *Veritatem liquere per alios testes non posse si dicat actor, & contrarium dicat reus, utri eorũ probatio, & an testibus incũbat.*
8 *Testes quòd aduersarius subtrahit, probabit eos producere uolens, & postea cogentur.*

CAPVT III.

1 SVper eo Casus. Testis † qui timore aduersæ partis se subtrahit, testificari compellitur. Et in prima decisa consultatio. in secunda responsio ibi, Consulationi, in qua distinguit. & secundum mẽbrorum prosequitur ibi, uerum. cuius resp̃sum moderatur ibi, Nisi. & demum quærentem instruit ibi,
2 licet [*Factum*] id est delictum. ut † plurimum enim contractus non sunt notorij, ut dicam, infra de cohabita. cleri. uestra [*Probationem*] nec purgationem, de purga. capi. c. pen. [*Conuenitur*] id est accusatur: sic patet, quòd in criminalibus coguntur testes, de hoc, infra eo. delictorum, Hostien. [*Interfuerunt*] q. d. oportet testificari de uisu, non de auditu auditus [*Facto*] id est delicto commisso [*Timore*] non dicit amore, secundum Abb.
3 & per † hanc literam dicit Innocẽ. testem in criminali cogendum, si timore, uel aliter maliciosè per partem aduersam à testimonio retrahatur, infra capitu. proxi. Idem Pet. [*Passim*] q. d. non facta distinctione inter ciuiles & criminales, possit aliter probari, uel non impediatur per aduersarium, uel non: aliàs etiam secundum l. sunt monendi. ff. de tabul. exhibi. locum. §. exhibere, Hostien. [*Humani*] id est ciuilis, de iura. calu. c. 1. uersicu. præterea. ¶ Prima † gl. incipit casum. ¶ Tertia gloꝺ. respondet per contrarium de decreta.
5 supra proxi. ¶ Quarta glo. quærit, & soluit. ¶ *In † gloss. 4. ibi, super seruis*] uide, supra titul. 1. præsentium, super
6 3. glo. ¶ *In † glo. 2. ibi, necessaria est*] & citatio, Tan. & Vincen. ¶ *In glo. 3. ibi, sunt cogendi*] si. expositio, de sponsa. requisiuit, & ff. de tabul. exhib. end. locum. §. hoc interdictum, & §. exhibere, Hostien. ¶ *In glo. sed quis, ibi, compellitur.*] Idem Vicen. & Phi. supra capit. 1. Ala. hic, Da mascen. qui hic formauit hanc quæstionem, illam nõ
7 soluit. ¶ Sed † subdit aliam, scilicet cum actor dicit ueritatem per alios liquere non posse, cuius sit probatio, an ipsius, an rei dicẽtis per alios liquere nõ posse? tenet, quòd actoris: quia etiam in excipiendo, &
a in negando incumbit probatio, de renunciati. super hoc. & si diceres, quòd incumberet testi, qui producitur, esset res in circuitu, si quilibet testis probaret [a] per alios rem posse liquere; probet ergo actor. facit ff. de eo, quod certo loco, non utique. §. 1. ¶ In contrarium allegat, quia qui dicit per alium rem posse liquere, excipit; probet ergo. ff. de probat. in exceptionibus, & ponit affirmatiuam, & sic probare debet contra negantem. 6. q. ulti. actor, de causa possessio. cum ecclesia, de probatio. ad nostram; uide quod dicam in Specu. de teste. §. qualiter, uersicu. & no. quòd [*& ibi, Sic seruatur*] standum est ergo interpretationi cõ
8 suetudi. secundum Phi. [*Et in fi.*] Pe. dicit, quòd † probabit, quòd aduersarius subtrahit, quo probato in ipsius odium compellentur.

ANNOTATIONES.

a ¶Probaret. Sed quando testis non se subtraheret. si autem constat, quòd se subtraheret timore, amore, uel odio, tunc credo, quòd incumberet etiam testi, qui asserit, quòd per alios potest liquere, Archi.

SVMMARIVM.

1 *Testis compellitur fraudem detegere illius, qui probationis copiam aduersario subtrahit.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Accusationis appellatio indicat actionem criminalem.*
Testes produci non possunt in termino dato ad instrumenta producenda, & ratio, ibid.
Commentum dictionis usus, ibid. in fin.
3 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 4.*
Iniustam causam præsumor fouere, si pecuniam dedero aduersario, uel iudici, non tamen causam amitto, si habeo bonam, num. 5.
Per aduocationis subtractionem iudicis auctoritas eluditur.
5 *Additio glossarum.*
Iuramentum deferatur habenti testem unum, ibid.

CAPVT IIII.

1 PEruenit. Casus. Compellitur † testis fraudẽ illius detegere qui probationis copiã aduersario subtrahit. in prima facti narratio. in secunda iudicis instructio. ibi, Nos igitur. uel cõis diuisio, quod probet,
2 uer. respondemus, ad fi. c. [*Accusatus*] ergo † criminaliter agebatur, Host. [*Ducendus*] & de quo certum erat, q
a ueritatem criminis nouerat, Ho. [*Continentur* [a]] ff. de fi. instru. l. 1. T. & ff. de uerb. si. notionem. §. instrumẽtorum Gof. dicit hic Pe. in termino dato ad producenda instrumenta non posse produci testes, cũ illa produ-
b cantur post publicationẽ attestationũ [b], infra ti. 1. cũ dilectus [*Experiri debet*] pœna docente [*Commentum*] Idem uer. de resti. spo. c. 1. li. 6. aliàs commertiũ; & alle.
3 Host. §. de rescriptis, c. fi. ¶ Vlti. gl. † respondet per quæstionem, an super principali cogi debeat. ponit opin. Lau. quã partim approbat. demũ ponit ꝫriam, cui si-
4 gnat ꝫrium, infra c. pe. & ibi remittit. ¶ *In † glo. 4. ibi, l. 1.*] præsumor iniustã causam fouere, si iudici, uel aduersario pecuniã dedero. ¶ *In glo. pe. ibi. §. ulti.*] obbrobrio-sum est præsidi, si quis tam impotẽs est, q
5 omnes metuant aduersus eum aduocationẽ susciperе. ¶ *In † glo. præsumptiuè*] adde, non tamen eo ipso litẽ amittit, si bo-
c nã habet causam [c], Phi. ¶ In gl. ult. ibi, fraude reuelata q. d. quòd si haberet alium testem, uincerẽt; ad hoc, C. de proba. si possessionem; quod non credit Vinc. sed forte secundum cum defertur tunc iuramentum, supra de procura. ex insinuatione.

ANNOTATIONES.

a ¶Continentur. Adde tex. in l. in exercendis. C. de fide instru. quod procedit ex lata significatione; uide Specu. in ti. de dila. §. uidendum, uer. item no. & Bal. in l. 1. ff. de fide instru.

b ¶Attestationum. Hic rex. uult, quòd appellatione instrumenti in lata significatione comprehenduntur testes, sic etiam sententia, ut in c. inter monasterium, ibi, cum præxtu &c. infra de reiu. sic & testamentum, ut. l. 2. in prin. ff. quemadmo. te. ape. eadem ratione, & omnia, quæ faciunt fidem in iudicio: quia instruunt, ut apocha, apodixæ, & antapocha, & ad hoc uide consilium, quod incip. in Christi nomine, Amen, Quidam clericus. sed nunquid si. l. municipali statuitur certa pœna fabricandi falsum instrumentum, liget eum, qui corrumpit testes eo, quia appellatione instrumenti continentur: dic quòd non: quia uerba sunt intelligenda se cundum communem intelligentiam, infra de sponsa. ex literis, ar. l. librorum. §. quid tamen Cassius, de leg. 3. nec pœna debet extendi, de his, quæ fiu. à maiori parte ca. c. quæ fuit. idem credo de corruptoribus omnium aliarum scripturarum. uerba enim statuti in propria & stricta significatione debent intelligi, ut l. 1. §. si is, qui nauem. ff. de exerci. & l. quicquid astringendæ de uerbo. obli. ad hoc op. quod no. Barto. in l. 1. C. de iura. calum. quem uide, Archidia.

c ¶Causam. Vide, supra ti. proxi. cum causam, in glo. per excommunicationem, & super illa Ioan. And. & in c. constitutus, lo. 2. in gl. fi. & super illa, & uide, infra glo. proxi. & super illa Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Testes cogendi sunt super iniuria probanda illata clerico.*
Infamia si laicus laboret, quod iniuriatus fuerit clerico, quid iuris, ibid.
2 *Res pro negocijs.*
Responsum rescribentis hic ut intelligatur, ibid. ad dictio. Elici.
3 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 4.*
Infamis quis fiat.
5 *Additio glossarum.*
Interesse mea in quibus dicatur.
Lectio hodierna huius decretalis differt ab antiqua, ibid.

CAPVT V.

1 PEruenit. [a] Casus. Super † proban-
2 da iniuria clerico illata cogendi sunt testes. Cõis diuisio. secunda ibi, Cõsultationi [*Commississe*] quo casu si laicus laboret infamia, aut purgat se, aut absoluitur ad cautelam, aut uitatur ut excõmunicatus, infra de sen. excommu. cum desideres. §. 2. Host. [*Et infra*] supple,
2 quæris, an sint cogendi [*De rebus*] id est † negociis. & sic bene respondet consultationi directè, cum id, de quo quæritur, sit negocium ecclesiasticum ratione personæ læsæ. 11. q. 1. §. ex his, & infra de uerbo. sig. super qui busdam [*Elici*] maximè, dummodò gratia, uel odio se subtrahant, supra c. 1. & infra c. proxi. Ala. uel intellige hoc quò ad priuilegiatos iuxta id, quod dixi, supra c. 1. super 1. gl. ꝑm Host. uel hoc est inductum fauore clericorum, & ne laicorum iniuria remaneat impunita,
3 ꝑm Inno. ¶ Glo. 1. † obiicit, & dupliciter soluit. ad primam solutionem signat contrariũ, & remittit. ¶ *In 1.*
4 *† glo. ibi. §. ult.*] suo nomine damnatus. uel pacti, furti, ui bonorum rap. iniuriarum, uel de dolo malo, infamis
5 est. ¶ *In † glo. 1. ibi, uel dic*] ꝑm Inno. à cuius tempore fuit hæc glo. [*& ibi, Interesse*] puta ad impensas factas, & operas amissas, secundum Pet. & Abb. [*Et in fi.*] in an. subiũgebatur, quòd si clerici iniuriam probare non possent, staretur ipsorum iuramento. sed quia continebat iniquitatem, fuit remotum. per quod arguit Hostien. de intentione papæ fuisse testes cogendos.

ANNOTATIONES.

2 ¶Peruenit. No. tex. istum ibi, Astantibus, ubi probatur, quod non sufficiat testi, ut concludat, quòd deponat in causa scientiæ per actum propinquum sensui, nisi deponat de immediato, & sic, si dicat scio, quia præsens, non uidetur, quòd probet, debet ergo addere: quia præsens & uidi, uel audiui, contrarium est uerum, de quo uide in c. præsentium, in nouella, de testi. lib. 6. & uide Bart. in l. 1. de auct. tuto. ubi idem, Bal.

SVMMARIVM.

1 *Testes cogendi sunt super consanguinitate probanda, & in spiritualibus, & quando procedat dictum prius.*
2 *Testes omnes generaliter sunt cogendi, & quando.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 4.*
Præsumptio leuis sufficit ad compulsionem testium, & nu. 5.
Additio glossarum.
Probatio leuior sufficit accedente præsumptione.

CAPVT VI.

1 SAeterum. Casus. Super † consanguinitate probanda cogendi sunt testes [*Consanguinitate*] not. in spiritualibus testes cogendos, supra cap. 1. Inno. procedit hæc gl. quando ad matrimonium con iungendum, uel disiungendum probatur consanguinitas, supra titul. 1. cum in tua. Si uerò ad successionem, tutelam deferendam, iudicem recusandum, uel his si. tunc cessat glo. [*Non dubitatur*] nec Pompo. dubitat, nec nos dubitamus. ff. de tribu. procuratoris. 1.
2 respon. [*Ius scriptum*] dicens † generaliter quemlibet cogendum, qui se subtrahit, gratia, odio, uel timore, supra cap. 1. & 2. Goff. dicit Hostien. ius scriptum dicens indistinctè testes cogendos, & sic indistinctè sumendum est; de priuilegiis, qui circa. ergo in omni causa spirituali, supra c. 1. infra ca. proxi. Ciuili. 11. q. 2. quamquam. Criminali, infra cap. super his, & capitu. seq. co-
3 gendi sunt. ¶ Tertia † glo. quærit, & soluit. ¶ Vltima
4 dupliciter exponit, quòd hic de odio dicitur. ¶ *In † glo. 3. ibi, §. planè*] summatim iudex æstimat, an bona fide intentetur iudicium de inoffi. testa. & tunc modicum supersedebitur qnæstioni libertatis, quæ mouetur ex illo, infra quod si non fuerit contestatum iudicium
5 inofficiosi, procedetur in causa liberali. ¶ *In † gloss. 3. ibi, dictum est*] supra eod. cap. 1. & ca. 2. super eo, in ulti. glo. aliàs penulti. [*Et in fi.*] Ala. dicebat, quòd necessaria erat probatio, sed propter talem præsumptionem sufficiebat leuior.

SVMMARIVM.

1 *Testis synodalis, qui super matrimonio coram ordinario deposuit, coram delegato super eo iurare non cogitur, & quomodo & quando hoc intelligatur, nu. 3. & 4. & cuius personam repræsentat, num. 2.*
Propter autem superuenientem infamiam repellitur, ibid.
Corrigere tamen potest, si errauit, incontinenti, non ex interuallo dictum suum, ibid.
Capituli iurisdictio unde manet, ibid. ad uer. Tuo capi.
3 *Synodales testes quando iterum non sunt cogendi dicere testimonium super eo, quod denunciauerunt, & iurare, & nu. 4.*
Iurare iterum quis non compellitur super eo, quod iuratus aliàs, testificatus est, ibid. nu. 3. nisi in casu ibid. & nu. 4.
4 *Nouus articulus qui dicatur.*
5 *Puplici cur dicantur hi testes.*
Infamis repellitur à testimonio, & à denunci. nio, ibid. ui de nu. 6. in fi.
6 *Infamis uidetur magis removendus ab officio, qui est infamis post assumptio-*

assumptionem officij, quàm antea, & ratio.
Approbatus semel, non potest reprobari, ibid.
Testimonium testium Synodalium quare non uult pontifex ualere post assumptum officium, ibid. uer. uel dic.
7 *Crimen quòd non possit obijci commissum ante, quàm testis hic assumeretur ad officium, qualiter intelligatur.*
8 *Ob delictum præcedens an prælatus remoueri possit, ibid.*
9 *Corrigere dictum suum quando liceat testi, & quod à iudice sit obseruandum, uide nu. 16. 17.*
Testis dicto priori statur, tamen minor fides adhibetur, & quando, ibid.
Incontinenti corrigere se testis quando dicatur, ibi quando quid dicatur fieri incontinenti, in suffrag. §. in ult. gl.
10 *Addere dicto suo quando possit testis.*
11 *Varians, cōtradicens, uacillans, ignorās, errās quādo testis dicatur.*
12 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 13.*
Testis status quo tempore inspiciatur, in princ.
14 *Additio glossarum,*
Iuramentum generaliter præstatur ab omnibus officialibus, & qui nam hi sint, eod. num. 14.
15 *Cautio de stando iuri coram uno iudice, non extenditur ad alium, si mutetur officium.*
16 *Errorem posse à teste reuocari usq; ad sententiā quibusdam placet.*
Testibus corrigentibus dictum suum an adhibeatur fides, arbitrarium est iudicis, ibid.
17 *Alienatio reuocatur etiam ex interuallo.*

CAPVT VII.

a 1 PRæterea. [a] Casus. Testis † Synodalis, qui super matrimonio coram ordinario deposuit, coram delegato super eo iurare nō cogit. hoc primò. propter superuenientem autē infamiam a testimonio repellitur, hoc secundò. potest tamen, si errauit, incontinenti, non ex interuallo, corrigere dictum suum, hoc
b tertiò [*Coram te*] instituta sede [*Tuo capitulo*] [b] forte uacāte sede. ĵ. de hære. ad abolendā. j. respon. uel habebat hoc cōsuetudo præscripta ꝑm Inn. cōcor. s̄. ti. j. Alberi
2 cus [*Testimonium*] dicit † Inn. ꝙ iste propriè nō repsentat officium testis, sed officialis, uel denūciatoris; alle.
c Host. C. de accu. ea q̄dē. [c] ff. de rebus eorū, qui sub tu. magis puto. §. cuius officio [*Compelli*] hoc intendit, ꝙ
3 † si testes Synodales semel, sicut iurauerāt, denūciauerūt id, quod cōtra christianitatē, vel bonos mores fieri intellexerūt in matrimonio, uel alijs, pęna cogi nō debēt super eodē testimonium dicere in publico, nisi quādo alij testes su p eo nequeūt inueniri, & hoc ideò, ne per redditionē testimonij sibi plures inimicos acq rāt. uel dic, ꝙ testimoniū præstabūt, sed nō iurabunt, Inn. hoc ultimū cōcor. gl. ij. [*Iuramentum*] hæc est mēs litteræ, testis Synodalis, q semel testimoniū tulit, amodò non cogit super eo iurare, nec testificari, dummodò aliter fides fieri possit: aliàs cōpelleret testificari, sed non iurare, nisi forte nouus sit articulus nō cōprehensus sub primo iurō; quo casu cōpellit nō solùm testificari, sed etiā iurare; sic legit Host. & bene. & sic vr̄ sensisse gl. dicebat hic Gof. alternatiue tamē, ꝙ hic intelligi posset in casibus, quibus dat optio parti, contra quā recepti sunt testes ꝑm decre. s̄. ti. j. cū cām, & c. præsentata: quia si eligat eos iterū deponere, nō tamē iterū iurabūt; plus ei placet, quod prædixi [*Aliter*] scilicet per testimoniū receptū ab ordinario, Goff. [*Articulus nouæ*] qui non † cōtinebat sub primo iurō, eo ꝙ
4 nō pertinebat ad officiū denūciādi, Gof. puta hæreditatis. ĵ. qui filij sint legi. c. j. vel dotis. ĵ. de dona. inter vi. & vxo. c. 3. Host. cui non placet exēplum, quod ponit
5 Inn. de adulterio [*publici*] sic † dicti: quia reipublicæ seruiunt, cuius interest, ne crimina remaneāt impunita, de sen. ex. vt famæ [*Infamiam*] infamis repellit à testimonio, vt hic. s̄. ti. j. licet. 2. 35. q. 6. episcopus, & à denūciando, vt in gl. [*Remoueri*] cōtra, quod no. 2. q. j. si pec
6 cauerit, ubi vr̄, ꝙ † mādatum ad denunciandū delictū ꝓximi omnibus factum sit tā infamibus, quàm alijs. Itē magis vr̄ remouēdus, qui ante officiū est infamis, q̄ qui post. Sol. non est ita: quia sup infamia præcedente officiū, ex quo ad ipsum assumunt, vr̄ dispensatum pro eo, siue in tantū, quia semel approbatus reproba
d ri [d] non pōt. 32. q. 5. horrendus, de procu. Pompo. sed & si post assumptū officiū aliq d cōmittāt illicitū. grauius est, q̄ si antea, ar. 11. q. 3. pręcipue, & ĵ. de voto, magnæ. §. j. & iccirco plus postea, q̄ antea repellunt. vel dic, ꝙ ideò non uult ualere testimoniū talium, si post assumptum officiū incurrāt infamiā: quia cum rōne officij testimoniū istud eis reddant, & eis magis credatur, q̄ aliis, indignum esset, ꝙ ecclesia infames officiales haberet. uel dic, ꝙ infamis potest reddere testimonium, sicut & quilibet alius, sed nō sicut testis Synodalis. uel dic, ꝙ infamis nō admittit ad testificandum, vt hic. 3. q. j. in primis. s̄. ti. j. ex parte. j. rñ. uersi. fi. sed bene admittitur ad denunciandū, ꝑm Inn. quod dic, vt not.
7 s̄. ti. j. in omni. verum † id quod. s̄. no. s. ꝙ crimen commissum ante, q̄ assumeret testis ad officiū, ei non possit obijci, vr̄ esse intelligendū ꝑm Hos. de notorio, vel saltē famoso: secus de occulto, de quo imputandū vr̄ potius testi, qui hoc tacuit, arg. in eo, quod leg. & no. s̄. de corpore uicia. exposuisti, & adde, quod not. ĵ. de preben. cum non ignores. §. fi. Host. [*Postquàm*] arg.
8 prælatum † propter delictū pręcedens remoueri non posse; ad idem de æta. & quali. accepimus, de pur. ca. c. fi. de iureiurā. quēadmodū. 8. q. 2. dilectissimi, arg. ĵ. de præben. cum non ignores, & quod le. & no. de corpo. uici. exposuisti, Host. Tu potes dicere illud argu. hic non sumi: quia hic nō dicit, ꝙ propter præcedentem causam hic non remoueatur testis ab officio, sed ꝙ in
e officio manēs non repellit [e] à testimonio [*Incontinen-*
9 *ti*] antequàm † partibus, uel alicui personæ loquantur: aliàs præsumitur contra eos, nec ualet correctio, sed tātùm primo dicto stabit, arg. s̄. de testi. sicut, quāuis illud loquat post publicationē testiū, & post sentētiā. sed eadē rō vr̄ etiā ante publicationē. & licet stetur primo dicto, vbi etiā secundò dicunt ɔ̄rium: tamē erit minor fides adhibenda: quia p ꝑm debilitatur primū. Si verò antequàm exeat conspectum iudicis, se corrigat, debet iudex prudenter attendere modum, & causam correctionis. ĵ. de accu. cum dilecti, & nisi cognoscat eum probabiliter se corrigere, incidet in suspicionem, uel uacillationē. ff. de testi. in testibus, uel uaria-
10 tionē, eo. ti. qui falso. si non † corrigat, sed addit, si hoc facit ante, q̄ exeat præsentiam iudicis, constat licitum esse: si postea similiter facit, postq̄ potuit loqui partibus, audiendus est: sed minor fides ei adhibet, ar. hic,
11 & in auct. de testi. §. quia verò. & no. ꝙ † uarians dicit, qui primò dicit aliud, cuius postea dicit ɔ̄riū, nullā uariationis causam assignans. contradicens, qui primò dixit duo incompatibilia, vt si dixit, se interfuisse contractui tali die, & loco. postea dicit se illa die fuisse alibi. vacillans, qui dubitando, & timēdo loquitur. Item qui uariè loquitur. ff. de fal. eos, qui. ff. de testi. l. 2. & l. qui falsò. Horum autem testimonium non ualet, immò puniuntur, C. de testi. l. nullum, Inno. & de hoc uide in Spe. de teste. §. j. d. uers. item ꝙ testes sunt uarij, & uer. se. ubi ponitur dictum Iaco. Bal. de ignorante, errante, & titubante, dicam. ĵ. de cle. ex. mi. apostolicę.
12 ¶ Tertia † glo. arguit à contrario; & illud reprobat. ¶ Vlti. glos. respondet per quæstionem, & soluit: in fi.
13 signat ɔ̄rium, & soluit. ¶ *In gl.* † *no. ergo ibi. l.* 1.] satis est, ꝙ testis adhibitus testamēto cōi opinione eo tempore habebatur pro libero. ¶ *In gl. habes hoc, ibi, Popularis*] uide de accusa. cum oporteat, super. 3. glo. ¶ *In ult. gl. ibi, continuus actus*] sequitur, stipulantis & promittentis esse debet, ut tamen aliquod momentum naturæ interuenire posit [*& ibi. §. ulti. infi.*] si pater occidit adulterum, & filia profugit, & horis interpositis à patre, qui persequebatur, apprehensa & occisa, incontinenti dicetur pater occidisse [*& ibi. l. ul.*] loquitur de illo, qui non correxit errorem aduocati incōtinenti. i. in-
14 fra triduum. ¶ *In glo. 1. in fin.*] & infra de accusa. sicut olim, Goffred. ¶ *In glo. 2. in fi.*] & dicit Hostien. hoc generale in omnibus officialibus, qui iurant officium exercere, siue sint testes, ut hic, uel iudices, in auctē. iusiurand. quod præsta. ab his. §. & æquus ero, col. 2. infra de iureiuran. uenientes, uel tabelliones, uel nuncii, de præsump. illud, de præscrip. ad audientiam, de
f appellat. cum parati. [f] ¶ *In glo. 3. in fin.*] coram † eo-
15 dem iudice: secus coram alio [g], argumen. ff. iudi. sol-
g ui, cum apud. ubi dicitur, quòd cautio de stando iuri præstita coram uno iudice, non extenditur ad aliū, si muterur iudicium, Ab. ¶ *In glo. ulti. ibi, instantia*] qui-
16 dam † dicunt, quod testis potest reuocare errorem vsque ad sententiam, sicut & principalis. C. de iur. & fac. igno. l. error, quod non placet Goffred. [*& ibi, Ex interuallo*] unde dicit Hostien. quòd licet multa sint scripta, ipse putat hoc arbitrarium, ut considerata qualitate personæ; quantitate interualli, colloquio partium, & reliquis circunstantiis, iudex correctionem admittat, uel non admittat, & facit quod dixi in textu
h [h] [*& ibi, Sine mox*] & 22. quæstio. 2. cap. 1. [*Et in fin.*] ui-
17 de † quod ibi not. in glos. prima, illud enim in alienatione, quæ reuocatur etiam ex interuallo, & per successorem: hic in teste, qui propter subornationis timorem ex interuallo non corrigit.

ANNOTATIONES.

a ¶Pręterea. In hoc c. in prin. sunt duo intellectus. unus gl. quòd nō compellatur iurare super eod. ar. alius intellectus doct. quòd non compellitur item iurare super eod. arti. si aliter potest ueritas apparere: alias secus. si. in secunda parte sunt etiam duo intellectus. prior est glo. quòd infamia præcedens non repellat à testimonio: secus, si sequatur. alius intellectus docto. quòd infamia præcedens non repellat istum testem synodalem: secus si sequatur, Archid.
b ¶Tuo capitulo. Adde, quòd talis cognitio pertinet ad episcopū, ut est tex. in c. accedentibus, de excess. præla. & Specu. in tit. de rescripti, præsentat. §. ratione autem; fallit in casu isto secundum do. Anto. & Imo. in c. Albericus, supra tit. prox.
c Quidem. Ibi uide plenè per do. Bart. de Salic. & facit l. 1. ff. de off. præfec. ur. & uide Barto. in l. diuus, in pe. q. ff. de custo. & exhi. reo. ubi uide materiam horum denunciatorum, quos tex. hic uocat synodales, & uide infra de accusa. sicut olim.
d ¶Reprobari. Qualiter autem debeāt esse isti denunciatores, an bonæ famæ, & quid de criminosis, uide Bar. in l. diuus, ff. de custod. & exhi. reo. & uide Io. And. de accu. sicut olim.
e Repellitur. Sicut diximus de tutore, qui durante tutela actione tutelæ non conuenitur l. nisi finita. & ibi contra. ff. de tute. & ratio. & in iudice, qui habet administrationem, qua durante officio non conuenitur, de quo in l. nec magistratibus, & ibi per Bar. ff. de iniuriis, & in l. senatusc. ff. de off. præsi. & ad materiam uide l. 1. & ibi Bar. & Bal. & Sali. C. de testa. & ibi Bal. allegat istam glo. Ber.
f ¶Cum parati. An istis denunciatoribus, & testibus synodalibus credatur sine alia probatione, uide in l. 1. ff. de off. præ. urb. & plenius per. Bar. in l. diuus, ff. de cu. & exhi. reo. & in l. ab accusatione. §. 1. ff. ad Tur. & Io. An. de accus. sicut olim.
g ¶Coram alio. Nisi ille sit successor primi: quia tunc non durabit, vt no. Io. An. supra in gl. & hæc est mēs in fi. & de test. prę sentata, in fi.
h ¶In textu. In glo. antequàm. & intellige hanc correctionem fieri posse cum limitatione, quam ibi ponit Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Testes cogendi, cum de fama, uel uitio falsitatis inquiritur, & quo casu, uer. si non si non potest, cur hic cogantur, nu. 3. §. in ulti. gloss.*
Purgatores non compelluntur, ibid.
2 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 3.*

CAPVT VIII.

1 SVper his. Casus. Cum † de fama, uel uicio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes. De fama, ut de ea constet. non enim intendit, quòd pur-
a gatores compellantur [a] secundum Vincen. [*Destinatis*] per archipresbyterum, & sacristam, qui de hoc puniti fuerunt, supra tit. 1. tam literis [*Cogatis*] si non potest aliter de causa liquere, supra eo. peruenit 2. Vin. fit hoc secundum eum, quia ciuiliter agebatur. idem Goffr.
2 ¶Glo. secunda † ponit casum. ¶Vlti. glo. signat con-
3 trarium, & remittit. ¶*In* † *glo. 1. ibi, super his*] & de pœnis, super his. ¶*In glo. 2. ibi, electioni*] imò consecrationi, ut patet in c. tam litteris. ¶*In ulti. glo. in fi.*] dicebat hic Innocē. quòd quia in modum inquisitionis, uel quia delictum commissum lite pēdente, fauore iudicum, ne ipsorū iurisdictioni eludatur; uel ideò, ne indignus præficiatur in episcopum, & ideò cogūtur hic testes.

ANNOTATIONES.

a ¶Cōpellantur. Quia illorum officium est uoluntarium, non autē coactionē hēt; uide de proba. ad materiam super 1. gl. per Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Testes sunt cogendi super falsi crimine, & ratio, num. 2.*
2 *Falsis literis si quis non utatur, quandoq; habet locum pœnitentia.*
Veritatem celare peccatum est, ibid. in fin.
3 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 4.*

CAPVT IX.

1 CVm contra. Casus. Super † crimine falsi cogendi sunt testes. Communis diuisio. secūda ibi, Nos igitur [*Eis*] falsis litteris [*Vsum fuisse*]
2 hoc dicit, quia † citra usum quandoque locus est pœnitentiæ, infra de crimi. fal. dura, & c. falsariorum, & c. fin. Hostien. [*Falsitatis*] in quo prosequebatur agens, uel accusans suum proprium, & speciale interesse, ne per falsas literas fatigaretur, & perderet ius suum, & pro tanto uidetur peccatum celare hanc ueritatem
3 in detrimentum proximi secundum Inn. ¶Prima † gl. ponit dubitationis causam, signat contrarium, & remittit. ¶In glo. 1. ibi. §. quoniam. hanc & se. intelliges,
4 infra. c. 1. in 1. glo. ¶*In* † *glo. 1. in fin.*] & ibi dicam, quod hic no. Innocen. & Hostien. de probanda exceptione criminum contra testes.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum præponitur hic episcopo in ordine scripturæ, & ratio.*
Inferior præponitur superiori ex causa hic & qua.
2 *Criminosi an sint testes, si interrogentur, respōdere non coguntur.*
3 *Compulsio ecclesiæ quæ, & quæ iudicis laici.*
Testes ne recedant iuramento, non carcere astringuntur, ibidem in fin.
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 5. & 6.*
Testes qui & in quibus causis testificari compellantur, & nu. 6. ubi latius uide.
Testes quando compellantur, uarias antiquorum commemorat opiniones, & hoc in ciuilibus: in criminalibus autem quid iuris, num. 9. 10. & 11.
7 *Mediator, siue proxeneta, an & quibus casibus compellatur ad testificandum.*
8 *Priuilegiati an cogantur ad perbibendum testimonium, remittit.*
10 *Procurator datur etiam ad aliquem articulum etiam medium causæ criminalis, & in causis quibusdam criminalibus.*
11 *Testes ut cogantur, in quibus casibus non consueuit hanc clausulam adijcere in literis curia Romana, in princ.*
Iacobi de Amelia opus de testibus citatur, ibid. circa finem.

CAPVT X.

Dilectorum. Breue eſt, nec diuidi-
tur, nec ſummatur.
1 [*Capituli*] præponit †capitulum, quia age-
bant [*Et infra*] hic intellige, quòd quia par
tibus graue erat in curia litigare, Papa commiſit cauſam in reſcripto commiſſionis, ponens clauſulã, quæ
2 ſequitur [*Criminalibus*] ſi † dicas, propriis, quia interro-
gati, an ſint criminoſi, reſpondere non cogentur, de
quo not. ſupra titu. 1. cum cauſam; tunc ceſſaret difficultas decre. nec contradiceret opinio Goffr. & ſequa
cium, nec opi. Hoſtien. de quibus dicam ſuper gloſſ.
3 [*Per cenſuram*] ſic † compellit eccleſia. ſic ſupra e. cum
ſuper. iudex ſecularis hoc caſu inducit mulctam. ff. fi
quis ius di. non ob. l. 1. uel capit pignora, ſicut in tutoribus, & curato. uolẽtibus ſatiſdare, quorum, ſicut teſtium, publicum eſt officium, inſti. de ſatiſda. tu. §. fi.
de excuſa. tuto. l. 1. 1. reſponſo, ſicut etiam parens nolens filium alere. ff. de lib. agno. l. ſi quis ex his. aſtringuntur autem iuramento teſtes, ne recedant, nõ car-
4 cerantur. C. de teſti. ſi quando, Vincen. ¶ Prima † gl.
habet duas partes. prima dicit teſtes in ciuilibus co-
a gendos, excipit mediatores, [a] & certos priuilegiatos.
ſecunda ibi, In criminalibus, tunc principaliter de ipſorum compulſione in criminalibus; & facit 7. primò
allega. pro & contra. ſecundo ibi, ſuper hoc, ponit
opinio. quæ habet, illos cogi, cum de crimine ciuiliter agitur, tertiò ibi, Sed huic, illam impugnat, quartò
ibi, Ideoq́ue, ponit opin. ſuam, quæ habet, illos non
cogit, etiam cum de crimine ciuiliter agitur, quintò
ibi, Qualiter, reſpondet ad contrariam opinio. ſuam
reaſſumẽs, ſextò ibi, Alij, reaſſumit, & coadiuuat opi.
contrariam, dicens illam æquam, ſeptimò ibi, Inno-
5 centi, ponit opi. Innocen. ¶ *In* † *glo. 1. ibi. §. quoniam*] in-
fra in ſup. intelliges [*& ibi, ſi quando, in princip.*] dixit ibi
textus, ſi quando inuitos teſtes in cauſis pecuniariis
ex noſtra. l. aliquis trahere uoluerit [*& ibi. l. Iulia*] can.
in uer. item. l. Iulia. ſuperius allega. [*& ibi. l. penulti. §.
fin.*] aliàs. 1. & uide in cap. ueniens, proxi. allega. ſu-
6 per prima gloſſ. ¶ In † gloſſ. prima in princip. ſcire de-
bes, prout notabant antiqui eodem titu. cap. primo,
in 1. compi. & not. Innocen. ſupra cap. primo, circa
materiam gloſſ. & tituli fuerunt opinio. prima, quòd
indiſtinctè omnes compellantur niſi priuilegiati, de
quibus in gloſſ. ſed Hoſtien. circa priuilegiatos diſtinguit, ut poſt eum ſcripſi ſupra capitu. primo, ſuper pri
ma gloſſ. Alii dicunt tunc teſtes compellendos, quan
do iactant ſe ſcire uerum: aliter non; & hoc proba-
bant per quandam antiquam, quam hodie non habemus. Alii dicunt, quod ſi gratia, odio, uel timore
ſe ſubtrahant, coguntur: aliter non, ſupra cap. primo,
& tertio, & cap. cæterum, & hic. Quarti dicunt tunc
demum teſtes cogendos, quando per alios teſtes ha-
beri non poterat: aliter non, quod placuit Vincen. ſupra cap. primo, & cui huius rei incumbat probatio,
dixi ſupra e. ſuper eo. Quinti dicunt rogatos tantum
compellendos; quod uide in Specu. de teſtib. §. pen.
uer. item dicit. ſed iſtæ opiniones erant etiam in ciuilibus. de criminibus autem principaliter tractat hic
gloſſ. [*& ibi, Tam clerici*] de hoc ſecunda quæſtio. ſexta,
ſtatuendum, in fin. [*& ibi, Qui non compelluntur*] ut patet
b in aucten. ſtatim [b] alleg. aut ambæ partes † conſen-
7 tiunt; & tunc compellitur mediator: aut ambæ diſſen
tiunt, & tunc non admittitur: aut altera tantum diſſentit, & tunc admittitur, ſed non compellitur. Ratio uerò eſt, quare non compellitur altera parte nolente, ut ibi not. Accur. quia forte precium recepe-
runt pro officio, unde cum re perfecta habeant commodum, uidentur teſtificari proprio commodo, &
dato quòd precium non expectet, adhuc idem: quia
præſumitur, quòd affectet compleri id, propter quod
laborauit, ne imponatur ei, quòd non cautè ſe habuerit, uel auferatur, quod datum erat, argumen. C.
de aſſer. l. fin. in fi. iſta ratio concludit eum etiam non
c admittendum [*& ibi, Quaſi priuilegiata* [c]] de his † priui-
8 legiatis ſatis in ſpecu. de teſte. §. penult. in prin. [*& ibi,*
d *quidam*] Goff. & Phi. [*& ibi* [d], *Crimina teſtibus*] licet Ho-
ſtien. teneat opi. contrariam gloſſatori: iſtud tamen
9 dictum bene ſibi placet, ut infra dicam [*& ibi, in* † *crimine falſi*] quid erit de crimine hæreſ. ſimoniæ, & læſæ
maieſta. ſecundum Hoſtien. qui dicit ſe rationem huius ſpecialitatis non uidere [*& ibi, Cuilibet*] hoc dicũt,
ut euadant contrarium de reconuentione [*& ibi, Lite
10 conteſta.*] ad aliquem † articulum, & in medio accuſationis proſequendum: uel quod criminalia erant, in
quibus interuenire poterat procu. ff. an per ali. ca. ap.
l. prima, uel quòd dati erant ſolùm ad impetrandum
hoc reſcriptum, hæc omnia recitat hic Innocen. [*& ibi, Præiudicat*] interdum, non ſemper [*& ibi, æquum*]
dicit Pet. de San. hic, quòd per hæc uerba gloſſ. non
recedit à ſuperiori ſua opin. ipſe uerò dicit hoc tenendum, quòd ubi iudex procedit ex officio etiam in cri
minalibus cogit teſtes, ſi ad alterius petitionem, non
cogit [*& ibi, Inno. Quartus*] dicit ſupra e. cap. primo & c.
11 proxi. ibi finaliter † tenet, quòd ubicunque ex proba-
tione criminum conſecuturus eſt lucroſam ſententiam, uel uitaturus damnoſam, ſemper compelleren
tur teſtes. Hoſtien. hic præcisè dicit teſtes in crimina-
libus cogendos, & quòd quæcunque fuerit conſue-
tudo Romanæ Eccleſiæ, hæc eſt mens iuris. de con-
ſuetudine dixi: quia, ut not. Goff. in ſumma, non eſt
conſuetudo Romanæ Eccleſiæ, in criminibus teſtes
cogere, nec in literis ſuper eis imponere hanc clàuſulam, teſtes autem &c. dicebat eodem titu. cap. primo
1. compilla. quòd licet Romana eccleſia habeat hanc
conſuetudinem, non tamen iubet eam ſeruari. 11. diſtin. nolite. XVI. tales caſus, in quibus curia non po-
nit illam clauſulam, uide in ſpecu. de teſte. §. pen. in fi.
Ad hanc uerò decre. Hoſtiẽ. reſpondet, q́ loquitur de
compulſione non facienda, quando probato crimine criminoſus ex eo non puniretur, ſed ſolùm de facto infamaretur, ut in crimine probato cõtra teſtem,
accuſatorem, uel procura. Tunc enim non cogentur
teſtes ſecundum eum, niſi magnum præiudicium fieret parti. infra c. 1. hoc ipſe no. hic, & ſupra e. ſuper his,
& ſupra ti. 1. ex parte, in fi. dicit autem hic, q́ ubicunq;
puniretur crimẽ per depoſitionem, uel aliter, ſemper
cogendi ſunt teſtes. contraria uerò opi. ſecundum eũ
multis rationibus impugnatur: quia per eã Deus offenditur: res publica læditur: proximus corrumpitur:
materia delinquendi, & corrumpendi teſtes miniſtratur: mens utriuſq; iuris peruertitur: obediens, qui præ
mio remunerandus eſſet, opprimitur, & punitur: inobediens, qui pœna debet affici, de ſua malitia gloriat.
unde ad has abſurditates uitandas, & ut criminoſi, &
crimina puniantur, dixit etiam Ho. ipſe in criminibus
e teſtes cogendos [e]. nec ob. q́ aliqua iura dicunt in ciui-
libus compellendos: quia alia iura ſupplent de crimi-
nalibus. nec ob. q́ accuſator debet cauere, q́ probatio
nes habeat luce clariores. 2. q. 8. ſciãt: quia poteſt eſſe,
quod habebat, & poſtea corrumpuntur. Item & illud
etiam in ciuilibus locum habet, in quibus tamen cõ-
pellũtur, & ſic diffiniuit Vrbanus IIII. in cauſa electionis Toletanæ, ut ipſe refert. dicit etiam, q́ opi. Inno. ſatis concor. huic ſuę opi. quia per probationẽ criminis
accuſator uitaturus eſt dãnoſam, & conſecuturus eſt
lucroſam ſn̄iam, per quam. ſ. uitat pœnã talionis. Et ſi
dicis ex cõpulſione forte accuſatus, cui plus fauẽdũ ẽ,
q́ a reus cõſequeſ dãnoſam. Rñ. idẽ in ciuilib. in q́b. tñ
cõpellunt. Itẽ licet aliꝝ ſit fauẽdũ reo, in occultatione

ueritatis

ueritatis non eſt fauendum; hoc no. ſupra c. proxi. &
remittit ad ſum. eccl. ti. [*Et in fin.*] dabat de primo exemplum, ſupra c. 1. quando agitur criminaliter, vel ciuiliter excipiendo, uel alio modo ad pœnam tantum: q́a
tunc non eſt peccatum, ſed meritorium celare crimẽ
fratris, ar. 2. q. 1. ſi peccauerit; quod dicit uerum, niſi p-
ſeueraret in crimine: quia tunc eſſent teſtes cogẽdi, ut
pœna reuocaret à malo, quam Dei timor non reuocat, ar. de uita & hon. cle. ut clericorum. 22. q. 5. hoc vi-
f detur; & hoc in manifeſtis [f]. In occultis uerò non cõ
pellerentur, niſi crimen occultum eſſet periculoſum,
ſicut hæreſis, dilapidatio, & ſimilia, quæ ſine periculo
non poſſunt diſſimulari. tunc enim cogentur teſtes,
infra de accu. qualiter, ſecundo, de hæreti. ad abolendam, & c. excommunicamus. §. ſi qui autẽ, & §. ſi quis
enim. 22. q. 1. ſi quis per capillum. dicit etiam ibi Inno.
q́ ſi dicatur quis condẽnatus de crimine, tunc cogen
tur teſtes: quia cum per ſentẽtiam ſit notoriũ, peccatũ
eſſet celare. Idẽ de fama, uel infamia probanda. Quid
de ſententia excom. dicit ibi, q́ ad eam probandã cogentur teſtes, cum illa non ſit crimen, cum poſſit excõicari non peccans, de ſen. excc. inquiſitionis. de quo
ſatis dixi ſupra e. teſtimonium, in gl. ſi dicas. & hæc eadem ratio ſecundũ eum poteſt eſſe in ſententiis latis
ſuper criminib. Si uerò dicaꝫ quis excõicatus ipſo iure, puta per canonẽ, ſi quis ſuadente, quia ibi oportet
probari crimen, non cogẽtur teſtes, niſi in caſu, infra
e. petuenit, & in aliis, in quibus eſſet peccatum celare
ueritatem, ut eſt dictum. ¶ Quid ſi dicatur lata ſenten
tia, excõico te, niſi infra 10. dies ſoluas Titio 100. negaſ
ſententia, nũquid hic cogẽtur teſtes ſuper ipſius probatione? nõ uidetur prædicta ratione: quia oportet
hic probari crimen. ſillum in ſolutione ceſſaſſe, quãuis poſſet reſponderi, quod ſufficit probare ſententiã,
niſi aduerſarius aliud probet, de quo remittit Inn. ad
no. per eum, infra de accu. ſuper his. tenuit etiam Inn.
in præalle. c. 1. q́ etiam in criminalibus cogenẽ teſtes,
ſi ſubtrahantur à parte. Idem, ſi ipſi ſubtrahant ſe malitioſẽ, ſupra c. proxi. & c. puenit. Quid dicemus poſt
tanta ſparſa in gl. & circa gl. Cautum forſan eſſet ſequi
ſpeculatorem, qui in materia nil elegit, ſed remittit ad
inſerta in ſpe. de teſte. §. pen. Iaco. de Amelia in opere
ſuo de teſti. in pe. col. tenet, q́ teſtes cõpellantur in cri
minibus, etiam ſi agatur ad pecuniariam pœnam, ut
ſit per ſtatuta. Si uerò agatur ad pœnam corporalem,
non. unde dicebat etiam hic Hoſt. q́ ubi agitur ad pœnam ſanguinis etiam coram tẽporali uicario epiſcopi, qui utrumq; habet gladium, non eſſent teſtes per
eccleſiam compellendi: quia non ſpectat hoc ad officium uiri eccleſiaſtici, ut patet infra ne cleri, uel mo.
clericis, & c. ſentẽtiam. de clerico hoc eſt planum. ſed
quid de laico, qui forte ſpirat ad clericatũ, & ideo non
uult deponere in cauſa ſanguinis: honeſtum eſſet ipſum non cogi: ſed etiam an foro ciuili, formari poſſet
ex prædictis utilis diſtinctio.

ANNOTATIONES.

a ¶ Mediatores. Adde Barba. conſil. 54. in 5. col. in 1. uolu. & per d. Feli. in c. ueniens, in 7. col. ſupra de teſtibus.

b ¶ Statim, Vbi uide de iſtis proxenetis, quomodo & quando poſſint teſtificari, & uide de teſti. c. 1. lib. 6.

c ¶ Quaſi priuilegia. Adde ſecundum Bal. in l. ſi quando, in 2. col. C. de teſt. quòd quando teſtificantur perſonæ priuilegiatę, non eſt neceſſe, quòd ſcribatur in actis, quòd depoſuerunt ſponte: quia non præſumitur coactio.

d ¶ Et ibi. Vide Ioan. An. in addi. ſpe. in ti. de teſte, §. opponitur, uer. item quòd adminiſtrator, & uide c. 1. eo. tit. lib. 6. & gloſſ. in uer. ciuiliter. & communis opin. eſt, quando altera pars conſentit, & altera non, quòd nõ poteſt, nec compellitur reddere teſtimoniũ: quia ſuſpectus eſt ex actu teſtificari: quia commodum habet ex ipſo contractu, & ſi non haberet commodum, cenſetur habere propter uituperium, quod ſibi aſcriberetur, ſi contractus non ualeret. ideò præſumptio eſt. quòd ſemper teſtificetur pro contractu, ad hoc uide 2. q. 1. in c. ſi quis epiſcopus. in glo. & uide quod no. de teſti. c. Romana, lib. 6. in glo. mag. in fin. & per Bar. in l. deferre, de iure fiſci, Bal.

e ¶ Cogendos. An autem ua'eat dictum teſtis non citati, uide in deciſione Rotæ, concluſione. 340. & 399. & per glo. & Bar. ff. de his, qui. ut indig. l. poſt legatum, & Bal. in l. alia, C. e. ti.

f ¶ Manifeſtus. Pro hoc facit, quod no. in 2. de confeſſ. quòd ſ. poſitioni criminoſæ tunc quis renetur r. ſpondere, quando eſt notoria, uel etiam manifeſta, uel infamatus de illa eſt: quia tunc nõ ſic dicitur procedere.

SVMMARIVM.

1 *Ad coniurationem detegendam coguntur ſocij & iurati.*
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Coniuratio præſumitur illicita.*
3 *Iuſtitia ne pereat ex defectu teſtium, ſuperior prouidere debet.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 5. & 6.*
Conſpiratores qualiter puniendi, eod. nu. 5.
In tumultum facientem, uel ſeditioſas uoces emittentem capitalis eſt pœna.
6 *Turbam & cœtum congregare non licet, & ratio.*

CAPVT XI.

Venerabilis. Caſus. Ad detegen-
1 dam † cõiurationem
coguntur ſocii, & iurati. & pars huius, ſupra de iudi. uenerabilis. & ſunt duæ partes.
In prima partis iuſta petitio. In ſecunda ipſius exaudi-
tio ibi, Ideoq́; [*Quondam*] forte propter hanc, uel pro-
pter aliam cauſam iam erant priuati [*Coniurationem*]
2 hæc ſemper † præſumitur illicita, Vin. poſſunt tamen
aliquando colligari ad bonum. 16. q. 7. c. ſanè. Goff. di
a xi de hoc ſupra de iudi. exhibita [a] [*Eius*] ſ. archiepiſco-
pi [*Aſtringentes*] ipſi ciues, Pe. [*Super his*] ſ. coniuratione
facta, & iuramento præſtito de ipſa celanda ſecũdum
Inno. [*Ciuium*] hæc eſt cauſa, quare compelluntur, &
admittuntur, ar. C. de hære. quoniam multi. C. de reb.
cred. genraliter, ſupra tit. 1. dilecto, ſecundum Hoſtiẽ.
3 [*Prouidere*] quod fieri † debet, ſupra ut lite non conte.
quoniam, de proba. quoniam. ideoq́; infert ex eo, q́
ſupplicatio iuſta fuit, & exauditione digna [*Illos*] puta
ancianos, uel conſules, qui tenent uicem communitatis, cui iuratum erat, uel certi officiales ad hoc fuerant, de quib. hic loquitur, puta capitanei guerræ, uel
his ſimiles [*Abſoluant*] quod ſi non fecerint, ut q́a abſentes, uel pertinaces, iſti delegati hoc faciant, ſecundum Inn. [*Nihilominus*] i. ceſſante, uel non probata tali coniuratione, uel ſi à tali iuramento noluerint ip-
4 ſos abſoluere, Phili. & Hoſtien. ¶ Gloſſ. 1. † reſpon. per
quæſtionem, quæ ſit pœna conſpirantis cõtra epiſco
pũ. ¶ Glo. 2. obiicit, & ſoluit. & in fi. arguit ſocium & c.
5 ¶ *In* † *glo.* 1. *in fin.*] & ſinguli in libra una auri condemnandi, ut in conſtitutione Fed. in li. feu. de pace tenen.
hac edictali. §. conuenticula. Sed ſi quis tumultum cõ
tra aliquem fecerit, uel ſeditioſas uoces emiſerit, capitalis eſt pœna. C. de his, qui ad eccleſias confugiunt. l.
denunciamus. C. de ſeditio. l. 1. & 2. ff. de pœnis, aut fa
cta. 1. reſpon. & l. ſi quis aliquid. §. auctores. C. de epiſcopis, & clericis, conuenticula. ff. de ui publica. l. qui
b cętu [b]. in quibus inuenies, quod † nec turbã, nec cæ-
6 tum dẽt aliquis congregare: q́a oĩa talia ſunt prohibita, niſi probentur conceſſa. ff. de colle. illi l. 3. Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Exhibita. An conſpiratores repellantur à teſtimonio, & qua pœna puniantur, uide not. infra de fi. per tuas, infra de re iudi. c. cum I. & A. Bald.

b ¶ Qui cætu. Quid de tyrannis, uel populis Italiæ, qui inuicem faciunt ligam, an ſit licitum, & quando per Bar. in extrauaganti ad reprimen. in l. 3. infra allega.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio, siue continuatio tituli.*
Instrumentorum appellatio quæ comprehendat.
2 *Huic rubricæ quæ alibi sparsim statuta conueniant.*
De instrumentis conficiendis consilium ubinam detur, ibid.
Instrumenti fidem quæ tollant, ibid.
Manumissio probatur per instrumenta, ibid.
3 *De notario in quibus decretalibus fiat mentio.*

De fide instrumentorum, Rubrica.

1 ¶Continuata † est, supra in rubrica de testibus, ubi videas. Instrumentorum autem appellatio omnia comprehẽdit, per quæ instruit causa, supra ti. 1. peruenit. 1. Aliter dicitur instrumentum apparatus fundi, uel instructio, quo uel qua possessio exercetur. ff. de fundo instruc. & instru. le. l. quæsitum. 1. respon. Goff. ad hoc, infra de homici. significasti. 2. in fi. ad materiã faciunt, 3. q. 9. si debitum, & c. chartæ. 10. distĩ. in memoriam. 3.
2 q. 4. nullus. conuenit † Rubricæ, de maio. & obe. cum in ecclesijs, uer. cum igitur, & de faciendis instrumentis datur consilium, de testi. significauit. Rasuræ & interlineaturæ tollunt fidem instrumenti, de relig. do. cum ven. de priuile. cum olim. 2. per instrumenta probatur manumissio, de na. ex li. uen. c. uno. faciunt li. 6. de elec. ut circa, & c. fundamẽta. §. ut ergo, in fi. de tẽp. or. cap. pri. de offi. ordi. si canonici. 1. respon. de sen. excom. ca. primo. §. exemplum, de priuil. cum personę, 1. respon. in fi. & Cle. de elec. causam, de usuris cap. primo, §. cæterum, de uerbo. sig. sępe, uer. eo saluo. ¶De
3 † notario, de præscriptione, ad audientiã. de præsump. illud, in fi. ne clerici, uel monaci. sicut te, de fi. cap. primo, de hære. si aduersus, & c. excommuni. §. credẽtes, de sen. excom. nouerit. 1. & 3. respon. & in 6. de rescriptis, statutum. §. notarium, de elec. fundamenta, uer. iudices, de offi. dele. cap. ulti. §. pe. de hære. ut officium §. uerum, & §. sequenti. de pœnis, fœlicis. §. q si quis, & Cle. de statu mo. attendentes. §. pe. de hære. cap. primo. §. notarij quoque, & c. seq. §. notarij uerò.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura quæ dicatur auctentica, & quæ priuata, & nu. 1.*
2 *Si notarius negetur fuisse is, qui confecit instrumentum, quid iuris.*
3 *Per comparationem ut probetur instrumentum, quæ requirantur.*
4 *Literis abbatum, archidiaconorum, episcoporum, uel aliorum prælatorum nunquid, & quando credatur, & nu. 5. & 14.*
6 *In literis, uel instrumentis extraiudicialibus nihil ultra, quam inijt actum est, debet apponi, & quibus ea prosunt, uel noceant, & nu. 9. & 10.*
7 *Sigillum à quo sit apponendum scripturæ.*
Sigilli officium debet alicui committi, & cui, ibid. & nu. 14.
Sigillata scriptura per alium, quàm per eum, cui est sigillum commissum, an ualeat, ibid.
8 *Instrumentum continere debet tempus rogationis, & quod, & notarium fuisse rogatum, nu. 11. & an ualeat, nisi rogetur, ibid. & nisi publicè rogetur, & nu. 12.*
9 *A quibus præcipi possit, & quibus edi, & quibus obesse, uel prodesse, & num. 10. & inter quos dicatur fieri, & de quibus confici à notario possit, num. eod. nu. 10.*
12 *Notarius publicè rogari debet, nisi in casu, & quo, & de eius officio supra nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & hic.*
13 *Scripturæ quando stetur priuatæ, quæ sit confecta manu eius, contra quem producitur, & quibus casibus si ab alio, quàm ab eo, nu. 14.*
14 *Episcopi auctoritas æquiparatur tabellioni, & in quibus, uer. in his enim.*
15 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 16.*
Exemplis non statur, nisi sumpta & publicata sint iudicis auctoritate, & nu. 17. §. 1.
17 *Additio glossarum.*
Exemplum, uel sumptum ut faciant fidem, quæ sint opus interuenire; ibid.
Opinionis mutatio refertur Alberici Portij, & in quo, inspecta melius ueritate, ibid.

CAPVT I.

1 SI scripturam. Breue est. [*Auctentica*] quæritur, quæ scriptura † dicatur auctẽtica. Dicunt quidam, ut refert Innocen. quòd illa, quæ fit auctoritate iudicis per quascunque personas. supra de proba. quoniam, quod alij nõ concedunt. uel quæ fit per manum publicam etiam sine iudicis auctoritate cum subscriptione trium, uel duorum testium, in auct. eo. ti. §. sed & siquis, C. de tabul. l. 3. libro 10. C. de donatio. in donationibus, supra de testibus, cũ à nobis. uel quæ habet sigillum auctenticum, ut ibi, cum subscriptione testium, de proc. c. 1. & infra c. 1. ubi de hoc, nisi in leuibus, in quibus creditur etiã sine subscriptione testium, cum non sint multum præiudicialia, qualia sunt illa, de quibus legitur, 11. q. 3. curæ. 72. & 3. distin. per totum. 97. dist. nobilissimus. 98. dist. trãsmarinos, & c. Afros. 99. d. c. 1. & 2. secundum Inno. Sed, ut dicit Hostiẽ. aliqua ex his multum sunt præiudicialia, & in aliquibus requiruntur plura sigilla, ut in c. trãsmarinos, & c. Afros, de cle. pereg. c. 1. & 2. Sed an in priuato instrumẽto, quod quis facit de facto suo, est necessaria subscriptio? dicit Inno. q̃ non ff. de procu. si procuratorem, dummodò constet suã esse scripturam. C. de non nu. pe. cũ fidem, & auct. qui contra propriam. Idem etiam, ubi esset consuetudo, q̃ tali scripturæ sine subscriptione credatur, infra eo. cum dilectus. Refert etiam quosdam dicere, illam scripturam auctenticam, quam facit priuatus cum subscriptione testium, in auct. eo. ti. §. si tamẽ quisquã. C. qui po. in pi-ha. l. scripturas. Sed uerius est secundũ Inno. q̃ est priuata. Hosti. remittit, infra c. proxi. finaliter Inn. dicit generaliter illam scripturam publicam, cui de iure, uel de speciali consuetudine creditur sine alio adminiculo, infra eo. cum dilectus. Aliter autem, si esset specialis consuetudo, omnes scripturas, præter charitas tabellionum, & acta iudiciorum, reputat priuatas, cum per manus illarum personarum scriptę nõ sint, quæ sunt ad hoc officium specialiter deputatæ. Illa uerò censetur publica, quæ sine adminiculo uiuæ uocis alicuius notarij, uel etiam testiũ, qui nec fidem facere possunt, cum forsan omnes mortui sint, per se tantum fidem faciunt, & auctoritatem habent, ut in auct. eo. ti. §. sed & si instrumenta, & §. si uerò moriantur, [a] coll. 6. ¶Quid si † negetur illum, qui instrumen-
2 tum confecit, fuisse notarium? hanc quæstionẽ intelli ge, quando quæstio est inter duos, quorum alter utitur instrumẽto: secus si quæstio esset cũ ipso notario. sic dixit ipse Inn. in decre. ueniẽs, de uer. signifi. cuius uerba videas in spe. de proba. §. 1. ad fi. ver. verum, licet probatio, cum uer. sequentibus. Dicit Innocen. quod
b necesse est hoc p̃bare per testes, [b] uel per aliud instrumentum de officio sibi commisso confectum, ut no. infra cap. 1. in prin. sed & sufficeret, si probaretur per testes, q̃ tempore illo, quo fuit factum instrumẽtum, quod nunc in dubium reuocatur, officio notarij, uel tabellionis publicè fungebatur, ar. ff. ad Macedo. le. 3.
c ff. de officio præto. Barbarius [c]. C. de testa. le. prima. Et secũdum hoc potest intelligi, supra de elec. scriptũ est §. 1. Idẽ forte, si appareãt multa & diuersa instrumẽta inter multos & diuersos per manus eiusdem cõfecta super contractibus legitimis, quæ firma manẽt, & sine

contra-

contradictione aliqua tãquam uera & publica ab omnibus recipiuntur communiter, & etiam approbant. Nec credũt aliqui in hoc casu duo sufficere instrumẽta; imò requiruntur tot, q̃ benè & clarè appareat eum commune & publicum officium pro omnibus gerere, uel gessisse secundum Inn. de quo cum nec certus numerus, nec certi tradantur limites, erit ad arbitriũ boni iudicis recurrendum, secũdum Hosti. ut patet. ff. de usuris mora. ff. de testi. le. 3. ff. de uerbo. obli. continuus. §. 1. & in eo, quod leg. & no. supra de offic deleg. de causis. §. unico. de hoc etiam in spe. de instru. edi. §. restat, uer. & scias, & uer. illud autem. Et quid si notarius est de longinqua regione? uide eundem. §. in fin. primæ col. uersic. sed quid si producitur. per Azo. in sum. in auct. eo. ti. per Cy. C. e. titu. comparationes, ad finem. ex quibus patet, quòd est opinio, quòd necesse sit instrumentum adiuuari per modos, quos proxi. dixi. Est etiam opinio contraria & media, quam ponit speculator. Alia distiguit in prẽiudicio per modũ, quẽ
3 dixi de cle. pere. c. 1. post prin. Sed quam dices † priuatam scripturam? dicit Inno. q̃ omnem illam, quæ fit à personis non publicis. nec per se auctoritatem habet, nec aduersarius hanc confiteatur: uel per collationẽ
d alterius scripturæ [d] scriptoris eiusdemque aduersarij, & testium, qui subscripserunt, comprobetur. C. de proba. instrumẽtum. Ad hod autem, ut per compatationem probent instrumẽtum, oportet q̃ illa scriptura, ex qua fit comparatio, quatuor habeat testes subscriptos, in auct. e. tit. §. si quis igitur vult cautè deponere. & idem dicendum est, si subscribantur testes in instrumentis, siue in literis episcoporum, uel non subscribãtur secundum Inno. q̃ dic secundum Hostiẽ. ut no. in sum. eo. ti. §. quibus instrumẽtis, sub. §. item obijcitur, in uer. Item quòd non est confectum, & sequen. & in-
4 fra c. 1. Sed † nunquid literis [e] abbatum, archidiaconoc rum, uel aliorum prælatorum de his, quæ extra iudicium fiunt, creditur? Dicit Inn. quòd sic quandoque. Sed ubi, & inter quos, & inquantum, siue usq; ad quãtam summam talibus literis sit credẽdum, non est expressè iure determinatum, & ideò sunt hæc consuetudini relinquẽda, quæ tales scripturas publicas facit, ar. infra e. cum dilectus. C. de eman. le. 1. 9. q. 2. conquestus, & in eo, quod le. & no. supra de foro compe. cum
5 contingat. §. fi. & de hoc infra c. proxi. Sed † dices, imò ius statuit, & expressè repetitur scriptũ in iure, quòd saltem episcoporum literis est credendum, ut. 11. q. 2. curæ, supra de proba. post cesionem, supra de treu. & pace. cap. 1. §. 1. respon. hoc negari non potest: sed & il
f la iura specialia sunt in excommunicatione [f] propter periculum participationis, infra de rapto. cap. 1. aliàs autem constat, q̃ si episcopus, uel alius dicit talem sententiam dedi, uel talem citaui, ei, uel etiam soli sigillo suo non credetur, nisi & aliter probetur, supra de proba. quoniam, secundũ Inn. sed Host. dicit, q̃ illud. c. nõ probat hoc: imò est potius cõtrarium, ut ibi no. in fine, uerbo tamen suo soli nõ creditur, ut ibi, sicut nec soli uerbo arbitri. C. de arbitris, ne in arbitris. nec etiã soli uerbo tabellionis, in auct. de hæredi. & Falci. §. si uerò absunt, in prin. colla. 1. sed tamen Innocen. dicit, quòd etiam literæ episcopi sigillatæ in prædictis, uel alijs, quæ in iudicio fiunt, non creditur, sed tabellioni tantum, uel duabus personis ad hoc deputatis, & sic intelligit dictam constitutionem, supra de proba.
6 quoniam. In alijs † autem, quæ extra iudicium fiunt, ut in contractibus, & similibus, caueãt nedum illi, qui sigillant, sed etiam & tabelliones, ne aliquid uel ultra in litteris, uel instrumentis apponant, quàm quod & inquantum iniunctum est eis, apponere. Nec enim aliter de his, quæ etiam uident, & audiunt, deberent publicam scripturam facere, nisi ab ambobus con-
trahentibus, uel alteto tantùm, uel saltem ab illo, cuius interfit; hoc eis iniungatur, & de hoc in speculo de instrumen. edi. §. secundo, uersicu. sed pone. T. nec instrumentum proderit, nisi ei, qui mandauit: quia res inter alios acta &c. C. res inter alios acta, in rubro & nigro, & sic etiam potest intelligi. C. de probatio. ad
7 probationem. i. Sed nec † debet compleri scriptura, id est sigillum, uel signum apponi in ea, nisi in præsentia prælati, uel per manum tabellionis, qui auctoritatem dat instrumento: & quando prælatus sigillat per alium, debet sigillum & officium sigilli committere certæ personæ idoneæ & honestæ. uerumtamen si per alium sigillari faciat, ualet nihilominus instrumentum: sed prælatus est puniendus; intelligas tu, nisi hoc ex iusta causa fiat, puta, quia tangit personam sigillantis, argumen. ff. qui satisdat. cogant. l. fin. & in eo, quod leg. & not. infra de iureiuran. breui. §. finali. Sed & litera † debet continere tempus ro-
8 gati instrumenti, & per illum, qui scribit protocollum, siue abbreuiatura retineri, siue tenor registrari, in auct. de tabell. §. illud quoque, collatio. quarta. Tempus autem rogati instrumenti idem est cum
g tempore celebrati [g] contractus. si enim aliud esset ita, quòd de præteritis fieret testimonium, non ualeret, secundum quod uno modo exponitur, infra de co-
h habitatio. cleri. & mu. tua. §. si uerò publicum: [h] secus, si hoc diceret non testificando, sed recitando: quia tunc ualere posset; quod tamen dic, ut nota. supra de probatio. quoniam contra falsam. §. primo, uer. &c. comprobantur omnia hæc in auct. de tabel. ab illo. §. nos autem credimus, usque ad §. illud quo-
9 que, collatio. quarta, aliqui † tamen dicunt, quòd instrumentum & præceptum ab uno omnibus præiudicat: uel potius propriè loquendo omnibus est sufficiens probatio pro eo, quòd confectum est per ferum publicum, idest qui publicè omnibus feruit. obligationes enim prodesse, & obesse dicuntur partibus, & non instrumentum, quod nec est, nec oritur ex eo obligatio, sed est tantum probatio obligationis, uel alterius cuiusque facti. ad hoc. ff. rem: pupill. saluam fo. l. secunda, tertia, & quarta, primo. respon. uel potes dicere instrumentum non nocere nisi eis, inter quos fit. & hoc etiam alijs non nocet. di-
10 citur enim † inter contrahentes, licet non ambo, sed alter tantum, uel etiam quis alius extraneus, cuius tamen interfit, exinde præcipiat fieri instrumentum. quidam tamen dicunt & bene non posse præcipi ab extraneo fieri instrumentum: imò nec ab uno contrahentium, sed necesse est, quòd ambo consentiant contrahentes, & facit pro his: quia nec aliter est contractus, uel distractus, ut patet. ff. de pact. l. prima, §. & hæc pactio, & l. ab emptione. C. de act. & obli. sicut in initio. sed & quid interest cuiuscunque extranei quantum ad ius contrahentium de alieno facto posse præcipere fieri instrumentum? & hoc est uerum in contractibus, qui non nisi de partium uoluntate fiunt, ut dictum est. In aliis autem, in quibus non requiritur consensus plurium, sicut testamentum, uel sententia pro testamento, exceptio, contradictio, appellatio, & similia, sufficit mandatum illius, qui hoc dicit, uel fieri facit. & q̃ sic debeat obtinere, satis probatur ex tenore iuramenti, quod præstant notarii in susceptione officii sui, s̃q̃ de his, quæ uident, & audient, fideliter conficient instrumenta, p̃m quod eis à partibus, uel à iudice iniungetur: de facto tamen uidemus contrarium obseruari: quia cuicunq; tabellioni præcipit, q̃ faciat instrumentum, ipsum conficit: sed non bene fit. potest tamen pro his, qui hoc sic indifferenter faciunt, illa ratio assignari: quia nõ semper habita considerationę præsentis interesse fiunt instru-

menta, sed quia potest in posterum interesse, & uix est aliquid, de quo non possit alicuius interesse de eo, qđ agitur, instrumentum habere. Omnibus tamen inspectis plus uidetur inniti ratione hæc opinio, ſ. ꝙ quilibet, cuius interest, possit præcipere fieri instrumentũ, & etiam ille, cuius nõ interest, & ꝙ instrumentum sic per manũ publicam confectũ ualet. primo: quia hoc nullo iure prohibetur ff. de proba. ab ea parte. secũdò, quia etiam fiscus instrumenta, & chirographa, & etiã acta ad ius priuatorũ pertinentia petentibus restituere debet. ff. de iure fiſci, in fraudem. §. ex his bonis, & §. seq. & tñ ille, qui non præcipit instrumentũ fieri, nõ potest petere, ut sibi edatur, nisi procurator suus hoc præceperit. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. 2. & sc. Interest ergo cuiuslibet, ut præcipiat fieri instrumentũ, ut sic possit editionem illius petere, quæ aliter sibi denegatur.[i] ¶ Nunc † de rogatione notarij uideamus, &
11 scias secundũ Inn. hoc esse vtile, ꝙ tabellio semper scri
k bat in instrumẽto se fuisse rogatũ,[k] vel requisitũ de cõfectione instrumenti: alioquin si mortuus esset, uel viuus non recordaretur de rogatione instrumenti, esset pro nihilo instrumentũ, arg. in auct. de tabel. 1. respon. & §. 1. colla. 4. & in auct. e. ti. §. si uerò moriantur, & se. col. 6. Alij tamen dicunt, ꝙ semper rogatus præsumit, ar. C. de contrahen. stip. l. 1. & inst. de fide iuſ. §. fi. & pro his vide in spe. de instru. edit. §. 3. uer. sed nũquid in cõ
12 ficiendo, & uer. sequen. ¶ Illud † etiam notandum est, ꝙ cum officium tabellionis publicum sit & commune, non debet in secreto de confectione instrumenti rogari, siue requiri, sed in publico. & si tabellio de aliquo dubitat, ueritatem inquirat publicè, & faciat iterum, si necesse fuerit, verba reperi. vt nõ solum ipse, & partes, quinimò & omnes alij astantes sciant, & intelligant, quid agitur, & de quo rogatur facere instrumẽtum, in auct. de tabel. §. nos autem credimus. Si tamen hoc non obseruetur, sed in occulto rogetur, valet nihilominus instrumentum, licet ex hoc, quòd sic occultè rogatus est, magna suspitio oriatur, & etiam si sit ipse notarius puniendus, ut patet in eo, quod leg. & no. infra vt ecc. benefi. cap. 1. §. porrò, in prin. Sed contra: quia ex quo suspectum est instrumentũ, ergo abijciendum est, nisi producens per alias probationes dederit ei fidem. C. de proba. l. iubemus. C. eo. ti. l. fi. ff. eo. titu. l. 2. Sol. ibi loquitur, quando scriptura uiciata est, uel aliàs suspecta ex sui forma, vel rasura. C. de edic. diui Adriani tol. l. fina. & infra eo. ex literis, & c. inter dilectos, ubi de hoc: aliàs autem secus: quia & si aliquæ suspitiones adsint, non tamen propter hoc solum cassandum est, imò durat & ualet, nisi aliud cõtra ipsum probetur. 2. quæstio. 1. primo, secundum Innocen sed & hæc suspitio ex causa tollitur secundum Hostiẽ. puta, quando propter iustum timorem partis, vel iudicis nec pars, nec tabellio audẽt se publicare, hic enim puto, quòd instrumẽtum omninò ualeat, nec in aliquo ex hoc solo, quòd occultè requisitus fuerit notarius, oriri debet suspitio cõtra ipsum, & quòd etiam omni nò idem tabellio excusatur, ut in eo, quod legi. & nota. infra de appella. si iustus metus, & supra de offi. or.
13 pasto. §. fina. hoc etiam † scias, quòd si priuata scriptura producitur cõtra illum, qui fecit eam, nec ipse negat, ei stabitur, excepto mutuo, in quo habet exceptionem infra biennium. C. de non nu. pecu. l. in cõtractibus, respon. 1. secundum Innocen. quod dic, ut plenè no. infra de so. cap. fi. & infra eod. si cautio. Hostien. Si uero ipsam scripturam negat propriã, oportet quòd super hoc conuincatur, & postea proceditur, sicut le. C. de non nu. pec. cum fidem, & auct. contra, qui pro-
1 propriam scripturam.[l] Si autem † producitur instru-
14 mentum contra aliquem, quod non est scriptum manu illius, contra quem proceditur, & dicitur ei non esse credendum, etiam si dicatur. ꝙ de ipso certum est per sigillum auctenticum, uel alio modo. tamen tali instrumento, vt supra dictum est, nõ creditur nisi per manum tabellionis confectum sit, uel aliter ei de consue. fides sit adhibenda. Excipiuntur casus, in quibus ei creditur. primo: quia actis cuiuslibet iudicis creditur supra de proba. quoniam contra falsam. Secundo
m creditur literis cuiuscunq; prælati[m] de his, quæ ratione officij sui facere debet. uel potest, ut si archiepscopus citat suffraganeũ suũ ad cõcilium prouinciale. 18. di. si episcopus metropolitanus, & c. propter ecclesiasticas. 1. & 2. uel ad alium suffraganeũ cõsecradum, ut in d. c. si episcopus metrapolitanus, & 65. di. nõ debet. & in subsidium etiam episcopos extraneos potest ẽt simpliciter episcopus conuocare. 7. q. 1. pontifices. vel si capitulũ citat canonicos ad electionem faciendam. supra de elec. cũ inter uniuersas. uel si abbas, siue conuentus aliquẽ monacum licentiet. 19. q. 3. statuimus. uel si episcopus mãdat excõmunicatos uitari. 11. q. 3. curæ. & idem est in literis cõmendaticijs. 72. di. per totum. quandoque etiam creditur & de his, quæ ad scribentem ratione officij de necessitate non competũt, ut in episcopis, qui dant literas testimoniales de ordinibus, uel moribus alicuius, supra de cleri. pere. cap. 1. & 2. & idem est in procuratore ad impetrandum, & contradicendũ constituto, supra de rescrip.[n] nonnulli, & in omnibus alijs casibus, in quibus nullũ, vel modicum præiudicium generatur. In his enim & si non constet sigilla esse illorum, qui scribunt, uel etiam si modicæ auctoritatis homines sint, tamen creditur literis eorundẽ. subauditu de generali & potiſsimè speciali Romanæ curiæ consuetudine approbata secundum Inno. sed quicquid dicat de iure communi literis episcopi, qui in consecratione sua tam solenniter profitetur se canones seruaturum, credi debet etiam in iudicialibus secundum Host. nam & sua auctoritas bene æquipollet auctoritati tabellionis, & plus, quod patet in eo, quod legi. & no. infra e. c. pe. & fi. sed & secundum Inno. sigillum suum debet cõmittere alicui certæ personæ idoneæ & honestæ. & etiam æquiparatur litera sua instrumento tabellionis, unde de uno ad aliud argumentatur, & quod in uno seruatur, dicit seruandum in alio in multis casibus, supra e. glo. sed & si capellano suo collaterali fideli & honesto sigillũ suũ commiserit, & ipsum iuramento astrinxerit, quòd officium sigilli fideliter exequatur, & quod nihil sigillet sine conscientia sua speciali, uel saltem in aliquibus, quæ leuia sunt, generali, quare non credetur ita bene, uel etiam melius literis tali sigillo sigillatis, sicut & instrumento pet manum tabellionis quandoque pauperis, abiecti, & humilis confecto? Ratio diuersitatis, siue contradicendi nulla occurrit, nisi contraria, ar. C. de curiosis. le. 1. & fi. lib. 12. C. de accu. singuli, & ff. de testi. l. 3. & in eo, quod leg. & no. infra de appella. cum parati, & infra ne cle. uel mona. sicut te accepimus. ergo & idem est sentiendum, vt patet in eo, quod no. infra de consan. tua. & ideò dicit Hostien. tenendum de hac materia, ut plenè no. supra de testi. cum à nobis, de proba. quoniam contra falsam, ad fi. & c. post cessionem, ubi ad fi. apostillarũ primæ gl. uer. quid ergo, respondetur ad rationem prædictam, quam Hostien. inducit, nihil facere diffiniendo: quia non negatur, quin per illam scripturam fiat præsumptio, & quale quale indicium, secundum Hostien. [*Possumus*] de iuridica potestate loquitur, non de absoluta. sic supra de
15 causa, cap. primo. ¶ Gloſſ. 1. † respondet per quæstionem, quæ scriptura dicatur auctentica. ¶ Secunda gloſſ. ponit casum exceptum, quærit, & soluit. ¶ In
26 † gloſſ. 2. ibi, si quis in aliquo, cum in uno instrumen-
10 fit mentio, uel memoria de alio, oportet primum

exhiberi

exhiberi [*& ibi, Publicati*] uide & de proba. quoniam contra falsam, super ulti. glo. [*& ibi, Et si quidem dominus, circa fi.*] nouum emphyteutam dominus recipit, non per procuratorẽ, sed per se, vel per literas, uel per scripturam factam apud iudicem, vel tabularios, per attestationem [*& ibi, gesta*] uide de testi. significauit, super
17 gloſſ. 2. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, sancimus*] quæ est lex. C. de diuersis rescrip. [*& ibi uel duorum*] repete per manũ. ¶ *In glo. 2.*
o *ibi, iudicis auctoritate*] aliter non sufficiet exemplum,[o] licet per tabellionem sumptũ, licet olim dominus Albericus de Porta Rauen. cõtra per auct. ut fratrum filij. §. illud, col. 9. dicebat. n. quòd sicut auctenticum à persona tabellionis sumebat fidẽ, eadem ratione habenda erat fides sumpto per eum, vt tantum operetur auctoritas & officium tabellionis in secundo, sicut in primo. sed fertur, ꝙ cum facto hãc opi. defenderet, & iudex nihilominus feciſſet exhiberi originale, in quo liturę, & plura uitia sunt reperta, ex tunc mutauit opi. ut. ſ. requiratur iudicis auctoritas, ut fides adhibeatur, & tunc ei creditur, infra c. fi. & sic intelligũt doctores,
p §. illud. Sed cõtra supra de proba. quoniam, vbi ad originalia recurritur, si de sumptis[p] dubitet. So. ibi sumpta per iudicem non fuerũt examinata, nec ipsius auctoritate exempla secundum Hostiẽ. [*& ibi, Dicas quòd non*] idem Hostien. & Guil. in Spe. de instru. edi. §. uidẽdum, uer. sed quid ecce.

ANNOTATIONES.

a ¶Exhibita. An conspiratores repellantur à testimonio, & qua pœna puniantur, uide no. infra de ſi. per tuas. infra de re iud. c. cap. cum. I. & A. Bal.

b ¶Qui cętu. Quid de tyrannis, uel populis Italiæ, qui inuicem faciunt ligam, an sit licitum, & quando pet Bart. in extrauaganti ad reprimen. in l. 3. infra alleg.

a ¶Moriantur. Quid de scriptura notarij, quam in formam publicam facit, an probet contra se. Bal. quòd sic, in auct. contra qui propriam, prælleg. ubi uide etiam per do. Bart. de Salyc. & uide Bar. in l. seruus, ff. de testa.

b ¶Probare per testes. Vide per do. Alex. consi. 139. 1. uol. in. 9. col.

c ¶Barbarius. Hoc uerum secundum opi. glo. ibi & seq. secundum autem opin. Guili. de Cu. & aliorum oportet, quòd sit probatũ præcessiſſe decretum superioris, licet inutile, ibi uide Bar. Salic. & per ipsum no. in l. 1. C. de testa.

d ¶Scripturæ. Plures sunt species priuatæ scripturæ, de quibus, & de ipsarum fide uide Bar. & Salic. in repetitione. l. admonendi, ff. de iureiuran. & in specu. de instrumen. edi. §. uidendum, uerſic. priuatum autem, & ibi per Io. An.

e ¶Sed nunquid literis. An autem scripturæ confectæ per officialẽ de pertinentibus ad officium suum credatur, uide per Bart. in l. quædam. §. numularios, cum l. seq. ff. de eden.

f ¶Excommunicatione. Istud uidetur Inno. limitare fore uerum, quando excommunicatio profertur extra iudicium: secus ſi in iudicio, per capitulum quoniam. sic not. ipse in c. post ceſſionem, ubi uide, super gloſ. per Io. An. in addi. secundum Ioan.

g ¶Celebrati. Debet etiam apponi locus, ut dicit gloſ. in uer. censentur, in c. Abbate sane, de re iudi. lib. 6. Archi.

h ¶Publicum. Vide in Spe. prælleg. to in §. 2. uer. sed pone titulo; & ad materiam facit quod no. Ioan. An. in c. Abbate, super glo. ex hoc, infra de uerbo. signi. & infra uer. nunc de rogatione.

i ¶Denegaretur. Vide Bar. in l. prætor. §. 1. ff. de eden. & uide Ioan. An. supra de proba. c. 1. ſuper gl. 2. & in Specu. de instru. edi. ſuper rubrica, circa medium, & Bar. in l. de tabulis, ff. de tabu. exhi.

K ¶Rogatum. Aliàs nihil probat secundum d. Alexan. consil. 85. in fi. in 2. uolu.

l ¶Scripturam. Ibi uide per Cyn. & Bal. & Sali. & an pœnæ illius auct. habeant locum in negante publicam scripturam, & quid etiam negante illam, cui se tantum subscripſit, & plurima alia uide ibi circa materiam.

m ¶Cuiuscunq; prælati. Adde quę scripſi in c. proposuiſti, de proba.

n ¶Rescrip. Semiplena ergo probatio sufficit in probatione man. in casu illius. c. quod uerum not. & hoc secundum opi. Innocen. de qua supra secus, secundum opi. Hosti.

o ¶Exemplum. An autem exemplum exempli faciat fidem, uide per Alexan. consi. 138. in 1. uol.

p ¶Sumptis. Ad hoc uide quod no. in c. dudum, de conuer. coniu. & ibi scripſi, & in auct. ſi quis in aliquo, C. de eden. & in d. cap. dudum. uide quid in sumpto plura continente, quam in originali, & aliquid uariatum est, Archi.

SVMMARIVM.

1 *Auctentica scripta à publicis an & quibus differant, & quæ sint utraque, & de eorum fide.*
Scripturæ non creditur, excipiuntur casus, & qui ibid. uer. scripturæ uerò.
2 *Sigillum ſi apponatur chartæ, an ſufficiat, niſi dicatur ab apponente ſe appoſuiſſe, & quæ alia ſint exprimenda, nu. 3. in prin. quid ſi non exprimantur, ibid. & uer. unde apparet.*
3 *Sigillo alieno uti, ſi habet quis ſuum, non prodeſt, præterquam ex cauſa, & qua, & opus id exprimere.*
Sigillo deputato ad rem, de quã agitur, uti debemus, non alio, etiam ſi ſit noſtrum, ibid.
Sigillum, & ſubſcriptio multis ex cauſis, & diuerſis apponuntur literis, ibid. uer. nam ex multis.
Sigillum priuatum etiam apponitur, & cur, & quale ſufficiat, ibid. uer. hoc tamen.
De eius etiam literis quantæ ſufficiant legi, ibid.
4 *Sigilari ne poſſit alia re, quæ non ſculpta & apta ad ſignandum.*
Sigillo obligat ſe ſuo quis etiam priuato, & quando, ibid.
Sigillo eccleſię ſi ſignat epiſcopus, non dicitur uti alieno ſigillo, ibidem.
Sigillum quod uocamus, appellatur anulus à iure ciuili, ibid.
In nominibus etiam ſigilli non eſt faciendauis, ibid.
Loquentis perſona an ſit quæ ſe obligat, an quæ ſigillat, non refert. & an in prima, uel tertia perſona tabellio loquatur, non eſt uis, ibid. in fine.
5 *De Schedulis, quas à dominis uacuas recipiunt procuratores, ut in eis poſtea quid ſcribatur, an obligent, & quem, quando, & qua ratione, & de earum fide, & nu. 6.*
Dediſſe aliquam rem quando uidemur ex datione alterius, ibid. circa finem, uer. Sed ſi prædicta iura.
6 *Sigillum poteſt alicui, & cui committere epiſcopus, & in quos uſus.*
De eius uſu atque ui in quibusdam regionibus in abſentia domini, ibid. ei creditur & cuius nu. 8. §. 2. & nu. 9. §. 3.
Scripturæ priuatæ conſuetudo uim dat probationis, ibid. uer. ſed puto. ea aliàs an & contra quos probet, nu. 8. & nu. 9. 10. & ſupra nu. 1. nu. 8. §. 1. uide de ea etiam nu. 9. & 10.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum nu. 8.*
Notarius appellatur ſeruus publicus. §. 1. & nu. 9. §. 1.
9 *Additio gloſſarum.*
Inſtrumentum publicum præfertur priuato, & quando, ibid. nu. 9.
10 *Inſtrumentũ publicũ dicitur ſex modis, priuatum tres habet ſpẽs.*

CAPVT II.

1 Scripta. Breue est [*auctentica*] quia litera ista videtur distinguere † auctenticum à publico, dicebat hic Inno. illa dici publica, quæ habent sigillum, etiam si non sit illis fides adhibenda. Auctentica verò sunt illa, quibus fides adhibenda. & isto modo omnia auctentica publica, sed non conuertitur. uel melius secundum eum hæc habent se vt excedentia, & excessa. uel uocat auctenticum originale etiam nõ manu publica scriptum, uel acta iudicialia, uel scripturam, quę habet subscriptionem contrahentium, & testiũ [*publicam*] quæ facta est manu publica, uel habet sigillũ auctenticum, & tali scripturæ etiam mortuis testibus inscriptis creditur, dũmodò non sit uiciata, uituperata, uel suspecta, uel caũlniosa. C. de edic. diui Adri. l. fin. in auct. e. §. ſi verò moriatur. is tamen, contra quẽ ꝓducitur, põt illam dicere falsam. C. e. l. 2. & ult. Si uerò sit aliquo mõ uituperata, & suspecta, ut. s. is q ꝓducit, tene-

tur illam probare verã. C. de proba. iubemus. ff. e. le. 2. & sic intelligitur, infra e. titu. inter. Scripturæ uerò priuatæ non creditur, nisi testibus, uel literarum comparatione iuuetur, in auct. e. §. si vero. C. de proba. instrumenta. & idẽ forte dicendũ est de instrumento forẽsi, ar. cõtra. C. de dona. in donationibus, secũdũ Inn. Sed Ho. ad euitãdam perplexitatem, de qua in prin. huius gl. exponit auctentica. i. quę dicuntur auctentica. nam si uerè auctentica essent, mors testium nõ noceret, ut
2 sequitur [*sigillum*] non uidetur † ꝙ sufficiat sigillum chartę apponere, nisi is, qui apponit, dicat se apposuisse, ar. ff. de testa. l. pe. C. de testa. si unus, & l. hac consultissima, & l. in testamẽtis, & l. iubemus, & ĩfra de re iu. cum inter uos. §. 1. uer. pe. & fi. vbi de hoc, vel dic sufficere, si in charta contrahentium, uel loquentium cõtentorum sigilla apponantur, & si non exprimant, ꝙ sigilla sua apposuerũt, ar. C. ar. tu. l. fi. infra eo. inter dilectos [a] & hoc uerum est, si alia sint sigilla, quibus credendum est, ut sunt sigilla episcoporum. 11. q. 3. curæ, & etiam aliorum inferiorum prælatorum, vt quidam dicunt, argu. 19. q. 3. statuimus. 97. di. nobilissimus, supra de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. cum sicut, supra de probatio. tertio, supra de elec. cum inter. R. iuniorem. §. sane, ubi de hoc. pro & contra. ff. de custo. reorum diuus. Innocen. dicit, quòd sigillo inferiorum prælatorum ab episcopo nõ creditur, nisi hoc habeat
b consuetudo, [b] infra e. cum dilectus, uel nisi habeant iurisdictionem: quia tunc in his, quæ suæ iurisdictionis sunt, instrumenta cuiuslibet ordinarij, uel delegati auctentica reputarentur, ar. supra de testi. cum à nobis. & nonne hæc glo. Innocẽ. directè contradicit his, quæ notauit ibidem, & supra cap. 1. in princi. dicit Hostien. perlege & iudica, ut no. infra eo. glo. & in fi. & de hoc in his, quæ sequuntur, habes in Spe. uer. ad quem
3 remittam super glo. fin. quid † de illo, qui sigillat alieno sigillo? & dicit Innocen. quòd si quis habeat sigillum proprium, tunc ipso & nõ alieno sigillare debet alioquin nõ prodest, nisi ex causa fiat, ut sequitur, nec mirum: quia nec fidem facit, etiam sigillum propriũ ad aliud officium deputatũ, infra de app. significauit. Si autẽ nullum sigillum propriũ habet, uel habet, sed nõ prę manibus. nec potest habere de facili, tũc potest uti alieno sigillo: debet tamẽ exprimere, cuius sigillo sigillat, & quare alieno, & sic intellige cõcor. signatas, supra e. gl. in prin. & est una ratio reddita in. l. quia aliter turbatum est tale signum. ff. de testa. ad testiũ [c]. §. si
c signa, uide in fin. infra eo. quod super. & est alia rõ efficacior, ut uidelicet discerni possit quo, & à quo, & ex qua causa signatũ est instrumẽtum. nam ex multis & diuersis causis apponuntur literis subscriptio, & sigillum, quandoq. n. apponuntur in signũ consensus. 12. q. 2. sine exceptione, supra de procu. c. 1. ff. de pigno. fideiuss. §. fi. & l. seq. quandoq; in signum testimonij. ff. de pigno. act. Caius. quãdoq; in signum auctoritatem præstantis. 12. q. 2. sacrorũ, & c. cum redemptor. quandoque in signũ confir. infra eo. inter dilectos. §. 1. ver-
d sicu. 3. [d] sed ex multis alijs causis potest in scriptura sigillũ apponi, uel subscriptio fieri. unde apparet, quòd semper in litera debet exprimi. cuius sigillũ, & à quo, & ad quid apponatur, argu. supra de transac. cap. fina. 29. distin. cap. 1. & 2. & in eo, quod leg. & no. supra de libel. obla. cap. fi. sed & si in litera hoc sufficienter non specificetur, tamen qualitercunque hoc perpendi &
e sciri possit, uidetur sufficere [e]. nam & si scriptura auctentica aliena, & etiam alterius hominis cõtineatur aliquid, per quod possit sciri ad quid, & à quo in hac litera, de qua nunc agitur, appositum est sigillum, & sufficit, ut infra de confir. uti. uel inuti. cum dilecta. §. quia uerò, infra de fideius. peruenit. §. 1. sed nec quæro, qualis sit ille, qui scripturam facit, si sigillat, & ei auctoritatem præbet, sit rex, uel homo infimus. sufficit enim, quòd sigillum auctenticum sit, per quod auctoritatem præstet scripturę principaliter. non secundario, secundum Inno. hoc tamen non semper est necessarium: imò quandoq; sufficit priuatum sigillum, ut paret in eo, quod no. infra eo. glo. uersi. contrahens etiam, secundum Host. unde si esset talis persona, quæ ipsi scripturæ non principaliter, sed secundariò auctoritatem præstaret, sicut est testis contractus in eadem
f scriptura contenti, tunc secundum Innocen. [f] non requiritur, quòd sigillum ab ipso teste appositũ auctenticum sit, sed sufficit qualecunque, dummodo characteres habeat. ff. de testa. ad testium. §. pe. nec exigitur, quòd sint ibi literæ, dummodò aliter certum sit de sigillo. Si uerò sint ibi literæ, oportet, quòd legi possint in totum, vel saltem in tanta parte, quòd indubitanter possit intelligi, quid uelint dicere: alioquin contra in eo, quod legi. & no. infra eo. inter dilectos. §. sed con-
4 tra priuilegium, uer. nam & in ipso sigillo. Sed † nunquid cum corrigia, uel alia re, quæ non sit sculpta & apta ad signandum, sigillari potest? dic quòd non, ut dicta. le. de testa. ad testium. ff. de aur. & ar. le. argento, aliàs, mulieres. §. ornamenta, secundum Inno. contrahens etiam obligat se sigillo proprio quamuis priuato. ff. depos. Publia. sed non nocet ei, si non consentit, licet in scriptura surreptitiè apponat. C. de rebus alie. non alie. l. 2. episcopus autem, quando sigillo ecclesiæ suæ signat, non intelligitur uti alieno sigillo. 73. distin. in nomine, ar. 7. quæstio. 1. scire. sed nec est uis in nominibus facienda, ar. in eo, quod leg. & no. supra de procur. petitio. nam & quod uocamus sigillum, appellat anulum ius ciuile, secundum Innocen. uel hoc ideò dicit secundum Hosti. quia antiqui non habebãt sigilla, uel anulos insculptos, cum quibus signabant, sicut reperiuntur etiam modernis temporibus multi tales. sed nec uim facio, an loquatur, qui in scriptura se obligat, uel quicquid aliud faciat, an loquatur etiã is, qui sigillat secundum Innocen. sicut nec uis est, an loquatur in prima persona, vel tertia tabellio, qui cõficit instrumentum, ut patet in eo, quod leg. & no. in-
5 fra de conuer. coniu. dudum. § pen. secundum Hosti. Sed † quid de his procuratoribus, qui à dominis schedulas uacuas recipiunt ad scribendum? Respondeo, aut est eis tradita ad certum articulum ibi scribẽdum, & tunc si aliud scribat, & de hoc conuincatur, erit tan quam falsarius puniendus. aut ad scribendũ dum ibi, quicquid placuerit generaliter & indistincte, & tunc uidetur ualere, quicquid ibi scripserit etiã alium obligando: quia totum uidetur suæ fidei commisisse, ar. ff. commodati l. 3. §. fi. & l. fe. & l. si ut certo. §. sed interdum, & §. plane, & §. quinimo, & §. denique. ff. mandati, si quis negocia. ff. de falsis. l. prima. §. qui in rationibus, & se. & §. idem princeps, & le. si quis legatum, & le. impuberem. §. qui codicillos, dumtamen tale sit,
g quod ibi scribit [g] ad quod cõstitui potest procurator. Alij autem dicunt, quòd in eis schedulis nihil potest ponere, quod alium obliget, nisi illum, cuius est sigillum. Alij verò dicunt, quòd nec illum obligare potest, nec aliquid, quod in talibus scribatur schedulis, ualere potest. nam ille, cuius est sigillum, dat auctoritatem sigillo, & sigillum debet dare fidem scripturę, & scriptura contractui. sed quando incipiet, uel quomodo poterit dare auctoritatem is, cuius sigillum est, uel sigillum fidem scripturæ, cum scriptura non fuerit facta, quando appositum fu it sigillum, sed postea? ei enim, quod non est, fidem dare non potest, arg. supra de constitu. cum accessissent. §. primo, in fin. cum suis concor. & ff. de contrahen. emptio. in l. fundi uenditi, & leg. Rutilia. Sed nec auctoritas, uel decretum potest id, quod futurum est, confirmare. ff. quod cuiusque

iusque uniuer. item suffragium. §. 1. uer. sed si ita decreuerint. Sed & quomodo dabit auctoritatem ei quod ignorat, non uidetur hoc posse fieri, cum nec auctoritas sine causæ cognitione debeat interponi. ff. de offi. proconsul. nec quicquam. §. vbi dicretum. 3. quæst. 3. §. spaciũ. sed dices, quòd bene ualet talis scriptura, nec inteiligitur is, cuius est sigillum præstare auctoritatẽ rei futuræ, sed præsenti. s. mandato, quod fecit portanti schedulas in præsenti. So. dic, quòd sigillum nõ præstat auctoritatem mandato, uel cõtractui, sed scripturæ. unde & sic censeatur auctentica hęc scriptura, non tamen de contractu, quem continet, fidem facit. imò & cũ ꝓcura. possit scribere, quicquid vult in hac schedula, nõ sigillum præstat ei auctoritatem, sed ipse scribens, ad hoc etiam, ꝙ tale instrumentum fidem non
h faciat, uidet [h] esse efficax ar. in auct. de tabellionibus, §. nos autem credimus, & se. vbi dicit, ꝙ tabellio, qui dat auctoritatem instrumento, debet interesse, quando cõpletur, & debet audire totum negocium, ut inde sciat respondere, si interrogetur. eodem modo dicendum est & de illo, cuius sigillum est, cum hæc duo hic æquiparãtur, sed & multæ absurditates possunt sequi de talibus schedulis. Quid enim si schedulæ fuerit sigillum appositum eo, cuius est, ignorante? & quid si de eius scientia fuerit appositum, sed antequàm aliquid scribatur in schedula moriatur? certum est enim ꝙ morte mandatarij re integra finitur, & patet in eo, quod leg. & no. supra de offi. dele. gratum. Sed & quid si procura. moriatur, uel spoliatur, & schedula perueniat ad manus alicuius dei spiritum non habentis? nẽpe poterit in ea scribere, quicquid placuerit in domini schedulæ grauissimum detrimentum, de quo nec unquam actum fuit, nec etiam cognitatum. iniquum erit igitur absentem & ignorantẽ sic damnificari posse, & aliquo pacto perimi id, de quo cogitatum non docetur, ar. ff. de pac. tres fratres. ff. de transac. qui cum tutoribus. §. fin. C. de dona. nec ignorans. Item quid si inimicitiæ oriuntur, & etiam predictæ scriptę schedulæ credendum non sit, ex hoc cõstat, quia is, cuius nomine cõfecta est, de illo, quod in ea scribitur, nihil sciuit. si enim constaret eum mandasse, vel sciuisse de aliquo certo scribendo, tũc forte secus esset dicendum. sed forsan de præsumptione iuuabis te dicẽs, quòd ex quo procuratori dedit dominus schedulam vacuam, uidetur ei potestatem dedisse, ut in ea scriberet, quicquid uellet, arg. ff. de pac. l. 2. ff. de contrahen. emp. clauibus, supra de consue. cap. 2. cum multis suis concor. ibi signatis. sed si prædicta iura diligenter inspicias, nõ ita præsumes. nam, ut in eisdem iuribus euidenter apparet, quandoque ex datione alicuius rei etiam aliud dedisse intelligor, uel ratione loci, vel tẽporis, uel cõtractus, ut si dedi claues horrei iuxta ipsum horreum, uideor dedisse & ea, quæ in horreo sunt. ff. de contrahen. emp. clauibus. & si obligo instrumenta, etiam in instrumento contenta videor obligasse. C. quæ res pigno. obli. pos. le. 1. & si reddo debitori instrumentum, in quo continetur substantia debiti, in quo mihi astrictus est, ipsum etiam debitũ uideor remisisse. ff. de pa-
i ctis. l. 2. [i] secus, si pignus redderẽ. ff. de paci. le. 3. at hoc nihil tale est. vnde non uidetur magis præsumendum de uno mandato, quàm de alio, maximè cum ex multis & diuersis causis instrumentũ sigillari contingat, ut patet in eo, quod no. supra e. glo. uersi. est & alia ratio, & se. & sic apparet euidenter, quod hoc instrumẽtum aliqua prẽsumptione certa iuuari non potest. cõ-
6 fitemur † tamen, quòd episcopus potest alicui fideli personæ sigillum suum committere, ut legi. & no. supra eo. l. ad finem magnæ glo. & secundum potestatẽ sibi datam poterit is, cui committitur, illo sigillo scripturam sigillare de his, quæ pertinent ad episcopum, puta causas committere, citare, confirmare, & generaliter omnia alia, quæ sibi commissa sunt, poterit expedire, & literas, etiam si prælatus, cuius sigillum est, eas non uiderit sigillare. sic enim uidemus papam uti infra de cri. falsi. dura, & multos alios prælatos. In contractibus autem aliarum personarum non debet nomine episcopi sigillum testimoniale apponere, nisi & ipse episcopus interfuerit cõtractui, cum testimoniũ
k sit tantum [k] de uisu, auditu, & de his, quæ testis plene nouit. 3. q. 9. testes, & sic loquit in auct. de tabel. §. nos autem credimus. posset tamen dici, quòd testimoniale sigillum posset apponere is, cui commissum est, vbi de consue. hoc habet, sicut est Lugduni, Viennę, Ebreduni, Vapinci. & in multis alijs ciuitatibus, in quibus prælati habent dominium temporale. non quòd contractus intelligatur habere testimoniũ ab episcopo, sed ab eo, cui hoc cõmissum est. scancellario, vel alio, qui sigillum apponit. fingitur enim eius sigillum, sicut & sigillum ecclesiæ fingitur episcopi. 73. distinctio. in nomine patris. tamen bene debet exprimi in litera, cuius nomine apponitur, s. an episcopi, uel officialis secundum Inno. quicquid tamen dicat Inno. dicit Host. ꝙ in prædictis ciuitatibus obtinet de consuetudine, quòd nomine prælatorum scribuntur literæ de contractibus, & alijs, quæ ipsi prælati nunquam viderunt, uel audiuerunt, & sigillantur, siue bullãtur sigillo, uel bulla ad hoc specialiter deputatis, nec fingi-
l tur sigillãtis, sed prælati, cuius [l] nomine scribitur, quãuis absentis, ac si esset præsens, quod in alio casu uix fieri posset sine uicio falsi, vt patet in eo, quod legi. & no. infra de his, quæ fiunt à præla. quanto. §. absentiũ. sed puto, quòd talis consuetudo, quæ & priuatæ scripturæ uim dat probationis, ut nota. infra e. cum dilectus, in fi. & prælatum, & scribentem, & sigillantem à crimine falsi excusẽt: quia hic nihil fit dolo, sine quo non committitur crimen falsi. ff. de falsis. le. 1. in prin. & l. 2. & l. pen. 1. respon. sed necessitati contrahentium subuenitur, ut ad hoc, quòd maioris auctoritatis sint instrumenta, possint ita expediri, licet præsentes non fuerint: quia nec possibile esset eis, ꝙ omnibus præsentialiter interessent, ac si præsentes fuissent. sed nec debent dici omnino absentes, qui ex mandato, & auctoritate dãtis præsentes sunt spiritu, arg. 2. q. 1. de manifesta, de dolo & contu. ueritatis. §. fi. uer. in nomine domini, cum suis concor. & quia etiam præsens fuisse fingitur, qui per alium ptæsens fuit, ar. ff. de admi. tu. ita autem. §. gessisse, supra de offi. delega. pastoralis. §. præterea. 1. respõ. ad fi. infra de sent. excõ. mulieres, ad fi, cum suis concor. & adde, quod no. de his schedulis, infra de solu. cap. 2. secundum Hostien. & adde, quod dicam infra e. inter dilectos, super uersi. facilius. ¶ Pri-
7 ma † glo. distinguit inter instrumenta publica, & priuata, [m] & in priuatis subdistinguit personales actiones
m à realibus, & præiudicium scribentium, & eorum, cõtra quos. ¶ Vltima glo. querit, & soluit. ¶ *In † glo. 1. ibi, instrumenta*] instrumẽta domestica, uel priuata attestationes aliter non adiutæ non probant [*& ibi, rationes*] nõ probatur defuncto debitum per suas rationes, uel per id, quod expresserit in ultima uoluntate [*& ibi, exemplo*] propria scriptura fisci, uel alterius non probat, quem sibi debitorem. ¶ *In glo. 2. ibi, l. 2.*] si pupillus absens est, uel fari non potest, seruus ei stipulat, si seruũ non habet, emitur. si hoc fieri non potest, stipulatur seruus publicus apud prætorem. ¶ *In gl. ulti. ibi, diuus. 2.*] illa lex probat non credi literis irenarchæ, qui retulit malefactorẽ, sed ex integro quæritur, & si malè & dolosè retulit, punitur. ¶ *In † glo. 1. ibi, reali*] hoc intendit, quòd si habes publicum instrumentum de debito, &

ego

ego habeo talem scripturam, in adiudicatione hypothecæ r. i præfereris mihi [*& ibi, Trium, uel amp iur*] & si negetur, quod in tali scriptura continetur, non faciet fidem, nisi per testes subscriptos siue alios comprobetur, vt in auct. e. ti. §. si quis igitur vult cautè, & sequentibus, nisi iudicis auctoritas interuenerit, & per alia in dicia comprobetur, in quo casu etiam duo testes uidentur sufficere, supra de proba. quoniam. uel nisi cõfecta sit manu tabellionis, uel roborata sigillo auctẽtico & noto secundum Hosti. qui dicit sic intelligendum, quod no. in summa, eo. §. quibus instrumentis, ver. item obiicitur, & ver. item quod nõ est confectũ,
10 & sequentibus [*Et in fine*] 6. † modos, quibus dicit̃ publicum instrumentum, & tres species priuatæ scripturæ uide in Spe. de instru. edi. §. nunc dicendum. ¶ *Ingl. 2. in fi.*] & infra de vsuris. c. 2. li. 6. ¶ *In glo. ult. in fi.*] de hoc satis in Spec. de proba. §. fi. uer. decimo.

ANNOTATIONES.

a ¶Dilectos, Vide in l. pe. ff. de test. & ibi Bar. & in l. si procuratorem, ff. de procura. quando autem quis alieno sigillo sigillat, illud in iudicio debet exprimere, ut no. glo. quæ incipit, non enim, infra eo. inter, & infra uersi. quid de illo, & per illum uer. intelliges, quæ hic dicuntur.

b ¶Consuetudo. Vide d. Alex. consi. 39. in 3. uolu.

c ¶Ad testium. Vide ibi Bar. in §. 1. & per Cy. & Moder. in l. si qua per calumniam, C. de epis. & cler. & in l. si unus, C. de testa. & uide ad dicta ista limitationem, quam dat glos. non enim, infra eod. inter dilectos.

d ¶Dilectos. §. 1. uersi. 3. Quandoque in signum traditæ possessionis. l. si neque. ff. de peri. & commo. rei uen. & uide l. 3. §. si quis debitum, eod. titu. & subscriptio, & sigillatio non semper facientibus illa præiudicat, uide l. Caius. ff. de pigno. act.

e ¶Sufficere. Vt quia probatur per testes, qui uiderunt talem sigillare, uel subscribere, uide Bar. in l. si procurator, ff. de procur.

f ¶Inn. nec tunc sibi præiudicat, ut. l. Caius, ff. de pig. acti. & mulier etiam pôt habere sigillum, & sigillare. l. 2. C. de rebus alie. nõ alie.

g ¶Procura. Hæc opi. potest procedere in præposito alicui ministerio: quia per tale mandatum uidetur illi mandari, ut possit in illo ministerio scribere ut institor, ad hoc l. quocunque. §. sed & si fullo, uer. plane. ff. de insti. & hoc no. Bar. in l. Lucius. ff. de fideiuss.

h ¶Videtur. Vide ad materiam similem materiam, quam no. Bart. in l. Lucius, ff. de fideiuss. & Moder. in l. fi. C. quod cum eo, qui in alie. po.

i ¶Pactis. l. 2. Vide ibi plenius Bar. & Cy. Bal. & Sal. in l. si de possessione, C. de proba. & per glos. fi. & super illa Ioan. And. in c. ecclesia, el 2. ut lite pen.

k ¶Tantum. Quemadmodum notarius solum de uisis, & auditis testatur, ita & sigillum solum de uisis, & auditis per dominum sigilli testatur.

l Cuius. Quia is uidetur facere, qui mãdat, non qui facit, ad hoc c. mulieres, infra de sen. excom. & uide Bar. in l. sed si unius. §. 1. ff. de iniur. facit. l. certe. §. fi procu. ff. de procu.

m ¶Priuata. Vide per Barto. in l. admonendi, ff. de iureiuran. & in l. nuda, C. de fide instru.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum apostolicum propter rasturam in loco non suspecto non censetur uitiosum. nec error in facto uitiat ipsum, nu. 2.*
2 *Falsitatem in literis iustitiæ non præsumitur quis de facili committere.*
3 *Possum, pro debeo.*
Rasura quæ faciat priuilegium, seu aliud instrumentum, uel rescriptum suspectum, ibid.
4 *Rasura, uel abrasio rescripti, uel literarum à quo fieri possit, & a quo facta præsumatur in dubio. uide nu. 7.*
Si fiat ab alio, quam ab eo, cui id est concessum, esset falsarius, ibid. & quæ sit eius pœna in Roma. curia, & quando sit ei locus, ibid.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Rescriptum, uel instrumentum quæ uitient, & nu. 7. §. 1. & 2.
7 *Additio glossarum.*
Rasura, uel mutatio in scripturis quæ uitiet, ibid. § in glos. ulti. & supra, nu. 4.

CAPVT III.

1 EX literis. Casus. Rescriptum † apostolicum propter rasurã in loco non suspecto non censetur uiciosum. Communis diuisio. secunda ibi, Dicimus [*magistrum. A.*] agentem, & forte prætendentẽ, quòd reus capellã, & ipsius iura parochialia in ipsius
2 præiudicium detinebat [*Terminanda*] in † talibus literis iusticiæ nõ præsumitur quis de facili committere falsitatem. infra de cri. fal. c. pe. [*Indicari*] bene dicit: quia & si erratum esset in facto, dummodo nulla sit ibi facta abrasio, [a] vel correctio, tamen per eas procederet, licet non secundum eas, supra de rescrip. super literis,
3 Inno. [*Non † possunt*] i. non debent: quia illud solũ possumus, & c. 22. quæstio. 2. faciat [*Priuilegia*] confirmatoria: secus in originalibus, uel collatoriis. in illis enim rasura in nomine possessionis donatæ faceret priuilegium suspectum, sicut ex eadem causa suspecta essent instrumẽta donationum, uel aliorum contractuum. Item secus in aliis rescriptis gratiosis eadẽ ratione, & etiam in contẽtiosis, cum & in illis fieri possit fraus, de rescrip. ad aures, & c. pastoralis, & c. sedes, & c. significante, & c. Rodulphus, secũdum Inn. & Abb. [*Abradi*] à notario † correctore, uel vicecancellario. unde si
4 probari posset, quòd abrasio facta fuisset ab impetratore, nõ haberet commodum rescripti: sed in dubio præsumo, quòd abrasio interuenerit per debitum officialem, Vin. dicebat Innoc. hæc abrasio facienda est per cancellarium, vel alios officiales curiæ, in quantũcunque ratione officij commissum est: si per alios fieret, essent falsarij. unde dicit Host. quòd in curia est canon latę sententię excommunicationis in quemcunque aliũ à prædictis officialibus, qui in rescripto bullato, uel in nota iam formata per notarium, & signata aliquid, ideſt saltem vnam figuram, siue literam, vel etiam dimidiã abraserit, deleuerit, cancellauerit, addiderit, diminuerit, compleuerit, uel mutauerit sine illius, ad quem spectat, data licentia. & dicit, quòd sæpe publicatur in curia, & sic nõ excusat ignorantia. ff. de insti. sed & si. §. de quo palam, de Iudæis, ita quorũdã. caueant ergo ab irregularitate. & dicit, quòd tam arctè seruat curia hanc pœnam, quòd absentem de facili non absoluit, nec dispensat etiam præsentem, nisi prius profiteatur religionem approbatam: absoluit tamen ptæsentem, cum dura tamen pœnitentria. & dicit, quod idem seruat de literis pœnitentiarij domini papæ. & fortius hoc in falsarijs bullæ, uel sigillorum pœnitentiariorum, & literarum ipsorum. & quod dictum est de nota, fortius intelligendum est de litera tã gratiosa quò ad modos supra specificatos. hoc dicit: quia si in totum notam grossatam, uel etiam bullatã dilaniaret, nolens illa uti, illi pœnæ locus non esset.
5 ¶Prima † gl. respondet per quæstionem. secunda per
6 obiectionem. ¶ *In † gl. 2. ibi. l. ulti.*] loquitur de testamẽto, quod si ostendat hęres non uiciatum, non cancellatum, nec in aliqua parte suspectum, mittitur in possessionem [*& ibi, Si unus*] de interleris, uel superscriptis dicitur, quæ referuntur ad quęstionem facti, ut uideatur, an id testatoris uoluntate factũ fuerit, an per aliũ, & tũc an ille id fecerit inconsultè, an falsò [*& ibi, Comparationes*] respicit, quod prius dixerat de eadẽ manu, quasi id per comparationem appareat [*& ibi, Si unus*] uide, supra e. gl. apparet enim uoluntate testatoris fa-
7 ctum, ex quo clausæ sunt tabulæ. ¶ *In † glo. 1. ibi, potuit*] Ala. nec per hoc consentit in iudicem. ff. de iudi. non uidetur, Vincen. ¶ *In glo. 2. ibi, de iure*] expediret enim quandoque impetranti magis una uia uti. quàm alia, Vinc. [*& ibi nonnocet*] idem no. de cri. fal. licet, in 3. glo. & in fi. glo. Lau. & idẽ per omnia Gof. in summa. 11. c. ¶ *In gl. ulti. ibi possessionum*] hoc in confirmatorijs, ut dixi in textu.

b in textu. sed Gof. hoc intelligit de modica [b] mutatione literæ, uel simile: secus, si totum nomen raderetur, argu. ff. de dolo & contuma. c. 2. nisi constaret rasum & rescriptum per manum; eiusdem scriptoris, quod etiam per comparationem eiusdem literæ constare poterit; sed hoc C. eod. titu. l. comparationes [*& ibi, Suspectæ*] imo falsæ, ut probat decre. quam alleg.

ANNOTATIONES.

a ¶Abrasio. Adde, quando facta est abrasio in uerbis dispositiuis, tũc redditur suspectum c. cum uenerabilis, de re ig. domi.

b ¶De modica. Et sic habes hic tres intellectus. unum Innoc. quòd loquitur in rescripto confirmatorio, non in originali, & sic non poterat esse suspectum. alius glos. istius, quando in nominibus possess. erat abrasio, & constabat ex circunstantijs, quæ non erant abrasæ, quæ esset illa possessio, arg. l. certum. ff. si cert. pe. & sic constabat, siue esset abrasio, siue non, ad hoc quod not. infra de religio. domi. c. constitutis. Alius est Goffr. quòd modicum erat abrasum, non totum nomen: uel si totum, in alio tamen uerbo apparebat nomen ipsius possess. doc. tamen infra eod. inter dilectos, quòd stat in arbitrio iudicis uidere, an rasura sit in loco suspecto necne, an & quando notarius possit corrigere errorem instrumenti, uide in specu. de instru. edi. §. postremo, uersi. quid si dies, Archi. 35. q. 9. §. 1. nunquid notarius de uoluntate partium possit addere instrumento, uide in d. §. postremo, uer. sed nunquid. & si aliquid est positum instrumento, quod sit omnium in protocollo, uide in seq. uer. & si est data potestas, ut possit addere ad sensum sapientis, uide in eo. §. uer. item oppo. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Falsum priuilegium redarguenti iudex faciet illud exhiberi corã paucis & in loco secreto.*
Priuilegium dum arguitur falsi, interim statur sententiæ latæ per illud, ibid.
In uiarum longitudine difficultas, ibid. in fin.
2 *Difficile, uel periculosum nil præcipi debet à iudice: aliter appellari possit.*
Inter difficile & difficile, inter periculum & periculum arbitrabitur iudex, ibid.
Casuum multitudo indicat periculum, ibid.
3 *Priuilegia duplicari tutum, & ratio.*
Proximum intelligimus, si simpliciter dies apponatur, ibid.
Successor non obligatur ex facto prædecessoris, & quo, ibid.
4 *Violentia ne fiat, iudex cauere debet suo prætextu permissi.*
5 *Scriptura, uel literæ si reperiantur uitiatæ in manu aduersarij, cum antea non essent, arbitrium iudicis erit.*
6 *Literas si quis lacerauit patenter & uiolenter in præsentia iudicis, acri pœnæ subdendus.*
7 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 8. & 9.*

CAPVT IIII.

1 ACcepimus. Casus. Redarguenti † priuilegium de falso iudex illud faciet exhiberi corã paucis, & in loco secreto, & interim stabitur sententiæ latæ per illud. & no. quia titulus in superscriptione falsus est, quia plurib. loquitur, ut dicebat Tã. & patet ibi, Imponatis, faciatis: sed potes supplere, & collegis. sic supra de testib. significauerũt. & in prima partis decisa petitio. in secunda Papæ prouisio ibi, Cũ priuilegia [*Literas*] per quas forsan petebat Abbas, ꝙ non cogeretur portare priuilegia sua ad urbẽ, & quędam alia, super quibus Papa prouidet secundum Innocent. [*Difficile*] propter longitudinem uiarum. &
2 † no, nil difficile, uel periculosum debere præcipi per
a iudicem: aliter posset appellari [a] hac causa expressa.
b [b] sed inter difficile & difficile, periculum & periculũ arbitrabitur bonus iudex, ar. infra de spon. de muliere, ut lite non contest. accedens 2. secundum Hostien. [*Periculosum*] propter multitudinem casuum. tamen ii Papa uellet illa exhiberi; obediri oportet. supra de re-
3 stib. causam, quæ, in fi. & ideo turum † illa duplicari, de hoc supra de rescrip. ex tenore [*Congruo*] quasi communi ne multum plus alter altero laboret [*Securo*] infra de priuileg. cum personæ, lib. 6. [*Proximam*] intelligebatur. ff. de uerbo. obliga. eum, qui [*Miserit*] ad uidẽda priuilegia, & copiam illorum habendam [*Et*] scilicet archiepiscopo. & dicit Goff. Host. quod in antiqua erat, Eiusdemq; successori; quod ideò forsan est detractum: quia intelligitur, etsi dictum non sit, arg. infra de solu. c. 1. uel ideo, quia si dolose hoc omitteret, successoribus non obesset, argu. 16. q. 6. si episcopus, de restitu. in integrum. c. 1. lib. 6. quod uerius est, secundum Hostien. [*Interim*] scilicet pendente cognitione falsitatis [*Vacillare*] ob hãc causam: quia arguũ-
4 tur de falso. [*Hominum*] ne uiolentia † monacis inferatur. T. unde dicit Hostien. quòd etiam qualitatem istorum 12. arbitrari debet iudex, quòd sint tales, de quibus non sit uerisimile, quòd aliquod uiolentum committant, argu. ff. de offi. ordi. ut iuxta, & consulit Hostien. quòd iudex primò diligenter uideat literã, uoluat, & reuoluat, ut cognoscat, si nouum aliquod
5 acciderit circa illam. Quid si † casu aliquo peruenit litera ad manus aduersarij, quæ reperitur postea uitiara, cũ tamẽ primò sana & integra appareret? dicit Hostien. quòd hoc arbitrabitur bonus iudex. nam po-
c tuisset alius [c] id maliciosè fecisse. sed nec corrupta præsumitur de domini uoluntate, argu. ff. de proba. si chirographum. C. de lari. lib. 6. toll. l. una. §. ille etiam.
6 Quid † si parenter & uiolenter in præsentia iudicis literam lacerauit, ut Regij fuit factum his diebus. dicit Hostien. quod hic non est locus coniecturis, argu. ff. de uerbo. obliga. continuus: sed deber iudex hoc punire acriter & extraordinariè, argu. ff. de publi. & uec. licitatio. §. quod illicitè. & experiri deber talis uiolentus iudicis auctoritatem elusam, arg. supra titu. . . peruenit. 1. cum suis concordan. ¶ Tertia † glo. no, accu-
7 sationi, & exceptioni tempus præfigi. ¶ Quarta glos.
8 arguit, signat contrarium, & remittit. ¶ *In † gloss. 3. ibi, diffamari*] uide hanc & se. de proba. licet, in glo. 1. ¶ *In gloss. pen. ibi, diuus*] uide de proba. licet, super 2. glos. [*& ibi, licet*] in falso procuratore loquitur, ut decre. proxi. ¶ *In gloss. ulti. ibi. §. 2.*] fit editio sine die, & consule.
9 ¶ *In † glo. 1. ibi, non est iuratum*] idem Goff. infra cap. proxi. in gloss. not. tempus, in fi. de hoc supra de proba. licet, in prima gloss.

ANNOTATIONES.

a ¶Appellari. Adde tex. in c. ex parte, el 1. de appel. Clemen. pastoralis, de re iudi. de præcep. & extra. iudicialibus, uide per Innocen. in c. ad aures, de tempo. ordi.

b ¶Expressa. Imò difficultas impedit pœnæ commissionem. l. continuus. §. illud, & ibi per Barto. ff. de uerbo. obli. & periurii incursionem, infra de iureiuran. quereã, & ibi concor. in glo. fortius prædicta operatur impossibilitas. ad materiam uide supra tit. proxi. c. 2. in glo. fin. & super illa Io. An.

c ¶Alius. Ad materiam facit quod no. Bart. in l. 2. ff. de pac. & in l. fullo, ff. de fur. & Ioan. An. in c. ecclesiæ, el 2. super glo. fin. ut lite penden. & in Spe. de instru. edi. §. postquam, uer. porrò.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, uel priuilegium, quo quis utitur, aduersario coram iudice integraliter legi debet.*
Edi capitulum illud, de quo agitur, solum debet, ibid. & nume. 2. 3. 5.
2 *Mare magnum Prædicatorum, & Minorum quid continet, & à quo emanauit Pontifice.*
3 *Describi debet illud, de quo quæstio est, & nu. 1. & 2. & 5.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Ne lites de litibus oriantur, prospicere debet iudex, in p in.

Partem

Partem debiti, uel fundi, quam offert reus, cogit actorem prætor accipere, & reliquam negatam prosequitur actor.
Editio priuilegij, uel instrumenti præsente iudice & parte facienda. §. 1. & quanti fieri debeat. §. 2. & nu. 5. §. 1.
5 *Additio glossarum.*
Edenda ratio à capite, §. 1. & transcribendum de quo est quæstio.

CAPVT V.

1 COntingit. Casus. Instrumentū† uel priuilegium, quo quis utitur, aduersario coram iudice integraliter legi debet: sed solum illud capitulum, de quo agitur, debet edi. Communis diuisio, secunda ibi, Consultationi [*Vestrum*] Gof. habebat, Nostrū, & exponebat. i. à nobis concessum. Hosti. habebat, ve
2 strum, & exponebat utilitate [*Suscitantur*] habent† Prædicatores, & Minores quoddam priuilegium Bonifacij, in quo inclusit effectum quasi omniū priuilegiorum ordinis, quod uocant mare magnum: non esset autem illis expediens propter unum capitulū, de quo quæritur, tradere omnia alia multa numero [*Et infra*] deciditur, quod quærebatur, an totum priuilegium deberet edi [*Tantummodò*] descriptionem excludit. Illud† enim tantum describi debet, de quo est quæstio
3 [*Recitetur*] integraliter secundum Innocen. Host. contra. opi. Innocen. approbat infra de priuile. cum per
a sonæ. i. respon. in fi. lib. 6. & uide quod [a] ibi not. ¶ Gl. 1.
4 † obiicit, & soluit. ¶ *In glo. 1. ibi, qui accusare*] uide hanc & se. in decre. supra alleg. super 2. & 3. glos. ¶ *In glo. 2. ibi, §. quæsitum*] uide hanc. & §. si quis. 10. & l. apertissimi, & l. ulti. C. de sa. san. eccle. quæ incipit, ut inter, de testi. 3. super glo. 2. [*ibi, quidam prætor*] ut lites minuat, cogit actorem accipere partem debiti, uel fundi, quam offert reus, & reliquam negatam prosequatur actor [*& ibi. §. ulti.*] stipulationi de damn. infec. adiici debet dies, ne obligatio sit in infinitum, & diem arbitrabit prætor ex causa, & qualitate damni, quod speratur. ¶ *In glo. 3. & ibi. §. quod ait*] is interrogatur in iure, qui apud iudicem interrogatur in loco, quo erat iuris dicendi, uel iudicandi gratia [*& ibi l. ult.*] uide de confes. c. ulti. super 1. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi. §. editum*] idem, quod hæc decret. [*& ibi l. 3.*] lex non ponit exemplum: sed glo. ibi ponit, ut si dixit, Lego filio, quem ex monaca suscepi [*& ibi l. 2. §. 3.*] recitetur, si dubitatur, an uiuat
5 testator. ¶ *In† glo. 1. ibi c. 1.*] ubi de hoc [*& ibi, quia isti usuri*] licet in uim exceptionis, ad idem infra de præscrip. ad audientiam, & c. auditis. Idem, si in uim actionis, supra de consue. cum dilectus. ¶ *In glo. ulti. ibi. §. edi autem*] primus est, quem Goff. hic allega. pro contrario, & soluit, quòd in communibus rationibus, ubi sunt data, & recepta, locum habet, quòd à capite edēda est; ideò ueritas est, quòd ille. §. idem dicit, quod hæc decre. s. quod à capite editur ad inspiciēdum, sed transcribitur solum id, de quo est quæstio.

Districtus uocabulo hic utitur, ibid.
3 *De fructibus post litem contestatam percipiendis non exprimere necesse in libello, & ratio.*
Fructus post litem contestatam ueniunt officio iudicis, ibid.
4 *Comites Italiæ omnes dicuntur, qui sunt de genere comitis*
Comitatus sigillo non sigillat, nisi principalis comes, ibid.
5 *De feudo imperiali spectat ad imperatorem cognitio.*
6 *Possessorio uidetur quis egisse ex uerbo molestandi.*
Petitorio non impeditur agere successor, si fuit actum à prædecessori petitorio, ibid.
7 *Fama sufficit cum adminiculis hic.*
Vitia priuilegij hic quot erant, ibid.
8 *Procuratorium si exhibeatur sub sigillo constituentis, sine tamen loco, & die an fidem faciat.*
9 *Falsi uitium sufficit, ut reprobetur instrumentum.*
Falsandi literas apostolicas quæ prima species, ibid.
10 *Mitra episcopi Pileus militis caputium dicitur.*
Præsumptiones quæ dicantur contra instrumentum, & earum effectus, ibid. & nu. 11. 14. 15.
11 *Mutatio literæ falsitatem inducit, & quando omissio minime.*
12 *Sigillum frangere priuilegij inferiori Papa non licet.*
13 *Instrumentum si scribitur tabellionis manu, an & quando ualeat absque sigillo, & quando si scribatur, alia quàm tabellionis rogati manu, nu. 15.*
14 *Sigilli læsio quæ uitiet.*
16 *Res inter alios acta quando mihi præiudicet, si interuenio in ea uel ut iudex, aut ut procurator, uel ut aduocatus, & quando habeat locum hæc regula.*
17 *Vt processus cum sententia publicetur, est cautum, & ratio.*
Testium olim erant depositiones breues, & ætate scribentis prolixæ, & quam de causa, ibid.
18 *Publicatio testium quid faciat, & quibus ualeat casibus.*
19 *Imperator etiam res potest alienas donare.*
20 *Priuilegia confirmatoria meliora eis, quæ sunt ad instar, & ratio.*
21 *Confirmari eadem pariter & donari nequeunt, nisi in casu, & quo.*
Confirmatio licet non ualeat, ualet concessio, & quando, ibid.
Sententia sicut ex falso instrumento lata non ualet, ibid.
Ita priuilegium ex falsa causa, uel instrumento concessum, ibid.
In dubio fit interpretatio, ut potius res ualeat, ibid. in fine.
22 *Resolutio uerbi.*
Locationis instrumenta non probant dominium, ibid.
Possessionem non probat perceptio possessionis, nec per id alter possessione priuatur.
23 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Libellus nomine ecclesiæ in persona procuratoris concipiendus, in princip.
Pertinere, uerbum latissime patet, & quæ comprehendat §. 2.
Sigillum ut sit authenticum, quæ debeant apparere. §. 5.
Nomen deesse non debet, ut literæ signatæ dicantur. §. 6.
Responsum conformandum petitioni. §. in glo. argu. & nume. 32. §. quarto.
Interpretatio non semper fit, ut res potius ualeat, quàm pereat. §. in glo. sic ergo, & nu. 32. §. 5.
Meum quod est amplius meum fieri non potest, ibid. §. in gloss. sic Insti. & nu. 33. §. 1.
Possessio ex pluribus causis habetur, ibid. ibi §. ex pluribus & sequen. & nu. 33. §. 1.
Principale si non tenet, nec accessorium regulariter, excipiuntur casus. § in glo. ideſt, & nu. 33. §. 2.
Dominij quæstio in quibus actionibus referri non possit. §. penul. & nu. 33. §. 3. & nu. 34.
25 *Additio glossarum.*
Prælatus potest in iudicio stare sine capitulo, ibid. nu. 25.
26 *Libellus formandus in personam eius, qui caurt ecclesiam defendere.*
Possessor non uendicat, ibid.
27 *Libelli clausula, saluo iure addendi, &c. an sit utile apponere.*
28 *Vassallus utile dominiū transferre non potest absq; domini licētia.*
Dominiū an hic dominus abdicasse per uerbū collationis intelligatur, &

ANNOTATIONES.

a ¶ Vide quod. In gloss. ne præcedentia: & ista rescriptio, de qua hic dixit tex. illius particulæ, quæ datur parti, fit expen. tradentis, ut no. Ioan. An. in prælleg. c. cum personæ, in nouella. facit quod no. glo. in Cle. prima, de appel. & faciunt ista ad q. an si Pars allegat statutum, totum uolumen edi debeat, & produci ad illud solum, quod allegatur, & an totum unum statutum, uel particula illius, de qua Cyn. in l. fi. C. de preci. impe. offe. & ibi Bal. & Sali. & Bar. in rubrica. ff. de no. ope. nunc. & in l. inciuile, ff. de legi. & in l. omnes populi, in ulti. q. ff. de iusti. & iure.

SVMMARIVM.

1 *Reus absoluitur, cum iura actoris sunt obscura.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Rei uendicatio possessionem aduocat, & quam.*

tur, & an potuerit, ibid.
29 *Instrumentum ex quibus rasuris fiat suspectum, & magis fit suspectum ex his, quàm ex consumptione.*
30 *Iudicio si non sit posita, uel erratum sit in ea, quid iuris, aliò reuocit.*
In indictionis primo lustro quid, in secundo quid, & quid in tertio dabatur Romanis, ibid.
De corona triplici imperatoris alibi ait se dixisse, & ubi, ibid. in fin.
31 *Lustrum constat quinque annis.*
Indictio erat tertia anno natiuitatis domini, ibid.
Speculum Guiliel. quo compositum anno, ibid.
Hostiensis quando apparatum, & quando summam composuerit, ibidem.
32 *De comparatione scripturæ ad scripturam ostendit, ubi tractetur.*
33 *Eligit idem quandoque, qui & confirmat.*
Eligere non est dare, & quid tribuat, ibid.
Ius quid tribuit ad rem non dat, secus, si tribuat in re, & ratio, ibidem.
Exceptionibus pluribus contrarijs nullius uti prohibetur, ibidem in fine.

CAPVT VI.

1 INter dilectos, Casus. Reus † absoluitur, ut quia ipsius instrumenta sunt obfuscata, uel literæ, uel sculpturæ sigilli deletæ. & de eodem facto, de seque. post. c. 1. partes patebunt infra Pe. autem diuidebat eam in tres partes. in prima petitio, & iura & allegationes actoris. in secunda responsiones, & defensiones rei. in tertia sententia [*Petebat*] petitio Abbatis tres principales articulos continens
2 [*Restitui*] rei† uendicatio possessionem aduocat. C. de ali. mu. iu. causa fac. l. una: sed non nudam, & ideò petebat restitui, secundum Gof. & dixi de hoc secundū
a eum, supra de dolo. [a] c. 2. [*Districtu*] idem uerbū de proba. licet, ut lite non contest. accedens. 2. [*Hoc ipsum*] iste est secundus articulus [*Per sententiam*] quæ sententia nō proderat in petitorio, arg. ff. de libe. causa. si pariter. ff.
b de acqui. pos. naturaliter. §. 1. [*Perceptis* [b]] de† percipiē-
3 dis post li. contest. non habuit necesse exprimere in libello: quia illi ueniunt officio iudicis. ff. de ædil. edic. ædiles. §. sciendum, secundum Hosti. de offi. dele. cum olim. i. [*Satagens*] hic ponuntur. 6. per ordinem, quæ inducuntur ad fundādum intentionem Abbatis [*Comitis*] iste factus episcopus retinuit comitatum, & de patrimonio comitatus fecit dona. de qua sequit, quā tamen sigillauit sub episcopali sigillo. Dicebat Ab. q
4 iste† dicitur comes ad modum Italiæ, ubi dicūtur comites omnes, qui sunt de genere comitis principalis: sed quia sigillo comitatus non sigillat nisi principalis comes, ideò non fuit competens hoc sigillum: uel dic
c ut supra secundum [c] eum [*Vniuersa*] de bonis suis, non de bonis ecclesiæ, Goff. [*Lodouici*] ad idem, infra de rapto. in archiepiscopatu: & quia† erat feudum imperiale, ideò ad imperatorē spectabat cognitio, de foro compe. ex transmissa [*Nepotem*] iste forte fuerat hæres, & conabatur ex aliqua causa dona. illam infringere. & est simile de dona. cū dilectus. Sententia tamen cōtra istum lata parū oberat Mediola. ecclesiæ, nisi forsan ex dona. ipsius nepotis se defendere uellet. ff. de ap.
6 à sententia. Item† ex eo, quod dicit, Molestabat, uidebat egisse possessorio: quare successor archiepiscopi nō impeditur agere, uel defendere super petitorio secundum Inn. qui satis in hoc loquitur exquisitè [*Testes*] hoc erat quintū, quod inducebat Abbas, cui non uidetur responderi. infra, sed hic forte: quia non probabat, sed nitebatur probare, ut hic sequitur, & ut dicit Inn. de alijs attestationibus loquitur, infra uer. nec attestationes. hic enim loquitur de testibus productis coram delegatis papæ in hac causa ad probādam legitimam donationem. & supra repetit hic Goffr. quod dixi secundum eum. C. de proba. licet, uer. ex præmissis, cuius glo. malè ponebat hic Hosti. & ideò reprobat. Item, ut dixi, nissus fuit iste Abbas probare, sed nō apparet, quòd probauerit [*Et quòd fama*] hoc est sextum, quod inducebat Abbas, ad quod etiam non respondetur infra, sed contēnitur, quasi in antiquis sola fama probat. Sed posset dici secundum Hostien. q
7 hoc ideò: quia† alia inducta sic euidenter reprobantur, quod prætant adminicula contra famam, quę potuit oriri ex falsis instrumentis, de quibus sequitur: ali-
d ter suffeciſſet fama cum adminiculis, [d] de quo remit-
e tit, supra de testi. præterea. [e] Tu dic breuius hic repetēdam literam, Nitebatur probare, supra positam [*Sed contra priuilegium*] reprehendit hoc priuilegium multipliciter, primò ex rasura in loco suspecto. secundò ex uicio totius chartę, & incausti. tertiò ex uicio sigilli, & hoc tripliciter [*Donationis*] quæ dicebat facta per Luitardum [*Consumptum*] ideſt subtiliatum, uel corrosum pergamenum propter rasuram, uel alio modo. Inno.
uel fideicommiſſorum cauſa, uel nomine uentris. ad
hoc enim pertinet uacui app. ff. de act. empt. & uen. l. 2.
c §. uacua[c], Gof. [*Traderes*] an emptor† condemnatus ad
4 precium rei impediat executionem per exceptionem
rei non traditæ, uide in Spec. de ſen. exec. §. fi. uer. item
pone, propoſitū de nouo [*Conditionalem*] ideſt ſub mo-
d do[d] contractam. fuit enim potius modus, quam condi
tio, ut infra patet, Goffr. unde ſm Hoſt. melius dixiſſet
cōuentionalem [*Quod & ſi*] interpoſitio uſque ibi, Qui
5 iurati [*Nouum*] ideſt de † nouo propoſitum [*Qui iurati*]
aliter non creditur, ſupra de teſti. tuis; & repete quæ di-
xi eod. tit de teſtibus [*Interfuiſſe*] tali teſti creditur, ſupra
de teſti. præterea, ſupra de electi. per inquiſitionem, ſu-
pra de conſuet. c. 2. de teſti. cum cauſam, Hoſt. [*Inhabi-
tares*] per quod patet, ꝙ poſſeſtionem domus nō tene-
batur uacuā tradere [*Nepotibus*] ex ſorore, uel filia [*Con
6 ditionis*] ideſt pactionis [*Minori*] in 20. li. [*Anni*] nec† per
hoc minus ualet teſtimonium, Inn. uide quod dicam
de re iudic. Abbate, ad fi. ſuper glo. ſ. & hic ſuper glo. ſu-
e per quod[e] [*Publicum*] ideſt publica manu confectum,
quod aliàs dicitur auctenticum, ſupra eo. c. 2. [*Tabellio-
7 nem*] dixit hic Inn. ꝙ ſi† omnes teſtes uiuunt, & contra-
dicunt inſtrumento, in quo ſcripti ſunt, reprobatur in
ſtrumentum, & ſtatur teſtibus, ſupra de probat. tertio,
& in auct. de fideiuſſ. §. ſi uero fideiuſſor, & §. ſequen.
f collat. 1. Si uerò unus tantùm de ipſis teſtibus[f] dicat,
non interfui huic contractui, de quo loquitur hoc in-
ſtrumentum, in quo inſcriptus ſum, ſuſpectum reddi-
tur inſtrumētum. ff. quemadmodum teſtam. aperi. l. 1.
§. fi. & ideò non probat, quouſque melius fuerit appro
batum. C. de prob. iubemus. & eſt hoc ideo uerum ſm
quoſdam: quia & ſi ſint decem teſtes inſcripti in inſtru
mento, & unus ſolus ex his, ut prædictum eſt, contradi
cat, alijs 9. tacentibus, uel mortuis, inſtrumentum om
nino uires ſuas amittit. Alij uerò dicūt, ꝙ licet unus de
teſtibus dicat ſe non interfuiſſe; nihilominus tamē ua-
let inſtrumētum, & ſi omnes alii taceant, uel aliqui ex
ipſis mortui ſunt, uel etiam omnes, dūmodo tot alii,
qui interfuerunt contractui, ſubſcripti ſint, ꝑ quos poſ
ſit probari ueritas inſtrumenti. nec ob. ff. quemadmo-
dum teſtam. aperi. l. 1. §. fi. quia loquitur, quando 7. tan
tum teſtes fuerunt ad teſtamentum uocati, & unus ex
illis negat ſe interfuiſſe in teſtamento. quo dēpto pro-
pter defectum numeri teſtium, qui ſecūdum leges ad
minus regulariter ſeptenarius requiritur, inualidum
remanet teſtamētum. C. de teſtam. ſi unus, ſecundum
Inn. licet ſecus ſit ſecundum canones; quod dic, ut no.
infra de teſtam. cum eſſes, & c. relatum. 1. & c. cum tibi,
ſecundum Hoſt. ſecus autem eſſet. ſi. 8. uel 9. uel plures
fuiſſent teſtes, ut ſic educto uno ſufficiens numerus te
ſtium remaneret. uel, ut dicit Ia. Bal. illud eſt ſpeciale in
teſtamento propter ſolennitates, quę ibi requiruntur.
aliter enim, ſi per duos de inſcriptis teſtibus, uel aliter
probaretur ueritas. & ꝙ ſi teſtis, q negat ſe interfuiſſe,
contractui interfuit, ſtaretur ueritati, non obſtante cō
tradictione unius, vt patet ſupra de elect. cum dilectus.
§. nos uerò, Innoc. & idem uidetur, & ſi non probetur
ipſum teſtem negantem contractui affuiſſe. nam & ſi
teſtis negat ſe teſtificatum fuiſſe, uel pars ſe cōfeſſam,
ut ſcriptum eſt in actis, uel dicat in aliquo alio contra
acta, ſoli ſcripturę tabellionis credetur, & per ipſam cō
uincetur, ſupra de probati. quoniam contra falſam; ſe-
cundum Inno. Tu uerò dic, ut ibi not. ſecundum Hoſ.
Sinautem nō ſolùm unus, ſed plures de ipſis inſcriptis
teſtibus dicant ſe nō interfuiſſe, tunc omnino adeo de
bilitatur inſtrumentum, ꝙ nihil probat, ſupra de teſti.
tam literis. §. fin. & intantum eſt hoc uerum, ꝙ etiam ſi
per centum teſtes probaretur contractus, qui in inſtru
mento continentur; non tamen propter hoc probarē
tur iſti teſtes interfuiſſe, qui hoc negant, & ideo inſtru
mentum inualidum eſt: quia & ſi continet ueritatem
quantum ad contractum; continet tamen falſitatem
quātum ad iſtos duos, quos aſſerit præſentes interfuiſ-
ſe, & tamen non interfuerunt. & ideo propter iſtam ad
miſtionem falſitatis in totum reprobatur, argumē. ter
tia quæſt. nona, pura, & ſimplex, ſecundum quoſdam.
nec negāt iſti, quominus ueritas contractus poſsit pro
bari non ſolum per alios teſtes, ſed etiam per illos, qui
in ipſo inſtrumento falſo inſcripti ſunt, dummodo nō
8 fuerint participes falſitatis. Sed † opponitur ſic. nonne
iſti duo teſtes, quorū uterque negat ſe interfuiſſe con-
tractui, reperiuntur in ſuis teſtimoniis ſingulares? uti-
que negari hoc non poteſt, ut patet ſupra de electio n.
bonæ me. Magum. §. contra legati, uerſicul. quamuis,
g & ſequen.[g] Sol. ſi ageretur ad probandum, ꝙ alter ab-
ſens fuiſſet tempore confecti inſtrumenti, ſiue contra
ctus, qui in inſtrumento cōtinetur, non ſufficerent te-
ſtimonia eorum, quorum ſinguli dicerent ſe nō inter-
fuiſſe. ſed cum agatur hic ad probandum inſtrumentū
falſum, ſufficiunt hi duo, qui probant idē, ſ. inſtrumen
tum falſum ex abſentia horum duorū, & maximè cū
eos affuiſſe ſcriptum ſit in inſtro, quaſi ſimul & pariter
teſtificari uidentur, ꝙ nec ipſi, nec alij interfuerunt, cū
ſi interfuiſſent, oēs ſimul pariter ſe uidiſſent, ſm quoſ-
dam. Inn. ꝯ. nam ſi centum eſſent teſtes, quorum quili-
bet diceret de ſe, Nō interfui, & duo tm̄ dicerent quili-
bet per ſe, Ego interfui, ubi inſtrm hoc fuit conceptū,
uel ubi contractus, quem continet, fuit celebratus eo
modo & loco & die, quo cōtinet inſtrm, ſufficiēs eſſet
teſtimoniū, & ualidum inſtrm, non obſtante aliorum
teſtimonio negantium ſe contractui interfuiſſe: quia
duo ſufficienter probant affirmatiuam. Alii uerò om-
nes negantes ſuam p̄ntiam, ſunt in ſuis teſtimonijs ſin-
gulares, ut patet in dicta decre. ſupra de elec. bonæ. 1. §.
contra, & cap. cum dilectus. §. nos uerò. nec obſt. ſupra
de probat. tertio: quia ibi per nullum teſtem reproba-
tur fides inſtrumenti. Vel dic, quòd ibi non ſunt teſtes
ſingulares,

ſingulares, imò bene & plenè, licet indirectè probant
falſum inſtrumentum. & eodem modo reſpondetur
ad cap. ſupra de teſti. tam literis. §. fin. uel dic, quòd ibi
expreſsè probatum fuit, quòd inſtrumentum falſum
continebat, ſecundum Innocen. Vel dic ſecundum
Hoſti. multum referre, utrum agatur de actibus pro-
bandis per teſtes ſine ſcriptura, uel de ſcriptura per
teſtes reprobanda. In primo caſu, ſcilicet quando agi-
tur de aliquo probando per teſtes, ſuper quo nec ſcri
ptura producitur, ſufficiunt duo teſtes idonei, qui
ſufficienter probent affirmatiuam, etiam ſi milies ne
garent ſe illi contractui interfuiſſe: quia duo affirmā-
tes id actum, de quo agitur, ſufficienter probant.
Alij uerò omnes negantes non teſtificantur de con-
tractu, ſed de ſua tantum præſentia, quam unuſquiſ-
que ſingularirer de ſe tantum negat; & ideò non eſt
ſufficiens eorum teſtimonium: quia reperiuntur in
ſuis teſtimoniis ſingulares; & ſic loquuntur prima iu
ra allegata, ſupra de elect. bonæ. 1. & ca. cum dilectus,
cum ſuis concor. In ſecundo uerò caſu, ſcilicet quan-
do aliquid aſſerit factum fuiſſe, ſuper quo & ſcriptu-
ra inducitur, in qua & teſtes ſunt inſcripti, qui unani-
miter negant inſtrumentum, & id, quod actum fuiſſe
dicitur, eſſe uerum, & ſe interfuiſſe, nec per alios teſtes
poteſt iuuari ſcriptura, quia nec alij interfuiſſe dicun-
tur; in hoc caſu tam inſtrumentum, quam ea, quę cō-
tinet, ſufficienter reprobata intelligantur; & ſic loquū
tur illa iura, ſupra de proba. tertio, de teſti. tam literis,
§. fin. quòd ſi non omnes hoc negant, uel ēt ſi omnes
hoc negauerunt, & alij duo, qui licet nō ſint inſcripti
in ſcriptura, fuerunt tamen præſentes, quando factū
fuit id, quod aſſeritur in inſtrumento, & de his, quæ
inſtrm continet, & perſonis, & loco, & die, & alijs cir-
cunſtantijs omnibus idoneū teſtimoniū reddāt, quic
quid ſit de inſtrumēto, ad minus tenor ipſius uidetur
ſufficienter probatus: quia teſtimonium duorum af-
firmatiuum eſt, & ambo idem probāt. aliorum uerò
teſtimonium negatiuum, & magis credendum eſt in
hac parte duobus affirmantibus, quam mille negan-
tibus: quia poſsibile eſt, quòd ubi etiam multi præſen
tes ſunt, duo tantum ad id, quod agitur, ſunt attenti,
alijs non aduertentibus, uel non curantibus, ſed habē
tibus aures ſurdas; & ideò aptius & naturalius eſt teſti-
monium affirmatiuum, quam negantium ueritatem
& adde quod no. ſupra ea. glo. uer. nec ob. quod dictū
eſt. 6. q. ulti. actor. ff. de probatio. quoniam contra. &
idem uidetur, ſi ſaltem duo teſtes de inſcriptis idem te
ſtificarentur, quamuis alij hoc negarent, ut dictū eſt
ſupra, ubi uerò nulli teſtes inducuntur ad iuuandam
ſcripturā, ſiue tenorem ipſius, dic, ut no. ſ. ead. gloſ. in
prin. & uer. ſinautem non ſolum, infra ea. glo. in ſequē
tibus, ſm Hoſti. Quod dixi de duobus teſtibus, intelli-
ge uerum eſſe ſm Inno. in illis actibus, ſiue contracti-
bus, in quibus duo teſtes ſufficiunt, ꝙ ſemper regula-
re eſt, ut patet. ff. de teſti. ubi numerus, & in eo, quod
le. & no. ſupra de teſti. in omni, & c. licet. 1. ad fi. ubi ue
rò plures requiruntur, puta. 5. in codicillis, uel 7. in te-
ſtamentis, aliis negantibus, non ſufficeret duorum te-
ſtimonium aſſerentium ſecundū Inno. hoc tamē nō
eſt exemplum bonū ſecundū opinionē, quam ſequi-
mur ſm Hoſti. quod dic, ut no. j. de teſtamentis, cum
oēs, & c. relatum, primo. Aliqui tamen dicunt, qui ſe-
cundū Inno. non minus, quàm alij rōne nituntur, ꝙ
ēt ſi oēs inſcripti negent ſe interfuiſſe contractui, uel
confectioni inſtrumenti: nihilominus tn̄ ualet inſtru-
mentū publicū, qđ per ſe auctoritatem habet, & hi te-
ſtes ſingulares ſunt, nec poſſunt probare directè. C.
h de proba. actor.[h] nec obſtat, quod dictū eſt. ſ. ea. glo.
uer. Sol. ſi ageret, & ſeq. ſ. quia cum dicit teſtis ſe non
interfuiſſe, pariter illud dicit de aliis, qui adeſſe nō poſ
ſent, quin eos uidiſſet: qa hoc non eſt uerū, ut patet in
eo, quod no. ſ. ea. glo. uer. aliorū uerò teſtimoniū: qui
nimò & ubi maior multitudo eſt, minus uidet unus,
oēs alios, & cognoſcit. nec obſtant decre. ſ. de proba.
tertio, & de teſtibus tā literis, ſępius allegatæ: qa in eis
indirectè probatur negatiua, ut dictū eſt. ſ. Si aūt aliq
de inſcriptis teſtibus per duos teſtes tantū probant ali
bi fuiſſe tpe ꝯctus celebrati, q̄ continet inſtrm, uel tē-
pore ipſius inſtri concepti, eſto, ꝙ centū remaneant,
q interfuerunt, nihilominus falſum eſt inſtrm; non
quia ꝯctus per teſtes non ꝓbetur, qui remaneāt, quia
illum bene probare poſſunt, ſed quia ſcriptum eſt in
eo teſtem fuiſſe præſentem, qui fuit abſens, ut patet in
eo, quod leg. & not. infra de his, quæ fiunt à prælatis,
quanto. §. abſentium. ſed ſi teſtes inſcripti in inſtrumē
to, uel alij dicant ipſum teſtem interfuiſſe in celebra-
tione contractus uel tempore inſtrumenti concepti,
præualebit inſtrm, niſi per probationes luce clario-
res probetur abſens fuiſſe. C. de contrahenda ſtip. op-
timam. Dicunt tamen quidam, & non malè, quòd ſi
unus ſolus de teſtibus negat ſe interfuiſſe, reliqs mor
tuis, etiam ſi centum ſint, uel tacentibus debilitatur fi
i des inſtrumenti. C. quemadmodum teſta. aperi.[i] l. 1. §.
fi. nam cum inſtrumētum hoc nullam fidem habeat
niſi ex officio notarij, bene poteſt reddi ſuſpectū per
contradictionem unius teſtis, niſi & ipſum inſtrumē-
tū per collationē inſcriptorum teſtium, uel cōtrahē-
tium iuuaretur, in auct. eo. ti. §. ſi uerò moriantur, &
§. ꝙ ſi tabellio. De his tamen, qui negant ſe interfuiſſe
eſt diligens & accerrima interrogatio facienda, C. de
falſis, ubi. C. de proba. iubemus, ita tamē, quòd iudex
ſemper in dubio magis pręſumat pro inſtrumento, q̄
contra, ut res potius ualeat, quàm pereat, infra de uer
bo. ſigni. Abbate. §. contra quod, uerſi. hic autem ſen-
ſus: quia non eſt tanti ponderis ſuſpitio orta ex negati
ua, ꝙ debeat omnino inſtrumentum anichilare, niſi
forte indirectè ſufficienter probaretur, ſupra de pro-
ba. tertio, ſupra de teſtibus tam literis. §. fin. C. de pro-
ba. cū precibus, uel niſi iudex in accerrima inqſitione
aliqd reperiat rationabile, per quod in ꝯriū moueat.
Sed Iac. Bal. quantū ad hūc articulū fuit in prima opi-
nione. Sinaūt teſtes dicerent ſe non recordari, an in-
ſtro, uel ꝯctui interfuiſſent, ſed nec firmiter aſſererent
hoc, uel illud, imò dubitarent ita, ꝙ eorum conſcien-
tia uacillaret; in hoc caſu ſtandum eſſet inſtro, contra
quod nihil aſſeritur, ſed dubium tantum opponitur.
dubitatio uerò, uel ſuſpitio non eſt tantæ uirtutis, ꝙ
k omnino anihilaret inſtrumentū[k]; imò iu dubio, ut
ualeat, eſt benigna interpretatio facienda, ut le. & no.
ſupra ea. glo. uer. nā cum inſtrumentum, & ſeq. & ar.
infra de uerbo. ſignifi. Abbate. §. contra quod fuerat,
uerſic. hic autem ſenſus, infra de regu. iur. c. 2. ſupra de
teſtibus, cum tu fili. Si uero teſtes alij, quàm inſcripti
l contradicant inſtrumento[l] tunc ſecundum quoſdam
in facto propinquo & recēti magis creditur teſtibus.
In antiquo uerò & remoto magis creditur inſtrumē-
tis, ff. de proba. ſi arbiter. ff. de car. edic. l. 3. §. duæ, ff. de
damno infect. qui bona. §. fin. Alij dicunt indiſtinctè,
quòd ſtandum eſt inſtrumentis, argum. infra de præ-
ſcrip. ad audientiam, C. de probatio. cum precibus, ni
ſi forſan per quattuor teſtes ad minus reprobentur,
cum inſtrumentum uim duorum teſtium habeat, &
notarius maior ſit uno teſte. & dicunt, ꝙ nunquā ma-
gis credendum eſt uiuæ uoci, quàm mortuæ, licet ui-
deatur contradicere in aucten. eo. ti. §. ſi uerò tale ali-
quid contigerit, quare in Armenia. Sed non obſtat,
quia ibi erat ex una parte vox viua, & inſtrumentum:
ex altera uerò parte erat tantùm collatio literarum. di
cunt etiā, quòd licet priuata ſcriptura per duos teſtes
reprobari poſsit, ut C. de contrahen. ſtipu. optimam;

non tamen publica, quæ habet eãdem uim, quam & testes C.eo.ti.in exercendis.sed Inno.scripsit hic.& ad hoc dictum remittit Guil. in Spec. de instru. edi.§.re-
m stat, ver.sed quæro,& hoc mihi m placet,ut etiam dicam super glo. quòd instrumento q̃ tũcunque publicè confecto, & quantoscunque testes habeat inscriptos, derogatur per duos testes, uel ad plus per tres, qui probent contractum, de quo instrumentum loquitur.non fuisse celebratum illo tempore, & illo loco, & inter illos, de quibus loquitur instrumentum, cum probent ipsos, uel eorum alterum adeò remotos fuisse ab illo loco, & illa die, quòd impossibile est tunc ibidem eos contractum de quo agitur,iniuisse, vt.C. de contrahen. stipu. optimam, & supra,de testibus, ex tenore, & est ratio, quia instrumentum non habet fidem nisi ab officio, & auctoritate notarij,cui iustum est dictum duorum preferri,nisi & instrumẽtum per testes inscriptos, uel alios qui supersunt, & qui prædictos præsentes fuisse asserunt, uel collatione scripturæ testium, uel contrahentium adiuuetur, ut in auct.eo.ti.§.si tamen quisquam,& §. si uerò moriantur,& se.sed dices,nonne, ex quo instrumento inscripti sunt. 10. vel plures testes, cum notarius det fidẽ omnibus,quæ continentur,propter publicum,quod gerit,officium credendum est eos omnes affuisse? vtique.ergo non uidetur, quòd in hoc casu per pauciores testes, quàm sint illi, qui instrumento sunt inscripti,posit instrumentum huiusmodi reprobari.Solu. quod dicis, uerum est scilicet quòd dictos 10. testes, uel plures præsumitur affuisse,quàmdiu ni hil probatum est contra ipsum instrumentum:sed ex quo probatum est per duos testes, quòd hi, uel aliqui ex his, qui in eo scripti sunt, abfuerunt; intantum debilitatur tota vis instrumenti, quòd ei in nullo creditur,nisi aliter comprobetur.probata enim qualitercunque falsitate instrumenti,tollitur p̃sumptio auctoritatis & officij tabellionis scriptoris instrumenti,& per consequens fides instrumenti, & in eo contentorum, argu.9.di.si ad sacras,& in eo, quod leg. & not. infra,de hęre.fraternitatis.excipiuntur tamen casus, in quibus per testes instrumentũ reprobari non potest:quia pręsumptio iuris est & de jure, q̃ ita fuit,sicut continet instrumentum,ut.C.ad Vell.antiquę.C.arbi.tu.l.fin.sed licet,ut ibi dicitur,non possit is,qui confessus est,confessionem suam improbare; potest tamen falsum dicere instrumentum. Sed nec † obstat, q̃ aliqui casus
9 sunt,in quibus non probatur, nisi per scripturam tan-
n tum,n ut C. si minor se maio. dixerit,si alterius. C.de suffragio.l.unica.C. de non nume. pec. generaliter.C. de testibus,testium,& auct.rogati.ff.de proba.census, & in quibusdam alijs notatis in sum. eo.ti.§. quid si instrumentum amissum fuerit.& infra,de censi. Roma-
o na,o li.6.Fateor enim,quòd una consideratione habita, melior & efficatior, & securior est probatio scripturæ,q̃ testium; hac scilicet quia tenor scripturę omnino certus est, quia scriptus, nec de facili immutari potest,quin appareat, ut patet in eo,quod le.& no.infra.de crimi. fal. sed lingua testium satis est mutabilis, & uariabilis, & memoria hominis labilis. C.qui testa. facere pos.hac cõsultissima. §. at cum natura. sed hæc securitas, atq; prærogatiua tamdiu tantum durat,donec contra instrumentum aliquid rationabile sit probatum: secus ergo est, vbi instrumẽtũ falsum dicitur, & probatur,vel quando cõflictus est inter eos, qui inscripti sunt,& qui s̃ctũ, de quo agitur, celebratũ asserũt,& alios,qui hoc negãt. Sinautem quæras, quæ instrumeta,uel quibus testibus præp̃derare debeãt,distingue,,put no.4.q.3.§.si testes,in gl. quæ incipit,Circa cotrarietatẽ, secundũ Inn. cuius est quasi tota mẽs huius gl.tu uero dic p̃m Host.de hac materia, ut no.j.

§.i.uer.nõ tamẽ.& plenius.§.de prob.tertio,& in sum. eo.ti.§ quid si instrumentũ instr̃o alteri,uel testibus q̃ dicat [*Vnum*] ex testibus,qui dixit se minimè recordari,an fuerit venditio conditionalis,an pura,vt patet in
10 an. [*Subscriptis*] ideſt inscriptis † per notariũ.non enim est moris, q̃ instrumento tabellionis subscribat testis,
p sed priuato tãtum,p de hoc.§.c.2. dicit autẽ Host.q̃ melius erat producere de testibus nõ inscriptis, maximè quia periculosum esset,si inscripti aliqui dicerent cõtra instrumentũ, ut.§. dixi in magna gl. [*Vtius*] ideſt cuius,an scilicet Ioannis,an Petri [*Exercendis*] C.de fi. instr.in exercẽdis,Io.ad hoc de cleri.pere.tuæ [*Momenti*] supra,de testibus, cũ à nobis, Inn. [*Intentionem*] patet hic, q̃ petebat Io.possessionẽ domus uacuam sibi tradi p̃m Inno. [*Instrumentum*] s̃ctum scilicet pure celebratum, Go. [*Venditionem*] bona videbatur allegatio, ut per hanc uiam concordarentur instrumentum,&
q attestationes,ar. supra,de testibus,cum tu. & ad hanc concordiam utilis fuit etiam interrogatio Papæ,quæ
11 sequitur. potest tamen † dici, quòd si interrogatio facta non esset: tamen hoc modo debuerunt instrumẽtum,& dicta testium concordari:quia licet instrumẽtum dicat, quòd Petrus vendidit domum Ioanni,nõ negat per hoc uenditionem fuisse conditionalẽ; qua
r re admittenda fuit probatio, quæ nõ contradicebat r instrumento p̃m Inno. [*Tempore*] de quo dixerunt se non recordari,ut.§. patet [*Huius probatio*] facit de condi.appositi.per tuas,supra,de prob. in præsentia. [*Eidem*] potuit enim esse prima uenditio conditionalis; secunda pura,supra.de testibus,cum tu.sed quia constitit, quòd unica interuenit uẽditio; ideò nõ profuit hæc allegatio. secundum Goff. [*Vnica tantum uenditio*]
12 hic prolixe tractauit † Ho. quæstionem, quæ fuit coram Clemen. IIII. de electa Iotreñ. per quasdam moniales, in qua fuerat compromissum ita, quòd duraret potestas usq; ad consumptionem unius candelæ. una ex compromissarijs elegit Margaritam de cõsensu sociarum, quam postea installarunt cantando,Te Deum,& ibi tunc dixit compromissaria, quòd nomine suo,& sociarum illam elegerat,& iterum eligebat; sed tunc candela erat consumpta:dum peteretur confirmatio,opponebatur, electionem factam post consumptionem candelæ.auditor ex officio fecit tres interrogationes. prima, an candela fuisset consumpta eo tempore, quo compromissaria ipsam elegit. respondit quòd non. secũda,an candela cõsumpta fuisset eo tempore,quo cõpromissaria illam de facto elegerat. respondit quòd sic. tertia, an compromissaria illam elegisset semel,uel pluries. respõdit,q̃ semel tãtum. ex his concludebatur periurium electæ, q̃ quod multipliciter respondebatur.primò,q̃ per testes constabat ueritas facti,ut in themate narratum est, & secundũ idem erat prima responsio intelligenda est de elec.iuris.secunda de electione facti.'tertia de electione iuris, nõ facit; quæ nulla fuit repetendo,& iterum eligo; & talis interpretatio amplectenda: quia est,per quam uitatur periurium, & per quam parcitur fragilitati sexus, & quia non est sequenda subtilitas, sed veritas, ex quo de ipsa constat, & maximè in foro canonico, & inter religiosos, de iudi. dilecti. Item pro electa inducebatur auctoritas euangelij Io. 4. ca. ubi mulier, quæ respondit, se non habere uirum, commendatur uerè dixisse: quia licet de facto haberet, non de iure. sic ergo responsio electæ respiciat electionem iuris, sicut responsio Samaritanæ. ultimò dicebatur, quòd electa, quæ errauerat, reuocabat errorem,negocio non finito, quod poterat,dicit Host, quòd his non obstantibus Clemens pronunciauit illam periuram, & cassauit electionem.nõ obstant primo allegata:q̃a licet fictione iuris,quod nõ ualet, ha-

beatur

beatur pro nullo, tamen in positionibus quæritur, & respondetur de facto.nec potest negari,quin iuris electio sit etiam de facto.non enim potest electio esse iuris tantum,sed facti tantum benè. Nam & quando dicitur duas electiones vno cõtextu in ecclesia celebratas,oportet unam referri ad ius,& factum;alteram ad
f factum tantum.si.de bigamis,nuper.f quod dicitur de benigna interpretatione, & vitatione periurij nõ obstat:quia tertia responsio id non patitur,nec parci debet mulieri contra ius naturale; ad hoc.C.de in ius vocan.l.fi.nec obstat, quod dicitur de reuocatione erroris.illud enim in ciuilibus. Sed hic quanto confitens fortius asserit se errasse,fortius conuincitur deierasse, & sic à prælatura repellendus,de elec.querelam.dedit forsan hæc causa ortum decre. ulti.de iureiuran.lib.6. ut ibi dixi in glo.i. [*Conditionale*] ideſt conuentionale.
13 [*Concluſum*] hoc † uerum,quando interrogat circa dubia illorum, quæ sunt acta ante conclusionem: de alijs quærere non posset.alij dicunt contra Inno. in additione [*Qui usque*] excluſiuè: sic supra.c.proxi. [*Interrogare*] Valerius lib.2. c. de iure triumphandi, ponens hystoriam de iudice, qui per duas interrogationes,& responsiones ad illas diffiniuit causam cõsulis,& pretoris; sic dicit, Mirifice fecit iudex, qui in manifesto negocio tempus teri, ideſt perdi passus non est. [*Conditionaliter*] ideſt † conuentionaliter,ut per quatuor te
14 stes probatum erat [*Obligatum*] in conditionalibus enim obligationibus non cedit dies ante euentũ conditionis.ff.de uerborum significa. cedere diem,Innocen. sed hic non proprie conditio, ut supra. dixi [*Super hoc*] scilicet super traditione facienda [*Qui aliter*] ideſt secundum probationes habitas in causa principali, non secundum veritatem. C. de appellatio. eos, Innocen. [*uel aliàs*] scilicet in compensa.quam admiserunt,& in alijs capitulis supra. 1. respon. uel aliter, quantum ad puram intentionem, quam habuerunt etiam in hoc articulo, cum huius exceptio &c.nec diuinare tenebantur,vt ecclesia.bene.c.vno,secundum
15 Hosti. [*Quò ad dictum*] & sic † ualet pro parte sententia. vide quòd not. & dicam de cõ. coniu. placet [*Articu-*
t *los*] t in quibus iustè pronunciauerant.¶ Tertia † gl.re
16 spondet per obiectionem, & solutionem. ¶ Quinta glossa.quærit,& soluit.¶ Sexta gl.no. quærit,& soluit, & remittit.¶ *Gl. sic patet*] no. quòd iudex &c.dat simile,reddit duplicem causam, & dictum determinat, & remittit.¶ Penul.glo.arguit,signat contrarium,& remittit,& soluit. ¶ Vltima gloss. not. dat simile; signat
17 contrarium, & remittit. ¶ *In.2.* † *gl. ibi. §. primo & l. sequen.*] quod dicit hæc.l.uide in c. Pisanis, statim alleg. in gl.penulti. [*& ibi,si stipulatus*] si stipulatus sum rem dari,& uacuam possessionem tradi, per actionem incerti ex stipulatu ueniunt fructus postea percepti, ut uerba,& uacuam &c.aliquid addant. ¶ *Ingl. 4.ibi,in.l. secunda,*] uide infra.in' ulti.gloss. ¶ *Ingl. 5.ibi, circa prin.*] prima successionis causa est descendentium:secunda ascendentium: tertia collateralium; hoc uolunt hæ leges. ¶ *Ingl. 6.ibi, cum precibus*] uide in cap. 3. infra alleg.super ulti.glo. ¶ *Ingl.propter quod, in fi.*] uide infra. c.secundo.in fin.ulti. glo. ¶ *In gl.ult.ibi, omissa*] secus,si proposita fuisset,& reprobata, quasi non existeret de bitum,ut ibi,& not. de re iudi. suborta, in glo. penul.
18 ¶ *In* † *gl.2. in fi.*] & no. u quòd secundum Mar. uendi-
u tor præcisè tenetur tradere rem uenditam emptori,si illam habet; pro eo.ff. de actio. empti. ex empto, Io. Azo.& Ia.Bal.contra,quòd sufficit interesse præstare. ff.de actio. empti. & uend. l. prima.ubi plene de hoc, & secundum Hostien.ius canonicum uidetur adhęre opin.Mar.ut patet hic [*& in fi.*] ad hoc supra,de arbi.per tuas, de pac. c. 1.& 3. & 1.q.1.qui studet; de hoc
x in Spec.de emp. & uend.§.mansionibus, in princ.x &
19 uide,quod ibi dixi. E conuerso,an † ex inutili contractu uenditionis. maximè & re tradita emptori,habita fide de precio, r ranseat dominium, & si trãsit,ad quid & quo iure posit uenditor agere contra emptorem, & si emptor rem alienauit, quo iure uenditor peruenire posit ad rem.plenè per Iaco.de Bel.quod metus
y causa,si ipsa y res.¶ *In gl.3.ibi,ad ipsum*] nisi iudex,à quo appellatur, superiorem in temporalibus non cognoscat,infra qui fi. sint le. per uenerabilem. §.rationibus supra,de foro compe.licet,in auct. ut diffe.iud.§.si tamen contigerit,secundum Ho. ¶ *Ingl. 4.ibi,à quo appellauit*] à diffinitiua,ut hic,quod dic,ut not.infra, de app. cum causam,in ul.gl. ¶ *In gl.sed quare,in fi.*] dicebat Ho. quòd Io.videbatur in hoc casu precium dedisse nepotibus,ar.ff.de condi. inde. quod quis sciens.ff.de regu. iur. cuius per errorem.ff. de ac.emp. & ven.l. 1. in fin.
20 ¶ *In gl.& ita,ibi,ut hic patet*] & sic † reprobatur opi.Lanfranc.Cremonen.qui dicebat per testes non reprobari instrumentum, nisi esset suspectum vel ex parte cõficientis, uel ex parte producẽtis.reddebat rationem, quia memoria hominum labilis,nec communiter testes ita sunt intenti,sicut tabellio. quare plus creditur instrumento secundum eum [*& ibi. 4. uel. 5.*] melius dixisset.5.vel. 4. secundum Accur. sufficiunt tres.hoc no.in.l.in exercendis,ubi alle. hanc decre. utrunq; dictum huius gl.disputauit Gof. & tenuit,quod gl.scilicet quòd instrumentum bene reprobatur per. l. cum precibus:led requiruntur quatuorper hanc decre.placet tamen opi.Inn.scripta hic in textu super uer.tabellionem,ante finem gl.sed opi. Accur.videtur hic aperte probari per textum, dum dicit, Trium; uel pluriũ. Item tali ratione instrumentum certum est,q̃ est plena probatio .duo testes etiam faciunt plenam probationem. oportet ergo ad plenam probationẽ aliquid addi ad hoc,ut alteri plenæ præiudicet. Vnde & si non placeat illa ratio, q̃ contra instrumẽtum ratione duorum testium inscriptorum duo,& cõtra tabellionem plus,q̃ unus,sic duo.tamen ponderata prædicta oportet fateri de tribus, vt uidetur. Tu dicas, q̃ rationem, quã reddunt gl.hic & in decre. tertio,& in l.in exercẽdis,non procedit: quia ibi reassumitur bis idẽ per modum no.ff.de uer.ob. quoties in stipulationibus.nam dicendo, Instrumentum æquialet duobus, includis auctoritatem notarij. postea dicendo, Notarius valet pluſquàm unus, reassumis idem, nõ est ergo uerum, q̃ scriptura per se æquialeat duobus:sed scriptura cũ inscriptione testium, & auctoritate officij tabellionis est,quæ æquialet duobus. Ratio uerò,secũdum quã requiris duos propter testes inscriptos, & duos ꝓpter tabellionem,etiam non valet,quæ procederet,quando testes subscripſiſſent, & hoc constaret.sed quando subscripti sunt per notariũ, patet, quòd sicut fides instrumenti, sic fides subscriptionis pendet à notario. Item secũdum id sequeretur absurdum, q̃ si 20. testes essent inscripti,ad reprobationẽ instrumenti illius requirerentur.22 & sic facile falsus notarius tolleret facultatem instrumentũ reprobandi.sicut enim falsum scribit in contractu, sic facile posset falsò subscribere multos testes.quare tenenda est opi.Inno.instrumentum reprobari per duos testes, cum omnis eius fides à fide tabellionis depẽdeat.ad textum,& rationem supra inductam pro opi. Accur. dic, q̃ textus non dicit tres testes requiri contra instrumentum,sed q̃ instrumentum non prefertur tribus.ad rationem dic,quòd plena fides instrumenti procedit præsumptione publici officij: sed sicut uiolentam præsumptionem,per quam aliàs iudicaretur, reprobant duo testes (pone exemplũ de proba.proposuisti) sic & hanc,per quam aliàs iudicaretur, reprobant duo. Item nonne iuramentum delatum per iudicem est plena probatio,ex

qua iudicari poteſt, & tamẽ reprobatur per inſtrumẽ tum, uel duos teſtes. ff. de iureiur. l. admonendi ² Item nonne ſigillum auctenticum probat, iuxta no. ſ. eod. c. j. & ij. de proba. poſt ceſſionem; & tamen plena probatio illius fidei derogat, ut ibi ³ Item caſus uidetur. ſ. de teſti. cum à nobis, & ſi intelligatur, quod ibi dicitur, teſtium adminiculo, ſcilicet uiuæ uocis. nec ob. quod ibi loquitur de ſcriptura iudicis: quia ibi notarij uocãtur iudices, ut ibi dixi. nec poteſt negari, quin duo teſtes ſaltem uacillare faciant fidem inſtrumenti. nam hoc facit comparatio literarum, quæ minor eſt, ſ. aſſertio teſtium. patet, vtrũque in auct. eo. tit. in prin. & ſ. j. illi ergo non ſtabitur, niſi aliter adiuuetur. C. eo. l. fi. C. de prob. iubemus. Scire tamẽ debes. q fuit quorundam opi. quæ ponitur etiam in præ. §. reſtat, in ver. ſed pone, ubi attribuitur Azoni, ad directam reprobationem inſtrumenti requiri tres teſtes: ad indirectam per modum, de quo, ſ. de teſti. ex tenore. C. de contra. ſti. optimam, ſufficere duos. & facit quod not. inſti. de inuti. ſtipula. §. item uerborum obligatio, in gl. not. q dies. Alij dicunt, & placuit hoc Nicolao Matarelli in ſuis diſputationibus, & facit, quod dicit poſt Gof. de proba. tertio, ſuper vlt. gl. hoc arbitrariũ, ut uideat iudex, cui magis adhibẽda ſit fides. tãta enim poſſet eſſe præſumptio pro inſtro ex nimia legalitate notarij, vel alia de cauſa, q præferretur teſtibus. ad hoc facit litera hęc, dum dicit, non tamen quodlibet inſtrumentum. alij diſtinguunt, an dubiteꝰ de fide inſtrumenti propter veritatem ſcripturę, an propter defectum veritatis negocij. primo caſu, quando dubitatur, an ſcripta fuerit à tabellione, ſubſcriptio approbatur per eum, qui ſcripſit. C. de fal. ſi quis decurio, vel per teſtes præſentes, vel per comparationem literarum. C. eo. tit. comparationes, & in auct. eo. §. ſed & ſi inſtrumenta. Si uerò nõ dubitatur, an tabellio ſcripſerit, ſed an uerum ſcripſerit, tunc locum habeat, quod dixi, duos teſtes inſcriptos, vel nõ inſcriptos fidei inſtrumẽti derogare, & illam facere uacillare ratione, quam dixi. ſ. uer. nec poteſt. Ab. recitat hic Odof. dixiſſe, q ubi cauſa talis eſt, in qua requiruntur plures teſtes, ut in teſtis, codicillis, uel ſimilibus, per plures teſtes, q̃ requirat cauſa, fiet reprobatio. unde reprobabitur teſtamentum per. 8. codicilli per. 6. reliqua uerò, ubi ſufficiunt duo, reprobabuntur per tres, hoc non placet, quod etiam recitaui poſt Inno. ſupra. in glo. magna circa medium, uerſi. &
21 quod dixi de duobus. ¶ *In ea. gl. in fi.*] hoc † eſt uerum, ſi in inſtrumento non continebatur, quòd purè uendiderat. tunc enim teſtes probando conditionem, reprobarent inſtrumentum. ¶ *In gl. unde non uidetur, in fi.*] dicit Petrus illud uerum in exceptione dilatoria: ſecus in peremptoria, qua probata bene iudicatur pro reo. dic quòd ſententia, qua reus abſoluitur, poteſt procedere ex defectu probationum actoris. Item per probationes rei. hic autem, & ibi reus per id, quod
z probauit, abſoluitur; & ſic concordant. ² ¶ *In gl. propter, in fi.*] quàmuis † teſtes non deponant de die, uel
22 tempore, quia non recordantur, non minus ualet ipſorum teſtimonium, ut hic. ſed ſi interrogati reſpondeant uariè, non valet ipſorum teſtimonium. 3. quæſtio. 9. nihilominus. quod prædixi, uerum eſt, niſi de hoc ipſo agatur, ſcilicet de tempore probando, ut. ſupra. de teſti. ex tenore. tunc enim non ualeret teſtimonium, cum non dicant id, ad quod principaliter inducuntur. ſupra. de teſti. & ff. de peti. hære. ſi quis libertatem. §. fin. Goff. & Hoſtien. ſecundum quem cauendum eſt iudici, ne dicant hunc præmeditatum ſermonem, ne poſſint poſtea reprobari; de hoc ſupra, de teſti. ex tenore. ¶ *In gl. ſic patet, ibi, in præſentia*] ubi de hoc in 4. gl. & ſupra. de teſtibus, per tuas. ¶ *In gl. ul. ibi, reſtitutionis*] & in aliis, ad quos remittam, infra de excep. ex-
aa ceptionem, ª ª ſuper. i. glo. [*& ibi, Appellationem*] multo fortius in cauſa appellationis; & de hoc in Spe. de ap. §. pe. uerſ. ſed nunquid in cauſa, & uide quod ple. dixi de ord. cog. c. ult. in magna gl. uer. & idem eſt quando que, cum uerſiculis ſe. [*& in fi.*] dic, ut in ulti. gl.

ANNOTATIONES.

a ¶Iudices. Vel forte pronunciarunt ſuper traditione domus, quia in modum replicationis in iudicium fuit hoc deductum, quod potuerunt, iuxta not. per Ioan. And. in c. à nobis. infra, de except. in fin. ſummæ.

b ¶ Fraternitatis. Et quia cum exceptio peremptoria, qualis iſta fuit, poſſit opponi publicatis atteſtatoribus, ut no. ſupra, de teſti. in c. de teſtibus, ergo & probari: uide Ioan. And. in c. cum ueniſſet, in gl. dixit hic Inno. ſupra, de teſti.

c ¶Vacua. Et tamen illi non poſſident, licet ſint in poſſeſſione. Ie. 3. §. fi. ff. de acqui. poſ. & uide gl. & Bar. in præalle. §. uacua, & in l. 3. §. primo. eo. tit. & in l. Mæuius. §. fundo. ff. de leg. 2.

d ¶Sub modo. In quo differant modus, & conditio, uide gl. magi. in c. uerum, de condi. appo. & in l. j. C. de condi. infer.

e ¶Super quod. Et uide gl. ſuper uer. de tempore, & ſuper illa Ioan. And. ſupra, de teſti. cum cauſam, & Bar. in l. ob carmen. §. j. ff. de teſti. & in l. an eandem. §. actione, ff. de excep. rei iud. & Cy. & Saly. in l. optimam, C. de contrahen. & commit. ſtipu. & uide infra, in gl. propter quod, & ſuper illa Ioan. And.

f ¶ Teſtibus. Adde. d. Alex. conſilio 43. in. 4. uol. ubi plura ponit de materia huius capituli.

g ¶ Et ſequen. Huic obiectioni quomodo Bart. reſpondeat, uide in præalle. §. fi. & doc. in l. in exercendis, & ibi ponit modum capitu landi Bar. ad probandum iſtam abſentiam, & uide Bal. in l. fi. C. de bo. poſ. contra tab.

h ¶Actor. Contra no. ſupra in prin. gl. & Bar. in præalle. §. fin. & docto. in l. in exercendis.

i ¶Teſta. aperi. Contrariam opi. tenet Bar. in prædicto. § fin. & Cy. & doc. in l. in exercendis, & no. ſupra in uer. alij no.

K ¶Inſtrumentum. Idem Bar. in præal. §. fi. ubi dicit gl. ibi id ſentire, & idem doc. & Sali. in l. in exercendis.

l ¶Inſtrumento. Quia dicunt rem aliter geſtam fuiſſe, quàm ſit ſcriptum, & ſcias, quòd iſto caſu iſti debent dꝰ ponere ſe fuiſſe præſentes dicto loco, & tempore, quo fuit celebratus contractus, & uide Bar. in præal. §. fi.

m ¶Mihi placet. Et Bar. idem, & doc. in l. in exercendis, et ibi Sali. uide tamen opi. alias maxime Nico. de Ma. per Bar. in præalle. §. fi.

n ¶Tantum. A contrahentibus in ſcriptis, à tertio autem etiam ſine ſcriptura probabitur contra illum contractum, ſi ſua interſit, ut no. doc. in l. j. C. plus ua. quod agitur, & ibi quid de oppoſitione, & probatione exceptionis ſimulationis.

o ¶Romana. Vbi uide in gl. no. cauſam, & ſuper illa. & quando dicatur celebratus in ſcriptis, & quomodo error illius poſſit ſuppleri, uide doc. & Saly. in l. contractus, C. de fide inſtrum. & in l. j. C. plus ua. quòd agitur.

p ¶ Priuato tantum. Et tales teſtes ſubſcripti an poſſint dicere contra inſtrumentum, uide Bart. in l. j. §. fi. ff. quemadmodum te. aper. & doc. in l. fi. C. plus ua. quod agitur.

q ¶De teſtibus. Ad hoc, quod ibi no. & ſecundum hoc præſumatur unica, non pluralis fuiſſe uenditio. in contrarium, quòd unica tantum præſumatur, probat Papæ interrogatio. ad materiam facit. l. fi. C. de fide inſtru. & l. triticum, et quod ibi no. Bar. ff. de uerb. obli. et l. quinquaginta, ff. de proba. et quod no. in l. 2. C. de erro. addu. per moder.

r ¶Contradicebat. Et in probatione iſtius art. ſufficiunt duo teſtes: quia non contradicunt inſtrumento, et quomodo reſpondeatur huic tex. cum dixit trium, uel plurium, uide Sal. in l. in exercendis, præalle.

ſ ¶Nuper. Et plerũque ſolum factum attendimus miniſterio, et ueſtimento iuris cãrẽs, uide ad materiam l. æqualem. C. ſi man. ita fue. alie. et ibi doc. et Io. And. in q. in c. non præſtat, ff. de reg. iu. li. 6. et Bar. in l. continuus. §. cum quis, ff. de uerb. ob. et per doc. maxime Sali. in l. ubi pactum, C. de tranſa.

t ¶Articulos. Et ex hoc etiam tex. ibi, pronunciauimus, poteſt colligi, quòd quando aliquid nouiter deducitur in cauſa appellationis, quòd iudex appel. non tantum debet confirmare, uel infirmare, ſed etiam debet ſuper principali pronunciare, ut hic manifeſtè colligitur, ad hoc text. in c. in præſentia, de renun. fa. nó. in l. cum apud, iud. ſol. et tex. in c. coram, de offi. deleg. quod no. ad materiam. l. eos, C. de app. et ad hoc etiam gl. pe. in princ. in c. ex literis, de in inte. reſti. Bal.

¶Et

u ¶Et no. Et ad id, quod tex. & glo. dicit de uacua poſſeſſione, quomodo intelligatur, uide in l. 2. §. uacua, alle. in glo. & an ſi alicui in re illa competat ſeruitus, dicatur uacua, & quando dicatur libera & an inter iſta ſit differentia, uide Barto. & plenius in l. Meuius, §. funco, ff. de le. 2. & in l. uim, ff. de ui & ui ar. & an ille, cui promiſſa eſt uacua poſſeſſio, ex mora habeat fructus, uide in l. 3. §. 1. ff. de ac. emp. & in l. ſi ſtip. alle. in glo.

x ¶In princi. Opi. Mar. tenet Cy. & Iac. de Are. & Di. & Barto. in l. 1. ff. de ac. emp. & ibi uide late per ipſum, & per Cy. & Sali. in l. ſi tradidio, C. de ac. emp. & in his locis plena materia poſſeſſionis, & probationis huius intereſſe.

y ¶Si ipſa. Et ad materiam facit, quod no. docto. in l. 2. C. de reſcin. uendi. in quæſtio. illa, quando decipiens rem uendicabit, & in l. multum. C. ſi quis alt. uel ſi. & in l. contractus, C. de fide inſtru. & in l. alle. ff. de dolo, de inutili. ſ. contractu.

z ¶Concordant. Vide etiam, quia quando fertur ſententia in prin. pro excipiente etiam dilatoriè per glo. 2. q. 2. c. 1. & uide Io. And. in c. cum dilectus, alle. in glo. inſua glo. quæ incip. no. Io.

aa ¶Exceptionem. Et uide Cy. & docto. in l. 2. alleg. in glo. & in l. 1. C. de iur. & fa. ign. & ibi Bar. Bal. & Sali.

SVMMARIVM.

1 *Defectus literæ non uitiat reſcriptum, niſi in caſibus, & quibus, ibid. uer. per hunc defectum. & quid in defectu orationis uel dictionis, nu. 3.*
Reſcripti primi auctoritate mandatur hic procedi per ſecundum, ibid. in fine.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Vitiatum reſcriptum, ſeu teſtamentum quod dicatur, & nu. 3.
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XI.

1 EX parte. Caſus. Defectus † literæ non uitiat reſcriptũ. Cõmunis diuiſio. 2. ibi, Quia. & pars huius de foro compe. ex parte. B. [*Spoliauerunt*] Dicebatur enim in reſcripto, Vinton. & complices ſpoliauerunt eam caſtro Segregli, ut in præ. decre. ex par-
2 te [*Deerat*] per hunc defectum non immutatur ſenſus ª aliàs ſecus, ſi non intelligeretur ſenſus literæ, uel poſſet multipliciter intelligi, ut ſupra eo. inter, ſecundum Vinc. [*Procedas*] tu iudex, ad quem fuerat impetratum reſcriptum. nec procedit auctoritate huius mandati, ſed primi reſcripti; quod patet per uer. hoc non obſtã
2 te. ¶In † glo. obiicit, & ſoluit. ¶ *In glo. 1. ibi, errore*] ſcribentis teſtamentum non nocet [*& ibi, ambiguitatis*] nõ ſubuertitur, nec minuitur per ambiguitatem, imperitiã, uel deſidiam ſcribentis teſtamentum [*& ibi, In legatis*] & fideicommiſſis non curamus de uerborum caſu, uel uſu loquendi [*& ibi, Qui habebat*] ſi manumittit teſtator ſeruum craſtinum, & non habebat craſtinum, ſed craſtitum, ei debetur libertas, & error ſyllabæ non
3 nocet. ¶ *In † glo. 1. ibi, uel literæ*] & idem forte in defectu orationis, uel dictionis, dummodò deprehendatur intellectus papæ. Alij dicunt, quòd & ſi aliquando eſſet defectus tolerabiliter in litera, uel dictione, iudex tamen habebit literas ſuſpectas, niſi uitium ſit occultũ, cum multi ſint officiales curiæ, qui examinant uitia literarum. primum dictum placet, cum per bullam tollatur ſuſpitio, & oculus officialium ſæpe fallitur, Innocen. ut alias legitur, ſupra de proba. cauſam. uel poſſet diſtingui inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ ſecundum Hoſtien. de crimine fal. ca. pe. remittit tamen ad no. ſupra eo. ex literis, de reſcriptis, audientiam.

ANNOTATIONES.

a ¶Senſus. Adde notata in c. cum uenerabilis, infra de reli. do. & in c. inter dilectos, ſupra eo. adde. d. Cardi. conſi. 95. incip. nobilis.

SVMMARIVM.

1 *Ab edi non faciente iudice inſtrumenta communia licitè appellatur.*
2 *Vicarius & temporalis eſſe poteſt, ſed uicarius non cenſetur.*
Vicarius dare uicarium non poteſt, ibid.
Vicarius perpetuus quis dicatur, remittit, ibid.
3 *Perceptionis ratione poteſt quis à quolibet conueniri.*
Res acta cum inferiori non præiudicat ſuperiori, niſi ſciat agi cauſam ſuam, ibid. in fin.
4 *Decimas contingit à pluribus ex parte percipi.*
Inſtrumenta communia quæ, ibid.
5 *Sententiam pro ſe latam contra me quis tenetur exhibere mihi eam non habenti: & ſi negauerit eam pro ſe latam, quid iuris.*
Pro confeſſo habetur is, qui negauerit interrogationi iudicis reſpondere, ibid.
Falſum reſpondenti, ſi probabiliter deceptus eſt, ſubuenitur, ſine damno tamen aduerſarij, ibid. uer. ſuccurritur tamen.
Veritati ſtatur errore probato, & quando hic, ibid.
Appellans quæ habeat probare, ibid. uer. & in quantum.
6 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 7. 8. & nu. 9.*
Facti ſpecies huius decretalis, ibid. nu. 8.
9 *Ad editionem librorum rationum ſuarum tenentur uſurarij.*
10 *Editio inſtrumenti cum die, & conſule quando facienda, ibid.*

CAPVT XII.

1 PERpetuus. C. Licitè † appellatur à iudice, qui parti hoc petenti nõ facit edi communia inſtrumenta. in prima appellantis narratio. in ſecunda appellationis commiſsio ibi, Ideoque
2 [*Perpetuus*] innuit, quòd † quis poſsit eſſe temporalis uicarius, ut ſicut commendatur eccleſia, commendetur uicaria 22. q. 1. qui plures, & ſupra de elec. dudũ ſed uicarium ad tempus non cenſeo uicarium, nec uicarius uicarium dare poteſt, ſupra de offi. uica. prouideas, Vincen. & quis dicatur perpetuus, ª patet eo. ti. ad hoc, & cap. ex parte, de reſcrip. poſtulaſti; de præbẽdis, extirpandæ [*Decimis*] minutis ſibi pro ſuſtentatione ſua aſsignatis. quare ratione † perceptionis conueniri potuit non ſolum à priore, & cõuentu, ſed à quo-
b libet alio, argum. ff. de rei uen. officium ᵇ. ff. de ſeruitu. l. fin. ſupra de offic. uica. ad hoc, ſupra de præbendis, de monacis. ſed contra, ſupra de electio. querelam, de re iudi. cum ſuper, infra de confir. utili uel inutili. cum dilecta. §. quia uerò. So. poſ. conueniri poteſt reali, ut in primis concor. ſed non præiudicatur ſuperiori, ut in contrariis, niſi ſciat cauſam ſuam agi, infra de re iu
4 di. c. pen. ſecundum Hoſtien. [*Similibus*] reſpectu † territorii, ex quo partem recipiebant monaci, & partem uicarius: aliter autem erant diſsimiles ſecundum caſum Hoſtien. [*Communium*] ideſt communi precio redemptorum, uel aliter, ut dixi, ſupra de proba. cap. 1. Dicebat Pe. quòd forte aliquis miles communiter pignorauerat illas decimas monacis, & rectori, uel uica
c rio, quas habebat in antiquum feudum ᶜ. Quærit hic
5 Innocen. pone, Petit. A. † reuocari ſententiam latam pro. B. ſuper fundo uel propter ipſius nullitatem, uel propter iniuſtitiam, cum appellauerit ab illa. dicit. B. exhibe ſententiam. dicit. A. non habeo illam: quia iudex noluit illam mihi dare, uel dedit, ſed perdidi. Sed tu, qui illam habes, illam exhibeas; an reus hoc caſu illam teneatur exhibere? & dicit quòd ſic, ar. hic, & C. de eden. is, apud quem. imò & ſi reus non dicat ſentẽtiam latam; interrogari tamen poteſt, an talis ſententia pro eo ſit lata. ff. de interro. ac. l. pe. & ſi negauerit, cogetur cedere, uel renunciare ſententiæ; uel pronunciabit iudex, ſi quam ſententiam pro illo appareret latam, non ualere, argu. eo. ti. l. non alienum. nam confeſsioni ſuæ in iudicio factæ ſtandũ eſt. ff. ad l. Aquil. ᵈ
d l. proinde. & ſi reſpondere nollet, haberetur pro confeſſo. ff. de interrog. actio. de ætate. §. qui tacuit, de confeſsis, c. 2. lib. 6. ſed contra iſtum, qui dicit nullam ſententiam

tentiam pro ſe latam, prouidendum eſt actori, ut negatio ſua, ſicut & confeſsio contra ſe facta auctentice tur & duplicetur, quæ ſic auctẽticata & publicata obſtabit in perpetuum etiam in alio iudicio ipſi reo, arg. C. de libera. cauſa, iubemus. 2. q. 1. multi, & in eo, quod leg. & no. de teſti. ſignificauit, & c. Albericus. Succurri tur tamen reo, ſi probabiliter deceptus falſum reſpon derit, ſatisfacto tamen aduerſario de ſuo intereſſe. ff. de interrog. ac. de ætate. §. ex cauſa. ſed & ſi poſſet pro bare contrarium in hoc caſu re integra per oſtenſionem ſententiæ, uel alio modo probato errore ſtabitur ueritati, C. de iuris & fa. ignorantia. l. error, ſecundum Innocen. quod ponit Hoſtien. & inquantum de appellante loquuntur, uidetur contra de app. Romana. §. ſi uerò, li. 6. ubi appellans habet probare ſe infra 10. dies appellaſſe, & ibi remittam ad ſpe. ſed procedãt
e hæc in illo, qui non poteſt id ſine culpa ſua [*Cum inſtantia*] ſi. ſupra de renunc. quidam, de elec. poſt petitam. [*ſi eſt ita*] & ſic apparet bene appellatum &c. hic ſup.
6 quod habetur, de iudi. exhibita. ¶ Prima † glo. obiicit, all. contra obiectionem, & remittit, & demum obiicit, & ſoluit. ¶ Vlti. glo. circa editionem diſtinguit inſtrumenta communia, & propria, & his an utatur nec ne; & cum utitur, eduntur ſine die, & conſule; fallit in
7 caſu. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, l 2.*] ponit caſum præalleg. §. penu. ¶ *In ulti. glo, ibi. l. 2.*] uide de iura. calum. c. 2. ſuper 1. glo.
8 ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] dic ſecundum Hoſtien. quòd iſta eccleſia erat iſtorum prioris, & conuentus, & percipiebant ibi omnia temporalia, exceptis minutis decimis, & quibuſdam aliis pro ſuſtentatione uicario reſeruatis. quid continetur nomine minutarum, erat queſtio inter illos, Prior autem & conuentus conueniebant
f uicarium, & reconueniebantur f ab illo; & ſecundum eum monaci produxerunt inſtrumentum continẽs, quid fuerit uicario aſsignatum; & quia eius copia uicario fuit denegata petenti, ideò appellauit. fatuè autem fecerant producendo illud; uel ideo quia partim
9 faciebat pro illis. ¶ *In glo. ulti. ibi, aduerſus*] hodie † uſurarii, cum de uſuris agitur, cogi poſſint edere libros rationum ſuarum, ut in concilio Vien. de uſuris, ex grandi. §. cæterum [*& ibi, Sine die*] quo ſcriptum eſt inſtrumentum. Dies enim edendus eſt, quo facienda eſt ſolũ, qui ſumma pars ſtipulationis eſt, ut in §. editiones, infra all. Phi. & ſi dies ſolutionis apparere non poteſt, niſi edatur dies inſtrumenti; & tunc edetur; ut ſi dicatur; quòd promiſit ſoluere hinc ad tot menſes; de hoc in ſpe. de inſtru. edi. §. uidendum, uer. ſed cum dies [*& ibi, §. editiones*] & ibi plenius de hoc, Hoſtien. remittit ad ſum. eo. ti. §. an inſtrumentum, & de hoc ſatis in præalleg. §. uidendum, per totum. §. [*& in fi.*] no. Accurſ. in proxi. §. hoc uerum, quando circa diem, uel conſulem falſitatem uult oſtendere: aliter non edetur ſecundum eum cum die, & conſule. unde dixit de hoc eum interrogari debere.

ANNOTATIONES.

a ¶ Perpetuus. Adde glo. in Cle. unica, in uerbo ſacerdotium, de off. uica. & eam facit fing. d. Cardi. hic.
b ¶ Officium. Pro intellectu huius l. uide Ioan. An. ſupra ut lite non conte. c. 1. §. quòd ſi ſuper, uerſi. nominare, & uide, infra in glo. prima, & ſuper illa Ioan. And.
c ¶ Feudum. Huic uidetur obſtare. c. cum apoſtolica, de his, quæ fiunt à præla. quòd loquitur de donatione, & ſecundum hoc. c. il lud habebit locum in pignore etiam.
d ¶ Ad l. Aquil. Hoc etiam no. Bar. in l. is, apud quem, C. de edend. & probat hoc tex. l. cum quidam, uerſi. quod ſi prædictum, & ibi per Bal. & Sali. C. de fide inſtru. & habent hæc locum, ubicunque quis tenetur inſtrumentum edere contra ſe: aliàs non.
e ¶ Culpa ſua. Et ibi uide Ioan. And. & Lapum, & Barto. in l. eas, C. de app. & uide, quia glo. iſta Inno. loquitur in negante ſe habere inſtrumentum. in contumacem autem in exhibendo nil dixit: ſed idem uidetur in illo, & uide Bar. in l. ſi prius, ff. de no. ope. nunc.
f ¶ Reconueniebatur. Ergo pro re ſua, uel pro portione ſibi aſſignata, iuxta. c. de monacis, de præben. & non pro iure prioriſ. & ſic potuit per ſe ſtare in iudicio. & iſti ſoluunt onera eccleſiæ. uide in c. de monacis, & per moder. iu Clemen. 1. de iure pa.

SVMMARIVM.

1 *Hoc capitulum in quibus caſibus intelligatur habere locum, & nume. 4.*
Imputatur ei, qui non uidit, quòd præuidere debuit, ibid. in fin.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Impeditus neceſſitate rerum ſubuenitur, negligentibus autem minime.
4 *Additio gloſſarum.*
Contrariorum productio, uel allegatio quando & quibus moueat, & nu. 5. & ſupra, nu. 1.
6 *Probationis ſi ſit æqualitas, utrum pro reo, an pro actore pronunciandum.*

CAPVT XIIII.

IMputari. Breue eſt. & ponit primo dictum: ſecundò, rationem dicti ibi, Cum in ipſius [*Scripturas*] glo. in l. ſcripturæ, C. eo. uidetur † hoc
1 intelligere de publicis, ut ſi altera publica, altera priuata, ſtetur dignori. Auditũ aliquos legum doctores ibi tenentes hoc locum habere, ſiue ſcriptura ſit publica, ſiue utraque priuata; ſiue altera publica, altera
a priuata. æquales enim ſunt quo ad hoc, quando ab ea dem parte producuntur, licet differant a quò ad aduerſium conuincendum. & quod dicit glo. illa, locum habeat, quando producuntur à diuerſis. C. qui po. in pi. ha. l. ſcripturas [*In iudicio*] in productis ergo extra iudicium non habet locum [*Derogantes*] quia nec per diuiſionem, nec per interpretationẽ ſaluari poteſt prædicta contrarietas. aliter fieret interpretatio, ſicut in teſtibus dicitur, ſupra de teſtibus, cum tu, & no. eo. ti. in noſtra [*poteſtate*] imputatur ergo illi, qui non uidit, quod prænidere debuit, & de hoc de ſeruis non ordi.
2 c. 1. ¶ Secunda † glo. primò declarat, de qua contrarie
b tate b loquatur textus. ſecundò quærit, & ſoluit. ¶ *In*
3 † *glo. 2. ibi, optimam*] uide de proba. 3. ſuper 1. glo. [*& ibi, non enim*] ſequitur, negligentibus, ſed neceſsitate rerum impeditis ſubuenitur [*& ibi, Veluti*] iterum petenti edi tionem non fiet, niſi ex cauſa. unde illi, qui per negli
4 gentiam perdidit, non fiet. ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] & ibi, ſequẽs glo. ¶ *In glo. 2. ibi, de non petendo*] hic non eſt contrarietas talis, per quam fidei alterius inſtrumenti derogatur. ſunt enim hæc compatibilia: ſed contrarietas hoc caſu reſpicit intentionem agentis. quidam exemplificãt in eo, qui producit duo inſtrumenta: unum, quòd eſt proprietarius: aliud, quòd eſt uſufructuarius eiuſdem rei. ſed hoc non placet Innoc. quia poſsibile eſt eum prius fuiſſe proprietarium, uel è conuerſo, niſi dicas, quòd eadem eſſet data utriuſque. tunc enim eſſet contraria ſecundum Hoſt. alle. de offi. dele. ca. 2. ſed ſi à diuerſis eſſet factum, licet ſimul & ſub eadem data, nulla ibi eſſet contrarietas. Alij ponunt exemplum, cum produco inſtrumentum continens, quòd pro eccleſia mea emi fundum Sempronianum à te tali die, loco, & teſtibus pro precio centum lib. Item produco aliud inſtrumentum, quomodo eadem die, & loco pro eodem precio, ſed coram alijs teſtibus. Iſta enim, licet non ſint contraria nec per ſe, nec per aliquod medium: quia utrunque eſſe potuit; tamen iſta ſunt ita diuerſa, quòd non eſt ueriſimile, rem ita proceſsiſſe; & ideò ſibi adinuicem fidem derogant: quia neſcitur, cui inſtrumento magis credatur. Idem exemplum ponunt legiſtæ de uxore. Pet. & Abb. ponunt per decret.

ſcret. uenient, de præſcrip. Vinc. dixit poni exemplum per l. ubi repugnantia. ff. de regu. iur. ſed Phi. dixit, ꝙ lex illa non congruit huic decre. quia ibi de repugnãtia iuris peruenit ex perplexitate uerborum. exemplũ in l. ſi Titius, ff. de cond. inſti. ubi teſtator dixit, ſi. A. erit hæres. B & ſit hæres. ſi. B. erit hæres. A. ſit hæres, inſtitutio inutilis. cum conditio exiſtere non poſsit. Itẽ, ut dicit ibi non ſunt duæ ſcripturæ contrariæ, ſed una tantum [*& ibi, Roma*] & utraque perſonaliter facta fuit, non altera per procuratores. nec ob. ff. de uerbo. obl. l.
5 fi. §. inter eos [*& ibi, Contraria allegat*] ſed cum liceat † cuique ſe defendere cõtrariis defenſionibus, quare non licet producere contraria inſtrumenta? dicit Hoſt. illud intelligendũ, quando producuntur ex parte actoris ad fundandam intentionem ſuam: contraria, quãdo ex parte rei ad probandam innocentiam ſuam. rei autem ſunt fauorabiliores. ff. de reg. iu. fauorabiliores nec illud etiam admittitur ſine proteſtatione. C. de ex cep. ſi quidem, ſecundum Goff. & Hoſti. Ego crederẽ
c facilius ſuſtineri reum allegantem contraria, c quàm probantem. unde puto etiam reo præiudicare, ſi ad exceptionem probandam inducit duo inſtrumenta contraria, quæ ſe nõ compatiantur [*& ibi, Quæ dignior*] de hoc in ſpe. de inſtru. edi §. poſtremo, aliàs inſtrumẽtum, uer. ſed pone, Produco [*& ibi, Optimam in fi.*] & ſi
6 eſſet † æqualitas, iudicabitur pro reo, ſupra de proba. ex literis, ſaluo quòd de cauſis fauorabilibus ibi dicitur. quidam dicunt, quòd in æquali fide talium ſcripturarum iudicatur contra illam, qui probare debebat, quaſi nil probauerit: quia cum tanta fides adhibeatur uni ſcripturæ, ſicut alteri, ergo nil eſt probatum. d propter quod dico diſtinguendas diuerſitates
d caſuum, ſecundum quas interdum ſemper pro reo; interdum contra eum, qui probare debuit, etiam ſi ſit reus, pronunciabitur [*& ibi, Dico, quòd non*] Idem no. ſupra, de teſti. præſentium, & c. ſe. 4. q. 3. §. item in criminali, in principio.

ANNOTATIONES.

a ¶ Differant. Vide per ſpe. in iſto ti. §. uidendum reſtat, circa princ.
b ¶ Contrarietate. De incertitudine uide per glo. in c. ſi quis iuſto, de elec. in 6. per Ioan. Andr. in ſpecu. de procu. §. ratione autem formæ, per Domi. in c. ſi duo, in princ. de procu. in 6.
c ¶ Contraria. Vide glo. & Ioan. And. in c. nullus pluribus, de reiu. li. 6. & Barto. in l. nemo prohiberur, ff. de excep. & ff. de proba. l. cum de indebito.
d ¶ Probatum. Ad materiam poteſt adduci, quod no. Ioan. And. infra, de iureiu. c. ſi. Bart. in l. admonendi, & Sali. in l. in bonæfidei, ff. & C. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Debiti ſi cauſa exprimitur in inſtrumento, condemnatur debitor, niſi probet indebitum, & quid ſi non exprimitur.*
Confeſſus ſine cauſa ſe eſſe debitorem præſumitur efficaciter obligatus, ibid.
2 *Indebitum quis quomodo probet.*
Doli exceptio per biennalem præſcriptionem non numeratæ pecuniæ non tollitur, ibid. uer. & per hoc.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
Contra confeſſionem probatio fieri qualiter debeat.
Inter abſentes obligatio eſt inutilis, ibid.
5 *Additio gloſſarum.*
Indiſcrete promittens obligatur. ſed excipi poteſt, quando conuenitur uel cautioni contradici, ibid. nu. 5.
Leg. ſi cui, ff. de ſeruitu. intellectus, ibid. uer. ſed obijcit.
Recepiſſe ſi quis confitentur tantum à. B. uel dicatur. Recepit à B. tantum, an differat, ibid.
6 *Non numeratæ pecuniæ exceptio intra biennium non habet locum ſi renuncietur ei, & è contrario habet locum etiam ultra biennium in prælato, & quando, & in dote, & quibus caſibus.*

CAPVT XIIII.

SI cautio. Caſus. Si in † inſtrumento debiti exprimitur cauſa, condemnatur debitor, niſi probet indebitum: ſi non exprimitur, neceſſe eſt, vt creditor probet id debitum. ſecundum membrũ ibi, Sed ſi [*indeterminatè*] arguit per hoc Hoſti. quòd ſi quis confitetur ſe debere 10. Scio, & non dicit, ex qua cauſa, nec liquet de illa, non eſt cõdemnatio a facienda: qa
a ita fit probatio per inſtrumentum, ſicut per confeſsionem, ſupra de reſti. ſpo. cum ad ſedem. ſed põt reſponderi, ꝙ aliud in inſtrumento, quod facit tabellio, ſicut placet, ut patet, infra de conuer. coniu. dudum: aliud in confitentẽ, qui põt dicere, ꝙ ſine cã hoc promiſit, & legẽ apertius potuit exprimere. ff. de pactis, uetteribus; ff. de uerbo. obli. quicquid aſtringendæ. imputet ergo ſibi, ſi hoc non facit, ar. ſupra, c. proxi. in fi. quia, ex quo confitetur ſe debere, præſumitur efficaciter & ex iuſta cauſa obligatus, & uerba cum effectu ſumemus, de cleri. nõ reſi. relatũ b; & hoc teneas ſm eum, b
qui ẽt remittit ad ſum. de confeſ. §. fi. [*Probabilis*] ut qa
2 † confeſſus es te debere 10. Ioanni pro domo uendita nunc probas, ꝙ habes domũ illam, quia permutaſti, & tradidiſti aliam rem pro illa. C. de rerum permu. ex placito, & l. cum precibus: uel probas cum alibi fuiſſe tempore cautionis emiſſæ, ſupra de teſti. ex tenore. §. uerum. uel probas, ꝙ cauſa fuit fraudulenter adiecta, cum nulla uera & iuſta cauſa ſubeſſet, uel quia errando ſubiecti cauſam ſm Inno. & per hoc ar. Ho. ad ea, quæ notauit, infra de ſolutio. c. fi. ꝙ licet poſt biennium non poſsit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ,
c poſsit tamen de tali dolo, uel fraude excipi c & probabitur per confeſsionem creditoris. & hoc planum: uel ſaltem propoſita exceptione doli cum aliquibus probabilibus coniecturis onus probationis transferetur
3 in illum ſecundum eum. ¶ Quarta † glo. ſ. exemplificat, quærit, & ſoluit, arguit, & remittit: iterum quærit, & ſoluit. ¶ Penul. glo. no. confeſsioni ſtari, & po-
4 nit tres caſus exceptos. ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] & plus ibi dicitur, quòd probatio contra cõfeſsionem, de qua finis loquitur, fieri debet euidentiſsimis probationibus in ſcriptis habitis. ¶ *In gl. 4. ibi, Item uerborum*] ſequitur obligatio inter abſentes concepta inutilis eſt. ¶ *In glo. pe. ibi auctẽ. ibi poſita*] uide in ſuppletionibus [*& ibi, Siue à me*]
5 uide de iureiur. cum contingat, in gl. 2. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, §. ult.*] quod tamen hic dicitur indeterminate, ibi dicit indiſcretè. & ſi quæratur, an indiſcretè promittens obligetur, Reſpondet Goffr. quòd ſic: ſed excipiet, ſi conueniatur, uel cautioni contradicet, quòd ſi deter-
d minatè factum fuiſſet expreſſa cauſa d locus eſt ſecundæ parti huius capituli. Sed obiicit Goff. nonne indiſcretè loquitur cautio, cum ſeruitus eundi per fundũ conſtituitur, non aſsignato certo loco, per quem eatur. ff. de ſer. ſi cui, in princi. ff. de ſerui. ru. prædi. l. certo generi. §. ſi locus. reſpondet quod non: quia hoc ibi agebatur, quod per quemlibet fundi partem iri poſſet [*& in fi.*] quamuis confitetur ſe tantum recipiſſe. à B. uel ſe tantum debere. ſecus, ſi diceretur. A. tantum recepit à B. arg. C. de dot. cau. non nu. l. ulti. ſed dic, ibi non fuiſſe publicum inſtrumentum, Inno. & Hoſtiẽ. ponens dictum Inno. uidetur illud intelligere, quando cauetur in inſtrumento, quòd. A. recepit à B. 100. lib. mutuò in pecunia numerata. ¶ *In glo. puta, ibi, tenetur*] ſed qua actione? uide quod ſcripſi in Spec. de confeſ. §. ulti., ſuper uerſic. quæ autem actio [*& in fi.*] uide quod not. 1. q. 6. quoties. 1. in 4. glo. ¶ *In glo. pen. ibi, infra*
6 *biennium*] niſi † renunciauerit, & hoc inter laicos, & forte inter clericos proprio nomine contrahentes: ſecus, ubi prælatus nomine eccleſiæ, uel pro ipſius eccleſiæ negociis expediendis confitetur ſe mutuum recepiſſe

cepisse. hic enim biennium, & in perpetuum competet contra creditorem exceptio, nisi ipse probet in utilitatem ecclesiæ pecuniam uersam. 10. quæ. 3. hoc ius; quod dic, ut infra de solu. ca. fi. Hostien. [*& ibi, In dote*] quæ sit ratio horum duorum casuum, uide in specul. de confes. §. nunc uidendum, uersic. sed quæ est ratio. & omnino uide; quòd ibi dixi de feudis. §. 2. super q. 4. & quod hic sequitur, ibi habetur in uersi. præcedenti. & hoc sic intellige, si is, qui confitetur se dotem recepisse, quam non receperat, erat maior 25. & matrimonium solutum fuit, infra biēnium, datur exceptio soluto matri. infra annum. si durauit matrimonium per biennium, & postea fuit solutum citra decenniū, tam marito, quàm hæredi datur exceptio, infra tres menses tantum. si ultra decennium, omninò cessat exceptio. quòd si maritus minor erat, restituetur, & infra 29. annum habet exceptionem: & si interim moriatur, habet eam hæres vsque ad annum tantum; si tamen hæres maior sit: aliàs competit infra quinquennium. & secundum hoc intellige has. ll. ut colligitur ex. concord. de tempo. non sol. pe. super dote. §. generaliter, col. 7. secundum dominum meum, licet quidam aliter intelligant, Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶Condemnatio. Adde & uide Ioan. And. in specu. de confessis. §. nunc uidendum, per Roma. in l. generaliter, ff. de uerb. obli.

b ¶Relatum. Ista opi. potest esse uera in confessione facta in iudicio ut no. gl. in l. 1. ff. de inter. act. in princi. & fi. prima opi. est uera in confessione extra iudicium, & in personalibus obligationibus. in realibus autem adhuc procedit opin. secunda, & de hoc plenius per Cy. Barto. Bald. & Sali. in l. generaliter, C. de non nu. pe. & ibi quid de stip. sine causa, plenissimè per Sali. & Bart. in l. 2. §. circa ff. de do. excep. & per Io. And. in spe. de confes. §. nunc uidendum.

c ¶Excipi. Intelligitur de dolo speciali, qui in promissione interuenit, ut patet per exempla supra posita: non autem de excep. doli generali, quæ concurrit cum quacunque alia exceptione, de qua ff. de doli excep. l. 2. §. generaliter, quia ista limitatur secundum tempus exceptionis non numeratæ pecuniæ, de quo uide per do. & Sali. in l. si ex cautione, C. de non nu. pecu. & de ista confessione aduersarij post biennium factæ, de qua hic subijcit, uide in l. in contractibus, C. de non nu. pe. per glo. & doc. maximè Sali. & ibi per ipsum. Quid de confessione creditoris non facta modo, quando post biennium petit, sed de illa, quam ante fecit & extra iudicium, & uide in §. illo uidelicet quia, an post biennium creditor cogatur positioni debitoris, quòd non numerauit, respondere, per Bal. & Sali.

d ¶Expressa causa. Quando autem ualeat promissio sine causa, uide hic latè per do. Feli.

SVMMARIVM.

1 *Tabellionis mortui notas in publicam formam redigere potest auctoritate iudicis ordinarij notarius.*
Rogationes notarij ligari possunt, ibid.
2 *Tabellio quibus alijs nuncupetur nominibus, remiss.*
Tabelliones facere quis possit, ibi. & nu. 3. & 4. extra territorium ipsum constituentis an conficere possit instrumenta, nu. 5.
Tabellionatus officium contra ius est, & ratio, uersic. certum est. an id sit uerum, uide nu. 4.
Contra ius non licet ulli uenire nisi principi, ibid. & quæ sint contra ius, multa recitat, ibid. sed uide, contra nu. 4.
Dispensatio, & restitutio famæ, contra ius est.
Legitimare, arrogare, contra naturam hæc tria.
Miraculosa, & contra naturam quæ fiant à principe, ibid.
3 *Ordinarios iudices, & tutores dandi quis potestatem habeat.*
4 *Consuetudinis ius in constituendis tabellionibus, & iudices.*
Ad causa inducendam an sit opus consensu principis, ibidem. in princ. & in fin.
Vniuersitas ordinarium potest facere iudicem, ibid. uersic. & ex hoc potest.
6 *Protocollum notarij quibus alijs designetur nominibus, & eius etymon.*
7 *Protocollum, siue nota si nimis fuerint abbreuiata, an & quando & quæ & cuius auctoritate extendi, & suppleri possint.*
8 *In instrumento conficiendo an requiratur mandatum partium, & quæ alia, ut in formam publicam redigi possit in casu huius decretalis, & supra nu. 7. in fin.*
In persona prima, uel tertia an notarius loquatur, non refert, ibid. nu. 8. uer. non refert tamen.
10 *Additio glossarum.*

CAPVT XV.

1 VM, P.T. Auctoritate † ordinarij potest notarius tabellionis mortui notas in publicā formā redigere. & no. quod scribitur Ioanni tabellioni: fortè huic legatæ fuerunt rogationes; quod esse potest; ad hoc. ff. de edend. quædam. §. nihilominus interest. & tunc etiam necessaria est iudicis auctoritas de qua dicit textus; ad hoc. C. de eden. procu. ff. de admi.
2 tut. chirographis [*Tabellio*] de diuersis † horum nominibus dixi, supra de proba. quoniam, post princi. & quis posset tabelliones facere, no. hic per Innocen. & Hostien. super quo causa breuitatis sufficeret remittere ad specu. de instru. edi. §. restat. uer. sed quis potest facere tabelliones. tamen, nc in hac communi materia desint illorum uerba, scias secūdum Innocentium quosdam dixisse, quemlibet posse facere notarium, qui potest facere, uel dare iudicem ordinarium[1], siue sit imperator, siue rex, siue uniuersitas, collegium, uel consuetudo. quis autem iudicem facere potest, no. de offic. ordi. cum ab ecclesiarum, & in summa Azo, de iurisdi. om. iudi. & per Hostien. in sum. de officio ordi. §. quis possit constituere. Alij dicunt, quòd quis potest facere tutores, & qui sint hi no. C. qui dari tutores pos. in sum. hi possunt constituere notarios. sed Innocen. hic scripsit, quòd nullus potest tabelliones facere, nisi papa, uel imperator, & qui tabellionum usum adinuenerunt, & approbauerunt, præterquàm si cōsuetudo, uel speciale priuilegium Papæ, uel Imperatoris alicui hoc concedat, argu. C. de emanc. l. 1. & fin. & infra, de excess. prælato. accedentibus, ad fi. Certum est enim, quòd contra ius est officium tabellionatus, ex quo procedit, quòd sine aliquo adminiculo credatur scripturæ chartæ, siue pelli mortui animalis, ut patet in eo, quod no. supra eo. c. 2. sed contra ius nulli uenire licet auctoritate, siue potius temeritate propria, nisi principi, qui supra ius est. ff. de leg. quod princi. & in eo, quod legi. & no. infra de concess. præb. proposuit. sicut etiam dicitur in dispensatione, quæ fit cōtra ius, supra de tempo. ordi. dilectus, & in restitutione infamiæ. nec enim aliquem infamē potest restituere
a quis famæ suæ, nec male natos legitimare[a] nec arrogare, nisi princeps, & alij pauci, quibus specialiter est concessum. ff. de postu. l. 1. §. de qua. ff. de adop. l. 1. & 2. & patet in eo, quod legi. & no. infra, de re iudica. cum te. infra qui filij sint le. per uenerabilem. nec mirum, si alij hoc non concedatur nisi principi. sunt enim hæc quasi miraculosa & contra naturam, scilicet de homine infame bonæ famæ, & de illegitimo legitimum facere, & hominem sui iuris alij subijcere, & si. De his tabellionibus legitur, C. de tabul. per totum, lib. 11. & in auct. de tabellio. col. 3. & eo. titu. col. 6. nusquam tamen legitur, quòd alius, quàm princeps possit hoc officium dare. hoc tamen fatemur, quòd is, qui de cō sue. hoc habet, potest istud facere, ut no. supra ea. glo. uer. sed Innocen. & quòd si alicubi est talis consuetudo, seruanda est, arg. supra eo. cum dilectus. quamuis autem tales quibus hoc consuetudo concedit, possint dici notarij, quia in notas redigunt ea, quæ coram eis aguntur, uel etiam tabelliones, quia in tabulis scribunt;

bunt; non tamen habent ptātem & officium publicū quod tabel'ionibus à legibus & iure scripto datur, sed tantū illud & intantū habent, quod & in q̄tum cōsuetudo concedit. Nullus igit alius ecclesiæ, uel imperio subditus potest tabelliones facere, nisi Papa, uel imperator, uel statuere, uel etiam pacto nudo se ligare, ꝙ credatur instrumentis per manus alicuius priua
b tæ personæ confectis[b]: quia non licet alicui inferiori à principe contra leges publicas, uel ius naturale ali-
3 quid statuere, ut dictū est. sic ēt dicimus † in iudicibus ordinarijs ac tutoribus, ꝙ nullus nisi princeps, uel ius scriptum, uel consuetudo potest dare potestatē dandi tutores, uel ordinariè iudicandi, nec constituere, ꝙ libera persona per alium iudicetur, uel obligetur. credit tamen Inno. quòd alii reges, qui habent supremū & merum imperium, hoc idem possint statuere, & ta belliones facere; quod dic, ut no. infra qui fi. sint le. p
4 uenerabilem. §. 1. uer. fin.[c] nec † mireris, ꝙ consuetu-
c do[d] pōt induci, ut inferior a principe possit notarios[e]
d facere, licet ipse inferior hoc non posset statuere, uel
e potestatē suā alij dare. Ratio diuersitatis hæc est: quia in consuetudine ad hoc ꝙ ualeat, oportet, ꝙ interueniat consensus principis tacitus, uel expressus. Hoc autem certū est, ꝙ quodcunque princeps approbat, suū facit. C. de uete. iu. enu. l. 1. §. omnibus auctoritatibus, ante finem, uersicu. omnia enim meritò nostra facimus, &c. In constitutione autem secus secundum Innoc. cuius est mens quasi totius huius glo. Melior autem ratio reddi potest secundum Hostien. hic, scilicet quia in consuetudine concurrit consensus plurium, scilicet uniuersitatis, & populi, qui & possunt ordinariam iurisdictionem dare; ut supra notatum est, quod maius est; multo igitur fortius potest & hanc potestatē concedere, quod minus est, argu. in eo, quod legitur & notatur, infra de deci. ex parte 3. statutum autē inferioris à principe, cum solus sit ipse inferior; tan-
f tam uirtutem habere f non potest. & ex hoc potest sumi efficax argu. ꝙ sicut uniuersitas potest facere ordinarium iudicem, sic & is, qui & uniuersitatem regit, de ipsius consensu potest facere tabellionem; quod omninò credo uerum esse, Hostien. nec obstat, quod dictum est, supra ꝙ nulli inferiori à principe licet dispensare, uel contra ius scriptum uenire: quia hoc nō est uerum, ut expressè probatur in eo, quod legitur & notatur, supra de iud. at si clerici, §. de adulteriis, supra de tempo. ordi. dilectus, & supra de officio archipresby. ca. fina. sed nec est contra ius tabellionem facere. imò est secūdum prædicta iura, quæ & uolunt quòd instrumento suo credatur, & quæ non sunt à priuatis imò à principibus promulgata. unde, ex quo sunt cō stituti legitimè, instrumentis eorundem credendum est de iure communi pro eo, quod iuratus est, infra de præscrip. ad audientiam. §. fina. uersicu. nec creden
g tes[g] & ipso deficiente creditur etiam scripturæ duarum personarum non iuratarum, supra de probatio. quoniam contra falsam. aliud est ergo tabellionem constituere, & minor principe potest facere. aliud generale promulgare, quod inferiori principe nō licet, Dic ergo de hac materia, ut plenè no. in sum. eodem titulo. §. quibus instrumentis, uersicu. dicitur autem publicum instrumentum, & sequen. & infra ne cleri. uel mona. sicut re. sed nec uerum est, quòd in consuetudine de necessitate consensus principis requiratur, ut patet institu. de iure naturali. §. ex non scripto, & in eo, quod no. in summa de consue. §. qualiter probari
5 deber[h]. An † autem tabellio constitutus ab inferiore
h extra territorium illius possit instrumenta conficere, uide in specu. §. quem, alleg. in princip. glo. uersic. qui de his [*Non perfecerit*] uel quia remanserunt in nota, uel quia auctenticare cœperat, sed non subscripserat mo-
6 re debito secundum Hostien. [*Nota*] quæ † aliàs uocatur protocollum, in auct. de tabellionibus, col. 8. in rubro, & nigro: aliàs schedæ quasi in schedula scripta. C. eodem cōtractus. uulgariter uocatur abbreuiatura. & dicitur, protocollum, & interpretatur à proton, quod est primum, quasi prima pars instrumenti. C. de uete. iu. enu. l. 2. §. sed cum omnia, uersic. nomen que libris, prima colum & collum, quod est charta. inde deriuatur protocollum. ideſt prima pars chartæ. uel sic dicitur, quia collis pellium scribebantur hæ
7 notæ [*Redacta*] quid † iuris, si nimium fuerunt abbreuiata? uide in specu. de instrumen. edi. §. ostenso, uer-
i sicu. quid si abbreuiatura, & uersicu. sequen. [i] Hosti. hic dicit, quod eo casu si contractus celebratus est in
k scriptis, nullum est remedium. C. eodem, contractus[k] aliter consuetudo sua, & abbreuiaturæ præcedentes, & sequentes debent attendi. & si ex his potest intentio sua elici, fiet quod hic dicitur, argument. ff. de leg. 1. si seruus plurium, §. si numerus, ff. de func. instru. cum de lanionis. §. a sinam. ff. de pigno. actio. uel uniuersorum. potest hoc perpēdi ex comparatione aliorum instrumentorum, quæ perfecit inter easdem, uel alias personas super simili contractu, in auctenti. eodem titulo. §. sed & si, col. sexta. Cætera, quæ deficiunt, ex quo de his probabiliter apparet, auctoritate iudicis supplebuntur, argumen. ff. quod cum falso tu. l. secunda, in auct. en. ut fratrum filij. §. illud quoque, coliat. 9. ut tamen scias, quòd decisio cohærentium uix aut nunquam suppleri poterit, super quo remittit ad no. de libel. obla. ca. secundo. hoc intellige sine noua probatio. ut no. in uersicu. allega. in princip. huius gloss. [*Ad petitionem*] 6. numerauit, infra quorum hoc est primum [*Ad quos pertinet*] facit, supra de elec-
8 tio. cum inter. R. cum concor. quod hic † no. Vinc. an in conficiendo instrumento requiratur mandatū partium, uide in specu. de instru. edi. §. postquam, uersic. sed nunquid, & uer. se. & quod no. de notario, qui perdit officium, uide in §. restat, uersicu. quid si tabellio perdit [*auctoritate ordinis in.*] hoc est secundū, uel delegati à sede apostolica ad hoc specialiter, supra de testibus Albericus, uel ab ordinario administrationem habente secundum Hostien. qui remittit, infra capit. proximo. uide quod in specu. dixi in §. ostenso super uersicul. fiebat autem [*Poteris*] tu tabellio, cui scribit; & est tertium [*Fideliter*] hoc est 4. nihil ad substantiam pertinens addendo, uel subtrahendo, argument. 3. quæst. 9. pura, & cap. hortamur. non refert tamen, an loquatur in prima persona, an in tertia, infra de conuer. coniu. dudum [*In publicam formam*] hoc est quintum. & secundum Hostien. requiritur etiam 6. quòd uocentur hi, quos res tangit, & super uocatione fiat publicum instrumentum. remittit ad hoc, supra de testific. significauit, & capitu. Albericus, concordan. Egi. & Boati. & Guil. in insinuatione, in Specu. de instrumen. edit. §. ostenso, uersicu. qualiter. Subscribit
9 † autem sic tabellio secundum Hostien. Ego talis tabellio supradictum instrumentum de uerbo ad uerbum suscepi de nota talis tabellionis mortui, qui ipsam manu propria, quam bene noui, scripserat; & hoc de mandato talis iudicis, quo ad substantiam nullo detracto, addito, uel mutato, uel transportato, in publicam formam redegi, & meum signum apposui [*Perpetuam*] sicut & gesta publica. C. de re iu-
10 dica. gesta. ¶ *In † gloss. prima, ibi, colum.* 4.] de quo uideas in Speculator. de instrumento. editi. §. instrumentum, uersicu. item opponitur, quòd non est confectum, & ibi inuenies rationem, quam no. Accurs. in auct. præ. quare non committit, scilicet quia facere instrumenta non competit iure magistratus; sed adde, quod ibi dixi.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶Legitimare. Nisi quo ad minorem ordinem, & simplicia beneficia, in quibus episcopi dispensant, non legitimant, ut de fi. presby. c. 1. lib. 6.

b ¶Confectis. Ad materiam uide quod no. Bar. in l. fi. ff. iudi. sol. contra hoc facit, quod no. Ioan. And. infra cap. fi. in glo. mag. uersic. sed quid si tamen partes.

c Versicu. fi. Vide Barto. in l. 1. §. de qua. ff. de postu. & facit, quod ipse not. in l. hostes, ff. de capti. & postli. reuer. ubi quid de his, qui non recognoscunt superiorem.

d ¶Consuetudo. Et possunt conficere instrumenta inter subditos illius loci extra territorium, secundum Bal. in c. cum dilectus, supra eo. & in l. cunctos populos, C. de sum. tri. & fi. ca. Pe. de Anc. in repe. c. 1. de consti.

e ¶Notarios. Et tamen illa, quæ sunt soli principi reseruata, quale est istud, sunt per inferiorem impræscriptibilia. Vide Innocen. in c. bonæ, el 2. de postu. præla. quod ponit Ioan. Andr. ibi super tit. glo. in mag. addi. in fi. fallit hoc in his, qui non recognoscunt superiorem, & sunt in quasi possessione libertatis, uide Bar. in l. nó ambigitur, ff. de legi. & in l. denique, ff. de mino. & in l. hostes, ff. de capti.

f ¶Habere. Non ergo tantum potest pactum, quantum consuetudo: quia statutum habet aliquid de natura pacti, uide Bar. in l. omnes populi, in secundo membro, ff. de iustit. & iu. & glo. in regula, C. de decre. decu. & in l. 2. C. quæ sit longa consue.

g ¶Credentes. An autem instrumentis istorum creatorum ab inferioribus principe stetur extra iurisdictionem illos creantium, uide plenè Bar. Bal. & Sali. in l. 1. C. de summa trini. & uide l. si non speciali. C. de test. & in spe. ubi infra datur remissio.

h ¶Debet. Et uide Ioan. And. supra de consue. c. fina. ad finem, post glo. & Cy. & Bal. & Sali. in l. 2. C. quæ sit lon. consue.

i ¶Versi. se. Et ibi uide Ioan. And. & Bar. in l. Gallus. §. idem credendum, ff. de lib. & posth. & facit, quod ipse no. in l. si is, qui testamentum ff. de testa.

k Contractus. Vide ibi Bal. & Sali. qui dicantur contractus in scriptis fieri, & quomodo possint corrigi ipsorum errores.

SVMMARIVM

1 *Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate ordinarij eandem uim habet cum originali. & de quo loquatur instrumento, nu. 2. in prin.*

2 *Testamenti qualiter facienda publicatio, uel apertio, & ubi & quando necessaria publicatio sit eius. nu. 3. & qualiter iterum, nume. 5.*

Publicationis effectus, ibid. uer. & ex quo semel, & nu. 4.

3 *Publicatio testium quoque fit, & quando.*

In publicatione qua sit maior adhibenda solemnitas, ibid.

Scriptura priuata quæ dicenda, ibid. uer. & sic dicendum.

Sigillum parificatur notario, ibid. uer. quid igitur, & nu. 4. uersic. nil tamen probat.

Leg. cum antiquitas. §. fina. C. de testam. aucten. in hoc non obseruato, & aucten. ut sponsa. larg. §. quia uerò, intellectus, ibid. uersi. & sic dicen.

5 *Absentibus non fit præiudicium per publicationem hanc, quin obijci possint, ut antea poterant.*

Contra instrumentum quoties obijcere quis possit, ibidem uersicu. Alioquin.

6 *Exemplatio propriè quæ, & publicatio quorum dicatur, & nu. 5. uer. nec obstat, & nu. 12. uide alia de exemplatione in fin.*

Donationes quæ ualeant absque insinuatione, ibid. circa fin. uersic. habeat etiam.

7 *Exemplare hic pro in publicam formam redigere.*

Exemplatio hæc à quibus petenda, & coram quo. ibid. & qua diligentia debeat uti iudex in ea, nu. 8. & 9. quæ notarius in subscriptione exemplationis testificari debeat, nu. 9.

Eam quæ impediant, eod. nu. 9.

A quo facienda, num. 10. quam fidem faciat, eo. nu. 10.

Debet esse totius tenoris instrumenti, ibid. nu. 10. in fi.

Eam iudex non debet denegare contra se, nu. 13.

Leg. repetita. C. de epis. & cleri. & leg. consulta. C. de testam. intellectus, ibi. uer. & sic pōt, & an sint correctæ per hanc decre. ibi.

Clericos quæ leges ciuiles astringant, ibid.

Ordinarij appellatione continetur & eius uicarius generalis, ibid. uer. no. per hoc V in.

11 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 12.*

CAPVT XVI.

1 SI instrumenta. Casus. Instrumentum † exē
platum per tabellionem auctoritate ordi
narij eandem uim habet cum originali. se
summat, ponens petitionem, præsentationem, exa-
minationem, præceptum, & effectum [*Instrumenta*]
2 continentia † testam. contractus, sententias, uel quic-
quid aliud. circa testam. notat hic Innoc. & Hostien.
a quòd quando imminet ipsa publicatio [a], seruari de-
bent leges, & mores locorum, in quibus id fieri de-
bet. Et primò aditur iudex competens; & hic non est
necesse, quòd præsentes sint testes testamenti, qui ne-
cessarii sunt in publicatione, ut sequitur, & sedebit iu
dex pro tribunali, cum supplicatur pro publicatione.
C. quemadmodum testa. aperi. l. prima, & 2. secundò
iurabit hoc petens, quòd hæc non petit causa calum-
niæ, eod. titu. l. 3. tertiò uocabuntur, quos res tangit,
ut patet in eo, quod legi. & not. supra de testi. signifi-
cauit, & cap. Albericus. & adde, quod nota. infra ead.
glo. uersi. illud autem tenendum est, uocabuntur te-
stes in testamento inscripti. & si qui, uel etiam omnes
absentes sunt, & cōmodè uenire nō possunt, mittitur
ad eos testamentum, ut cognoscant, an testamento
interfuerunt. & si in hoc omnes consenserunt, publi-
cetur: & hæc omnia publicè expediri debet. proban-
tur hæc. C. quemadmodum testa. ape. l. prima. ff. quem
ad. test. aperi. l. prima. §. fi. & l. cum ab initio, cum tri-
bus legibus se. melius tamen est; quòd testes ad iudi-
cem ueniant, & in præsentia ipsius omnia fiāt, ad quæ
expedienda sufficit, quòd ueniat maior pars signato-
rum. C. quemad. testa. aperi. l. secunda. ff quemad. te-
sta. aperi. sed si maior pars. nec est de necessitate ta-
bellio requirendus. nam & prædictæ leges de tabel-
lionibus non faciunt mentionem, sed de honestis
personis tātum, in quarum præsentia debet fieri aperi
tio, & rursum obsignatio. C. quemad. testa. aperi. testa
menti, ad finem. Loquuntur etiam dictæ leges in te-
stamento; & si per tabellionem scriptum non sit, C.
de testa. cum antiquitas. §. fina. Quinimò & si non ap
pareat testamentum, quia non fuit exinde facta scri-
ptura, uel si facta fuit exusta est, uel subtracta; nihilo-
minus potest & debet fieri publicatio testamenti. ff.
quemad. testam. aperi. si in duobus §. fina. hæc autem
publicatio, quæ & in prædictis rubricis & legibus uo-
catur apertio testamenti secundum iura ciuilia, apud
b magistrum census fieri debet [b], & gratis, ubi hæredi-
tatis æstimatio centum aureorum precium non ex-
cedit, & ex quo semel facta est publicatio, perpetuò
ualet, & si materia, uel charta, in qua primum scriptū
fuerat, amittatur. Nec est apud iudices ecclesiasticos
facienda, quibus & obbrobrium est, si forensium di-
sceptationum uelint esse periti, ut omnia hæc pro-
c bantur. C. de test. [c] l. secunda, & l. consulta diualia, & de
episcopis & cleri. repetita, ueruntamen de moderna
& approbata consuetudine obtinuit in Francia, & in
Anglia, & in multis aliis regionibus, quòd apud epi-
scopos, & eorum officiales publicatio ista fiat: & fa-
cit pro hac consuetudine, quod legitur & notatur, in-
fra de test. tua nobis, & c. & si heredes, in glossa secun-
da, quæ & in locis illis, in quibus temporalem iurisdi-
ctionem obtinent, est potisimè approbanda. & ad-
de quod nota. infra eo. c. super, uersi. ordinario. Et ex
quo sic facta est publicatio, quantumcunque prima
scriptura exinde confecta perdita fuerit, perpetuam
fidem facit, ut dictum est, & probatur. C. de testamen.
3 publicati. Sic † & fit testium publicatio ad perpetuam
rei memoriam, ut quod prius erat in mente tantùm
hominū, in formam publicam redigatur. unde & in
talibus

talibus est maior solennitas adhibēda, quàm si instru-
mentum publicum deberet propter consumptionē,
vel aliquam iustā causam aliam publicari, quod nec
de necessitate aliter est publicandum, ut patet in eo,
quod legi. & nota. supra de testi. significauit, & ca. Al-
bericus. & sic dicendum est in testamento, quòd quā
do in priuata scriptura redactum est, necessaria est pu
blicatio; & sic loquitur. C. de testamen. cum antiqui-
tas. §. finali, & in auct. in hoc non obseruato, & in au-
cten ut spo. lar. §. quia uerò, col. nona. ibi enim loqui-
tur, quando testator non per tabellionem, sed per se-
ipsum, uel aliam manum priuatam nomen hæredis
scripsit. nec dicitur ibi, quòd habeat sigillum aucten-
ticum, ex quo sequitur talis scriptura non auctentica,
sed priuata, ut patet in eo, quod leg. & no. supra eo. ca-
pitulo secundo. quid igitur, si testamentum fuerit scri
ptum per manum publicam, uel sigillum auctenticū
habeat; nunquid tale instrumentum fidem faciet, &
si non fuerit taliter publicatum: quidam magnæ au-
toritatis uiri scripserunt, quòd non, ut nota. infra, ea.
glos. & uersiculo, & specialiter. & se. secundum quos
speciale est in testamentis, ut in eis hæc solennitas ob-
seruetur, ne quid falsitatis excogitetur, uel fiat. C. de
fideicommis. l. finali. aliis uerò, quos Innocen. sequi-
tur, uisum est, quòd talia instrumenta, cum, nisi. aliud
dicatur, per se plenam fidem faciant, non sunt de ne-
cessitate publicanda, sed priuata tantum, ut dictum
est. & quamuis in multis locis testamenta secundum
primam opinionem indifferenter publicentur; secun
da tamen opinio per modernos doctores commu-
d nius approbatur, & magis est secundum ius canonū [d]
approbanda, ut patet in eo, quod legitur & notatur,
4 de testament. cum esses, & capitu. relatum. Huius † pu-
blicationis effectus est, ut per testamenti, siue instru-
menti sic publicati ostensionem in possessionem hæ
reditatis per edictum, siue ex edicto diui Adri. fiat mis
sio. C. de edict. diui Adrian. tollen. leg. fina. quod dic se
cundum Hostien. ut plenè nota. infra de uerborum
significatio. dilect. §. finali. est & effectus, ut fidem per
petuam faciat. C. de testamen. l. secunda. Aliter au-
tem, licet numerus testium, & sigilla, & aliæ solenni-
tes prosint ad hoc, ut uoluntas ualeat testatoris, quæ
secundum leges, si unum ex his deficeret, non uale-
ret, C. de testamentis, si unus; nil tamen probat scri-
ptura, nisi confecta sit per manum publicam, uel si-
e gillo auctentico sigillata [e] Hæc enim & si non publi-
cetur, auctentica tamen & publica reputatur, & au-
ctenticationem suam retinet ex sigillo prælati, uel si-
gillo tabellionis, ut colligitur ex eo, quod legitur, &
notatur eod. titulo. capitulo primo & secundo. quod
ex eo apparet, quia etiam post mortem prælati, uel
f tabellionis plenariam fidem facit [f]. Illud autem † te-
5 nendum est, quòd partibus præsentibus, uel per con-
tumaciam absentibus debet publicatio fieri, ut no. su
pra ea. glossa, circa principium, & argumen. infra de
confirma. uti. uel inutili, cum dilecta, & de priuileg.
g ex parte [g] primo. alioquin non præiudicatur absenti-
bus: sed possum contra tale instrumentum obiicere
secundum formam traditam. C. eod. titu. l. finali. ubi
dicitur, quòd non sufficit instrumentum exhiberi in
iudicio semel, quin & semper is, qui ipsum exhibuit,
illud exhibere teneatur, quousque fuerit ei data fi-
des per iudicem approbatum. nec obstat, supra ut li-
te non contestata. quoniam, primo responso: quia
illud est speciale, & propriè loquendo non fit ibi pu-
blicatio, sed potius exemplatio, siue transcriptio. Su-
periora uero dicuntur publicari propriè, quia cum
prius non essent publicata, siue auctenticata, nunc
sunt in publicam formam redacta potest & illud dici
quòd & si aliqua instrumenta sint in casu perditionis
propter uetustatem, uel aliquam aliam consimilem
iustam causam, & adeo est periculum imminens,
quòd hi, quorum interest, & qui absentes sunt, com-
modè uocari & expectari nequeant; statim possunt
transcribi, & publicè exemplari secundum Innocen.
cuius est pars mentis huius gloss. saluo iure absen-
tium secundum Hostien. ut scilicet ita possint obij-
cere in hanc secundam scripturam, sicut & in pri-
mam poterant principalem, argument. in eo, quod
legitur & notatur, supra ut lite non contesta. quo-
niam, primo responso, & infra de confirmat. uti. cum
6 dilecta. §. nos igitur. & nota. quòd † propriè loquen-
do auctentica & publica exemplantur: priuata uerò
& non auctentica publicantur secundum Innocent.
sed quid si tam partes, quàm omnes, quorum inte-
rest, consentiunt, quòd tabellio aliquam priuatam
scripturam publicet, ita quòd tali scripturæ adhibea-
tur fides, ac si à principio per manum publicam fuis-
set confecta; nunquid talis scriptura perpetuam fi-
dem faciet, saltem inter illas personas, inter quas hoc
h conuenit? Respon. satis puto, quòd ex ui pacti [h] is, qui
consensit, per talem scripturam conuinci possit: si ta-
men pactum sic formatum fuerit, quòd ad hoc ex-
tendatur, argumen. ff. de pactis, iurisgen. §. ait prætor,
ff. de re iudica. si conuenit, C. de tempo. appella. l. fina.
in fine, & in eo, quod leg. & nota. supra de pactis. cap.
i primo [i], & secundo. Hoc tamen non possunt partes
facere, quòd talis scriptura censeatur publica, nisi au-
ctoritas iudicis interueniat, ut patet, infra eod. §. co-
k ram, & §. eandem [k]. Nempe priuatorum consensus
priuatam scripturam non potest facere publicam; si-
cut nec priuatam personam publicam facere, siue iu-
dicem ordinarium dare potest, ut patet in eo, quod le
gitur, & notatur, de foro compe. significasti. §. primo
habet autem igitur locum publicatio in instrumen-
tis, ut hic, & in abbreuiaturis, supra cap. proxi. & in pri
l uile. infra de confirmatione utili, cum dilecta [l], & in
dictis testium, supra ut lite non contestata. quoniam,
primo respon. & §. in alijs. & in sententijs, & in omni-
bus alijs generaliter, de quibus non habetur sufficiēs
documentum, & timetur, ne probandi facultas in
posterum ualeat deperire, ut ibi, & supra de testibus,
significauit, & c. Albericus, & specialiter in testamen-
tis. nam testamentum secundum quosdam, quantun-
cunque per manum tabellionis fuerit scriptum; non
tamen sufficienter probatur per instrumentum inde
confectum, quousque fuerit publicatum. C. de testa-
mentis, publicati, & l. testamenta. unde ad hoc, ut
scriptura inde confecta fidem faciat, requiritur, quòd
in formam publicam auctoritate iudicis redigatur, &
testes inscripti iurent, quòd ita fuit, sicut scriptura ex-
inde confecta, quæ eis legi debet, continetur, ut C. de
testamentis, hac consultissima. §. finali, & l. fina. ad fi-
nem. aliàs irrita est uoluntas testatoris, ut in dicta l.
testamenta. Alij dicunt illud esse intelligendum, quā-
do non fuit scriptum per manum tabellionis, institu.
m de testa. §. finali [m]. porrò si tabellio scripsit, & 7. te-
stes signauerunt, & dixit testator, quod sine scriptis
nuncupatiuè testari uolebat, tale instrumentum om-
nimodam fidem facit, C. qui testamen. facere pos-
sunt, hac consultissima. nec est necessaria publica-
tio, licet utilis sit ad cautelam: quia & instrumentum
amitti posset, C. de testamentis. publicati; & hoc se-
cundum ius canonicum uidetur uerius, argument.
in eo, quod legitur & notatur, infra de testamentis,
relatum, & cap. cum esses, & C. eodem titulo, in exer-
cendis, & patet in eo, quod no. supra eadem glo. uer-
siculo, quid igitur si testamentum, & sequen. habet ēt
locum in donationibus, quæ excedunt summā quin-
gentorum solidorum aliter in hoc, quòd quingentos
excedit,

excedit, reprobatur donatio exceptis donationibus, imperialibus, & quæ fiunt ecclesiis, & aliis piis locis, quæ ualent, & si non fuerint actis insinuatæ, ut legitur & notatur. C. de donatio. sancimus, & l. si quis argentum [n], secundum Host. [*Exemplari*] ideſt † in publicam forma redigi. simplici enim transcripto quilibet posset illa exemplare [*Petantur*] ab his, quorum interest, supra capitulo proximo [*Ordinario*] ecclesiastico in ecclesiasticis; ciuili in ciuilibus. Et sic potest intelligi, C. de episcopis & clericis, repetita. C. de testamentis consulta. uel dic, ut dixi in glossa magna, uersicu. hæc autē publicatio, & se. posset etiam dici, leges illas loqui de religiosis simplicibus, argumen. de syndic. capitulo uno, de postula. capitulo. secundo. aliter corrigun tur leges per id, quod hic dicitur, argumun. de testamentis; cum esses, secundum Hostien. [o] secundum quem nec illæ leges, nec aliæ astringunt clericos, nisi inducantur in adiutorium 10. distinctio. capitulo primo, & capitulo si in adiutorium, uel sint per Papam confirmatæ, de constitut. ecclesia *Ab eo*] qui administrationem habet, secundum Hostien. supra de restitutio. in integr. capitulo penultimo [*Specialiter*] not. per hoc Vincenc. Goffred. & Hostien. quòd per generalem uicarium episcopi hoc expediri non posset: imò requiritur speciale mandatum. hoc non credo. sed non miror de Goffred. qui tenuit, quòd officialis habet delegatam, sed miror de Hostien. qui tenuit contrarium, scilicet quòd habet ordinariam, & not. de hoc de officio uicarij, licet, libro sexto, in glossa secunda. Includitur ergo generalis officialis sub eo. quod dixit, Ordinario. & hæc litera sic intelligitur; [p] Delegatus deputatus ad causam non præstabit auctoritatem insinuationi instrumenti, etiam faciendi [q] ad illam causam; sed si specialiter ad hoc detur, tunc [q] hoc poterit [*Diligenter*] in † charta, scriptura, filo, & sigillo, si pendeat, supra eodem inter; de crimine falsi, licet. si. de probatio. capitulo penultimo, Hostien. [*Inspecta*] in præsentia partium, & illorum, quorum interest [r] supra de testibus, significauit, secundum Innocen. qui tamen dicit quosdam dicere fortè non male, quòd si de uerbo ad uerbum exemplentur, & iudex diligenter inspiciat sigilla, & omnia alia, quæ necesse est inspici, quòd ualebunt talia exemplaria [*In † nulla sui parte*] hoc testificatur tabellio, quòd instrumentum non uitiatum, nec cancellatum, nec aliqua sui parte abolitum auctoritate iudicis exemplauit, argumen. hic, & C. de edi. diui Adri. l. fina. & per l. illam, & per hanc decreta. probatur, quòd uitia uisibilia, ut liturꝛæ, cancellaturæ, & rasuræ impedient hanc insinuationem. inuisibilia uerò, ut quòd instrumentum sit confectum ab excommunicato, uel seruo, uel his similia non impedient: audiretur tamen contradicens, & scriberetur contradictio, & reseruaretur ad aliud tempus; ad hoc in auctē. de testibus. §. si uerò aliàs, de testib. significauit, de priuileg. ex parte. Istud autem auctenticum, quod insinuatur, semper iudex debet diligenter inspicere, ut hic. & cautū esset, quòd inspiceret etiam insinuatum conferendo illud cum originali. hæc tamen ultima inspectio non est necessaria, secundum Hostien. quia præsumitur pro tabellione. infra titulo primo, illud [*Per † publicam personam*] non singularem; & uide quod dixi in specu. de instrumento. editi. §. ostensio, super uersiculo, sed nunquid [*Eandem*] non maiorem: quia de nouo ei ius non datur: sed si quod erat, conseruatur, infra de confirmat. uti. uel inuti. cum dilecta, infra de priuilegiis, ex parte abbatissæ. per hoc scilicet, quòd prædicta solennitate seruata iudex interposuit auctoritatem: aliter non faceret fidem exemplum etiam triplici manu tabellionum exemplatum, de hoc dixi, supra capitulo primo [*Originalibus*] lex uidetur dicere, quòd sola originalia sunt insinuanda, C. de diuersis rescriptis, sancimus, canonizata, uigesima quinta quæstio. secunda [*Habitura*] in perpetuum. supra capitulo proximo, in fine. & hoc intelligit Innocen. toto tenore transcripto: aliter assertio notarij dicentis se uidisse instrumentum, esset potius testimonium reddere, quàm uetusta exemplare; de quo remittit. de uerborum significatione, Abbate, & ibi uide in glo. ex hoc, & super ea, & quod dixi, de probatio. quoniam, in glo. in præsentia. ¶ Vltima † glo. quærit, & soluit. ¶ *In glossa secunda, ibi, in lege*] uide in præallega. capitu. significauit, in glossa secunda, & le. sequen. ibi uide super prima glossa. ¶ *In glossa † secunda, ibi, de facto*] Hostien. ponit exemplum, quando sunt transferenda ad locum remotum propter pericula uiarum, fiet insinuatio, uel sunt scripta in papyro, de confirma. utili, cum dilecta: uel sunt communia inter hæredes, uel socios, quorum quilibet eget uno, ff. familiæ erciscun. si quæ sunt. C. communia utriusque iudicij, de instrumentis. ff. de fid. instrumen. finali. nec debet † iudex denegare hoc, etiam si contra ipsum sit, in auctentico de defend. ciui. §. sed nec, collatione 3.

ANNOTATIONES.

a Publicatio. Vide in l. hac consultissima, C. qui testamen. facere poss. & in l. si unus, C. de testa. & in l. publicati, per Bal. & Paul. de Cast. C. de testa.

b ¶ Debet. Et necessaria erat olim omnino ista apertio: quia aliàs, nec poterat adiri hæreditas, licet hodie sic, ut C. de cadu. tol. l. 1. §. 1. & ut cognitis uerbis testamenti possit transigi. l. de his, ff. de transac. nisi quando coram principe fiebat testamentum, ut l. omnium, C. de testa.

c ¶ De testa. Illa non loquitur in apertione testamenti, de qua loquitur titu. ff. & C. quemad. testa. aperi. sed in publicatione, de qua in c. significauit, & c. Albericus, de testi. & uide ibi Bald. & Sali. & in l. consulta, infra alleg. uide per ipsos, an in publicatione testamenti, quæ coram seculari fieri debet, teneatur citatus clericus pro suo inter se comparere.

d ¶ Canonicum. Et illam tenet Barto. in l. tabularum, quemad. te aper. & uide latius per ipsum in l. hæredes palam, in princ. ff. de test. & per docto. & maximè Sali. in l. fi. C. de fideicom. & ibi glo. & per ipsum in l. 1. C. de testa.

e Auctentico sigillata. Vel nisi notarius rogatus à testatore attestetur ab illo semel dictum, illud testamentum sic in scriptis celebratum esse suum, ut no. glo. no. in l. tabularum, ff. quemadmo. testa. aperi. & ibi Bart. & ex his uides, quòd periculosum est in scriptis testari propter mortem signantium, uide ibi Bart.

f Fidem facit. Innititur ad hoc clare opi. quam proximè tenuit in uersi. aliis no. contra.

g ¶ Parte. Et an uenientes ab intestato sint citandi, & an proclama generale sufficiat, uide Sali. in præalle. l. publicati, & uide Ioan. And. in c. Albericus, præalle. in fine glo. ma.

h ¶ Ex ui pacti. Adde spe. in ri. de fide instru. in §. ostenso.

i ¶ Capitulo. 1. Imò uidetur sufficere tacitus partium consensus: quia ipsis præsentibus iudex publicauit, licet minus rite; uide Barto, Bal. & Salice. in auctē. si quis in aliquo, C. de edendo.

K ¶ Eandem. Vide Io. And. supra eo. cum. P. in gl. uer. nullus igitur.

l Cum dilecta. Et an tunc sint, quorum interest, citandi, uidetur Io. An. sentire quòd non: uide per ipsū in c. pe. de confir. uti. uel inut.

m ¶ Testa. §. fi. Et istam tenet Innocen. ut uidistis, supra in uersiculo, quid igitur testamentum.

n ¶ Argentum. Ibi uide Cy. Sali. & in spe. de instru. edi. tio. §. porrò, & ibi Ioan. And.

o ¶ Hosti. Vel illæ, ll. loquuntur in publicatione testamentorum, quorum etiam sunt fori secularis, infra qui fi. sint le. causam quæ.

p ¶ Delegatus. Dicit hic do. car. quòd istud non seruatur communiter, ut habetur in c. cum in iure, de offi. deleg.

q ¶ Detur tunc. Iudex ergo etiam in foro cano. non est iudex omnium, quæ incidunt, uel emergunt coram ipso, ad idem quod no. Io. And. de app. ex parte, lo. 2. in glo. sua fi. & uide de iudi. cap. fi. li. 6. in contrarium facit quod no. in c. 1. de dona. inter uirum & uxo. & l. fi. §. sed & si quis. C. de admi. turo. & quod ibi no. Cy. & Barto. de Sali.

r ¶ Quorum interest. Adde Bar. in auct. si quis in aliquo, in 3. col. C. de eden. & d. Anto. & Imo. in c. 3. in ultima char. supra, eo.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio. tituli.*
2 *Ad titulum hunc pertinentia ubi alibi tradantur.*
Pro religiosis præsumitur, quod iniustam litem non habeant, ibidem.

De præsumptionibus. Rub.

a ¶ Quia † præsumptiones interdū semiplenā probatio
a nem faciunt, quandoq; alias probationes adiuuant, quandoq; plenè probār, ut uiolentæ; ideò post tractatum de testibus, de fide instru. inscritur hæc Rubrica,
2 Gof. Ad † materiam facit 18. di. peruenit 44. di. multis. 2. q. 2. c. 1. congruit; de renun. super hoc, de rest. spo. itē cū quis, de testibus super eo 2. ad fi. & c. cōstitutis. i. de iureiur. c. ult. in fi. de presb. nō bap. ueniēs, in fi. de spō. is qui, & c. fi. de cri. fal. c. pe. de no. ope. nun. cum ex iniuncto, ubi præsumitur pro religiosis, q̄ iniustā litem non habeant, facit lib. 6. de filiis presby. c. 2. in fi. de restit. spo. c. 1. de test. c. ult. 2. respon. de præscrip. c. 2. de regula. non solum, de hæreti. in fidei, & c. seq.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præsumptiones. De multis præsumptionibus ponit do. Cardi. in capitu. literas, infra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Sicut, aduerbium notat hic similitudinem in genere, non in quantitate.*
Noxius pro nocenti, ibid.
Opem qui dicatur ferre, ibid. ad dictio. sagittas.
3 *Amicus non dicitur nisi fictus, qui nocet.*
Deprehensus quis dicatur.
3 *Additio glossarum.*
Ludi non appellantur, ex quibus crimina oriuntur ibid. non excusant à pœna, ibid.
Ludo si uideor, uel sacco sumpta recludo, ibid. in fin.
4 *Ludere qui præsumatur quid auferendo.*
Præsumptio mali tollitur ex circunstantijs, ibid.
Ex circunstantijs iudex arbitrari debet, quid sit præsumendū, ibid.
Malum, & damnum illarum semper animo malo præsumitur factū, nisi contrarium probetur, ibid. uer. quia, ut dicit.
Vitiosum quod est feciſſe, nihil interest, ibid. in fin.

CAPVT I.

1 Sicut noxius. Breue est, & quod dicitur præscriptio, in parab. di. 26. c. & † istud, Sicut, notat similitudinem in genere, non in quātitate p̄m Hosti. p̄m quem dic, Noxius, ideſt nocens [*Mittit*] manifestè, Inno. [*Et sagittas*] uel scalas dedit, uel ferramenta, inst. de obli. ex ma. §. interdū, Vin.
2 [*Ita uir*] sup. noxius est [*Amico*] fictione, non † rei ueritate: quia si amicus esset, non noceret [*Deprehensus*] de deprehensione, supra de iudicijs, cum non ab homine. & exponit Abbas, ideſt fecisse repertus. ¶ *In † glo. ult. ibi, nam ludus*] & 32. q. 4. recurrat. quis enim ludos appelet, ex quibus crimina oriuntur? ut in procemio digestorum. §. antepen. & sunt hæc p̄m Host. contra illos, qui faciunt rythmos famosos in ludis sancti Nicolai, uel similibus festis, q̄ propter ludum non excusentur à pœna. C. de famosis lib. l. una. 6. q. 1. ex merito, & tribus. c. sequen. [*& in fine*] unde ponebat uersum, Si uideor, ludo, uel sacco sumpta recludo. Dicebat Gof. &
b allega. decre. ſuper eo, [b] ſuper fine. 1. glo. [*Manifeſtum*] & ſic erat famoſum, quod in talibus præcipuè conſide ratur, ut ſupra c. illud. §. fi. [*Matrimonialiter*] i. carnaliter. iam enim de facto contraxerant [*Sponſalibus*] de præ ſenti, quæ faciunt matrimonium, & ſic concor. prin.
5 ¶ Glo. 2. † inducit duas concor. allegat. 5. contraria, &
6 ſoluit. ¶ *In † glo. 2. ibi. l. 1. & 2.*] uide de teſti. cum olim, ſuper gl. 2. [*& ibi, Poſt mortem*] mortua filia, quam emācipauerat pater, quæſtionē mouere non poteſt, quòd non iure emancipauerit. ¶ *In glo. 3. ibi, in bonæfidei*] po nit caſum capituli ſtatim alleg. ¶ *In glo. penul. ibi. §. ſi quis ſæpius*] vide ut lite non conte. accedens. 2. ſuper glo. pe. [*& ibi. §. ſi teſtes*] canonizata. 4. quæſtio. 3. poſt prin. ¶ *In*
7 † *glo. 1. ibi, inter dilectos*] ubi de hoc. ¶ *In glo. 2. in fi.*] Ala. infra de frigi. fraternitatis, & cap. fina. ¶ *In glo. pe. ibi, iuuant*] uidetur hæc gl. accedere illi opinioni contra Innocen. de qua dixi in textu ſuper uer. in uia.

ANNOTATIONES.

a ¶Sunt. Et ſic hic not. quòd præiudicat confeſſio facta abſente par tę & ſecretè, licèt ad non tribunal. & hoc procedit in iſtis, quæ ſunt fori miſti, ſicut eſt in iſtis matrimonialibus: quia non imitā tur in tantum naturam fori pœnitentialis, uel contentioſi, de quo Hoſt. de ſcruti. §. fi. ad fi. & ſupra de æta. & quali. c. quæris, Archi.
b ¶Super eo. Quod ſigna, cum leuius hodie probetur conſanguini tas: quia regula eſt per c. non debet, de conſan. & affi. non habeat locum hodie c. ſi duo, præalleg. Sed cum hic non uerſatur proba tio tantum ſuper conſanguinitate: quia iſta nō negabatur neptis, ſed tantum ſuper copula carnali, quæ difficilimè probatur, adhuc uidetur ſtare doctorum iſtorum dubitatio, nec tolli uidetur per ibi no. per Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Propter præſumptionem etiam uehementem nō debet aliquis, ma ximè de graui crimine, condemnari. Diuiſio capituli, ibid.*
2 *Compromittitur etiam in cauſa criminis, ſi ciuiliter agatur, & in iudicem delegatum, nume. 3. uide in ſuffrag. Compromiſſum non ualet, niſi utraque parte conſentiente, ibid.*
3 *Delegata poteſtas non amittitur, etiam ſi partes in delegatos cō promittant, licet nihil de reſeruatione poteſtatis ſit dictum, & nu. 9.*
4 *Secreta qui reuelat, aut mendax, aut periurus eſt, & qualiter. Reſolutio uerbi, ibid. in fine ad dicti. aſſeruiſſet. Verum poteſt eſſe, quod uidetur contrarium, diſtincto tempo re, ibidem.*
5 *Præſumptiones ex præcedentibus minis, & inimicitijs non ſuffi ciunt ad condemnandum quem homicidij crimine.*
6 *Ficta celeriter omnia tanquam floſculi decidunt. Simulatum quicquam non poteſt eſſe diuturnum, ibid. Alioquin, dictio quid inferat, ibid.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. Delegatus poteſt eſſe arbiter retenta etiam delegata iuriſdictione, in princip. & nu. 9. In arbitrum an compromitti queat de delicto, ibid. ex l. nouiſſime citata, & uu. 10. Frater accuſans fratrem non eſt audiendus, & in quibus, & an teſtificari poſſit contra eum. §. in gloſ. 3. & nu. 10. §. 1.*

Teſtator

Teſtator non præſumitur ſemper uerum dicere, ibid. §. in glo. imò.
Conſanguinitatis, uel affinitatis cauſa aliquid præſumitur, ibid. §. in glo. præſumitur.

Parentum ſtimulus naturalis hortatur ad liberorum ſuorum educationem.
Præſumptio quæ pro prolatione ſumitur, ibid. §. in gloſ. penulti. & num. 11.
Mori prius debilior præſumitur in naufragio, ibid.
9 *Additio gloſſarum.*
A compromiſſo in iudices delegatos reſilire poteſt alter litigantium & rem poterit ad delegatos reducere, commiſſa tamen pœna, ibid. num. 9.
10 *Sententiam ne poteſt ut iudex mutare, quam pronunciauit ut arbiter; & poſſe concluditur.*
Appellationis iudex eſſe poteſt etiam is, à quo eſt appellatum, cum alio tamen, ibid. & ſic ſeruatur in curia in ſententia lata per Cardinalem, ibid.
11 *Leue argumentum quod hic intelligatur.*
12 *Periuri iuramento non ſtatur, niſi præſtet etiam aliam cautionem. Iuramentum quoddam eſt oneris, non honoris, & quod, ibid.*

CAPVT XIIII.

1 Iteras. Caſus. Propter † præſumptio nem etiam uehementem non debet aliquis, maximè de graui crimine, condemnari. Et communis diuiſio. in pri ma iudicium conſultatio. in ſecunda reſponſio, ibi, Nos uerò. quæ ſubdiuiditur in duas. prima ponit mo tiuum mandantis. ſecunda mandatum ibi, Quocirca [*Epiſcopum*] ex parte una [*Burgenſes*] ex altera [*Impetebat*]
2 denunciando crimen ipſorum papę. vel petebat † bona ipſorum propter hæreſim ſecundum Innocē. dicit
a Hoſtien. ciuiliter, uel ex officio [a] impetabat ipſos epiſcopus, infra de hæreti. ad abolendam. nam ſi crimi nali nō potuiſſet in arbitros compromitti, quod hic factum fuit [*Vtraque pars*] nec aliter valuiſſet [*Poteſtate*] erat forte in reſcripto clauſula, Quòd, ſi non omnes
3 [*Reſeruata*] retinebat † eam, & ſi hoc non expreſsiſſet ſe cundum Innocen. [*Recognauerat*] infra de hære. in fidei, lib. ſexto [*Negauit*] prima ratio ſuſpitionis [*Tum quia*] ſecunda ratio ſuſpitionis, vel. ſup. ſi tunc uerum dixit. [*Periurium, &c.*] no. quia iam induxi hunc textum, &
4 eius concluſionem, quæ eſt, quòd Vinto. iſte fuit † mē dax, uel periurus, penes quendam dominum & amicum me excuſando ſuper eo, quòd dicebat me con tra eum locutum fuiſſe in quodam conſilio paucorū hominum, & iurato. concluſi enim, quòd qui ſibi id retulerat, ſi id non dixeram, mentiebatur. ſi id dixerā,
5 deierabat [*Non aſſeruiſſet*] i. preſumitur † non aſſeruiſſe [*Orthodexæ*] i. Chriſtianæ, uel catholicæ [*De hæreſi*] non tantum præſenti, ſed etiam præteritia. Nam ſi in pur gatione queſitum fuiſſet hoc tantum, an tunc eſſet hę reticus, utrunque dictum poterat eſſe uerum. Pote rat enim prius fuiſſe, & tunc non eſſe. & ſic non ob. ſe cundum Go. ſupra de teſtibus, cum tu. ff. de damno infec. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus [*Condēnari*] ar. quod
6 † propter præſumptionem præcedentium minarum, uel inimicitiarū non ſit quis condemnandus de homi. de quo neſcitur, à quo factum ſit, de hoc in ſpe. eo. titu. §. 2. uer. ſed pone. P. minatus, & ſequenti [*Securitate*] puta de certa pœna ſoluenda. ſi. infra de ſenten. ex communi. grauem, in fi. Hoſtien. [*Diſcretam*] infra de pœni. capitulo primo, & cap. Deus qui, & ca. omnes [*Apparere*] ſi. de pur. ca. inter ſolicitudines. §. penul. [*An*
7 *ficte*] Tullius. 2. de officijs. omnia † ficta celeriter tan quam floſculi decidunt, nec ſimulatum quicquā po teſt eſſe diuturnum [*Hoc modo*] quia paratus eſt præbe re dictam ſecuritatem, & penitentiam benignè ſuſci pere, quam etiam pœnam deuotè & efficaciter implet [*Alioquin*] i. ſi non vult cauere, vel penitentiā recipere, uel licet caueat, uel penitentiam recipiat. illam tamen
8 negligit adimplere. Hoſtien. ¶ Prima † glo. notat, pro bat per ſimile, ſignat contrarium, & ſoluit. item arguit ſignat contrarium, & remittit. ¶ Antepe. glo. no. & ſignat contrarium. ¶ Pe. glo. obijcit, & ſoluit. iterum
9 obijcit, & ſoluit. ¶ [In † glo. 1. ibi. §. 2. cano. in §. ſtatim alle. [*& ibi, Prætor*] uide de elec. cum in iure, ſuper 1. gl. [*& ibi. §. ſi uerò contigerit*] ſi pars recuſat præſidem, archi epiſcopus cum clariſsimo per cōpromiſſum, uel uiā iuris diffiniet [*& ibi. §. Iul.*] ſi de famoſo delicto, uel pu blico iudicio compromiſſum ſit, prętor vetat arbitrū ſententiam dicere, nec dat pœnæ executionem. ¶ *In*
b *glo. 3. ibi, ſi magnum*] ſequitur, capitale crimen, non leue, frater [b] contra fratrem conſtituit, non ſolum audien dus non eſt, ſed etiam exilij pœna plectendus [*& ibi, Si ſororem*] non prohibetur quis accuſare ſororem de leui commiſſo. ¶ *In glo. imò, ibi, rationes*] uide ſupra titu. pri. cap. 2. ſuper. 1. gloſſ. [*& ibi, Quī teſtamentum*] uide de cle. ex. ſi celebrat, ſuper glo. hoc eſt [*& ibi. §. quiſquis mihi. 2.*] ſi teſtator iubet reddi, quod ſe debere fatet cauſa ex preſſa, niſi probet ea cauſa, debitū non debet ut debi tū: tamen debetur ut fidecōmiſſum [*& ibi. §. ſi Titia*] ſi in fraudem. le. ſcripſit teſtator dari mercedis cauſa. 10. Titio, quæ teſtamento capere non poterat, non debē tur [*& ibi, Grauis*] uide de tranſac. ex literis, ſuper glo. ſecunda. ¶ *In glo. præſumitur, ibi, non ſolum. §. 1.*] auus tu tor neptis ex filio emācipato, illam tradere poteſt ne poti ex alio filio emancipato, vel exiſtenti in poteſta te: quia par affectionis &c. [*& ibi. §. ſileat*] pro libertis non fit dotis retentio, cum naturalis ſtimulus paren tes hortetur ad liberorum ſuorum educationem. ¶ *In glo. antepenultima, ibi, diuus*] uide de crimine falſi. c. pen. ſuper 1. glo. ¶ *In glo. penultima, ibi. l. 2.*] uide de hæreti. ca pitulo primo, ſuper glo. ſecunda [*& ibi, ſi mulier*] ſi me lier cū filio perijt naufragio, aut erat impubes, & præ ſumitur prius mortuus, ut hac lege, aut pubes, & p̄ſu-
10 mę mater prius mortua: ut in præcedenti. ¶ *In † glo. 1. cum tempore*] vbi de hoc [*& ibi, ſed contra*] huic contrarię ſtatur ſecundum Hug. Lau. & Hoſtiē. [*& ibi, in fi.*] uer. ſi quis uerò, ubi plene de hoc. & 2. q. 6. §. quod de arbi tris [*& ibi, Bene poſſunt*] Idem Ioan. Vin. Tan. & Phi. & ſcias, quòd ſi alter litigantium reſiliat tunt à compro miſſo, coram eodem iudice etiam delegato rem redu cere poterit: cōmiſſa tamen eſt pœna. ff. de arbi. ſi quis rem, ſecundum Gof. nec ob. tempus lapſum cauſa pē
c dente coram arbitro, in auct. de ap. §. deinceps, colla. [c]
11 8. ſed nunquid † iudex hoc caſu pronūciare poſſet cō tra id, quod prius pronunciauit ut arbiter? uidetur ꝙ non, ar. ſupra de proba. per tuas. dic contra ſecundum Hoſtien. & Gof. & Ab. nam ex cauſa noua appellatio nis retractatur ſentētia. C. de temp. ap. per hanc, ſupra titu. 1. cum Ioan. & idem iudex, à quo appellatum eſt, quandoq; audit cauſam appellationis cū alio, ff. quan do ap. ſit. l. 1. §. ſed ſi præſes. 16. dist. multis, & ſic ſeruat
d curia in ſententia lata per cardinalem. [d] [*& ibi, Vbi de hoc*] in ul. gl. Dixit Goffre. hic ciuiliter agebatur, & pa pa recitat compromiſſum: non tamen approbat, &
e nunquid fiat & c. ſupra de elec. cum cauſam. [e] ¶ *In glo. 3. ibi, diaconi*] & quod vult ibi poſt prin. de Moyſe, nō hic pohit Goffre. [*& in fi.*] de hoc, de teſtibus. l. parentes, & in ſpe. de teſte. §. 1. uer. ſed nunquid frater. ¶ *In glo. ſ. fratrem, ibi, hæreticum*] & agebat forte ad pœnam relapſi, & & confiſcationem bonorum, & ibi probauit per unū ſacerdotem, & vnum diaconum. ¶ *In glo. de nemine, in fi.*] Io. infra de homi. ſignificaſti. 2. ¶ *In glo. hoc eſt, in fi.*] ſolue, ut dicam de cri. fal. c. pe. ſuper fi. gl. 1. ¶ *In glo. pe. ibi, ſuſpe-*
12 *ctum*] uel ibi uerbum, Leui † ar. determinat uerbum, deuiare, & uerbum, detecti fuerunt, vel uocat ibi leue

argumen-

argumentum, quod potest facile probari, ut quia mutare non vult, dicēs hoc peccatum, infra de hæreti. excōmunicamus. 1. §. antepenultimo. uel leue, vt infra in fine capituli. ¶ *In glosa ultima, ibi, non debet admitti*] super hoc dic, ut infra de hære. accusatus. §. licet, libro. 6. [*& in fi.*] secundum Io. Tan. Phi. & Gof. sed Inno. Hosti, Guil, Na. Pe. & Abb. intelligunt, quòd † iurare debeat, & præter iuratoriam præstabit etiam aliam cautionem: nec mirum, cum hoc sit iuramentum oneris, non honoris, & secundū hoc est si. Præter. 12. quæstione secunda, Ebron [*& infra*] de immu. eccle. decet, ad fi. li. 6. uide quod dixi de elec. dudum. 2. ad fi. textus.

ANNOTATIONES.

a Ex officio. Et ratio redditur in §. Iul. in l. non distinguemus, de de arbitris, & no. bene: sed alia ratio est, quia quando agitur criminaliter, pœna fisco applicatur. ideo tunc tolli per arbitrium non potest, ut l. iurisgen. §. si paciscar, de pactis Bal.

b ¶Frater. Vide Bar. in l. qui testamento, ff. de testa. et per specu. in ti. de teste. §. 1. uersi. sed nunquid.

c ¶Colla. Facit Cle. quamdiu, de appel. & quomodo ille, qui uolebat stare compromisso, consequitur ab aduersario pœnam, & rē, si fecit iustitiam, uide ibi glo. in l. præalleg. si quis reus.

d Per Cardinalem. Nunquid autem, qui tulit sententiam, possit in causa appella. hanc sententiam impugnare, si succesit ei, qui succubuit, uide gloss. 3. q. 7. §. si contra patrem, & quod ibi scripsi, Archi.

e ¶Cum causam. De hoc, an in criminibus possit compromitti, uide gloss. et Bar. in l. non distinguemus. §. Iulia. alleg. in glos. et huic materiæ anectitur alia, an de crimine possit transigi, uide plenius Cyn. hic, et plenius Bal. et Sali. in l. transigere, C. de transa. et uide Bar. in l. diuus, ff. ad Sill.

SVMMARIVM.

1 *In senectute non præsumitur incontinens, qui continuit in iuuentute.*
Capituli diuisio, ibid.
Quæ soleant ab ea abesse, & quæ inesse uitia, nu. 4. & nu. 8.
2 *Pallium non datur episcopis nisi ex gratia.*
Qui eo decorari debeant, ibid.
Malum de perfecta ætate non est facile credendum, & quando.
Præterita ex uita sumitur argumentum in præsens, ibid.
3 *Libidinis fœtor dissoluit domini iugum, fœdissima senibus est, quid mali gignat, si fuerit in sene, nu. 4.*
Mulierum accessus abigit habitationem Dei, ibid.
5 *Pro literatis præsumitur.*
Gradus secundus in inæquali linea etiam Iudæis interdictus, ibid.
Credere omnibus, & nulli credere, utrunque malum, ibid.
Innocens pro fatuo, ibid.
6 *Inquisitio præparatoria qualiter fiat, & nu. 9.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Senili ætate non semper præsumitur.
In senectute quandoque non expiatur, quod labis quis in iuuentute contraxit. §. 1.
Odorem, quo testa semel imbuta est, seruabit diu, ibid.
9 *Additio glossarum.*
Procurator in denunciationis causa potest interuenire, ibid.

CAPVT XV.

1 SVm in iuuentute. Casus. In senectute † non præsumitur incontinens, qui in iuuentute continuit, & præmittit exordium circa excusatione me piscopi. secūda ibi, Licet, ponit delationem ipsius. 3. ibi, Quia tamen, ponit delationis repulsionem, & causam. 4. ibi, Sed ut, inquisitionis commissionem. 6. ibi, Qui nobis, inquisitorum relationem. & vt dicit glo. penul, pars huius de pur. cano. cum iu iuuentute [*Meruerit*] de gratia speciali, cum
2 † alias non pallientur, nisi archiepiscopi, de usu pallij, nisi, Pe. [*Decorari*] noo. dist. rationis. nec debent illo ornamento decorari moribus indecori. e. dist. contra morem, Go. [*Credendum*] ad Rusticum. 2. glo. non est facile malum de perfecta ætate credendum, quam præterita vita defendit, & honorat vocabulum dignitatis [*iugum* † *domini*] tale igitur iugum dissoluit libidinis fœtor: quia secundum Hiero. non potest toto corde habitare cum deo, qui mulierum accessibus copulatur. 2. di. hospitiosum, ad idem de cleri. cōiugatis, quòd à te,
4 & c. diuersis [*Experietur*] Sene. cum † cætera uitia cum homine senescant, sola auaritia iuuenescit. Tulius lib. de senectute. C. præclarum munus ætatis: aufert quidem nobis, quod est in adolescentia uitiosissimum, libidinem. s. corporis. Tullius li. 1. de officijs. ca. 13. cum omni ætati sit turpis, senibus maximè fœdissima est. & subdit duplex in ea malum: quia senectus deducus concipiet, & facit adolescentium impudentiorem intemperantiā. Sen. decla. 2. adolescens luxuriosus pec-
5 cat: senex luxuriosus insanit. de auaritia dicā, infra de præben. auaritiæ [*Literarum*] not. præsumi † pro literatis, ad idem, supra de procu. in nostra [*Ethnicorum*] i. gētilium, de iudi. nouit, uer. sed cum dominus. unde nec Iudæi in tali gradu contrahunt, s. secundo in linea inæ quali, ut no. de diuor. gaudemus [*Inclinare*] Seneca, utrunque malum est omnibus, & nulli credere, & innocēs. i. fatuus credit omni uerbo, ut 22. q. 4. innocēs, Go. [*Ex deo*] primo. Io. 4. c. [*Episcopo*] & collegis, uel dic,
6 ut infra [*Crederent*] licet nescirēt. fuit † enim hæc inquisitio præparatoria inquisitionis faciendæ super uerita te, si apparuisset infamia. & sic de credulitate & opinione istorum, & nō de ueritate inquirebatur, uel indagatio fiebat [*Qui*] s. episcopus, cui commisimus inquisitionem, & collegæ. uel qui. s. coepiscopi, à quibus
7 inquiri mandamus. ¶ *In † glo. 2. ibi. §. a barbaris*] uide de purga. cano. cap. 1. super gl. pe. [*& ibi. §. 1.*] uide de pro-
8 ba. cum causam, super glo. 2. ¶ *In † glo. 2. in fi.*] Io. & tamen sœpe mentiuntur antiqui, de sacra unc. c. uno, in fi. ¶ *In † glo. 3. ibi, senen.*] & alibi, quiesce miser sene. x. 76. di. tanta, & laqueus iuuenum omnes uos, & maledictus puer. & c. 2. q. 7. Paulus, Gof. [*& ibi, Inueterat.*] idem no. 1. q. 1. quibusdam. Horatius epistol. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem, testa diu. ¶ *In † glo. denunciando*] super eodem verbo adde idem Innoc. quo
a casu. potest interuenire procura de testibus, ex parte[a]
9 Adæ. ¶ *In † glo. penulti. ibi, facienda*] imò uidetur hic probari contrarium. sed dic, quòd hic commissa fuit non solēnis inquisitio ueritatis, sed occulta indagatio credulitatis, & famæ [*Et in fi.*] dic ut infra de purg. cano. cum dilectus, in glo. penul.

ANNOTATIONES.

a ¶Ex parte. Contra hoc facit: quia cum sit heresis: tamen quod post pœnitentiam impendit, reddit excurionem, vt no. Ioan. And. in c. nisi, super glo. ex loco, non interuenit procu: etiam si ciuiliter agitur, ut no. in c. inquisitionis, in prin. infra de accusationi. de dolo. & contu. ueritatis, super glo, quilibet, & de accu, qualiter, el. 2. §. debet, super uersi. illi.

SVMMARIVM.

1 *Idoneus si fuerit, cum scribitur, non tenetur idoneum se probare, uide nu. 5. & 11.*
2 *Pro scholare rescriptum impetratum super obtinendo beneficio, nalet.*
Scholaris quòd non sit, an possit opponi contra eum, ibid.
3 *Ad recipiendum quem in clericum & in fratrem in ecclesia ex uti rescripti, an sit exceptio dilatoria.*
Contra rescriptum admittitur exceptio ante litis contestationem, quando ex eo nascitur actio, ibid. eius forma attendenda, nume. 5. in fin. & quando eius effectus impeditur, nu. 6. 7. 9.
4 *Executor literarum apostolicarum ad beneficia recusari potest, & quo*

& quo casu, & de eius potestate & processu & officio, nume. 5. 6. 7. & 9.
5 *Si idonea persona fuerit, hæc uerba non sonant conditionem, sed potius monitionem, & quid faciant.*
Excommunicationis sententia lata non seruata conditione rescripti quando non teneat, ibid.
Conditionem in rescripto gratioso quæ sonent, ibid. & num. 10. & an sit examinanda ante executionem, & qui ordo seruandus, nu. 6. 7. 9.
6 *Prouisionis beneficij rescriptum antequam sortiatur effectum suum, quando de potestate rescribentis sit quærendum.*
Prouisio & electio secunda quādo teneat, ibid. uer. unde & cōstat.
Prouisione commissa uidetur & ea concessa, sine quibus non potest commodè, uel rectè fieri, ibid.
Ordo an & quis obseruandus ab executore gratiæ beneficij, ibid. & num. 7. & 9.
7 *Processus executoris gratiæ duplex, & quis sit uterque cum differentijs utriusque.*
8 *Principale si committitur, & accessorium uidetur commissum, & quando, & nu. 6.*
Subintelligantur quæ in rescriptis, ibid.
10 *Clausula, quòd si non omnes &c. habere conditionem, quæ seruari debet, intelligitur.*
12 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 13.*
Soluendo non esse ecclesiam qui dicit, an ei incumbat probatio, & nume. 14.
Bonæ fidei quis esse præsumitur, nisi contrarium probetur. §. 2. & num. 15.
14 *Additio glossarum.*
Facultates ecclesiæ quando præsumantur sufficientes, ibid. nu. 14.
Ecclesia non debet fundari nisi cum dote sufficienti saltem duabus, ibid.
15 *De examinatione electi ubi tradatur.*

CAPVT XVI.

1 DVdum: Casus. Is, pro † quo beneficiando scribitur cum clausula, si idoneus fuerit, se non tenetur probare idoneum, cum idoneus præsumatur. Et pars prima ponit partis querelam 2. dat iudicē ibi,
2 causam nobis [*Scolarem*] ualet †, ergo rescriptum[a] im
a petratū à scolare super beneficio obtinendo, de quo remittit Host. de transact. ex literis. & an posit contra illum opponi, quòd non sit scolaris, uide in specula. de rescript. præsen. §. ratione autem impetrantis, uer.
3 sed ubi scribitur pro scolare [*Recipi* † *faceret*] Dixit hic Inn. quòd hæc exceptio nō erat proponenda in uim declinatoriæ, sed differenda in negocio principali, ar. ff. ad exhi. l. 3. §. ibidē, de foro compe. ex parte, & si tūc proponeretur, esset ligitima, de insti. c. 1. q. d. Innocen. secundum Host. quòd est peremptoria hæc exceptio, per quam non debet litis contestatio retardari, de litis contest. c. 1. lib. 6. sed dicit Host. q̄ salua sua reuerentia hoc fallit, quando ex rescripto. contra quod obiicit, nascitur actio. quo casu admittitur exceptio ante litē
b contest. ut ibi no. & patet ex sequenti glo. [b] [*Declinans*]
4 ex his, quæ sequuntur. sed Boa. dicebat, q̄ † recusabat illum, quod poterat, si assumebat partes iudicis: aliàs non, de hoc infra de appell. nouit. & secundum eum forte alias exceptiones proponebat sub protestatione, si recusatio non procederet, tene quod prius dixit [*& infra*] deciditur, quod presbyter dicebat, quòd clericus, ex quo in rescripto dixerat se idoneum, hoc p-
5 bare debebat [*Si persona*] hæc uerba † non sonant conditionem, sed potius monitionem, ut s. id fiat, quod
c de iure fieri debet. si. de testa. tu. l. muto. §. [c] 1. ff. de uerbo. obli. si decem, supra de ele. significatti, ubi de hoc. sed nec præstant nouam formam mandato. imò potius executorem instruunt, ut sciat, qualiter personæ sit prouidendum. sic, supra de elect. ecclesia. 2. ideò uidet, quòd & si minus idonea persona sit, pro qua scribitur, tenebit tamen ei facta prouisio. & etiam tenet excommunicationis sententia hac occasione lata, licet sit iniusta: quia executor, cui scribitur, bene habet in his iurisdictionem: secus esset, si talis esset clausula, quæ cōditionem adiiceret, ut si diceretur, prouideas Petro in tali ecclesia, si de uico illo sit oriundus. hæc enim bene est conditionalis clausula, & certam formam mandato adiicit. & ideò, si Petrus non de illo vico, sed de alio sit oriundus, non ualebit prouisio ei facta, nec tenet excommunicationis sententia ob hoc lata: quia forma rescripti limitata fuit, quam non licuit egredi delegato, ut patet in eo, quod leg. & no. su
6 pra de rescrip. cum dilecta. §. fin. Quid si talis † petat, quòd sua prouisio ante omnia sortiatur effectum, nū quid est audiendus? uidetur quòd sic, argu. infra de appel. constitutis. 2. fi. Tu uerò dicas contra. nam si obiiciatur hoc fieri non debere: quia ille, qui prouidit ei, nullam potestatem habuit prouidendi; patet, quòd hic cōtenditur de fundamento iurisdictionis. i. an is, qui ei prouidit tāquam delegatus, potestatem habuerit prouidendi, & ideò de hoc quærendum est ante, quàm prouisio, quæ iurisdictioni accessoria est, sortiatur effectum, argumen. supra de offic. delega. cum in iure, & de fide instrumen. inter dilectos. §. cæterū,
d uersi. fi. cum suis concor. [d] aliud est in dicta decre. cōstitutis: quia ibi non contendebatur de fundamento iurisdictionis: imò constabat, quòd episcopus potestatem confirmandi habebat: sed dicebatur, quòd cōfirmatio iniusta erat. secus est ergo in quæstione proposita: quia iurisdictio sub conditione nulla est, nisi conditio existat. ff. de uerborum signi. cedere diem. unde & constat, quòd prouisio à tali executore facta nulla est ipso facto. in quo casu. s. quandocunq; prouisio fit ab illo, de quo constat, quòd ipsam facere non potest: quia nullam habet super hoc potestatem; regulare est, quòd non obstante tali prouisione, uel etiā appellatione ad tuitionem ipsius facta tenet secunda prouisio, siue electio, dummodò fiat ab illo, uel ab illis, qui uel à iure, uel ex superioris delegatione in ueritate potestatem habuit prouidendi, uel eligendi secūdum Inno. ut patet in eo, quod le. & not. supra de sup. negli. præla. c. fi. sed si aliàs nulla sit electio, puta quia facta est scienter de indigno, dummodò facta sit ab illis, qui potestatem eligendi habent, non transfertur potestas eligendi ad secundos, ad quos de iure communi eligere pertinebat, neq; ad alios delegatos, si q sint, qui haberent potestatem consimilem prouidendi: imò ad primum tamen delegantem redit hæc potestas, ut not. infra de excess. præla. inter dilectos. §. præ
e terea. [e] uerumtamen circā hæc mandata notandum est, quòd utroque prædictorum duorum modorum
f illi, cui scribitur prouideri, s. si sit idoneus, [f] uel si sit de tali uico oriundus, in utroque casu is, cui scribitur, si uoluerit, merus esse poterit executor. unde sine ulla causæ cognitione statim de uacante præbenda poterit prouidere. sed & licet sit merus executor; potest tamen, si uult, assumere partes iudicis, uidelicet ut inquirat, an pro quo scribitur, sit idoneus, uel an sit de uico illo oriundus: & hanc inquisitionem facere poterit, non uocatis, uel etiam uocatis partibus, & aliis, quos res tangit, sicut magis eligerit hoc, uel illud, dūmodò ille iurisdictionem habeat, qui hanc prouisionem faciendam commisit. nam commissa prouisione uidetur omnia alia, sine quibus non potest cōmodè, uel rectè fieri prouisio, commisisse, argumen. ff. de iurisdictio. om. iudi. l. 2. supra de offi. delega. præterea, cum suis concor. Item quia sicut ipse delegans, si hoc non commisisset, utroque prædictorum modorum per

rum per se procedere poterat, & sic delegatus suus, ar.
7 93.di.c.fin. Est † autem differentia inter processus isto-
rum modorum. s. prouidendo sine causæ cognitione,
in hoc casu, si appellatũ non fuerit, poterunt hi, quos
res tangit, etiam post 10. dies contra prouisionem hu-
iusmodi obijcere, quicquid placet, infra de ap. consti-
g tutis. 2. §. fina. & nota. supra de causa pos. cum olim,[g] &
de quod dicam de his, quæ fiunt à maio. par. ca. c. 1.
super ver. obiectum. Si autem processit iuxta secundũ
modum, s. inquirendo de meritis personæ, & postea
prouidẽdo, tunc his, quos res tangit, adeò præiudica-
tur, ꝙ nisi à tali ꝓuisione, infra 10. dies appellauerint,
non sunt contra ipsam vlterius audiẽdi, ut patet in eo,
quod legitur & no. supra de elec. cum dilectus §. 1. ver.
si. secundum Innocen. quod intelligi potest, quando
præsentes fuerunt, uel absentes etiam non uocati, ex
quo cum primò sciuerũt factam prouisionem, infra
h decendium non appellauerunt.[h] Alioquin contra. ff.
quæ sententiæ sine appellatione rescin. l. 1. §. item cum
ex eo edicto. Si uerò uocati fuissent & contumaces,
tunc appellantes non audirentur. 2. q. 6. §. sunt quorũ,
8 24. q. 3. de illicita, ad finem. eodem † modo uidetur se-
cundum Inn. quòd si cui mandetur simpliciter, vt tali
prouideat de tali præbenda, esto quòd non sit ibi talis
clausula, si est idoneus, uel cõsimilis, talis tamẽ execu
tor potest sibi assumere partes iudicis, & hoc ratione
prædicta, & quia cui committitur principale, & acces-
sorium, supra de of. dele. prudentiam. §. pe. & fi. secun-
dum Inno. imò est & melior ratio secundum Hostiẽ.
quia. s. hæc clausula & quælibet alia, quæ per ius scri-
ptum confirmari potest, subintelligitur, etiam si non
apponatur, vt patet in eo, quod le. & no. supra de re-
scrip. cum adeo, & c. causam quę: secus, si ministerium
esset ei commissum, vel executio mera, vt patet in eo,
quod le. & no. supra de of. dele. pastoralis. §. quia verò,
& c. quoniam apostolica sedes, in fi. Alij † verò melius
uidentur distinguere secundum Inno. in secundo ca-
su. s. ubi uerba non sonant in monitionem, sed in con-
ditionem, vt quando mandatur alicui prouideri, si de
tali loco sit oriundus, uel in theologia ascendit cathe-
dram magistralem. nam si per tales literas ius alicuius
tollitur, uel ei præiudicatur, ut puta quia ad episcopũ,
vel capitulum pertinet prouisio, à tali executore pro-
uideri non potest, nisi uocatis partibus, siue his, quos
res tangit, præcedat cognitio super cõditione, arg. 26.
q. 2. & si non cognitio, supra de rescrip. cum cum dile-
cta. & idem videtur dicendum, vbi aliquis mandat ali-
quem citari ad extraordinarium iudicium, uel ultra
duas dietas pro eo, quòd coram ordinario iudice ti-
met propter potentiam aduersarij litigare, ut le. & no.
infra e. gloss. uer. & idem est in citatione, & sequen. &
idem est, si mandatur fieri inquisitio contra aliquem,
si repertus fuerit infamatus, infra de accu. cum opor-
teat. §. discretioni, ubi de hoc. & idem in similibus est
censendum. Inn. supra de rescrip. inter cęteras. s. quòd
ubicunque clausula, vel conditio in rescripto præam-
bula est, primo oportet ipsam examinari & diffiniri in
presentia partium, quàm super eo, quod principaliter
committitur, & quod dependet ex conditione, siue
clausula, procedatur. & hæc uera sunt, nisi forte con-
ditio, siue clausula sit notoria. tunc enim non esset
necessaria examinatio, nisi forsitã ad cautelam, ut pa-
tet in eo, quod le. & no. supra de elec. bonę. 1. §. contra
legati, uer. 1. & de filijs presby. quoniam. §. fi. hoc tamẽ
ipsum exprimendum est in relatione, vel interlocuto-
ria præsentibus partib⁹ expedita, ut sic nemo ulterius
contradicere ualeat, nisi fuerit appellatum. 2. q. 6. §. bi-
duum. Si uerò per huius literas nec ius alicuius tollit,
nec alicui fit præiudicium, ut si episcopus, ad quẽ per-
tinet prouisio, mãdet alij quòd prouideat, si de tali lo-
co sit oriundus, in tali casu bene tenet prouisio, etiam
si super conditione inquisitio non sit facta, & etiam
si partes non uocentur: quia nec possunt esse partes,
ubi nullus alius se in prouisione asserit ius habere. &
si dicas, imò fit præiudicium ecclesiæ, cui magis expe-
diebat habere ortum de loco, quà extraneum, respõ.
quòd istud hi, qui contradicunt, nõ possint oppone-
re contra prouisionẽ delegati, sicut nec istud possent
opponere contra prouisionem delegantis. uel dic, ꝙ
& si prouisio delegati, qui formam non seruauit, nul-
la sit ideò: quia non seruauit formam, non tamen fuit
necesse uocare partes, quãdo prouisum fuit. uide qđ
dixi de transla. cap. fi. ad fi. In præmisso etiam casu, in
quo diximus partes esse citãdas, non intelligas, quòd
in examinatione conditionis, siue clausulæ debeat li-
bellus offerri, uel lis cõtestari, uel alius iudiciarius or-
do seruari: imò tantum de plano expedietur, infra de
spõ. cum in tua diœce. tu dic, quòd siue uerba sonent
in monitionem, siue in conditionem, semper etiam
nulla cognitione præmissa tenet prouisio facta dele-
gato: quia in hac prouisione non fungitur uice iudi-
cis, seu prouisoris, supra de elec. uenerabilem. §. obie-
ctioni. 1. respõ. & uer. exercuit. & idem est in citatore,
cui mandatur, quòd citet aliquem, si propter poten-
tiam suam non potest aduersarius corã ordinario iu-
sticiam habere. hoc non fungitur officio iudicis, sed
potius citatoris, & ideo nullum ordinem iudiciarium
seruare tenetur secundum Innoc. secus uidetur, si sub
eadem conditione committatur causa aliqua audien
da, & decidenda, quod dic vt l. & no. supra de fo. com-
pe. licet. & idem in cæteris similibus est dicendum. ta-
men si conditio, uel monitio non est uera, cassabitur,
siue cassatum denunciabitur, quicquid fuerit per pro
uisionem huiusmodi attentatum tanquam per obre-
ptionem obtentum, ut patet in eo, quod leg. & no. in-
fra de re iudi. cum olim. §. fi. uer. & ei licet absenti. po-
test tamẽ prouisor, si vult assumere sibi partes iudicis,
vt dictum est, & ar. infra de conces. præben. proposuit.
in quo casu si contradictor opponat, ꝙ conditio, si-
ue clausula apposita non est uera, & prouisor hoc nõ
admittat, cum sibi assumpserit partes iudicis, & non
admittat, quod admittere debet, nec ordinẽ iuris ser-
uet, iustè ab eo poterit appellari. Alij uerò dicunt, ꝙ
ex hac causa, ꝙ non seruat ordinem, appellari non po
test, cum nec ipsum seruare teneatur: quia hanc exa-
minationem ad suam tantum instructionem facit, &
in ea summariè procedit, arg. ff. de re iudi. à diuo Pio.
§. si reũ, & in eo, quod legitur & no. supra de foro cõ-
petenti. c. 5. & ideò etiam non est hic necessaria sentẽ-
tia: sed sufficit, ꝙ iudex super hoc sit instructus. & sic
fallit hæc regula, quæ traditur. ff. de iudi. de qua re. su-
pra de causa posses. cum super, in fine. Sinautem in li-
tera diceretur, Si tibi constiterit, quòd sit de tali loco
oriundus, tunc ubi per prouisionem iuri alterius de-
trahitur, non potest de hoc constare nisi partibus prę-
sentibus. & ideò: quia talis uice iudicis fungitur, si nul-
la prẽmissa cognitione procedat, processus huiusmo-
di non ualebit,[i] licet aliqui contradicant, ꝙ si per pro
uisionem nullius iuri detrahitur, puta quia ad delegã-
tem pertinet prouisio, tunc ualet, quod facit, etiam si
nulla præcedat cognitio: quia prædictam cognitionẽ
uidetur ei committere non tanquam iudici, sed tan-
quam bono & discreto uiro. quando autem vt iudex,
uel inquisitor procedit, tũc verum est, quod debet ser-
uare ordinem iudiciarium, & primo de conditione
inquirere, quàm in principali procedat, infra de ac-
cu. cũ oporteat, & supra de rescrip. cum dilecta. ut pa-
tet in eo, quod legi. & no. supra ea. glo. uer. & idem ui-
detur dicendum, ubi aliquis mandat, & sequen. & idẽ
in similibus, ut ibi no. licet aliqui contradicãt. In clau
sula

10 sula † verò, illa, quæ in literis consueuit apponi. s. Quòd
si non omnes &c. certa forma conditionis data intel-
ligitur, quam & seruari oportet. quod dic, ut le. & no-
supra de rescrip. sciscitatus, & de of. deleg. 1, respõ. §. 1.
secundum Innocen. hanc glo. breuius collegi in Cle.
11 de offi. deleg. c. uno [*Præsumatur*] non † solum iste cle-
ricus, sed etiam quilibet baptizatus, ar. 1. q. 1. Christus.
remittit Hostien. ad ea, quę no. de seru. cap. uno, sed di-
cit Pe, maximè de clericis præsumẽdum, alleg. no, q. 7.
quærendam, & eadẽ q. terminationes, & c. si quis epi-
k scopus, quæ uidentur contra: sed ibi soluunt.[k] ¶ Pri-
12 ma † glo. quærit, & soluit, solutioni alle. contrarium.
¶ Vltima glo. alleg. duas concor. inducit simile, obij-
13 cit, & remittit, quærit, & soluit ¶ *In † glo. 1. omnimodo*] p-
bandus est filius ingratus: quia præsumitur gratus [*& ibi. §. rogo*] vide de testi. licet uniuersis, super. 3. gl. [*& ibi, Ex persona*] ex persona collegæ aui mei non conuenior
si probo illum tempore depositi officij fuisse soluen-
do. ¶ *In glo. 2. ibi, si cui*] uide in proę. super glo. fi. [*& ibi, Quamquam*] vide de elec. causam, super. 3. glo. ¶ *In ult. glo. ibi, super seruis*] uide de testi. præsentiũ, super tertia glo, [*& ibi, cõtra, qui propriam*] si nego scripturam propriam,
uel pecuniam numeratam, necesse est id probari. ¶ *In*
14 † *glo. 1. illi*] qui dicunt hoc uerum, quando iuxta soli-
tum modum & numerum, & intra illum petit quis
recipi. Si uerò ultra, tunc ipse probet facultates suffi-
cere, & sic præsump. præcedentis status transfert pro-
bationem in reliquum, ad hoc de conces. præben. ex
parte, in fi. de præscrip. cap. primo, lib. sexto, quod no.
ut ec. bene. cap. uno, in prin. 5. glo. & l. hic in fi. alle. sed
in id, quod no. de reg. iu. semel malus, lib. 6. Si uerò prę
cedens status ecclesiæ non apparet, infra numerũ
beneficiorum præsumam pro impetrante, cum eccle
sia non debeat fundari nisi cũ dote, quę sufficiat duo-
bus ad minus, de conse. di. 1. nemo, de ui. & hone. cle-
rico. ut quisque ultra illum numerum probet impe-
trans faculates sufficere [*Et in fi.*] dicebat Hosti. quod
solutio colligi poterat ex no. de elec. bonæ. 1. super fi.
glo. de negatiua ibi uide alle. etiam de transla. c. 2. uer.
15 & quòd non est. ¶ *In glo. ul. ibi, quòd † examinabit*] serua-
l ta[l] in dignitatibus forma decr. de elec. si forte, lib. sex-
to, si euidens dicatur defectus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Rescriptum. adde ea, quæ habeatur in c. postulasti, de rescri. & ibi per d. Feli. & Hosti.

b ¶ Sequenti glo. Vide Io. And. de rescrip. constitutus, & quod no gl. quæ incip. uidetur, quòd peremptoria, de lit. contesta. cap. 1. li. 6.

c ¶ Muto. §. 1. Ibi uide Barto. & plenius in l. hæc uerba, ff. de le. 1. & in l. 1. ff. de condi. & demon. potest tamen id, quod tacitè inest ex mente, exprimi, quod faciet conditionem, uide. l. in conditionibus §. 1. ff. de condi. & demon.

d ¶ Cum suis concor. Pro hoc facit, quod notat glo. no. in Cle. 1. de seque. poss. & fruct. quæ est gloss. fina. & ibi per moder. & quod no. Bar. in l. 1. ff. quod ui, aut clam, & Bal. in l. si quis filio. §. quod si quis, ff. de iniusto, rup. & ir. testa. in contrarium facit quod no. glo. quæ incip. aliàs appellasse, versi. duo.

e ¶ Præterea. Ibi vide plenius Io. And. super glo. unde non. & an ex negligentia executoris ad alium fiat prouisionis deuolutio, & ad quos, uide in Cle. si de beneficio, in glo. si quid, de præben.

f ¶ Idoneus. & regulariter quilibet præsumitur idoneus. adde Inno, in c. dudum, el. 2. in 2. & penul. colum. de elec. Pe. de Ancha. in consi. 254.

g ¶ Cum olim. Ibi vide Ioan. And. in glo. sua mag. & facit, quod no. Ioan. And. de dec. quòd sicut, post glo. & in c. accedens, de accu. in glo. dicit Hostien. & uide glo. & super illa Ioã. An. quæ incip. olim dicebamus, in c. fina. de ele. lib. 6.

h ¶ Appellauerunt. Ex quo enim ordine iudiciario executor processit, necessaria fuit appellatio: secus, si non assumpta aliqua inquisitione prouidit: quia tunc cum actus sit extraiudicialis, non fuit appellatio necessaria, uide Ioan. An. de causa pos. cum olim, in sua glo. ma. uersi. si dices, & in c. ad aures, super glo. 2. de tempo. ordi & uide Bal. in l. certum, C. unde leg.

i ¶ Valebit. secus, si in rescripto diceretur, si reperieris: quia istud rescriptum bene sonat in suam simplicem iurisdictionem. vide Lapum in Cle. 1. de offi. dele. & uide ste. ha. & mod. r. in Cle. 1. de conces. præben. & Oldra, in consi. 34.

K ¶ Soluuntur. Quilibet præsumitur bonus: quia ista est quædam qualitas à natura: sed an diues, uide in l. si uerò. §. pro rei qualitate, ff. qui satis. cogan. an maior, uide in c. infamibus, per Ioan. An. de re. iur, lib. 6. & uide no, glo. de ista præsumptione bonitatis in c. si forte, de elec. lib. 6. & in l. si prius, de no. ope. nunc. ff. per Bar. & Din, in c. semel, de re. iuris, lib. 6.

l ¶ Seruata. Licet quilibet præsumatur idoneus qualitatibus intrinsecis, & cum quibus nascitur, tamen promouens, vel confirmans de illis ex officio inquirit, uide in c. si forte, per glo. de elec. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio tituli.*
Ad iuramentum recurritur in defectum probationum, ibid.
eius effectus, ibid.
2 *De eo ubi alibi, quàm in hoc titulo tractetur, quando quis cogitur seruare, nu. 4. 5. 6.*
3 *Iuranti quando creditur, quando non, casus quidam.*
4 *Iurare quibus casibus cogatur, & quibus non.*
5 *Iuramentum an non obstet impetranti, & quando non punitur non seruans, uel deierans, nu. 6. absque eo respondet sinditi positionibus, nu. 7.*
7 *Non defertur à procuratore non habente speciale mandatum.*
Laicus ratione iuramenti conuenitur in ecclesiastico foro, ibid.

De iureiurando, Rubrica.

1 ¶ Diximus † de probationibus: sed quia in defectum
a probationum recurritur ad iuramentum,[a] qui finis
est litium, infra c. & si Christus, ante medium, & alibi,
maximum remedium expediendarum litium iura-
mentum. ff. e. l. 1. ideo post tractatus &c. Gof. & habe-
tur materia in causa. 22. per totũ. ad idem. 15. q. 6. alius,
cum duobus capitulis sequen. 35. q. 6. per totum. Re-
2 petitur † autem in. 6. & in Clemen. multa iura conue-
niunt huic rubricæ, quorum propter breuitatẽ omit-
titur specificatio, sed illa tradã per quatuor membra,
& erit primum de creditur, uel non creditur. secundũ
erit de cogitur, vel non cogitur. tertium erit de obstat
uel non obstat. quartum erit de punitur, uel non pu-
3 nitur. Ad primum † creditur iuranti, quod me. cau.
cap. fi. de testi. præsentium, & c. vltra tertiam, de excep.
pastoralis, de despon. impuberum, continebatur, qui
ma. ac. pos. cap. fi. de sen. excommuni. si uerò secundo,
& li. 6. de rescrip. statutum. §. cum uerò, uer. sed &, de
ele. ut circa. §. super huiusmodi, & c. nulli, in fi. non cre
ditur, de cler. pere. cap. 2. de re. in inte. ex literis, de pro-
ba. posuisti, & c. ad nostrã, de reg. uidua, & Cle. de elec.
4 constitutionem. §. cæterum cogitur † quis iurare, de
ele. significasti, de maio. & obe. cum in ecclesijs, de te-
stibus, & c. nuper, de desponsa. impuberum, attestatio-
nes, de Iudæis, significauit. 1. respon. de hære. excom-
municamus. §. moneantur, & §. si qui, & in 6. eo. ti. ut
officium, in fi. de elec. ubi periculum. §. super his, & c.
ut circa, uer. si coram, & c. is qui, de iura. calum. cap. 2.
in fi. & Cle. de reli. do. quia cõtingit. §. illi etiam, de ma-
gi. cap. 2. de hæreti. cap. 1. §. porro, non cogitur, de fe-
rijs. cap. 1. de proba. cap. 2. de coha. cleri. clericos. Item
cogitur seruare iuramentũ, quod me. causa. cum dile-
ctus, de sponsa. ex literis, 2. & c. cõmissum, & se. de pac.
cap. 2. lib. 6, Non cogitur seruare, de elec. venerabilem,
de spon. cap. 2. & c. de illis, & c. requisiuit, & c. sicut, de
hæreti. c. fi. de homi. cum iuramento, de no. ope. nun.
cum ex iniuncto, de re iudi. apostolicæ, in fi. uer. om-
nis, lib. 6. Item cogitur exigens absoluere, de arbi. c. 2.
5 de censibus, grauis. ¶ De † tertio. s. quòd ob. iuramen-
tum quandoque impetranti, de rescrip. constitutus:
quandoque iuranti, de renun. super hoc, de accu. ue-
niens,

niens, de si, c. pen. Item non ob. nec deierat, de renun. cum inter. P. de cleri. non resi. ex parte, de pigno. significante, de dona. per tuas, de eccl. ædi. cap. ult, & in 6. de sup. negli. præla, grandi, de offi. ordi. quia plerique de
6 † quarto. s. quòd punitur non seruans, uel deierans, de rescrip. cap. 2. de ele. venerabilem, de tempo. ordinan. dilectus, de præscri. si diligenti, ver. si uerò, de fideius. peruenit, de excess. prælato. grauem, de re iud. ad apostolicæ, uersi. deierauit, lib. 6. non punitur non seruans in casibus, quibus non ualet, ut de maio. & ob. dilecti, de foro compe. si diligenti, de testibus, intimauit, & c. constitutis, infra de testi. co. c. fi. de his, quę fiunt à maio. parte cap. c. uno, de reg. veniens, de spon. ad audientiam, de accu. olim, de his, quæ fiunt à maio. parte ca. c. 2. de consue. cap. primo, lib. 6. de elec. ubi periculum §. qui autē, de rebus ec. non alie, hoc consultissimo. §.
7 contractus. ultimo † conueniunt iura dicentia, quòd procurator non habens speciale non defert iuramentum, de procura. ad agendum, in fi. li. 6. q laicus ratione iuramenti conuenitur in ecclesiastico foro, de foro compe. cap. fi. quòd syndicus collegij sine iuramēto respondet positionibus, de testi. cap. secundo, uer. sine iuramento, eo. libro.

ANNOTATIONES.

a ¶Iuramentum. Vide Bald. hic, qui ponit de multiplici genere iurameuti,

SVMMARIVM.

1 *Superscriptio huius tituli cuius esse debeat.*
2 *Iuramentum præstitum homini relaxatur ab homine.*
3 *Additio glossarum.*

CAPVT I.

1 EX administrationis. Breue est. & licet † quidam habeant in superscriptione Gre. no. uera, sup. est Gre. III. & in antiqua erat oīb⁹ Christianis: quo respectu ponebant antiqui ultimam gloss. [*Præstita*] per debi-
2 tores, uel fideiussores ipsorum [*Relaxanda*] ergo † iura-
a mentum præstitum homini relaxatur[a] ab homine; infra de spon. cap. 2. ubi dicam de hoc [*Cogatis*] si. supra de testi. co. uenerabil⁹. Inno. ¶ *In † glo. 2. ibi, excommunicatione*] uel interdicto. ¶ *In glo. ulti. in prin.*] dicebat Hosti. & possunt hoc facere omnes episcopi tanquam &c. [*& ibi, Ad abolendam, in fi.*] & de sta. re. c. uno. §. pe. lib. 6. [*& ibi, Ordinarij*] supra de of. or. licet, Gof. [*& in fin.*] Ala. & est si. infra de censi. significauerit, in fine.

ANNOTATIONES.

a ¶Relaxatur Adde tex. in c. 2. de renun. & in c. significauit, de censi. cap. 2. de sponsa. & Bal. in auct. quod ei, C. de nup.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non ualet præstitum à prælato de non repetendis rebus ecclesiæ, & an ab alio præstitum, num. 2.*
2 *Repetere quid non iurans quin repetere possit.*
3 *Contra iuramentum proprium non datur restitutio, sed absolutio, contra uerò alienum restitutio.*
4 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 5.*
Absolutio hic qualiter intelligatur, ibid. nu. 5.

CAPVT II.

1 PEruenit. Casus. Non valet iuramentum præstitū à prælato de non repetendis rebus ecclesiæ. Cōmunis diuisio. 2. ibi, Cognita [*Rebus*] etiam
2 si proprijs, nedum ecclesiæ rebus quis spolietur, iurans non repetere, absoluitur à iuramento, vt illas repetere possit, & sic intelligitur & infra eo. si uerò, & c. uerum. Si uerò sine uiolentia & dolo abiurauerit res ecclesiæ, tunc superior uel faciet prælatum, qui iura-
a uit hoc, absolui:[a] vel dabit curatorem bonis, [b]vel pro-
b videbit aliter, prout melius poterit, vt ecclesia res suas recuperet, & iurans non ueniat directè contra iuramentum, ar. ff. de negocijs ge. atqui natura. §. cum me absente, infra e. debitores, & c. ad nostram. 1. & 2. & c. quemadmodum. quòd si per alium recuperari non possunt res ecclesiæ, quàm per abiurantem, tunc etiā eidem dabitur licentia repetendi: quia iuramentum illud non potest seruari sine interitu salutis illius, qui iurauit, infra e. si verò, & c. tua, secundum Inn. sed Hostien. dicit, q⁹ uerior est ratio: quia talia iuramenta &c. infra e. sicut nostris, & secundum Innoc. idem dicendum est, si tutor iurauerit non repetere res pupilli. sed si res proprias quis iuret non repetere, tenetur seruare hoc iuramentum, supra quod metus causa, ad audientiam, & uide quod post Iunocen. dixi eo. ti. ad aures, super glo. secunda, no. etiam † Innoc. & post eum
3 Hosti. quòd contra proprium iuramentum nulli datur restitutio in integrum, sed absolutio tantùm: contra iuramentū uerò præstitū ab alio bene datur restitutio. ff. de iureiurando, nā postea. §. si minor (cōtumelia). i. iniuria, Gof. [*cōstringi*] quin possumus absoluere secūdum unam lecturā, uel proprie secundum aliam.
4 ¶Secunda † glo. ponit duas opiniones, secundam ap-
5 probat, & huic decre. dupliciter respondet. ¶ In † glo. prima, in fi. & tunc uerbum, Absoluimus, stat propriè secundum Hosti. ¶ *In glo. secunda ibi, de rebus ecclesiæ*] & à spoliato, arg. de restitu. spoli. solicitè, & à compulso [*& ibi, ut ibi dicitur*] & 15. quæstio. 6. auctoritatem, & 22. q. 3. inter cœteras [*Et in fi.*] uel absoluimus à peccato, non ab obsecratione, ad quam non tenebatur, Innocen.

ANNOTATIONES.

a absolui. Per illum, cui iurauit, quæ propriè est relaxatio. supra e. proxi. uel absolui à iuramēto in foro ecclesiastico, quæ etiam quo ad bona ecclesiæ est relaxatio: quia nō obligatur, ut in summario.
b ¶Bonis. De natura, & officio huius curatoris uide in l. 1. & 2. C. de cur. bo. dā. & ibi per Barto. an ex officio dari possit: alibi tamen dicitur, uacanti eccle. dari defensorem, in capitulo primo, de re. ec. non alie. lib. 6. ubi uide.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc ut intelligenda.*
2 *Votum commutari potest, & quando, & cuius auctoritate. Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 4.*
3 *Fidem seruare quibus non liceat casibus, & num. 5.*

CAPVT III.

1 PEruenit. Se sumat, duo dicens. 2. ibi, Nec tu. & Ab. dicebat † primam partem exemplificandā per dec. sicut, de spon. secundam per decre. constitutus, de pœnis. sed hęc exempla non placent, nec placet etiam casus, quem hic ponebat Ioan. de Deo [*Commutat*][a] auctoritate † tamen eius, qui potestatem habet commutandi uota, infra de uoto, ex multa. T. Innoc. Sed si primū uotum esset noxium, & illud, in quod commutatur, esset utile, tunc licet propria auctoritate mutare, ut. 22. questio. 4. mulier, & sic intelligo omnia ca. illius quæstionis, Goffre. [*Vel fidei*] de diuersitate horum, supra quod metus causa, ad aures. ¶ Secun-
3 da † glo. inducit in bro. 4. concor. all. tria contraria, &
4 soluit. ¶ *In † glo 1. ibi. l. ult.*] uide de app. ad hoc 2. super 1. glo. ¶ *In glo. 2. ibi, si conuenerit*] ex causa ante tempus, de quo conuenit, & societate receditur, vt si conditioni non paretur, uel nimis damnosus est socius [*& ibi, Si instituta*] si transactum est super accusatione inofficiosi, & hæres fidem non seruat, integra manet inofficiosi causa [*& ibi, Cum proponas. 2.*] non utitur transactio-
5 ne, qui placita nō adimplet. ¶ *In † gl. 2. ibi, cū proponas. 2.*] & 95. distin. esto, & infra de reg. iu. frustra sibi, lib. 6. [*& ibi, Innocens*] & C. de transac. le. cum mota, ibi soluitur [*& ibi, Generaliter*] dixit hic Vinc. si aliqua licita conditio inserta & acceptata non seruatur, illi fides non est seruanda. C. de condi. inser. l. 1. 32. quæstio. ul. c. fi. unde si aufers feudum, pro quo tenebar ire in expeditionē, non ibo hic, & sic posset hic poni casus, ad hoc, infra de loc. potuit, de feudis cap. 1. Idem, ubi conditio intelligitur tacitè, in l. cum proponas, & ff. loca. quæro.
b §. inter, fallit secundum eum in casu, quem ponit gl. [b] Item cum hic actum est, ut altero fidem non seruante, nihilominus alter seruet, & ī treugis, licet. n. tu mihi des damnum, ego usque ad tempus treugarum te dānificare non debeo. & si me defendere liceat, licet mihi nocendo uidearis non te, sed liberare, ar. ff. pro socio, actione. §. diximus. Hosti. ponit casum in eo, qui iurauit alicui seruire usq; ad tempus pro certo salario sibi quolibet mense soluendo: cessatum est in solutione, queritur, an sine metu periurij posset à seruitio desistere, & religionem intrare? respōdetur quòd sic duplici ratione [*Et in fi.c.*] Innocen. non dicit fidem seruandam non seruanti, sed seruandam fidem licet per fraudem extortam, supra de ele. uenerabilem, ad fine.

ANNOTATIONES.

a Commutat. Item hic tex. quando utrunq, seruari non possit: quia tunc melius est faciendo: alias si potest, tunc tutius est bonum & melius adimplere, ut in c. commissum, infra de spon. item ibi non emanauerat uotum de intrando religionem, ut dicit glo. Arch.
b ¶Ponit glo. Sed de uoto cōiter emisso: sed si bene consideretur, ille casus non tangit hanc materiam: quia ibi uterque promittit continentiam, non inuicem, sed deo; ut & ideo uiolatio unius non excusat alium, cum sibi nil promissum sit, & uide Ioan. and. infra eo. sicut, in fi. super ultima glo.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti forma, secundum quam iurant episcopi Papæ, & qui, quot habeat capita, & eorum explicatio, nu. 2.*
De iuramento multiplici remiss. ibid.
De iuramento imperatoris, rectoris, uel curati, ibid.
2 *Ab, præpositio includit hic.*
Fidelis, uox quomodo intelligatur in iuramento prælati, ibid.
3 *Fidelitatis iuramētū Papæ præstitū an extendatur ad cardinales.*
Vasallus ecclesiæ tenetur iuuare episcopum, non canonicum, ibid.
4 *Consilium pro secreto.*
Papatus pro principatu, ibid.
5 *Regulæ. S. patrum quæ dicantur esse.*
Vocatio unica hic sufficit, ibid. ad dicti. uocatus.
6 *Ad synodum non tenetur episcopus ire, nisi uocatus.*
Synodus, & Concilium quid propriè significent, & quid impropriè, ibid.
7 *Legati nomine qui hic intelligantur.*
d quærit, & soluit. ¶ *Gloss, sic patet.*] Respondet per obiectionem. demum quærit. arguit pro. & soluit contrarium. ¶ *Glo. nam illud*] distinguit pactum criminis commissi, & committendi. ¶ *Glo. ubi*] signat contrarium, & remittit. ¶ Vltima quærit. ponit opi. Ioann. & in fi. opi. Tan. in medio not. quòd cui una uia &c. allega.
12 unam concor. & 5. iura in contrarium. ¶ *In† gl. 1. ibi, si quis uxorem*] uir iure mariti non accusat uxorem de adulterio prius commisso. etiam si tunc sua concubina fuisset [*& ibi §. ulti.*] uide de adulte. capitu. fi. super glo. 1. [*& ibi, propter*] sequitur, uiolatam virginem adultam, qui postea maritus esse cœpit, accusator iustus non est. & ideò iure mariti crimen exercere non potest, nisi illa fuerit eius sponsa. ¶ *In gloss. 2. ibi, cum quis*] cum quis stipulatus est sibi, aut Titio dari, tunc licitè Titio datur, si eo statu manserit, in quo erat tempore stipulationis [*& ibi, inter locatorem*] uide, supra eod. breui, super glo. 2. [*& ibi, indubitati*] uide, infra eò. cùm contingat, in glo. 2. [*& ibi, stipulationem*] stipulatio dotalis conditionē habet, si nuptiæ fuerunt secutæ. unde, si non sequantur, deficit stipulatio [*& ibi, si libertus*] uide sup. eo. veniens, super glo. 1. [*& ibi, quæ onerandæ*] uide supra eod. breui, super glo. 1. [*& ibi, si repetendi*] si donaui uxori tuæ credens per id re prouocare, ut mecū proficiscereris, pura est donatio [*& ibi, inter contrahentes*] pura, ut reddatur uinum, uel triticum æquè bonum, ut in l. se. [*& ibi, si mulier à uiro*] Si mulier stipulatur sibi dotem à uiro reddi, ut de ipsa testetur, non conditionalis, sed causatiua est hæc expressio [*& ibi, conditiones*] conditiones tacite intellectæ non faciunt legata conditionalia. ¶ *In gloss. 4. ibi. §. pupillus*] pupillus gessit negocium: conuenitur in eo tantum, quod factus est locupletior: & si agat, compensationem patitur totius eius, quod gessit [*& ibi, si cum filiofa.*] si cum filiofa. uel seruo contraxit pater, uel dominus, conuentus tenetur solum de peculio: sed si agāt, per compensationem seruamus solidum. ¶ *In gloss. nam &, ibi, propter*] uide sup. eod. cap. super gloss. 1. [*& ibi, nisi in casu*] scilicet cum à patre fuerit alteri matrimonialiter tradita. & idem, si nubat suo motu, de spon. cap. penul. de spon. duo. cap. 1. ¶ *In gloss sic patet, ibi, cum quis*] uide sic. sup. glo. 2. [*& ibi. §. ulti.*] iusiurandum contra uim legum, & auctoritatem iuris in testamento scriptum nullius est momenti [*& ibi, si quis in prin.*] nil facit, nisi quia ibi dicitur, quòd nullus potest sibi legem indicere, quòd à priori uoluntate recedere non possit [*& ibi, adigere*] uide sup. eo. veniens, in fi. secundæ gloss. [*& ibi. §. si quis planè*] vim passa adulterij, uel stupri non damnatur. ¶ *In gloss. nam illud, ibi, conuenire*] uide in cap. penul. statim alle. super vlti. glo. ¶ *In glo. 32. ibi, l. secunda*] qui patitur uxorem delinquere, matrimonium contemnit: quia non dedignatur ipsius contaminatione [*& ibi, qui uas §. 1.*] licet qui nō indicat, non teneatur furti: tamen qui celat, tenetur. ¶ *In gloss. antepenult. in fine*] & ibi uide leges hic allega. ¶ *In glo. ulti. ibi. scire*] hanc & se. uide in capitu. tuæ, in-
13 fra allega. super glo. penult. ¶ *In† gloss. secunda ibi, beatus*] ubi de hoc [*& ibi, permanserit*] unde depositum prælato, cui iuraui, sibi amplius ex sacramento non teneor,
de elect. uenerabilem, in fi. [*& ibi, quæ onerandæ*] Item si iuro tibi centum reddere, subauditur, nisi iudex interdicat, ar. inf. de censi. significauit. ff. qui satisf. cog. l. fin. uel ius commune, ut quia excommunicatus es; de hoc. supra eo. debitores. Item quando pater iurat alicui dare filiam in vxorem, intelligitur promisisse se facturum &c. de hoc infra de spon. ex literis. 2. Itē subauditur, Saluo iure alterius. su. eo. uenientes. Item subauditur, quod habes. infra eo. petitio. Item nisi ab eo, cui iuraui, absoluar. sup. eo. Quintaullis. & istud etiam in iuramento sponsaliciorum, de spon. cap. 2. ubi etiā subauditur, nisi alteri aliquid turpe accidat, ut hic, uel per alterum stet, de spon. de illis, & cap. si-
f cut, secundùm Hostien. f [*& ibi, capit. ulti. in fine*] ubi de hoc [*& ibi, in fine*] Hostien. dicit hic plenius expediri
g in summa eo. titu. §. quot species. ¶ *In gloss. tertia, in fine*] & infra de elect. nulli, lib. 6. ¶ *In gloss. nam cui, ibi. §. plane*] & infra de reg. iu. qui ad agendum, lib. 6. [*& ibi,*
14 *non† possumus*] da exemplum secundùm Abb. in canonico, excommunicato, qui non agit, ut electus, cassetur: excipit tamen illo agente; de hoc infra tit. 1. dilecti [*& ibi, non compensari*] licet sic sentiant doctores, uidetur tamen, quòd compensatio possit admitti de consensu deponentis, cum in suum fauorem hoc sit inductum, arg. inf. de reg. statuimus, cum suis concor. Hostien. [*& ibi. l. ulti.*] ubi de hoc in glo. pen. ¶ *In gloss.*
15 *sic patet, ibi. contra leges*] dicit Hostien. hoc† uerum, ubi iuramentum reprobatur. l. cano. sicut de foro com-
h peten. si diligenti[h]. inf. eo. sicut. Simpliciter enim non statur legi ciuili: quia nec de suo foro est iuramentū, de iudi. nouit, de elect. uenerabilem, ad fi. in auct. ut clerici apud proprios episcopos. §. si uerò ecclesiasticum, colla. 6. [*& ibi, facultatibus*] quod intellige, nisi certa quantitas, uel res promissa fuisset. infra de condi. appo. de illis [*& ibi, raptor*] ubi de hoc [*& in fine*] nec enim cogendus est contrahere bigamiam. ¶ *In gloss. quasi dicat, ibi, in ius*] de contractu fidelium loquitur alle. habes casum alium de diuor. gaudemus, & c. quanto. ¶ *In gloss. ut uotum, in fine*] si. de co. spiritu. cap. 2. lib. 6. ¶ *In glo. & nos, in fine*] uide quod dixi de iudi. nouit. post princ. ¶ *In glo. ulti. ibi, tuæ*] ubi de hoc secundum regulare, ut infra de reg. iuris, cum quid, lib. 6. [*& ibi, placuit*]
16 ubi de hoc [*& in fine*] ubi† no. de hoc, s. de potestate uiri erga uxorem. nec ob. huic dicto. T. C. de repu. consensu. §. 1. ubi dicit, q͡p uir non debet afficere uxorem uerberibus, quæ debent esse aliena ab ingenuis. nam illud uerum, nisi ex magna causa id fiat, ut in hoc exemplo, & nisi sint leuia. ff. ad l. Aquil. præceptoris, ar. de homici. ad audientiam: quia siue plectendo &c. 25. q. 5. prodest. alias punitur uir sine causa, uel enormiter hoc faciens. C. de repudi. auct. sed no
17 uo, secundùm Gof. Idem Host. quiſ etiam hic quærit, Quid si uir iurauit non denunciare? Respondet, quòd forsan eget amico, qui denunciet, ar. sup. quod metus causa, ad audientiam, uel secundum eum refert, an iurans principaliter compatiatur animæ periclitantis: & tūc securè denunciet: siue rei familiari, uel suo priuato interesse: & tunc abstineat[i]. & facit quod dixi secundum Innocen. in fine textus, ad quod inducit Hostien. illud Auguſt. super Matth. 18. Si peccauerit &c. Si amore tui id facis, nil facis. Si amore illius facis, optime facis. ad hoc dictum facit, octaua quæstio. prima, sciendum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præterea. Ibi uide in glo. ar. prælatum. & quod hic dicitur, quòd uirnō accusat uxorem de adulterio antea commisso, uel de forni
catione, est uerum, etiam si illa tunc temporis esset concubina illius; demum illam desponsasset iuxta capitulum, tanta, qui fi. sint legi. ut probatur in §. si quis uxo. alle. in glo. 1. hic, ubi uide Baſ.

Illam

d ¶ Illam ducere. Non potest ergo vir opponere de conditione vxo. quæ erat tempore contractus, & quam sciebat, ut hic patet; & facit hic ad id, quod no. Bart. in l. alia, ad fi. ff. solu. matri. & ad materiam facit, quod no. ipse in l. si constante, in 6. q. primi membri, eo. titu. & in l. si quis seruum, ff. de uerb. oblig. & in sua disputa. quæ incip. Lucanæ ciuitatis; & uide concor. infra glo. 3.

e ¶ Generales conditiones. Et de ista gl. uide per do. Barb. consi. 20. in 14. col. & uol. 2. & p Berrachinū in uerbo, clausula cōtractuū.

f ¶ Secundum Host. Similes sunt conditiones generales, quæ in votis subintelliguntur, ut no. in cap. scripturæ. sup. de uoto. Bald.

g Quot. De materia gl. uide Bald. & plenius Saly. in l. fi. C. de nō nupecu. & facit, quod no. gl. in l. quod Seruius, ff. de cond. ob causā.

h Si diligenti. Ibi uide gl. fi. & Bar. plene in l. si quis pro eo, & l. cum lex. ff. de fideiuſſ. & in l. Seius. ff. ad l. Fal. & Bald. & Saly. in l. non dubium, C. de legi. & in aucte. sacramenta, C. si aduer. uen.

i ¶ Abstineat. Et sic ergo limitandæ sunt omnes glo. quæ dicunt iuramentum de non denunciando non obligare, ut in eo. tit. ad nostram, el. 2. supra eo. cum fi. ibi uide.

SVMMARIVM.

1 *Monaci, & conuersi iurare possunt in causa monasterij sui pro testimonio ferendo, & in alijs causis, & quando, nu. 17.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Iuramentum non prohibetur, sed mendacium. & quod 4. 15. 17. & de execrantibus ipsum quid, ibid.*
Exigentis ipsum quædam pœna, & exibentis culpa. nu. 3.
Ad malitiam prona est omnis ætas, ibid.
Malus quis non præsumitur, ibid.
3 *Comparatiuum sine comparato ponitur hic, quod subauditur.*
Magis, aduerbium sumitur hic electiuè, ibid.
5 *Honorare quis non debet magis hominem, quàm deum: sed contra fit, & qua ratione.*
6 *Reuerentia superioribus est exhibenda, & ab eis recipienda, & qualiter.*
Creaturæ quatuor specierum, & quæ.
Naturaliter quod fieri nequit, accidentaliter tamen fit, ibidem. cum exemplis.
8 *Iurandum non est per deos alienos, si tamen iuretur, implendum est, & quando iurandum, nume. 9. & 15. 17. & cur iuretur, nume. 10.*
Per quæ quis possit, & an differat per hoc, uel illud iurare, & quando maius sit peccatum non obseruanti, num. 11. 13. 20. & 24. cautius est non iurare, & quando, ibid. nu. 13
9 *Iacobi minoris est epistola inscripta nomine Iacobi, eius pater quis ibidem.*
Frater domini cur appelletur, ibid.
10 *Credere nolentium nisi iurato necessitas importuna, nec creditur timoratis licet perfectis. num. 18.*
12 *In patria sua quare dominus non poterat facere signum.*
Ciues ciuibus inuidere, naturalissimum, & ratio, ibid.
14 *A Græco exemplari melius intelligitur, quàm à translato, iuncto contextu.*
Iudicari permittitur de patentibus, ibid. uer. quia nec bono.
15 *Veniale etiam fit mortale.*
Multum, aduerbij significatus, ibid.
De uino utendo consilium apostoli non negligitur à monacis, sed non omni ex parte, & qualiter, ibid. uer. bea. Bernar.
16 *Necessitas legi non subiacet, & includit utilitatem.*
18 *Habere quis æstimat quandoque plures testes, quàm habeat.*
19 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 20.*
Negationes duæ faciunt affirmationem: non tamen hic, & numero 21.
Iurare per quæ liceat per salutem suam, uel filiorum, ibi. §. in quarta glo. & num. 21. §. 1.
Post iuramentum delatum, & præstitum, nihil aliud quærendum. ibid. §. in gloss. quia post.
Illicita quædam sunt sua natura, quædam ciuiliter. §. in glo. quædam, & num. 24. §. 1. & num. 25.
Prohibetur quandoque quid, non propter se, sed quia per id ad malum peruenitur ad illud, §. in gloss. nota, quòd, & numero 25. §. 1.
Prohibito uno prohibētur omnia, per quæ peruenitur ad illud, ibi. Causa facti potius, quàm ipsum factum quærendum. §. fin. & num. 25. §. fin.
21 *Additio glossarum.*
Cordi respondere debet ouatio, eodem num.
Sapientia mundi quæ, ibid. §. in gloss. 3.
22 *Omninò, aduerbium dupliciter exponitur.*
Responsionem non meretur, qui quid exponit uno modo, quod aliter etiam exponitur, ibid.
23 *Amen, uocis etymologia, & significatus.*
24 *Sæpta urbs, & ubi locorum.*
Hypocrisini, & peccata quæ nutriunt, uitanda, ibid. uer. quidam secundum.
25 *Baptismus, & nubentium benedictio est sacramentum, & conferre & augetur per illa gratia spiritus sancti.*

CAPVT XXVI.

1 ET si christus. Casus. Monaci, †& cōuersi iurare possunt pro testimonio ferendo in causa monasterij sui. & licet posset diuidi in duas principales, diuiditur in quinq; prima respondet auctoritati euangelicæ, quia uidebatur prohibitum iuramentum. secunda ibi, Iaco. respondetur auctoritati apostoli. tertia ibi, Angelus, probat multis auctoritatibus ueteris & noui testamenti, q͡p licitum est iurare. quarta ibi, Quædam, dicit, quare simpliciter prohibetur iuramentum. quinta ibi, Licet, dat petentibus licē tiam iurandi [*Euangelicam*] Matth. 5. cap. & facit ad expositionem auctoritatis. 2. ad Corinth. 1. in fi. [*Vt affir-*
2 *matio*] ac si dicat† apertius, nō intendit auctoritas prohibere iuramentum, sed mendacium [*Malitia*] quia omnis ætas &c. 12. quæst. 1. omnis ætas. & facit in auc. de nuptiis. §. mitiores, colla. 4. de non alie. §. ut autem lex, colla. 2. non tamen præsumitur quis malus, de præsumptio. ca. fin. secundùm Hostien. [*Vix*] hoc dicit, quia quandoq; creditur, ut patet de testibus, tuis. sic & quod uix fit, tamen fit. ff. de iud. vix certis, Host. de cog. spiritu. cap. 2. lib. sexto [*Adiunxit*] ipse Christus
3 in auctoritate [*Amplius*] scilicet quàm† simpliciter, sci licet asserere, uel negare; & exponūtur hæc verba de elect. significasti [*Culpæ*] exhibentium [*pœnæ*] Exigentium. quæ pœnalitas in nobis est ex delicto primi parentis [*Magis*] electiuè [*Pœna*] exigentium [*Culpa*] exhibentium. an verò peccatum sit pœna, no. 15. quæst. 1. §. 1. uer. vsque adeò, quod aliàs est capitulum [*Licet enim*]
4 probat, quòd† dato, quòd præcedens auctoritas intelligatur prohibitoria iuramenti, & non simpliciter mendacij: tamen iutamentum non est prohibitum per creatorem &c. [*Prohibuisse*] per uerba præcedentia, uel per illa, quæ statim sequuntur, nolite iurare [*Videatur*] indistinctè secundum quosdam hæreticos: sed malè sentiunt: quia nunquam &c. [*Ne pro huius*] ratio præcedentis dicti [*transferretur*] arguit Host.
5 contra illos, qui plus† homines, quàm deum honorant. quod patet, quia coram altari transeuntes nullā etiam inclinationis reuerentiam exhibent: & quādo coram domino ueniunt, quasi idolum ipsum colunt iungendo manus, vtrumq; genu flectendo, non solū pileum, sed chlamydem & zonam remouendo, contra id, quod legitur Apocalip. 19. vbi angelus dixit beato Ioanni cadere volenti ad pedes ipsius, uide, ne
6 feceris. conseruus enim tuus sum &c. & licet † reuerentia sit superioribus exhibenda, de maio. & obe. quod super his, & c. his, quæ, & ipsi debeant illam recipere, ne videantur contemni, ar. ff. de offi. præsidis, obseruandum: esset tamen ſm eū hæc idolatria corrigenda, & quæ recipitur, & exhibetur iuxta uer. imperatoris genu flectentis papæ, qui dixit. Non tibi, sed,

a Petro, esset recipienda & exhibenda[a]. adde quòd dixi de ma. & obedien. his, quæ, post princ. [*Euangelio*] Matth. 5. capi. [*Neque per cœlum*] quatuor exempla ponit de creaturis, in quibus secundùm Host. apprehendit creaturam superiorem, & inferiorem, & mediam angelicam, & humanam [*Facere*] naturaliter, accidentaliter forte posset secundùm Inno. & tunc est sensus auctoritatis, quòd colorem capillo dare non potes. aliter est sensus, quòd capillum cuiuscunque coloris facere non potes, uel crearc. & idem in omni alia re. unde uerè, nec minimū pilum uestis tuæ creare potses. Si ergo deus omnia creauit, de summa Trinita.

b [b] c. 1. post princ. ergo ipse solus honorandus, & per il-
8 lum iurandum [*Iurandum*] no. † Innoc. peccatum esse Christiano per deos alienos iurare: sed si iurauerit, im-
c plere debet[c]. quod iurauit. Idem Christianus recipiēs ab infidelibus huiusmodi iuramentum non peccat,
d ar. 22. quæstio. 1. mouet[d]. [*Seruandum*] vt dicit Hostien. multi decipiuntur in hoc, ut patet. 22. quæstio. 5. ecce [*Veritate*] Matth. 23. ad finem [*Iacobus*] secunda pars, quæ respondet auctoritati apostoli, qua etiam videbatur prohibitum iuramentum [*Cum ait*] in epistola
9 sua, quinto capitu. & fuit † ista epistola Iacobi minoris, scilicet Alphæi, vt dicit Hiero. in lib. virorum illustrium, in princ. Dicebatur etiā iste frater domini. 66. distinct. porrò, & quare, ibi no. [*Necessitas.*] Quintilianus. 8. de oratore, iurare, nisi ubi necesse est, graui viro parum conuenit [*Importuna*] scilicet nolentes alio-
10 ter † credere, ut supra in prin. aliàs opportuna. i. quādo opportunum est iurari, ut supra de elect. significasti. & idem secundùm Innocen. si utile. 22. quæst. 1. ita ergo [*Et tunc*] s. quando opportunitas exigit [*Comites*] Hostien. de his remittit ad summam, eod. titu. §. quot comites [*Quodcunque*] dicit hic Innocen. quòd
11 † nulla, uel modica est differentia, siue quis iuret su-
c per euangelia, uel reliquias, siue dicat tantùm [e], promitto hoc in fide mea: quia non solum per creata, sed etiam per increata iurare uetat, nisi necessitas, uel utilitas hoc exposcat, ar. supra, quod me. causa, ad aures; de arbitris, peruenit. Maior tamen contemptus, & maius peccatum est fallere iuramentum factum per increata, uel superiores creaturas, quàm per minus sanctas. Item secundùm eum uerum iuramentū est, quando quis asserit in periculo animæ suæ dicere ueritatem, infra de frigi. fraternitatis. semper autem, quando pars parti iuramentum defert, iurandum est sicut ambabus partibus placet. ff. de iureiuran. l. 3. & 4. & 5. ad fin. In iuramentis autem, quæ præcipiuntur à iure, sicut testis, calumniæ, & ueritatis, semper iurandum est super sancta euangelia. 11. q. 1. testimonium, de iura. ca. c. vlti. & idem in omnibus aliis, quæ à iure, uel à iudice, uel à partibus ex necessitate deferuntur, uel etiam si partes promittāt aliquid iurare nulla forma distincta. sed Hostien. remittit ad summam, eo. ti. §. quomodo, sub §. per quod. uide quod not. 22. q. 1. in summa, & in cle. de hære. capitu. primo, §. porrò, in glos. ut not. [*Alioquin*] i. si indistinctè peccatum esset iurare [*Apostolus*] ad Hebræ. sexto capitu. [*Angelus*] 3. pars [*Apocalip.*] decimo capitulo [*Iurauit*] quod non fecisset, si simpliciter esset peccatum [*Lucam*] in quar-
12 to capitu. [*In patria sua*] & dominus † in patria sua non poterat facere signum propter incredulitatem illorū i. q. 1. §. alii formam; quod expones, ut ibi. & Beda, Naturalissimum est ciues cuibus inuidere. & Hiero. ponens hoc uerbum super Matth. lib. 2. f. subdit. non enim considerant præsentia uiri opera, sed fragilis recordantur infantiæ [*Iurabat*] ad Romanos, cap. primo [*Iterum*] i. ad Cor. 15. capitu. [*Morior*] idest periculum
13 mortis subeo, quòd paratus sum mori [*Pe.* † *gloriam*] hoc est iuramentum secundùm Augustinum, cuius est mens per æternam gloriam, ad quam spero, sic asse-
ro, ut patet. 22. quæstio. 1. non est, & capit. nouerit is. & dic, quòd apostolus iurauit, ut sciamus, quòd verū iurare non est peccatum: sed non ideò in dubiis iurādum: & cautius est non iurare, quàm consuetudine
14 iurandi deierare [*Græca*† *exemplaria*] de Græco in Latinum trāslata. nam beatus Paulus Græcis prædicauit, & epistolas suas in Græco redegit & scripsit; & illa sūt exemplaria; hæc exempla secundùm Hostien. quire-
mittit. de fide instrumen. capitu. 1. [*Veteri testamento*] in psal. dixit dominus [*Rursus*] in psal. Memento domine Dauid [*Testamento*] Deuter. 10. cap. Idem in nouo, Matth. 5. [*Quædam etenim*] alia 4. pars [*Facienda*] quia nec bono animo fieri possunt; & ideò de illis permittitur iudicare; ex quo patent, infra de regulis iuris, est ote, Hostien. [*Apostolus*] ad Ephe. 4. f. [*Generatur*] infra de vita & honesta. clericorum, à crapula 36 distinct. luxuriosa, & capitulo sexto die. Host. [*Sæpe contingit*] nam
15 etiam uenialet † fit mortale, dum placet, uigesimaquin-
ta distinctio. §. nunc autem, uer. criminis; quod intelli-
ge ut ibi no. [*Ecclesiastico*] uigesimatertio capitu. b. [*Multum*]. i. sæpe, uel frequēter, & indifferenter [*Quemadmodum*] concludit ex præmissis, quòd non semper est iurandum, sed quandoque hoc permittitur [*Paulus*]. i. ad Tim. 5. f. [*Modico*] bea. Bernar. contra Cluniacenses omnes, ex quo monaci sumus, infirmos stomacos habemus: & tam necessarium apostoli de utendo uino consilium meritò non negligimus: mo dico tamen, quod ille permisit, nescio cur prætermisso. & utinam solo, etiam cum purum est, contenti essemus [*Stomacum*]. i. debilitatem, seu frigiditatem stomaci [*Infirmitates*] uitandas, uel sanandas [*Necessitas*]
16 quę legi † non subiacet, infra de regu. iuris, quod non est, & includit utilitatem, ut dixi, sup. uer. Iacobus [*Iurari*] si suppleas hic, Aliàs non potest, tunc erit sensus literæ sequentis, quòd cessante causa permissionis cessat permissio. uel dic sine sub. ut in glo. [*licet*] v. pars, ex qua sumes casum. si. de offi. delega. super quæstio-
17 num, in fine [*Potestis*] licet † ergo uitare debeant perfecti iuramentum, quantum possunt; non tamen exe
f crari, ne reddantur de hæresi suspecti, de hære. excō-municamus. §. antepenul.[f] Hostien. & facit quod no. de restitu. spo. olim. 1. in glos. prima [*Indamnitati*] cum forte per alios ueritas probari non posset, supra de te
18 sti. ueniens. 2. [*In causis eiusdem*] idem etiam de aliis causis secundum Accur. qui hoc no. C. de testi. aucten. si dicatur, & de hoc plenius in spe. de testi. §. 1. uer. item excipitur, quòd est monacus [*Deficientibus* † *aliis*] Hostien. & Pet. sup. maximè. nam quandoque æstimat quis habere. 10. bonos testes, qui non habet nisi unū, de quo remittit Hostien. de testib. dilecto [*Perhibere*] & per consequens iurare, cum nec ipsis, licet perfectis, aliter crederetur, supra de testibus, nuper, nisi iuramentum remittatur, eod. titu. tantum, Hostien.
19 ¶ Quarta † gl. ponit quinque modos, quibus iuratur
g per creaturas[g]. ¶ *Gl. quædā*] tractat de duplici simonia ¶ *In glo. no. quòd*] notat tria argumenta, & ad primum
20 alle. duo contraria. ¶ *In* † *glo. secunda, ibi, duobus uerbis*] sequitur, negatiuis permittit lex magis, quàm prohibet. ¶ *In quarta glo. ibi, qui per salutem*] & l. 3. §. fin. & duabus sequen. Istæ leges dicunt, quòd tunc licet alicui iurare per salutem suam, uel filiorum, quando iuramentum sic defertur, & intelligitur respectu diuini numinis sic iurati. ¶ In glossa, quia post, ibi, §. dato. post iusiurandum non quęritur, an debeatur; sed hoc solum, an sit iuratum. ¶ *In gloss. quædam, ibi, probrum*] natura probrum est furtum, & adulterium, & simil. sed ciuiliter, idest quasi ciuitatis more probrum est damnari tutelæ. non enim est natura probrum, quod incidere potest in hominem

nem idoneum [*& ibi, si adulterium*] aliud est incestum prohiberi iure gentium, ut inter cōsanguineos: aliud iure ciuili, ut inter adoptiuos. ¶ *In glo. 22. in fi.*] uide de procura. tuæ, super penult. gloss. ¶ *In glo. no. quòd, ibi, sed nedum*] si liceret uiolenter occupari rem suam, daretur via rapiendi res alienas [*& ibi. l. ulti.*] non licet patrono stipulari mercedem operarum: tamen licet stipulari operas, uel mercedem [*& ibi, illud non licet*] paciscī super dolo futuro; & tamen pacisci licet, ne depositi agatur [*& ibi. §. si quis hanc*] & l. scire, & l. quare. uide in capitu. tuæ, infra allega. super gloss. penult. & l. oratio. uide de elect. in causis, super vj. glo. ¶ *In glo. argumentum, ibi, uerum.* 2.] inspicitur, an causa libidinis, an causa prædæ quis fregerit hostia meretricis. ¶ *In glo. penul. ibi, ex facto*] uide supra eo. quanto, super glo.
21 secunda. ¶ *In* † *glo. 2. in fine*] ratio, quia referuntur ad diuersa. una uerò respicit cor: altera uero respicit os. uel una interrogans, altera respondens, & concor. ff.
h eodem, si duo patroni. §. Marcellus, in fine[h]. ¶ *Ingl. 3. in fine*] sed hodie, quod negamus corde, affirmamus ore, & è conuerso. unde Grego. Sapientia huius mundi est cor machinationibus tegere, sensum uerbis uelare; quæ sunt falsa ostendere, & quæ falsa sunt, uera demonstrare, Hostien. ¶ *In* † *3. ibi, principis*] quod intellige, ut no. in prælega. capit. quo-
i ties[i] prin. quæstione septima [*& in fine*] Hostien. remittit ad summam, eodem titu. §. quomodo, sub §. per quod. ¶ *In glo. 5. ibi, similc*] Hostien. reprehendit
22 † Vincen. dicens, quòd non est simile, cum ibi expo- 1
natur, omnino, idest nullo modo. Sed certum est, quòd illud omnino in l. dupliciter intelligitur, ut etiam no. de regulis iuris, utile, libro sexto, in fin. unde Vincen. alteri opinio. accedit, & concor. quod no.
k de conuer. coniu. dudum, in gloss. prima. [k] ¶ *In glo. 6. in fine*] de hoc dixi de officio delegato consuluit, super glo. immò uidetur. ¶ *In glo. 1. siue, in fine*] compo-
23 sita † secundum Hugo. ab à, quod est sine, & mene, quod est defectus, & exponitur de consecra. distinct. secunda, re uera, in fine. Hiero. ad Marcellam. glo. 5. dicit, quòd septuaginta, quod in Hebræo legitur, amen, amen, transtulerunt, fiat, fiat. & uide quod ibi sequitur. ¶ *In glo. in ueteri, ibi, uiuit Deus*] i. q. 1. iudices, ad finem; & 1. Regum. 19. uiuit dominus, quia non oc-
24 ciderur, dixit Saul de Dauid [*& ibi, Sarepta*] erat † urbs modica inter Tyrum, & Sydonē. inde etiam nemus iuxta urbem Sarepta dicebatur [*& ibi, Eliæ prophetæ*] tertio Regum. 17. [*& in fi.*] melius diceret, quoti. supra eodem ego. N. in fine. Quidam secundùm Host. sic iurant, deus nouit, deus scit, de quibus secundùm eum dixit quidam secularis, quod ex quo conscientia cœpit esse peccatum, & hoc uerbum, deus, sit iuramentum, & Biguinatus religio non fuit bonum tempus. displicebant illi forte prædicta: quia licet in se bona, interdum hypocrisi nutriunt, & uelant peccata. 18. q. 2. pernicioſam, & c. diffinimus. per hęc tamen non est laxanda conscientia, nec modus iurandi, nec religiosa iura in seculo infamanda, de reg. cōsulti, trigesimatertia quæstione quinta quod deo. ¶ *In glo. quædam enim, ibi, si adulterium*] & infra de consangui. non debet, Hostien. [*& ibi, pro baptismo*] in isto & præcedenti exemplo malè dicit glo. in sequēti bene. Cer-
25 tum † est, quod baptismus est sacramentum, & benedictio nubentium, & sacræ rei signum, & sic per illa confertur & augetur gratia spiritus sancti. ergo pro-
l hibitum, quia simoniacum [*& in fi.*] infra, & supra de pactis, cum pridem, & prima quæstione tertia saluator. ¶ *In glo. quòd ibi, denique*] ubi de hoc, & 81. distin. legitur. ¶ *In gloſic falsitas, in fi.*] 22. quæst. 2. §. ille ergo, Hostien. ¶ *In glo. nepe. in fi.*] & distin. 5. nihil, & capitu. ne tales, Hostien. ¶ *In gloss. penul. ibi, quod factum*]

ANNOTATIONES.

a Exhibēda. Illi, qui exhibet, ut illum faciat surgere, uel corpus cooperire, ira dicit Hostien. in sua lectio. quæ hoc clarius ponit, quàm hic per Ioan. And.

b Summa Tri. Et est omnipotens, ut ibi, & ibi vide gl. & vide quo intelligitur, quòd sit oīpotens, de pe. di. 2. ad fi. §. ciuitas, & ibi gl.

c ¶ Implere debet. Ad le gl. bonam in cap. quoties. prin. quæst. 7. in gloss. super uer. salus.

d ¶ Mouet. Et quomodo infidelis iuret, uide in spec. de iur. ca. §. restat, in fi. & Bar. in prin. fforum. & cōtra dictum, pxi. Inn. uidetur, quod no. gl. & ibi vide Bar. ff. de iureiu. l. ait prætor, ad fi. & l. seq.

e ¶ Tantùm. Hic Inn. in c. ad aures, quod me. causa, & glo. in cle. 1. de hære. scripsi 2. quæst. 5. c. sacramentum, Archi.

f ¶ Antepe. Ibi nō tantum propter non uelle iurare, quantum propter nō se uelle purgare, qđ nō fit nisi per iurm, & ibi uide Io. An.

g ¶ Creaturas. Contra istam gloss. est text. in cap. uides. 10. dist. & l. non dubium, C. de legi.

h In fi. Et quid si in creatione apponuntur tres negationes, uide in l. 1. de ca. pu. per Bart. & per Imo. in l. duobus, in glo. allega. & per Cyn. Bald. & Sali. in l. 1. C. de ser. fugi.

i Quoties. In gl. 1. per eum, & uide gl. & Bar. in l. 3. §. fi. ff. de iureiu.

K In gl. 1. Ibi uide Bar. in §. illud, alle. in gl. & gl. in l. fi cum exceptione, §. quatenus, ff. quod me. causa, & uide Archi. de pact. c. 2. lib. 6.

l ¶ Simoniacum. Vide glo. 3. & super illa Ioan. And. in c. cum in eccle. alle. in gl. & in c. 1. de sacra. non ite. super. uer. sacramentum, ubi quid de matrimonio, an in illo gratia conferatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, quod contra utilitatem ecclesiasticam præstitum est, non tenet.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Canonicos ut non promoueantur ad sacros, non cogendos, argumentum.*
3 *Creditur referenti contra se, non contra alios, uade contra eos inquiri mandatur.*
4 *In inquisitionis modum etiam in ciuilibus potest iudex ex officio procedere.*
5 *Episcopus de mensa sua quid dando capitulo suo non præiudicat successori, & ratio.*
Auctorizare non potest in facto suo capitulum, nec exceptus, ibi.
Ecclesiæ episcopali non potest alia ecclesia dare auctoritate episcopi, ibid.
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. num. 7. & 8.*
Iuramentum incautum est ueniale, eo. nu. 8. temerarium non infamat. nume. 10.
Contra ipsum potest quis uenire sine licentia superioris tanquam alia persona, ibid.
9 *Electus in episcopum an ideò, quia non episcopari iurauit, excludatur.*

CAPVT XXVII.

a 1 Sicut nostris. [a] Casus. Iuramentū, quod contra utilitatem ecclesiasticam præstitum est, non tenet. Et prima pars ponit iuramētum temerarium. 2. punit iurantem. 3. committit inquirēda, & retractanda attentata per illud 2. ibi, Pro iuratione. 3. ibi. Quia uerò. fuit hæc decr. in 3. compila. sub ti. de cō-
2 sti. [*Et episcopus*] qui nūc est [*Ordinibus*] ar. canonicos tā nō cogendos, ut promoueant ad sacros, de hoc de cta. & quali. quæris. forsan dicit hic minores ordines respectu episcopalis [*Et infra*] forte deciditur, quod stat ne-
b runt, q̄ quicunq; ex illis fieret episcopus, teneretur illa seruare: & forte petebat episcopus sibi & ecclesiæ suæ prouideri [*Incauta*] in qua etiam defecit comes iu-
3 stitiæ, de quo. sup. c. proxi. [*Imponi*] si iste ep̄s hoc retu-

lit Papæ, credidit ſibi papa contra ſe, ſed non contra
alios. unde de eo, quod tangit alios, mandat inquiri.
[*Dicenda*] infra de his, quę fi. à ma. par. ca. c. 1. [*Canonicis*]
ꝑ quos melius ueritas ſciri poterit ſup. de teſti. veniẽs.
4 2. in fi. de offi. archi. c. fi. de teſti. co. c. fi. [*Inquiras*] ar. † ex
preſſum, quod etiam in ciuilibus poteſt iudex ex offi-
cio in modum inquiſitionis procedere. ſup. eo. ad no
ſtram. 2. & eſt hoc ratione peccati, ut ibi no. & ſup. de
iudi. nouit, & de offi. ordi. c. 1. Hoſt. [*Epiſcopalis iuramen-*
5 *ti*] hic no. Io. & Vinc. dationem, † quam facit epiſco-
pus de menſa ſua ſuo capitulo, non præiudicare ſuc-
ceſſori, cum non poſſit capitulum auctorizare in fa-
cto ſuo per ſi. quæ no. uide in cle. de re. eccle. non alie.
ſi una. §. 1. in gl. 2. per quod etiam concludebat Ioan.
hic, alternatiuè tamen, nullam eccleſiã poſſe aliquid
dare eccleſiæ epiſcopali de auctoritate epiſcopi. 16.
6 q. 4. quæſtio. ¶ Prima † gl. no. ꝙ exiſtens in mortali &c.
alle. duo iura, & inducit tria ſimilia, & his ĩterſerit tria
iura, quæ alle. in contrarium, & illis reſpondet. ¶ Vlti.
7 gl. reſpondet per qõnem. ¶ *In † gl. ulti. §. quod ait prætor*] ſi
conſenſit hæres hæreditate non adita legatarium poſ
ſeſſionem apprehendere; nihilominus poſt aditam
agit quorum legatorum [*& ibi, qui duos*] uide de elect.
8 cum inter uniuer. ſuper ulti. glo. ¶ *In † gl. 1. ibi, minor tali*]
contra 25. di. §. nunc autem, in fi. ubi dicitur, ꝙ incau-
ta iuratio eſt veniale. Sol. ibi in glo. vlt. [*& ibi, quicunq;
2.*] & uide quod dixi de electione, auditis, ſuper vlt. gl.
ver. ſed quid ſi. [*& ibi, ex pænitentibus*] & c. quicunq; [*&
9 ibi, à promotione*] an † electus in epiſcopum excludatur
ideò, quia iurauit non epiſcopari, no. 85. di. archidia-
conũ proiectum. ad alia ſuperius alle, reſpondet Gof.
primò ad hanc decre. ꝙ hic non agebatur ad hoc, ad
decre. ex parte, quòd diſpenſatiuè loquitur, ad decr.
niſi, ꝙ ibi plus prouidetur eccleſiæ, quàm perſonæ. ad
decre. intimauit, quòd illud in odium illius, qui uo-
luit aduerſario teſtes ſubtrahere: tenet tamen, quod
glo. & contraria ſecundum eum loquantur in graui-
bus criminibus. Dicit Inn. ꝙ contraria loquuntur in
magnis & publicis criminibus [*& ibi, ſacramento*] adde,
quod no. ea. quæſt. diffinitio. & ad id, quod ibi no. te-
10 merarium † iuramentum non infamare, Tan. cõcor.
in ſecunda compila. de electio. c. 4. quod hodie non
habemus [*& in fi.*] ſecundum Ioan. 81. diſt. c. 1. ¶ *In gl.
ulti. ibi, reuocare*] hoc uerum, ſi intuitu dignitatis uult ve
nire contra iuramentum: ſecus, ſi intuitu ſuæ perſo-
næ: quia tunc neceſſaria eſt ſuperioris licentia, ar. de
electio. uenerabilem, ſecundùm Tan. & Vincen. [*&
ibi, tanquam epiſcopus*] immò ſi iuraſſet ut epiſcopus, nõ
tamen aſtringeret iuramentum, Hoſt. [*& ibi, cum inter
canonicos*] ubi de hoc [*& in fine*] Lauren. & infra de ap-
pellatio. capitu. penul. lib. 6.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Sicut noſtris. In capitu. ſicut, quæ delicta ſint digna depoſitio-
ne, vide ſup. de iudi. capitu. at ſi clerici, & no. quòd iuramen-
tum temerarium dicitur leue. ut in gloſſ. & mortale dicitur, ut
ſentit glo. in princip. item dicit, quòd non eſt dignum depoſitio-
ne. contra. de capitu. tua nos, ſupra eo. poteſt, dici tenendo glo.
quòd quando eſt de liberatione præſtitum, tunc eſt dignum depo
ſitione, ut ibi: ſi ex leuitate, tunc non, ut hic, uel dic, quòd ibi de-
ponitur propter periurium, quod peruenerat ad aures populi, &
ſic propter ſcandalum deponitur, non propter delictum, ar. eorũ,
quæ no. in c. ex tenore, de tempo. ordi. vel dic, quòd hic erat nul-
lum iuramentum alia ratione, quia ſuper rebus eccleſiæ, & ad e-
ius præiudicium. ſi vis tenere, quod ibi dicitur, poteſt reſponderi
ad illud capitulum, quòd non probat hic, quòd non ſit dignum:
quia forte papa diſpenſauit cum eo, Archi.
b ¶ Quod ſtatuerunt. Adde, quòd canonici poſſunt facere ſtatuta:
& an creato epiſcopo poſſint illa reuocare, uide per Fede. conſil.
16. per Feli. in c. cum omnes, de conſtitutio.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier non auditur contra alienationem rei dotalis, cui ſponte conſenſit, & non contrauenire iurauit, etiam de iure ciuili. numero 2.*
Non habet ullam actionem matrimonio conſtante, ſed maritus in dote, ibidem.
Matrimonium ſoluitur multis & quibus modis, ibid.
2 *In iuramenti obſeruatione etiam de mente legum etiam in muliere recurritur ad canones.*
Aucte. ſacramenta quando habeat locum, ibid.
Minor ſi deceptus fuit ultra dimidiam iuſti pretij, & iurauit quid iuris, ibid. in fin.
3 *Canonicum ius ut ſeruent iudices ſeculares, per locorum ordinarios eccleſiaſtica cenſura cogendi.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
6 *Additio gloſſarum.*
Acceſſorium an teneat principali non ſubſiſtente, ibid. & num. 7.
Pœna an ualeat contractu corruente, ibid. & num. 7.
7 *Fideiuſſor emptori rei dotalis an teneatur repetit a re uendita;*
Legis cum hæc, ff. de fideiuſſo. intellectus, ibid.
8 *Iuramentum quibus caſibus quis obſeruare non teneatur.*
9 *Animæ utilitas corpori præferenda.*
10 *Iuramentum tenet etiam in præiudicium filiorum, intellige indirectè: ſecus ſi directè.*
Præiudicium directè & indirectè alij infertur, & differt, ibid.

C A P V T XXVIII.

1 CVm contingat. Caſus. Nõ † au
ditur mulier
contra alienationem rei dotalis, cui ſpon
te conſenſit, & non contrauenire iurauit.
communis diuiſio. ſecũda ibi, Nos autem [*Ne contra*]
ſ. prædictam alienationem [*Soluto*] nam ipſo conſtan-
te nullam habet actionem, ſed maritus tantũ. C. de rei
uen. doce ancillã, niſi in caſu. C. de iure do. ubi, Hoſt.
& dic ſoluto morte mariti, uel per diuortium latum
propter conſanguinitatem, uel aliud impedimentũ,
ſm Pe. & Ab. [*Matrimonio*] quãdo ex pacto, uel cõſue.
lucrari debet dona. propter nuptias, Ab. [*Vtrum hic*] ſ.
uenire cõtra proprium iuramentum, & repetere res
2 alienatas. [*Etſi*] pro quamuis [*Sanctiones*] excluſiſt † ca-
nonicis: alias cõtra, cum & de mente legum ſit, quòd
in his recurratur ad canones. C. de ſum. Tri. l. fi. in auc.
qũo oportet. i. reſpõſo, colla. i. de man. prin. §. ſi verò,
colla. 3. cum ſi. ſm Hoſti. qui dicit per prædictam ra-
tionem, & per auctenti. ſacramenta, ſignata. C. ſi ad
uerſus uen. etiam de iure ciuili hoc ius ſeruandum. &
hic Ho. gloſſauit ipſam auct. ſacramẽta. quarum gloſ
ſarum mens eſt, quòd auct. illa locum habeat etiam
in impubere doli capace, qui periurare poteſt, de de-
lic. pu. c. 1. & de infantibus, uel non doli capacibus lo-
quatur. 22. q. 5. paruuli, & c. pueri. Itẽ no. ꝙ illa auct. ha
bet locum etiam in cõtractib⁹ rerum immobilium.
Item quòd habet locum etiam in donationib⁹. Si au
tem deceptus fuit minor, qui iurauit, ultra dimidiam
iuſti precij, tenet hoc quod no. de emp. & uẽ. c. fi. in fi.
ulti. gl. not. etiam id, quod notaui, infra eo. licet, lib. 6.
3 in ulti. glo. [*Aeternæ*] & iudices † ſeculares ad ſeruandũ
hoc ius canonicum per locorũ ordinarios ſunt. ecc.
cen. cogẽdi, infra eo. capitulo. 2. lib. ſexto. ¶ Secunda
4 † gl. miſcet plura contraria, & tripliciter ſoluit, reſpõ-
5 dens ad contraria, & inducens huic ſimile. ¶ *In † glo. 2.
ibi, lex*] ult. quæ prohibet maritum alienare, uel obli-
gare fundum dotalem, trahitur ad ſponſum [*& ibi, non
auium*] uide in præalleg. c. ſi diligenti, ſuper vlt. gloſſ.
[*& ibi, adigere*] uide ſupra eod. ueniens, in fin. ſecundæ
6 gloſſ. ¶ *in † glo. 1. ibi, lex Iulia*] inſtitu. quibus ali. licet
vel non, & C. de rei uxo. actio. l. una. §. fin. Hoſtien.
a ¶ *In glo. 2. ibi, uides*[a] & infra de regi. iuris, quæ con-
tra

tra ius, lib. 6. [*& ibi, concordantijs*] infra de reg. iuris, ac-
ceſſorium, lib. 6. & hoc facit ad quæſtionem de pœna
in tali contractu promiſſa, quam & certas alias de ma
teria uide in ſpec. de emp. & uen. §. 3. loco, in ſecunda
col. uer. ſed pone vxor, cum ver. ſeq. Et quia de fideiuſ
7 ſore ibi nõ tractatur, quæro, ſi alienatur † fundus do-
b talis, qui poſtea repetitur, teneatur fideiuſſor[b] datus
emptori, & per eandem rationem acceſſorij? uidetur
quòd non, & uidetur caſus. ff. de fideiuſ. cum lex, & c.
ti. l. græcè. §. illud. In contrarium inducitur. ff. de arbi.
ſi pupillus, ubi fideiuſſor pupilli tenetur ad pœnam,
licet pupillus non teneatur, inſt. de repli. circa fi. C. de
fideiuſ. l. 2. C. de prædijs minorũ. l. & ſi is, & uide, quod
ibi no. ubi etiam dicit Cy. quæſtionem pro hac parte
terminatam fuiſſe, & per id, quod no. in præalle. l. cũ
lex, in fi. ulti. gl. quæ dicit idem in fundo dotali, quod
in minore. contra id facit, quòd no. in l. dotalem. ff. de
teſtamento mili. quæ dicit legato per militem fundo
dotali æſtimationem non deberi: ſed illud dictum nõ
approbatur. Speculatori in prædictis uer. plus placet,
quòd diſtinguatur inter ſcientem emptorem, & igno
rantem, ibi uide. Aliqui diſtinguunt, ubi contractus
iure communi non tenet, vt in re ſacra ignoranter vẽ-
dita, & tunc procedat. l. præce. cum lex. aut de iure ſpe-
ciali priuilegio perſonæ. & tunc ſi perſona, cuius fauo
re alienatio prohibetur, uendidit, & in caſu prohibito
fideiuſſor non tenetur. C. de iure do. ſi prædium, & vi-
de quod ibi no. ſecus, ſi in caſu permiſſo fiat uenditio,
licet minor poſtea reſtituatur: quia tenetur fideiuſſor
ff. de fideiuſ. minorum. l. 1. & 2. Idem, ſi non ille, ſed al-
ter uendidit. præall. l. ſi is [*& ibi, adigere*] & cum immo-
8 deratum † quid præcipitur, ſupra eo. Quintauallis. &
cum aufertur libertas teſtandi. ff. de l. 3. l. ſi quis in prin.
teſtamenti. ff. quarum rerum ac. non da. l. 1. §. quæ one
randæ. uel cum ei, qui iurat, non ſeruatur fides, infra
c. proxi. uel cum ſeruus ante manumiſsionẽ iurat præ
ſtare operas. ff. de ma. teſt. l. ſeruum teſtamento, Ioã. &
Hoſt. [*& ibi, conſiderauit*] ſi. quod no. infra de præſcrip.
c. ulti. & infra de arbi. ca. 2. lib. 6. [*& ibi. l. 1.*] infra de pi-
9 gno. ex literis [*& ibi. utilitatem † animæ*] quæ præferenda
eſt corpori. C. de ſacroſan. eccle. ſancimus. 12. quæſt. 1.
præcipimus, Hoſt. [*& ibi, contrarietates*] dixit Vin. credo,
quòd obligatur per iuramentum, ſed inſtet, ut abſol-
uatur [*& ibi, perpetua*] de emp. & uen. peruenit [*& in fi.*]
& eſt ſimile, infra de pactis, quamuis, lib. 6. ¶ *In glo. ult.
10 ibi, uel filiorum*] intelligas † directè. nam aliàs indirectè
bene poſſet eſſe præiudicium filiorum, qui aliàs ſuc-
c ceſsiſſent[c] in re illa, ſi non fuiſſet alienata: ſed ex quô
aliter non erat illis obligata, puta ex teſtamento aui,
vel aliter, tenet conſenſus. quod ſi directè uergeret in
in præiudicium etiam extraneorum, non noceret, ſu-
pra eo. uenientes, ubi dixi de hoc.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Vides. In hac gl. ibi, ſed canon &c. hæc non eſt bona: quia etiam
conſiderato fine animæ debent ſeruari: quia qui non ſeruat legiti-
mas ſanctiones, peccat mortaliter, & mandata principum, ut c. 2.
de maio. & obe. item nec, & 2. quia tex. non facit differentiam, an
poſſit dos ſaluari, nec ne. item nec, 3. ſatisfacit: quia & hic videtur
adducta turpitudo, cum ſit contra leges. item alia ratione poteſt
cauillari, quia auct. ſiue à me, in ſuo ſtricto caſu loquitur de obli-
ga. non alienatione. item ibi quando ſecũdus conſenſus præſtatur
ex interuallo, quaſi deliberatè præſtetur, ut. l. ſi mulier, ad Velleia.
ſed hic in iuramento, quod incontinenti præſtatur & ea facilita-
te, qua inducitur ad contrahendum & ad iurandum, niſi dicatur,
quòd in iuramento non præſumitur, quòd ueniat niſi deliberatè:
quia eſt magni ponderis, nec debet iurari niſi ex neceſſitate, ut in-
fra eo. at ſi Chriſtus, Arch.
b ¶ Fideiuſſor. Adde do. Alex. in di. l. cum lex, & hic per d. Io. de Imo.
in repe. huius capituli.
c ¶ Succeſſiſſent. Et ſic hic doc. ſentiunt, quòd iuramentum iſtud
habeat præiudicare filijs, ſed contra: quia iuramentum non vincu-
lat niſi iurantẽ, vt ſupra in c. ueritatis, ſupra eo. ti. Ioan. Cal. reſpõ-
det, quòd in terminis decr. iſtius iſtud iuramentum ex ui iuramẽ-
ti non ſolum obligat iurantem, ſed etiam impulit in contractum,
& ſic tenet, quòd ex uiribus iuramenti non obligentur filij: obli-
gantur tamen ex uiribus contractus roborati ex iuramento. & ſi
ſecus diceremus, ex hoc eccleſiæ deciperentur, & contrahentes
auctoritate. l. etiam quia hæredes non tenerentur ad obſeruantiã,
& ſic ſentit id, quod dominus Barto. in. l. ſi quis pro eo, ff. de fide-
iuſ. ibi, tertio dixi, in tertio membro, do. Anto. de But. tenet quòd
contractus non ualidetur per iſtum tex. ibi, mulieres ipſæ, ut ple-
ne ſcripſi in loco præalle. non obſtat ratio prædicta: quia iuramen-
tum præſtitum per mulierem ſi non tranſit ad hæredes &c. quòd
ſequeretur abſurdum: quia fateor, quòd reſpectu iuramenti nõ
tenentur hæredes: ſed per eccleſiam coguntur, ut ualidetur iura-
mentum. ſenſit glo. in c. ex parte, ſupra de conſue. in glo. in uer.
alienat, & Ioan. And. in c. licet, de pac. lib. ſexto, & in uer. firma-
tum, in glo. fi. Bal.

S V M M A R I V M.

1 *Fides etiam iurata ſeruanda non eſt ei, qui fidem frangit, & nu. 15.*
2 *Bellum iniuſtum omne regulariter damnatum. & iniuſte motum præſumitur, nume. 3. ad eccleſiam pertinet hoc iudicium, ibid. & quando moueri debet, num. 4.*
Neganti iuſtum eſſe bellum non incumbit probatio, ibid.
3 *Ad damnorum in bello datorum reſtitutionem an & quando bellũ mouens teneatur, & nu. 4.*
5 *Ad bellum iuſtum, uel iniuſtum uocati an agunt cõtra uocantem ad impenſas, uel damna, quæ propter hoc ſuſtinent: uel contrà, an uocans ad ipſum agat ui bono. rapto. uel furti contra illos, qui ſpoliarent uocatos, & num. 7. 8. 11.*
6 *Vaſalli ad quæ domino præſtanda teneantur.*
7 *Caſus fortuiti mãdatario non ſunt imputandi aliud in commodato, & locato dicitur. Tot ſunt ut numerari nequeant, num. 12. uerſ. Reſponde. alia de bello uide num. 18. niſi in caſibus & quibus, & num. 8. & 12.*
9 *In bello capta quando fiant capientis, & quando repeti queant.*
10 *Spolians ſpoliantem an pari crimine teneatur ſpolianti.*
Inuadere alienum, & detinere an interſit, ibid.
Crimina paria quomodo mutua compenſatione tolli intelligantur, ibidem.
Compenſatio in quibus habeat locum, ibid. uer. alij dicunt.
11 *Mandatori ne detur actio contra ſpoliatores mandatariorum.*
Actio ui bonorum raptorum, & furti quibus detur, ibid.
Ceſſionem actionis debet ſatisfactio præcedere, ibid. uer. in his autem.
12 *Mandator quando teneatur ex caſu fortuito mandatario.*
Socius ſocio ex caſu fortuito tenetur, ibid. uer. in ſocietate tamen.
13 *Damna, & intereſſe ueniunt cum reſtitutione occupatorum.*
A iuramento ſi nolit abſoluere, cui iuraui, abſoluit eccleſia, uel fit compulſio, & quo caſu, ibid. ad dictio. abſoluens, & nu. 14. ad fi.
14 *Vera ſi fuerint narrata, clauſula hæc, ſi non fuerit, in reſcriptis appoſita, intelligitur.*
Excommunicatio cadit in perſonam, non locum, & quum, & ratio, ibidem.
16 *Per iuramentum, uel pactum quis non obligatur, niſi conſentiat ille, cui fit iuramentum, uel pactum.*
Negligentia non tenetur, ſi neceſſitas, uel aliud impedimentum excuſet ipſum, ibid.
17 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 8.*
Bellum quibus modis dicatur iniuſtum, & de iuſto bello, & quando liceat alium impugnare, ibid nu. 18. alia de bello, ſupra nu. 9.
19 *Captus in bello, & quo fit ſeruus capientis, & peccat, ſi fugiat ab eo.*

C A P V T XXIX.

1 SIcut, & infra Caſus. Fides † etiã
iurata ſeruãda nõ
eſt ei, qui fidem frangit. & uera diuiſio. ꝙ
primò ponitur deciſa querela, & conſulta
tio. ſecundò querelæ cõmiſſio. tertio cõſultationis re-
ſpon. ſecunda ibi, in prin. ſi conſtiterit. tertia ibi, iura-
men-

a mentum [*conſiteris*] dicit Hoſt. q† conſtat hoc ipſo, q non conſtat contrarium. C. qui mili. non poſſunt, ſuper ſeruis. lib. 12. quia regulariter omne bellum iniuſtum eſt damnatum. C. de act. & obli. l. negantes. C. de gladi. l. una, lib. 11. & de pur. ca. c. 1. & 2. cum ſuis concor. ſecundum Hoſt. qui tamen dicit, quòd uerbum iſtud poteſt determinare uerbum, iniuſtè, quod ſequitur, & tunc procedit lectura, de qua dixi. nam qui aſſerit bellum iniuſtum, negat iſtud iuſtū: & negans hanc aſſertionem dicit illud iuſtum, & ſic illi incumbit probatio, qui in veritate dicit; non neganti. ff. de proba. l. 2. de quo remittit, ſup. de renun. ſuper hoc, & de elect. bonæ. i. §. contra. poteſt etiam determinare uerbum,
3 Mouit. & eſt ſenſus, ſi cōſtiterit, quòd mouit † bellum. q. d. conſiderandum, cum quæritur de reſtitutione dānorum datorum in bello, inquiri debere quis fuerit bellum mouens, quaſi illi ſit imputandum totum cōmiſſum in illo conflictu. C. de ui pu. uel priua. l. quoniam multa facinora. ff. ſi qua. pauperi. l. 1. §. cum arietes. ff. ad l. Aquil. ſi ex plagis. §. 1. & ſecundum hoc aſſerenti incumbit probatio. ff. ad l. Aquil. ſcientiam. §. cū ſtramenta. Ex his collige, quòd bellum mouens tenetur ad reſtitutionem, quod verum, quādo iniuſtè mouit, quod prima facie præſumitur. ſi tamen mouens vult probare, quod iuſtè mouit, in nullo tenetur: ſed facit ſua, quæ occupauit, ut in glo. 2. de quo remittit Hoſti. de homici. pro humani, & ad id, quod infra dicam. & dicit hoc iudiciū ratione pacis & pacti ſpectare ad eccleſiā. de iudi. nouit, de treu. & pace. c. 1. & 2. un de etiā dicit lex, q ſi præſes lædat ſubditum ſuū, recurritur ad epiſcopū, vt in auct. vt dif. iudi. §. ſi tamen con-
a tingit, coll. 9. [*Bellum* a] vt dicit † Hoſti. bellum ſine cauſa rationabili, & auctoritate iuris, uel iudicis moueri
4 nō debet, licet tota die fiat contrarium. tenentur ergo tales ad reſtitutionē: quia cenſentur hinc inde prædones, & latrunculi. ff. de captiuis, & poſtli. reuer. l. hoſtes ff. de uerbo. ſigni. l. hoſtes, niſi vbi altera partiū dat dānū ſe defendendo, quod oē ius permittit. ff. de iuſti. & iur. vt uim. dūmodo defendēs non excedat modū, q† tunc facit, qū violentiam infert. qua omiſſa, ſalua ſibi erat defenſio ad arbitrum boni iudicis, de quo remittit ad decre. olim. i. de reſti. ſpo. & de ſen. excom. dile-
5 cto [*Occupata*] de uocatis † ad bellum iuſtum, uel iniuſtum an agant contra uocantem ad impenſas, & dāna, quæ propter hoc ſuſtinent. Item an uocans agat vi bonorum raptorum, uel furti contra illos, qui ſpoliarunt uocatos, no. hic Vin. & Hoſti. dicentes, quod uocatus, ut auxilium præbeat ad bellum iniuſtum, non habet actionē mandati, uel aliam contra uocantem ad impendia, uel damna, quæ propter hoc ſuſtinuit: quia in re turpi non contrahitur obligatio, inſti. man. §. illud quoque. ff. man. ſi remunerandi. §. rei turpis, & l. ſi maudauero. §. qui edere, & ſic loquitur glo. in præalle. l. quoniam multa, C. de ui publica. Sed Ci. ibi tractat in q. 2. quod ſumptum fuit ex uerbis Inno. quę ſequuntur. Vocati autem ad iuſtum bellum actionem mandati habent contra uocantem, niſi cauſa pietatis, uel humiliatis, ſiue parentelæ hoc faciunt, ar. ff. de nego. ge. Neſennius. 23. q. 3. non inferenda, & c. ſequenti, uel niſi ad hoc ex debito teneātur. 11. q. 3. ſi dominus, & c. Iulianus, de quibus uidetur, quòd ex quo ex debito uenire tenētur, excuſantur, ſi inimicis damnum dederīt, niſi notorium eſſet bellum iniuſtum, ut in d. c. Iulia. nam in dubio obedire tenētur. 11. q. 3. quid ergo. 23. q. 1. quid culpatur. uidetur † etiā quòd licet uaſſalli teneāntur adeſſe domino, præſtando ei auxilium, & conſilium, ne lædatur. 22. q. 5. de forma: non tamē
6 milites uocati tenentur ire cum armis in eorum ſeruitio, uel pro eis aduocare, uel conſimilia ſeruitia facere, niſi ex ſpeciali pacto ad hoc ſint obligati, cum non teneātur ad munera perſolalia cum ſumptu, vel ſine ſumptu, niſi ex pacto, quod dic ut no. infra de īmuni. eccle. non minus, uel niſi in caſibus, qui ponuntur in vſibus feudorum, uel niſi conſuetudine, uel alio iure ſpeciali ſecundum Inno. Tu uerò dic ſecundum Hoſtien. de hac materia, ut no. infra de feu. c. 1. & in ſumma, co. titu. §. quid ſit fidelitas. Contra id † autē, quod
7 dixi ſecundum Innocen. uocantem teneri uocatis ad damna, quæ propter hoc incurrunt, ubi eſt iuſtū bellum, ſic poteſt opponi. ſ. quia hæc dāna caſualia ſunt. caſus autem fortuiti non ſunt imputandi, infra de homici. Ioannes, cum ſuis concor. Sed dicas, quòd hoc uerum eſt, quando prēuideri non potuerunt. Vocans autē bene potuit iſtos caſus fortuitos prævidere: imò ſcire debuit, quòd varius eſt euentus belli, & nūc hūc, nūc ca. illum conſumit gladius. 2. Regum. 12. & q vix aut nunquam poſſunt milites venire cum armis, & eſſe in guerris, quin magnas expenſas faciant, & multa damna incurrant. & ſi hoc dicat ſe ignorare, lata culpa eſt, quæ dolo comparatur, cū iſtud intelligant quaſi omnes. ff. de iur. & facti igno. l. regula. ff. de uerbo. ſigni. l. latæ culpæ. ergo aut nō debet vocare aut ex quo uocat, cum bene ſciat, uel ſcire debeat, quòd iſtud pro maiori parte accidit, ad ſatisfaciendum uidetur ſe obligare. nec obſtat. ff. commo. ſi ut certo. §. ſed ſi incertum, ubi dicitur, quòd ſi quis cōmodauerit equum, & arma eunti ad bellum, & ibi amittantur, non competit actio ad eā recuperanda: quia aliud eſt in mā-
8 to, & aliud in commodato. de natura † enim mandati eſt, quòd mandans tenetur mandatarium ſeruare indēnem, ut in ſupradictis. ll. & ff. de procur. qui proprio §. litis impendia, & patet in eo, quod legitur & no. ſupra de procu. cum pro cauſa, & quòd mādatum de rebus proprijs mādantis gerendis, ſicut patet in præmiſſo exemplo, ſit in fauorem & ad vtilitatem mādantis, & in onus mandatarij. unde nec tenetur mandatum ſuſcipere mandatarius, niſi uelit, ſed ſuſceptum adimplere tenetur: alioquin obligatur, ut Inſti. mandati. §. mandantis tantum gratia, & §. mandatum ſuſcipere. In commodato uerò, quod gratia commodatarij fit, ut in præmiſſo exemplo, ſ. quādo commodo equum, uel arma eunti ad bellum, agitur ad hoc ut commodatario ſub ueniatur: non quod ei commodans obligetur. ſed nec commodatarius tenetur, dummodò re commodata ad eum uſum vtatur, ad quem commodata fuit. ideoque ſi arma & equum eunti ad bellum commodata in eodem amittantur, non tenetur commodatarius, nec etiam conductor ad emendam, qui ſic ea cōduxit, cum & locator ſuſpicari potuerit & debuerit hoc euenire poſſe. ff. locati & conducti, ſi quis domum. §. hic ſubiungi, & l. ſi merces. §. uis maior. ſed dices, eodem modo uidetur imputandum vocato ad bellum, ſi veniat, & expenſas faciat, vel equos, & arma amittat: quia & preſcire potuit hoc euēnire poſſe. Reſpon. uerum eſt: ſed & ſciebat, quòd de natura uocationis erat, ut à uocante, ſiue mandatore per actio-
b nem mandati impedia ſua, & dāna recuperet, & ideò ſub hac ſpe ſecurius veniebat. ff. de mandati, inter cauſas. §. impendia, & l. qui mutuam. §. fina. ſed & locator debet eſſe contentus mercede ſua. unde nec tenetur conductor, dummodo nec in dolo, nec in culpa reperiatur. ſimiliter nec commodatarius, niſi ſaltem in leuiſſima culpa ſit; ſed conſtat, quòd ille, qui ducit equum ad bellum, & ipſum ad hūc vſum recepit, nec etiam in minima culpa eſt, ſecundum Inno. quod uerum eſt ſecundum Hoſti. ex eo ſolo, quòd ad bellum duxit. ſi tamē ipſum equum uel male cuſtodiuit, ad quando eum cum nimis calidus eſſet, vel non cōpe-
uel

uel mortuus eſt, vel quia tranſiuit per locum euidenter periculoſum nō prænunciando hoc ei, qui ipſum uocauerat, & qui forſan prouidiſſet ei de ſecuro conductu, in his caſibus & ſimilibus certum eſt, q in culpa deprehenditur, & ideò eſt imputandum. ff. commo. ſi ut certo. §. 1. & §. ſi interdum, & §. mortis, & ſe. l. in rebus. i. reſponſo, & §. 1. & ſe. & patet in eo, quod no.
c in ſumma. §. & in quantum. In bello c autem † iuſto,
9 quod fit ex edicto principis, dicit Inno. q liberi homines capti ſerui fiūt capientium, & in eorum dominiū res tranſeunt occupatæ. ff. de capti. & poſtli. reuer. hoſtes d. ff. de uerbo. ſigni. hoſtes. Si uerò non fiat ex edicto principis, ſed aliàs ſit iuſtum, puta quia fit ad defenſionem, uel proſecutionem iuris ſui, diſtinguendū eſt, vtrum is, qui tale bellum agit, iuriſdictionē habeat ſuper illis, quibus guerram facit, & cōtumaces ei ſint & rebelles, poteſt ſtatuere & concedere, quòd liceat unicuique res ipſorum inuadere & capere, & ſuas facere, & liberos etiam homines rebelles capere & detinere, quouſq; ſibi. i. domino fuerint aſſignati, ut no. infra de ſen. excom. à nobis, ſecundùm Innocen. & tales poſſunt dici potius obſides, quàm captiui. & ſecūdum hoc poteſt intelligi. ff. de leg. 3. le. 1. §. 1. primo reſponſo. ſed & ſine aliqua cōſtitutione poteſt tales rebelles, ſi terram ſuā inuaſerint, & in ea dāna dederint, punire, & dānare. C. ubi de cri. agi oportet, auct. qua in prouincia, & patet in eo, quod l. & no. infra de rap. c. 1. ſecundum Hoſt. Si autem is, qui tale bellum gerit, nullam iuriſdictionem habeat ſuper eo, pro quo bellum geritur, & tamen iuſtè pugnat, puta quia alius inuadit ipſum, & ipſe ſe, uel res ſuas defendit, tunc licet ei uim ui repellere, & in repellēdo hoīem percutere, & ēt occidere, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod dic, ut legitur & no. §. de reſti. ſpo. olim. i. ad fin. tunc tñ nec bona aduerſarij, nec aduerſariū licet capere, nec capiendo ſua facere, nec etiam inuaſorem detinere: qui tamen inuaſori, ſi tunc in ipſa inuaſione ſpolietur, uel uerberetur, actio ui bonorū rap. & etiā iniuriarum denegatur: quia exceptio paris criminis obſtat ei, infra de adul. intelleximus, ubi de hoc. ſed bene poteſt res, quibus ſpoliatus eſt, uendicare, quarum remanet dominus, ſicut prius. ff. de rei uen. in rē actio.
10 Sed quid ſi tu † tenes equū meum, & ego repeto, quē quia mihi reddere denegas, uiolēter tibi eum aufero, nunquid dabitur tibi actio contra me ui bo. rap. uidetur quòd ſic, ar. ff. quod me. cauſa, extat edictū. ſed contra: quia adeò delinquis tu, qui quod meum mihi reddere denegas, ſicut & ego, qui te ſpolio: quia nō multum intereſt iniuſtè detinere, ac inuadere alienum, ut dicit concilium generale, ſupra de reſti. ſpo. ſępe. & dicit Aug. quòd ſi quod inueniſti, non reddidiiti, rapuiſti. 14. q. 5. ſi quid inueniſti. ergo uideē, quod ſi in hoc caſu agis cōtra me, obſtat tibi exceptio paris criminis, ut dictū eſt. Sol. circa diuerſa ſunt hæc delicta, & ideò non compenſantur ſecundum Innoc. ſed & quamuis inuadere, & retinere alienum parificentur, hoc tamē intelligitur in foro animæ, vt dicit dicta cōſtitutio ſæpe: ſecus in iudicio contentioſo. in illo enim non punitur detinens ex ſola detentione, nec etiam cogitur reſtituere rem alienam, niſi probanti intētionem ſuā C. de rei uen. l. ſi. C. de proba. actor. Inuadens uero ex
c ipſa inuaſione punitur, e & reſtituere cogitur. C. unde ui. ſi quis in tantam. 15. quæſtio. 6. cap. 1. ſed is, qui detinet, in contentioſo foro potius negligens uel culpabilis iudicandus eſt, quàm delinquens. Is uero, qui inuadit, uerè delinquens & criminoſus eſt. de culpa autem, ſiue negligentia non admittitur compenſatio ad delictum, quod culpæ præponderat. ff. ad l. Aquil. ſi ex plagis. §. 1. ſecundum Hoſtien. ſed & ſecundum Inno. exceptio culpæ non impedit proſecutionem actionis de dolo, uel criminis. ff. de ſolu. ma. ſi mora. Alij dicūt, & melius ſecundum Innocē. quòd quandō ſpoliatus ſuum ſpoliatorem ſpoliat, & ſi utriq; contra alterum actio, vi bo. rap. & etiam iniuriarū competit, obſtat tamen alterutri exceptio compenſationis, inquantum alterius ſpolium, uel iniuria poterit æſtimari. ſic enim intelligitur, quòd dolus dolo compenſatur. & q paria crimina mutua compenſatione tolluntur. ff. de dolo, ſi duo, infra de adulte. c. pe. & fi. adeò, quod non ſolū pecuniaria compenſatur, quinimmò & redditio debiti coniugalis, & repetitio ac receptio dotis. & donatio propter nup. & ſic intelligitur. ff. ſoluto ma. uiro atque uxore, infra de adulte. intelleximus. quomodo autem ad pœnas temporales, uel etiam ſpirituales, ſiue etiam pecuniarias, quę applicantur f fiſco, nulla fit
f compenſatio: imò omnes, & illi tantū, qui delinquūt, debent luere pœnas ſuas, ut patet. C. de mo. mulc. per totū, & in eo, quod legitur, & no. infra de his, quæ fiūt
11 à ma. par. capituli. c. 2. Sed quid † dices in ſupradicto caſu, ubi. ſ. aliquis nobilis uocauit alios amicos ſuos, uel etiam ſubditos, ſed liberos, ut uenirent ad eum cum armis, & iſti uenientes ſpoliati ſunt equis, & armis & alijs, quæ portabant, nūquid huic mandatori dabitur actio, ui bonorum raptorum, contra ſpoliatores? Videtur q ſic: quia mandatoris ipſius intereſt ipſos non ſpoliari, cum ad ſatisfactionē teneatur eis actione mādati, ut no. ſupra ea. gl. in prin. & uer. contra id autem, & ſequentibus. tu tamen dicas contrarium, & hoc ea ratione, quia res ablatæ non erant in bonis, & de bonis mandatoris. Alij autem, quàm domino, uel poſſeſſori, uel detentori, ut eſt depoſitarius, uel commodatarius, & ſimiles, uel aliquod ius habenti in re, ut eſt ille, cui res eſt pignori obligata, & ſi nondū tradita, non datur actio ui bonorum rap. uel etiam furti. ff. ui bonorum raptorum. l. 2. §. in hac actione non utiq; ſpectamus, & ſequen. ff. de præſ. uerbis, ſi gratuitam. §. ſi
g quis ſponſionis. ff. de furtis. le. is cui, & l. ſi is, g qui rem cōmodaſſet. Homines ergo ſpoliati ſinguli agere debent. eſt tamē ar. contra id, de iniur. c. pe. ſed ibi ſoluitur. & idem uidetur, ſi etiā mandator eis expreſsè promiſiſſet, quòd ipſos ſeruaret indemnes. ff. locati. quæro. In his autem caſibus & ſimilibus expediens eſt cōſilium, vt mandator ſatisfaciat ſpoliatis: ſed ante ſatisfactionem cedi ſibi faciat actiones. ſic enim agere poterit contra ſpoliatores. C. man. l. pe. & fi. Poſt ſolutionem autem non prodeſſet facta ceſsio, niſi de ipſa fa-
h cienda antea conueniſſet. ff. de ſolutio. Modeſtinus. h
12 Quid † ſi mandaui alicui Genuen. q mihi faceret ædificium in inſula maris circūdata, puta in Sardinia, uel Sicilia, & mandatarius uolens implere mandatum recollegit ſeruos ſuos, & pecuniam, & materiam ad ędificationem neceſſariam, puta ligna, calcem, ferramēta, & ſimilia, quæ tamen iam prius parauerat, & habebat non ob hanc cauſam, ſed ob aliam, & omnia hæc remittit per mare pro mandato ædificij adimplendo, & naufragio pereunt, nnnquid tenetur mandator ſatisfacere mandatario de prædictis? Reſpon. non mandatori, ſed caſui i eſt potius imputanda, & ita potuerūt hæc omnia perire domi, ſicut & in mari, licet per mare nauigantes pluribus caſibus ſubiacebant, quàm domi remanētes, & ſic poteſt intelligi. ff. man. inter cauſas. §. non omnia. & ſi aliud diceretur, dummodò per vnum paſſum prædicta portari feciſſet, & fulgure, uel alio caſu perijſſent, teneretur mādato, quod abſurdū eſt dicere, uel ſentire. Si uerò hæc emiſſet, uel pecuniā mutuò accepiſſet, uel prędicta ſibi empta vēdere omi ſiſſet propter prædictū mandatum ædificij adimplendum, & hęc caſu fortuito amiſiſſet, tunc bene tenetur mandator actione mādati, etiam ſi eodē modo apud mandatarium perijſſent. probantur hæc. ff. de condi.

cauſa

cauſa da.ſi pecuniam.§.fina.ff. mandati. ſi procuratore.§.fi.& le.ſe.§.item Papi.& §.itē Labeo ait,& l.ſi quis alicui.§.impendia,& l.qui mutuam.§.fi.ff.de nego.ge. ſed an ultro. In hoc enim caſu non propter fortunam tantum hęc amiſit,ſed propter mandatum:quia nunquam hic emiſſet, uel pecuniam mutuam recepiſſet, niſi propter mandatum adimplēdum. ſed dices idem uideo & in primo caſu: quia niſi mandatum præceſſiſſet,nunquam mandatarius prædicta mari expoſuiſſet, & ſic non amiſiſſet. Reſpō.& ſi duo præmiſſa ſunt uera,tū de tertio non es certus:quia infiniti ſunt caſus fortuiti,quibus hęc domi retinens amittere potuiſſet, puta incendio, rapina, furto, & multis aliis. tot enim ſunt,quòd nec dici nec numerari poſsūt. C.de uſufru. l.pe.circa medium,C.de præſ.30.an.l.fi.ante fi.In ſocietate tamē ſecus eſt:in qua obligatur ſocius de caſu fortuito,ſi conſocius ferat ſecum ea,quæ nunquam portaſſet, niſi ad negociādum iuiſſet.ff.pro ſocio.cū duobus. §.quidam. & eſt ratio, quia ſocietas propter uberiorem quæſtum fit, & quaſi fratres participāt ſibi ſocij lucrum. unde & damnum participare debēt.ff.pro ſocio,coiri ſocietatem,& ll.ſequentibus.& l.cum duobus.§. Papinianus,alias eſt lex,& incipit,ſi fratres,& §. ſequentibus.æquum eſt enim,cp qui partitur lucrum, partiatur & damnum.ff.de reg.iur.ſecundum naturā. Quidam tamen dicunt ſeruandum idē eſſe inter mandatarium & mandatorem,ſiue prius ſuas, ſiue ob hoc de nouo emptas res amiſerit, quod utique urbanum eſt & æquum. imò uidetur & iuſtum, dūmodo caſus fortuitus talis ſit,quem non incurriſſet, niſi mandatū recepiſſet,ut in præall.l.ſi peccuniam,& alijs ſuis ſi.in-
i ductis, ſupra e.glo.uer.ſi uerò hæc emiſſet, & ſequen. Sinautem talis ſit,qui etiam ei & domi contigiſſet,uel contingere potuiſſet, tunc non tenetur mandator, & ſic poteſt intelligi.ff.mandati, inter cauſas.§.ſi omnia, ſecundum Inn.cuius eſt magna pars totius huius glo. & adde, quod no. de hac materia, infra de hære.excō-
k municamus.i.§.ſi uerò dominus per totum, [k] ſecun-
13 dum Hoſti. [*Reſtituat*] cum damnis † & intereſſe, ar.de iniur.cum olim, de reſti.ſpo.grauis,de fo.compe.dilecti: quia non dimittitur peccatum &c. ſecundum regulam,de reg.iur.peccatum, li.6. [*Iuramento*] forſan ne ſuper his, querelā exponeret, uel quòd rediret in uinculis,quod plus placet Hoſti.ne uideatur conquerendo deieraſſe.& tunc ſecundū cum dicas,quòd denun-
l ciauit,aliàs non uidet Hoſtiē. quid ualeret abſolutio. [*Abſoluens*] quid ſi nollet abſoluere? dicit Hoſtien. cp eccleſia abſoluet,& remittit,ſupra e.ſi uerò,& cap.debitores.uel fiet prius compulſio,de qua ſequitur [*Noluerit*] reſtituendo,& abſoluendo [*Si præmiſſa*] intelligi-
14 tur hæc clauſula † etiam non appoſita,de reſcriptis.c.2. [*Per ſententiam*] aliàs, perſonam.& no.perſonam excōmunicari, locū interdici. excommunicationis enim non eſt capax niſi creatura rationabilis, mortalis, & baptizata, de ſen.excom.Romana.§.fi.ubi ſatis dicam de hoc ſuper glo.per hanc,de diuortijs, gaudemus,de uſuris, poſt miſerabilem,& c.quanto, ſecundum Hoſti. [*Supponentes*] ſi hoc non prodeſt, abſoluet eccleſia, ut prædixi [*Iuramentum*] ut dixit Hoſtien. non apparet
15 hic, quale fuerit iuramentum. Forſan. I. † promiſit, H. centum libr.ſi ipſum non offenderet. & ille.H.promiſit, & forte iurauit non offendere dictum. I.& tamen ipſum offendit.non tenetur ergo. I.illi.H.ad illas centū libr.facit de ſimo.dilectus, infra de pęnis, conſtitutus, infra de cenſi. cum olim [*Aſſenſu*] conuentionali hinc
16 inde.& no,per † hoc Pe.per iuramentum, uel pactum nullum obligari,niſi conſentiat ille,cui fit iuramentū, uel pactum [*Negligit*] no.culpam ipſius. H.concor.de tranſac.ſi quis maior.ſecus ergo,ſi neceſsitas,uel aliud iuſtum impedimentum illum excuſaret, ſupra eo. tit.
17 breui,& c.querelam,ſecundum Hoſtien. ¶ Vlt.† gl.ſi-
18 gnat contrarium,& ſoluit,& obſcurè tamen. ¶ [*In † glo. 2.ibi, iniuſtum*] hoc uidetur. 5.modis, qui notantur. 23. q.ſecunda,in ſumma, quos poſuit hic Goffre. de iuſto autem bello, & quando liceat alicui alium impugnare, remittit Innocen. de reſti.ſpo.olim, infra,& Hoſti. remittit ad ſummam, de treu. & pace. §. quid ſit iuſtū bellum, & ſcripſi de homici. pro humani, in glo. hoc dicit,lib.ſexto,& uide per Tho.ſecunda ſecundæ,quęſtione. 40. articulo primo [*& in fine*] & captus † in tali
19 bello ſeruus eſt capientis ita, cp peccaret, ſi fugeret ab illo,ut no.i.di.iuſgentium,in gl.2.quod intellige,ut dixi in textu in magna gloſſ.uer.in bello. ¶ *In glo.ulti.ibi, quod deo*] & 11.quæſtio.3.inter uerba, in fine, Vincen. [*& in fine*] ibi fides data deo,hic homini.

ANNOTATIONES.

a ¶Bellum. Quod dicatur bellū iniuſtum, uide glo.23.q.2.in ſum. & per Hoſtien. in cap. primo, de homi.in ui.& per Innocen.in c. cum olim,de reſti.ſpo.

b ¶ Recuperet. Vide bonum tex. & ibi glo. qui facit ad materiam huius glo. in l.inter cauſas.§.non omnia, ff.mandati, & q.de ambaſciatoribus derobatis, an damna reperant, ibi Bar. & plenius in l.ſi ſeruus. §.quòd uerò, ff.de fur. & uide in ſpec.de iudi.§.ſpecialia,uer.illud autem.

c ¶In bello. An autem bellum præſumatur iuſtum, uel iniuſtum, uide per.d.Barba.conſi.38.in primo uolu.

d ¶Hoſtes. Ibi uide plene Bar.& do. Bar.de Sali.in repe.l.ex hoc iure,ff.de iuſti.& iure, & uide Io.An.de reſti.ſpo.olim, lo primo, in glo.quomodo hoc licuit, uer.ſed & quilibet, & per totam glo.& uide omnino Bal.in l.cum cognatum, C.de inge.& ma.

e ¶ Inuaſione punitur: Niſi forte per iudicem illius aliter conſequi non poſsit, uide glo.primam.c.iuſgentium, in fi.primæ glo.& Io. And.in c.olim,lo primo, in glo. quomodo hoc,circa principium. & uide bonum tex.in le.ſi alius. §.belliſſime, ff.quod ui aut clam, & ibi Bar.

f ¶Aplicantur. Quia tamen alij debeantur, ut fiſco & non petenti compenſationem, meritò illa non admittitur, uide moder. in l.fi.C.de compenſa.

g ¶ Furtis.l.is.Et.l.is,cuius intereſt, & uide plenius per Cy. & Sali. & doc.in.l.manueſtiſſimi, C.de fur.

h ¶ Modeſtinus. Longa eſt materia illius l.& in duobus mandatoribus, & duobus reis.& alijs, de qua ibi uide pleniſſime per Bar.

i ¶ Sequen. Et iſta opi. de æquitate poſſet eſſe uera, prout no.in d. §.non omnia, & uide Bar.in l.ſi ſeruus.§.quòd uerò, ff.de fur.

h ¶ Per totum. Ibi non tractatur materia huius ultimæ.q.ſed materia captionis bonorum rebellium,ibi uide.

l ¶ Abſolutio. Cum iam expoſuiſſet,quæ uellet,& ſic iam eſſet per iurus ſecundum Hoſtien. qui ſic hic dicit, & clarius, quàm Ioan. And. exprimat.

SVMMARIVM.

1 *Clerici temporalia non tenentes à laicis fidelitatem eis iurare non debet, & nu.5.aliquin puniuntur, nu.6.*
Diuinum pro eccleſiaſtico, uel canonico, ibid.
2 *Canonicum ius nunquid ſit diuinum.*
Interpretationi papæ potius,quàm magiſtrorū in dubio ſtādū,ibid.
De papæ poteſtate quædam,ibid.
Eccleſiaſticorum appellatione religioſi & ſeculares continentur, ibid. in fi.
3 *Fidelitatem quando quis debeat iurare.*
Feudalis non præſumitur eſſe res, niſi probetur, ibid.
Libera eſt omnis perſona, & omnis terra iure primæuo, ibid.
4 *Eccleſia omnis ſita in diœceſi ſubeſt epiſcopo, & eſt ſub ipſius diſpoſitione.*
Allodia non eſt reperire in eccleſiaſticis, ibid.
Acephalam nullam eccleſiaſticam perſonam patitur ius canonicum, ibid.
In temporalibus an idem ſit, ibid.
Imperator prouinciam, in qua ſitum eſt caſtrum ad aliquem protinens, intelligitur ſine eius concedere præiudicio, ibid.
Speciale tantùm ualet quò ad quædam quātum ualet genus ad multa, ibid.uer.nam tantum.

5 *Iacere peccatorum, ſtare iuſtorum eſt, uer. Hie.ad Dama.*
6 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XXX.

1 NImis. Clerici † temporalia non tenentes à laicis eis fidelitatem iurare non debent. & primò ponit factum reprehenſibile, cui ſecundò prouidet, ibi, Quia uerò [*Diuino*] i. eccleſiaſtico, uel canonico. per quod
2 patet ſecundum Hoſti.ius † canonicum eſſe diuinum, remittit de iura. calum.cap.1.uer.nos itaque. Sumptū enim eſt ex diuinis ſcripturis, de accuſa. qualiter. 2. in prin.& ius, quod papa uicarius dei promulgat,ipſe deus
a promulgaſſe [a] v idetur, ad quod ſatis facit, de tranſla. cap.2.uer.non enim. nam & ab eo habet, quòd poſsit etiam diuinas ſcripturas interpretari, infra qui ſi. ſint le. per uenerabilem, uer.rationibus. unde dicit Hoſti. circa decimarum ſolutionem,& alia dubia potius ſuæ ſtandum iuterpretationi, quàm magiſtrorum.remittit, infra de decimis, in aliquibus. nec ob.quòd etiam leges ſunt diuinitus per ora principū promulgatæ. 16. quæſtio.3.cap.fi. C.de præſcrip.lon.le.fi.quia illud largè,quod ſtrictè de ſolo papa hoc eſt intelligendū, qui ſolius eſt Chriſti uicarius generalis [*Vſurpare*] no.uitiū. facit,de re.ec.non alie.c.fi.de immu.eccle.non minus, & c.aduerſus,ſecundum Hoſt. [*Eccleſiaſticos*] religioſos, uel ſeculares,de offi.or.licet,Hoſti. [*Tenentes*] quia nec
3 recognoſcunt,nec conuicti ſunt.no. Hoſti.quòd non hoc ipſo,cp aliquis tenet temporalia infra regnum,uel prouinciam alicuius, debet illi fidelitatem, niſi ipſe ſe in feudum habere reſcognoſcat. nec ob.16.qō.7.omnes baſilicæ:quia nō præſumitur res feudalis,niſi probetur,cū & multa ſint allodia, & à iure primæuo omb nis terra libera eſt, [b] niſi inquantum uiolentia eſt illata, inſti.de iure na.§.ius autem gentium, & de libertinis. §. 1.& facit ſecundum eum auctoritas gen. quam uide,infra de cenſi.quamquam, lib.6.in gl.legitur per quam patet, quòd nō omnis res temporalis eſt feudalis: ſed omnis † eccleſia ſita in diœceſi certum eſt,quòd
4 ſubeſt epiſcopo,& eſt ſub ipſius diſpoſitione.10.q.1.regenda.nec in eccleſiaſticis eſt reperire allodia, nec patitur ius canonicum aliquam eccleſiaſticam perſonā acephalam.23.d.nulla.& ex quo ſubſunt perſonæ,fortius & res.12.q.1.præcipimus.nec rationc ipſius ſit homagium, infra de regu. iur. cap.fi.& de temporalibus poſſet idem dici non quò ad ſeruitutem,niſi probetur impoſita, vel annexa, infra de cēſi.licet.ſed quò ad iuriſdictionem. & ſic poteſt intelligi.ff.ad munici. incola,& quò ad poſsidētes ſingulas res in aliquo uico, uel caſtro,ff.de cenſi.forma.§.ſi uites.ff.de publica.imperatores. C.ubi in rem actio.l.fi.ff.de offi. præfec. uerb. l.1.§.cum urbem: ſecus quò ad poſsidentem,& de approbata conſuetudine omne ius habentem in ciuitate,uel caſtro intra prouinciam, maximè ſi nomine alterius ſuperioris hoc poſſedit, & præſcripſit,ar.de præſcrip.cum ex officij. poteſt enim tale caſtrum cum territorio inſolidum ad talem dominum pertinere,& dicetur per ſe prouincia,uel territorium,ar.ff.de uer.ſig. pupillus.§.territorium, ff.de iuriſdi.om. iudi.l.fi.& infra de uer.ſig.cum in partibus.§.fi.nec ob.ſi concedat imperator prouinciam, infra quam ſitum eſt caſtrū: quia id facere intelligit ſine alterius præiudicio. ff. ne quid in loco ſub. le.2.§.ſi quis à principe, & §. meritò, maximè quando uterque habet ab imperatore. nam tantum ualet ſpeciale quò ad quædam, quantum generale quò ad multa, ſupra de offi. legati, ſtuduiſti.ff. pro ſocio,actione.§.renun.ff.de admi.tut.ſi duo,in fi. imò generaliter ſpecies derogat generi, infra de regu. iur.generi, cum concor.lib.6.& dicit Hoſti.iungendū hoc ad id,quod notauit in ſumma, de preſcriptio.ſub rubrica, de præſcrip. rerum. immo.§.quæ exigantur, ſub.§.quartum, uer.in rebus uerò temporalibus [*Ab eis*] patet ergo,quòd licet teneat ius temporale, dummodò non ab eis, iurare non debet ſecundum Pe. ſecundum quem emanauit hoc cōcilium contra principes,qui à clericis terræ ſuæ talia exigunt iuramenta, quando incipiūt dominari [*Apoſtolum*] ad Roman. 14.
5 in prin [*ſtat*] Hiero.ad Dama. 6.c. peccatorum † eſt iacere,iuſtorum eſt ſtare [*Nec les*] nil temporale tenentes,uel recognoſcentes ab eis,ut ſupra [*Coganttur*] quod
6 ſi fiat, dic ut infra cap.1.ſecundum Hoſtiē. ¶ *In † glo.1. in fi.*] & infra de ſta.regu.cap.uno, lib.6. ¶ *In glo.ulti.ibi, domino ſuo*] quaſi non ab alio.& in hoc ad propoſitum, quòd patet ex præ.parte auctoritatis, qua dicitur, Tu qui es,qui iudicas alienum ſeruum &c. Abb. [*Et in fi.*] unde clerici etiā ſponte pro eccleſijs ſuis hoc iuramētum præſtantes puniuntur, infra de accuſa. ueniens, & caueant à pœna decreta, ſecundæ, de rebus eccle. non alie.lib.ſexto,

ANNOTATIONES.

a ¶ Promulgaſſe. Et tamen in aliquibus differt ius diuinum à iur. canonico de reſti.ſpo.literas,cum ſi.

b ¶ Libera eſt. Adde glo.1.di.ius autem gentium,uide per Innocen. in c.quod ſuper his, de uoto.

SVMMARIVM.

1 *Iurauit qui contra aliquem non eſſe, contra eum in proprijs,& eccleſiæ cauſis eſſe poteſt, uide nu.2.ut intelligatur.*
Iuramentum qui præſtitit non cognoſcere concubinam,cum qua poſtea contraxit, quid iuris,remiſs. ibid.
2 *Extorſio dicitur fieri etiam precibus importunis.*
Metus debet in conſtantem cadere etiam in iuramento, ibid.
Preces importunæ parificantur metui, ibid.
Perſona iurantis non eſſe cōtra alioquē,intelligitur excluſa ex cauſa,& qua,& obtenta abſolutione, ibid.& nu.6.& quorū aliorum nu.3.ad uer.ſpecialibus.
3 *Iuraſſe quædam non intelliguntur iurati, & quæ & nu.2.*
Coniuncti, & amici parificantur perſonæ noſtræ, ibid. ad uerb. ſpecialibus.
Defendere, pro petere etiam ſumitur, ibid.
Coercere, pro abſtinere, ibid.
4 *In principem machinatus qua percellatur pœna.*
Conſpiratio propriè quid, ibid.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.6.*
Perſona loquentis intelligitur excepta in generali ſermone ſed non ſemper, Cum multis exemplis.§.1.& nu.7.§.fin.
Impersonalis locutio differt à perſonali, ibid.uer. aliud eſt.
7 *Additio gloſſarum.*
Iuramentum ſeruandum hic fuit in quibus potuit abſque animæ interitu, ibid.

CAPVT XXXI.

1 PEtitio. Caſus. Qui † iurauit contra aliquem nō eſſe, contra eū in proprijs, & eccleſiæ ſuæ cauſis eſſe poteſt. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Interpretatione.& facit hæc decre.& infra de ſen.excom.ex tenore,ad queſtionem illius,qui iurauerat non cognoſcere concubinam,cum qua poſtea contraxit, de qua dabo remiſsiones, de eo, qui dux.in matri.cum habe-
a ret,ſuper glo.iuramentum. [a] [*Vacante*] & ex hoc debuit iuramentum obligare, ad hoc, ſupra eo. ſicut noſtris
2 [*Extorſit*] precibus † importunis, & etiam metu, qui debuit cadere in conſtantem: alias ſecus, ut no.ſupra
b eo.ad noſtram, [b] Innocen. [*Contra ipſum*] hæc uerba & præcedentia multum iuſtificāt interpretationem papæ ſecundū Inno.agebatur enim hic inter eos, quod papa interprætatur, ut ex his uerbis patet. aliud ſi generaliter

neraliter ageretur, ꝙ in nullo negocio essent cõtra ipsum. tunc enim in negocijs ecclesiæ non tenentur seruare iurementum, supra c.2. sed in proprijs debet obtinere absolutionem, si iustus metus erat, uel alia rationabilis causa, quare fuit iuramentum extortum, vt no. supra quod me.causa, ad aures, secundum Inno. [*Et infra*] forte quærebant ad quid essent per illud iura-
3 mentũ astricti [*Non teneri*] quasi hoc † non intelligantur iurasse. nam & archiepiscopus ecclesias, & clericos prouinciæ defendi etiam contra literas papæ, tamen de ipsius speciali mandato, de rescriptis, ad hoc, ad audientiam. 2. [*Specialibus*] iuribus † uel. 1. personis coniunctis, secundum Pe, alle. de postu. c. 3. C. de excu. tu. l. humanitatis. Abb. intelligit etiam de amicis [*Defendendis*] & etiem petendis. 8. di. quo iure. (defendis). i. petis, Pe. [*coercendo*] quasi abstinendo. si. supra de testi. intimauit. & ad hoc, quod sequitur, tenentur etiam sine iuramento secundum Hostien. [*Principatus*] qui con-
4 tra † hoc fecerit, si laicus, in monasterium detruditur, si presbiter, vel diaconus, degradatur. 22. q. 5. si quis laicus, pal. est post ca. de forma. & fortius, si sit inferior, Hosti. & no. Abb. per hunc finem, quod conspiratio propriè est confœderatio facta in præiudicium perso-
5 næ alicuius, uel dignitatis ipsius. ¶ Prima † glo. no. cõtra iuramentum extortum &c. inducit duo similia de confes. & consensu. tenet contrarium distinguendo tamen, & arguit iuramẽtum ualere pro parte tantum. ¶ Vlti. glo. no. quòd si per sacramentum &c. & ex hoc arguit, quod si promisi &c. all. cõtraria, quæ dicit spe-
6 cialia. ¶ *In † glo. 2. ibi, uenientes*] & ibi uide leges sequentes super glo. no. quòd. ¶ *In glo. ult. ibi, qui insulam. §. fi.*] si colonus promisit uillam reddere incorruptam, saluo quòd non teneretur de ui, & uetustate, si seruus coloni illas incẽdit non fortuitò, colonus tenetur, cum ipsius coloni, uel sui domestici non intelligatur excepta [*& ibi, inquisitio*] si procurator meus recepit à creditore meo instrumentum obligationis, & illud mihi restituit cum subscriptione sua, ꝙ nil debeo creditoribus, de se non uidetur sensisse. unde si de suo soluit, restituere debeo [*& ibi, auct. sed ita*] aliud est dicere imper sonaliter, satisfiet tibi, & aliud, satisfiet tibi à me [*& ibi, Plautius*] si testator uni hæredum legauit fundũ, si centum hæredibus dederit, deducet de illis centum. partẽ suam, & reliquum hæredibus soluet: secus, si ex parte institutus est, si centum hæredibus dederit: quia non aliter hæres est, nisi tota centum hęredibus det [*& ibi, cum in eo esset*] quia pupillus abstinere uellet ab hæreditate, tutor cum creditoribus pactũ fecit, ꝙ essent certa portione cõtenti. si tutor creditor est, esse debet eadem parte contentus [*& ibi, altius*] uide de na. ex libe. uen. c. uno, super ulti. glo. [*& ibi. §. ulti.*] vide de iudi. dilecti, super glo. 2. [*& ibi, si uerò*] refutauerit uide de fo. compe. cum sit, super glo. 2. [*& ibi. §. ult.*] si seruus consentiente domino obligat omnia ipsius bona, etiam ipse seruus obligatus est. ¶ *In † glo. 1. ibi, cum olim. 2.*] & infra de conuer. coniu. accedẽs [*& ibi, sine interitu*] imò in ipsius contrario apparet interitus animæ. 11. q. 1. cõ iurarionum, & c. conspirationum. tenuit ergo in his iuramentum, licet præstari non debuerit, supra c. proxi. unde per id dixit Gofr. quòd poterat condici liberatio, cum indebitã fuerit exacto, supra capitulo primo. ¶ *In glo. 2. ibi, dubitatur*] ad quid obliget, ut hic, & sic differat ab eo, quod dicit finis glo. ¶ *In glo. ult. ibi, sanè cauẽdum*] uer. qui vult, quod aliàs est capitul. m [*& ibi. c. uno*] ubi de hoc [*& in fine*] adde quod no. 22. quæstio. 5. de forma.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ium. Et illis remissionibus adde l. adigere. §. fin. ff. de iur. patro.
b ¶ Nostram. Ibi uide Ioan. And. in glo. 1. contra. & glo. 1. & super illa per ipsum Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum index potest à partibus exigere in processu cæusæ, quod ab initio non exegit.*
2 *Publicatio attestationum super obligatione, non impedit testium productionem super sorte, & sic super alio articulo.*
Testes obscurè deponentes iterum possunt interrogari, ibid.
Super quantitate sortis possunt denuò testes produci, licet alij fuerint super obligatione publicati, ibid.
3 *Super incerto pronuntiari non potest.*
4 *In usuraria causa si ueritas quæri non potest sortis quantitas, quo modo ad ueritatis cognitionem peruenìri possit.*
5 *De usurarum solutione qualiter ueniendum in cognitionem.*
Ex præsumptionibus uenitur in notitiã eius, de quo quæritur, ibid. & nu. 4
6 *Epilogus, suffragium & additio glossarum, nu. 7. 8.*
Pignus percepti fructus ex eo liberant.
9 *Ob defectum personarũ dignitas conceditur fustibus cæso, cui aliàs concedenda non erat.*
Fructus computantur in sortem in pignoratitia, ibid.
Iuramentum de ueritate præstatur, cum proceditur ex officio, ibid.

CAPVT XXXII.

1 a EX literis. C. Si † iudex in principio causæ iuramentum [a] de ueritate à partibus non exigit, in processu illud exigere poterit. Cõmunis diuisio. secunda ibi, Ne igitur [*Pro. G.*] debitore [*Contra. E.*] cre-
2 ditorem [*Per testes*] ut dixit Hostien. publicatio † attestationum super obligatione non impediret productionem testium super sorte, cum sit alius articulus, de testi. cum causam. i. & 2. & c. ueniẽs, & c. cum in tua imò & obscurè deponentes possent iterum interroga ri, c. titu. per tuas, & c. cum clamor [*Constitisset*] dicebãt testes, quòd. G. obligauit, sed pro quanto non recordantur, Hostien. & forte etiam probabatur quantitas fructuum, ita, quòd nil restabat, nisi scire quantitatem
3 sortis [*Expediret*] quia super † incerto pronunciari non porcrit. 11. q. 3. graue, Hostiẽ. [*Quasi notorium*] hoc dicit, quia factum istud non poterat de facili esse notoriũ, Hostien. forte secundum cum uicini clamabant, peccatum esse, quòd ille Guil. sic perdebat rem suam [*Sortem*] cuius tamen quantitas non ꝓbatur [*Cogatis*] quid
4 si † adhuc non potest de ueritate liquere: quia creditor dicit de. 100. debitor dc. 10. dixit Host. cõsiderandũ ueritum precium rei, & consuetudinem creditoris, ut si consueuit uelle pignus ad ualentiã dupli eius, quod mutuatur. & sua sic subtilitate iudex ueritatem inquirendo causam decidat, arg. ff. de pigno. ac. si seruos, in fi. & l. uel uniuersorum, ff. de usuris, qui semisses. ff. mã. Lucius Titius. uel secundum cum his consideratis, & fama utriusque, isti uel illi usque ad certam quantitatem, de qua sibi uidebitur deferetur iuramentum, infra c. fi. omnibus his deficientibus oportebit reum absolui, inf. c. ulti. hodie cogitur libros rationum edere, ut in Cle. de usuris, ex grandi. §. ceterum. quod ualet
5 etiam † ad quæstionẽ, qua quęritur, an si de sorte constaret, & de tempore, quo duraret obligatio. Item cõstat illum fenerari solere ad tot, pone. 3. den. pro libra: sed de solutione usurarum non probatur, an ex præsumptione condemnetur pro tempore, quo durauit obligatio ad summam, ad quam ascendit ratio. 4. den. & hoc multoties seruatũ est in foro Bononiens. episcopi, ad quod iura superius alleg. & ff. de proba. si chirographum, & C. de apo. pu. quicunque, li. 10. Iaco. de Are. in l. 1, C. de pba. ubi etiam ponit Cy. dicebat probandam solutionem pecuniæ factam ex tali causa, sicut probandum est ipsum creditorem tantum ex fructibus percepisse, allegabat decr. istam, & decre. ad nostram ideſt supra eo. ied certè quantitas perceptionis fructuum

fructuum non sic uenit præsumptiuè, sicut quantitas usurarũ in prædictis terminis. hodie forsan per libros
6 rationum decidentur prædicta. ¶ Prima † glo. ponit duas differentias iuramenti de ueritate ad iuramentummentum de calumnia, per quem præstentur. ¶ Vlt. glo. ponit. 4. casus huius iuris, dubitationem huius casus, & duo approbata hodie per ius nouum. ¶ *In*
7 † *glo. 3. ibi, liberant*] ita, quòd creditor pignus postea di-
8 strahere non potest, ut in l. seq. ¶ *In † glo. 1. ibi, de eo,* [b] *quod*
b *scit*] etiam si non uidit secundum Innocen. qui ponit exemplum de Christo, Constãtino, & Iustiniano imperatoribus, repetẽs uerbum Augu. quod scripsi post eum, de iura. cal. cap. fina. ante finem magnæ glo. & secundum Archi. glo. ista hic non fuit Innocẽ. [*& in fi.*] de testi. libro sexto. ¶ *In glo. 2. ibi, impediendum*] sed non ad dirimendum, infra de eo, qui co. con. super eo. ¶ *In glo. ulti. ibi, per totum*] & est si. 4. quæstione tertia. Item serui respõ. & ff. de decur. l. eos. §. ulti. ibi propter † personarum defectum dignitas cõceditur fustibus cæso: cui alias concedenda non erat, secundum Ia. & Phi. [*& ibi, quasi spiritualis*] sed forte, ut dicit Hostien. agebatur hic pignoratitia, in qua etiam computãtur fructus in sortem. ff. de pigno. ac. le. 1. & 2. unde magis uidetur fuisse dubium, quod ponit finis glo. uel secundum eum iudices forte procedebant ex officio, quo casu non iuratur de calumnia, sed de ueritate, supra eo. ad nostram 2. [*& ibi, quidam dicunt*] ſ. G. Na. & Pe. quia causa ciuilis [*& ibi, utile esset*] & ita fit hodie, ut infra de iur. calum. capitulo primo, in fi. lib. sexto [*& in fi.*] infra de iur. calum. cap. 1. primo respon. lib. sexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iuramentum. Et no. ex isto tex. qui probat, quòd fama facit semiplenam probationem, & ideò potest procedi ad iuramentidelationem. quod facit ad no. infra eo. cap. fin. & l. admonendi, de iureiuran. & ibi uide Bar. qui dicit per hunc tex. quòd & si testes dicunt de mutuo, licet de quantitate non recordentur, potest deferri sacramentum in defectum prodationis super quantitate, Bal.
b ¶ Ibi de eo. No. glo. primam, ponit quæ sentit, quòd causa usurarum sit spiritualis, etiam glo. in ver. ueritatem, dicit quasi spiritua lis. & sic dicit etiam ecclesiasticum, & sic uidetur, quòd secularis se intromittere non possit, iuxta nota. in c. decernimus, de iudi. & in c. tuam, de ordi. cog. de quo uide glo. in Cle. dispendiosam, de iudi. Item in glo. in uer. & amplius, quæ uult fructus causa forte compensari: die quando. s. consumpti sunt: alias secus, de quo supra e. ad nostram, Bald.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio non ualet, si is, qui præest, non alienare iurauit, quam postea fecit, etiamsi iurauit non contrauenire.*
Iuramentum prius prænalet, ibid.
2 *Alienatio, uel donatio quæ liceat iurato non alienare.*
Interpretatio facienda non est amara, ibid.
Iura regni sui quis etiam iniuriatus tenetur illibata seruare, ibid.
Obedire clericus tenetur, etiamsi non iurauerit obedientiam, ibid.
3 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 4.*
Contrariorum quandoq; unum bonum, alterum malum, quandoq; utrunque, & in quibus, ibid.

CAPVT XXXIII.

1 a NTellecto. Casus. Si is † qui præ-
2 est, iurauit [a] non alienare, non ualet alienatio, quam postea fecit, etiam si iurauerit non contrauenire. & primò ponit factum corrigendum, quod secũdo corrigi mandat, ibi, Quia cũ. & no. ꝙ dicit, intellecto, nec dicit per quem, forsan fuit hoc ad regem ueladum, sic supra

2 eo. ad nostram. 2. [*Præiudicium*] graue, nam aliqua † donare, uel alienare posset, secundum Inno. alle. supra e. tua nos. 2. ad hoc alle. Hostien. de dona. cap. 1. 2. & 3. & c. apostolicæ, de simo. & si quæstiones. Durum. n. esset dicere contrariũ, nec facienda est tamen amara interpretatio. ff. de don. inter ui. & uxo. si id quod. §. si quas serui operas. vide quod dicam, de sup. neg. prela. grãdi, super gl. Licet [*teneatur*] etiã si non iurauerit, sicut etiã clericus, licet non iurauerit obedientiam, tenetur obe dire, de hoc, supra e. ueritatis, Hostien. [*Illibata*] quasi
3 illæsa. ¶ Prima † glo. dat si. quod fortificat. secundo ponit duplicem causam, quare iuramẽtum non obligat. ¶ *In † glo. 1. ibi, præstare*] & inuentarium facere [*& ibi, est malum*] & habet hoc locum in præceptis, & prohibitionibus, in concilijs, & demonstrationibus non, secundum Vincẽ. & Gof. Ia. & Phi. [*& ibi, bospitiolum*] ubi de hoc in fi. & ff. de leg. 3. l. ult. in fi. [*& ibi, unam col.*] & in ca su, de conse. di. 2. quotidie. & quandoque utrunq; malum, ut prodigalitas, & auaritia. 41. distin. sæpe [*& ibi, alienata*] nisi iam propter hoc depositus esset. 12. q. 2. monemus. ¶ In glo ſſ. ulti in fi. & infra de reg. iuris. in malis. libro sexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iurauit. Iste tex. optimè facit pro eo, quod dicit gl. in c. licet, eõ. tieu. lib. 6. & Bar. in l. si quis pro eo, de fideiuſ. de muliere, quæ iurauit prius non alienare. Item contra hunc tex. facit tex. in c. cum uenissent, de insti. & ibi glo. penul. ma. format hoc contra. ad hoc capitulum, vide ibi no. per quæ potes soluere etiam no. supra e. cap. 2. quæ uidentur contradicere huic capitulo, & his, quæ no. glo. in c. si quis presbiterorum, infra de re. ecc. non alie. ubi uide. sed quod ultimum iuramentum sit seruandum, facit supra eo. tua nos. sed ibi primum fuit illicitum. item quòd etiam ubi fuit licitũ utrunque, ultimũ seruaretur per ea, quæ no. Spe. in ti. de coniug. coniu. ad fi. & uide in c. ex publico, de coniug. coniu. Sed uide, quę scripsi in l. si quis pro eo, de fideiussori. Archi.

SVMMARIVM

1 *Mulieri, quæ iurauit quem maritum suum esse, & succubuit, non datur, nec denegatur licentia alij nubendi, uide latius nu. 3.*
Iuramentum est probatio, sed non plena, ibid.
2 *Errat ecclesia quandoque in sententijs, & ratio.*
Error ueritatem non mutat, ibid.
2 *Matrimonium secundum contrahere mulieri, si de nuntiatum sit de primo superstite, an et quãdo permittatur, & quomodo. nu. 12.*
Fori pœnitentialis, & contentiosi diuersum iudicium, ibid.
Absolutio à petitione infert fuisse reum, qui fuit absolutus, ibid.
Confessioni pro se credi non debet, ibid. contra eam cuique uenire licet post sententiam, nu. 5.
4 *Periurium non est de criminibus impedientibus matrimonium.*
Conscientiæ relinquitur mulieris uolẽti contrahere matrimonium, & quo casu, ibid.
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 7. 8.*
Cap. attestationes, de desponsa. impub. cum hoc conciliatio, eo. nu. 8.
9 *Iuramentum in omni causa defertur, etiam si agatur de conditione personæ iudicis arbitrio.*
10 *Iuramenti delatio iterari potest mutata specie deferendi, & ex alia ratione nu. 11.*
Contrarium eius, quod mulier primò iurauit, non præsumitur dictura, ibid. in fin.
12 *Banna, seu denuntiationes antequam contrahatur matrimonium sunt de iure.*

CAPVT XXXIIII.

1 MVlieri. Casus. Si mulier † iurauit aliquem esse suum maritum, & succubuit: quia aliter non probauit, non datur, nec denegatur sibi licẽtia cum alio contrahendi. nec diuiditur [*Asserit*] forte in positionibus, quas fecit suo accusato: aliàs ex relatiuo patet; quòd

quòd iuramentum est probatio, sed nō plena in hoc
2 casu [*Sententiam*] forte erroream. Errat † enim ecclesia quandoq; in sententijs, infra de sen. excom. à nobis. 2. & id ideò: quia sequitur allegata. & ut audit, iudicat. 3. q. 7. iudicet: ueritas tamen non mutatur. ff. de offi. presi. illicitas. §. ueritas, infra de pur. vul. ca. 2. licet ergo deficiat probatio, ius non deficit. ff. de testa. tu. le. duo. dico, quòd dicit matrimonium consumatum non dissolui nisi per mortem. 32. q. 7. c. 1. & 2. secundum Goff.
3 qui opponit, quòd si † muliere ista uolente contrahere cum secundo, denunciatum fuit ecclesiæ de primo superstite, & tunc ex quo non fuit probatum, debuit dari licentia contrahendi. Si uerò erat in foro penitētiali, si dicit se uerum dixisse de primo, debet prohiberi: si dicit se dixisse falsum, debet ei consuli, ꝙ contrahat, si delapsu timetur. Dicebat Gof. quòd in iudiciali & penitentiali foro tutius est eam conscientiæ suæ relinquere. quicquid dicat de foro penitentiali, puto in eo uerum, qđ supra distinxit. Prima obiectio non procedit: quia hæc mulier prouocauit ad iudicium uendicando uirum, quod patet ex litera, quæ dicit uirum ab eius impetitione fuisse absolutum. confessioni autem mulieris, quā pro se in illo iudicio fecit, credi non debuit: quia potuit esse falsa. eligitur hæc uia media, ut dicit gloss. [*Contrahendi*] viuente primo [*Auctor periurij*] melius dixisset, adulterij. nam vult distinguere. aut iurauit uerum, uel falsum. primo casu daretur uia adulterio. se cūdo impediretur legitimum coniugiū, quod faciendum non est. Sed hoc intendit, siue uerum, siue falsum iurauit, dando licentiam videtur fouere periurium, uel aperire famam periurij [*Nec hoc*] scilicet, quòd cum alio contrahat [*Legitimum*] periurium
4 ergo † nō est de crimi nibus, quæ impediāt matrimonium, ut in gl. quæ sint illa, no. de pe. & remis. c. 2. [*Conscientiæ*] si. 33. dist. habuisse, de rest. spolia. literas, de sen. excom. inquisitioni, de æta. & quali. ad aures, Gof. [*Relinquenda*] dicunt quidam hoc speciale in matrimonio propter periculum, quod esset, si cōtinere cogeretur, ar. de eo, qui cog. consan. Iordane. uel dic, quod plus
5 placet, ꝙ † post sententiam cuiq; licet contra confessionem suam uenire, de hoc, infra de excep. cum uenerabilis, Inno. ¶ Prima † glo. quærit, arguit affirmatiuè. sol. contrarium. ¶ Secunda glo. repetens textum, & ipsius rationem, subdit contrariā, olim opi. Lau. cui
7 respondet. ¶ *In † glo. 1. ibi, in bonæ*] uide c. fi.[a] super 1. glo.
a ¶ *In glo. 2. ibi. l. 1.*] uide supra e. si uerò, super. 4. gl. [*& ibi, l. 2. in fi.*] uide de resti. spo. ex parte, super 3. glo. [*& ibi, diuus*] uide de crimine fal. c. penul. super prima glo. [*& ibi. §. nihil*] uide de causa pos. pastoralis, in 4. gloss. ¶ *In*
8 *† gl. 1. ibi, deferendum*] concor. Accur. ff. eo. l. 3. §. quacunque. nec ob. de despon. impu. attestationes: quia non defertur super principali petitione, sed super articulo postea orienti, super quo magna erat præsumptio cōtra, s. quòd consensisset post ætatem, cum nisus fuisset ad copulam: uel ibi actus habebat præsumptionē pro se; hic non, secundū Abb. tu dic, ꝙ illa decre. hoc vult, ꝙ præsumptio est contra reum, qui est absoluēdus in causa matrimoniali, non tamen absoluetur, nisi iuret ad excludendam illam presumptionem. & facit quod dicam, infra eo. c. fi. super uer. præstiterit [*& in fi.*] Ho.
9 dicit in † omni causa iuramentum deferri, etiā si agatur de conditione personæ. ff. eo. le. 3. §. quacunque autem. & infra c. fi. uer. nec liceat, ad hoc, supra de proba. c. 2. C. eo. in bonæ. Dicit ergo hoc arbitrarium. reminut ad no. infra c. ult. in fi. & in sum. eo. ti. sub rub. de affertorio iuramento. §. super quibus, ver. quid de causa monachationis, & sequen. usque ad. §. qualiter. Sed
10 obijcit ex quo mulier hic semel iurauit, ergo ulterius non debet deferri: quia si idem dicat, nugatio quæda est, supra de elec. in generali. Si uerò dicat contrarium, nullus effectus, nisi ꝙ dē periurio conuincitur, supra de testi. sicut. Ad hoc respondet, ꝙ licet utrunq; iuramentum sit de ueritate: primum tamen solum presumptiuum: secūdum verò diffinitiuum. Mutata igitur spē illud iterari non est superfluum, ad hoc, de testi. veniens. 2. aliàs sequeretur secundum ipsum, ꝙ nulla causa, qua de ueritate iuratum est, & positum, & responsum, esset deferendum iuramentum. & item posset argui in causis, ubi iuratur de calumnia: quia licet illud sit de credentia, æquè prejudicat, vt no. supra c. 3. nec præsumitur, ꝙ dicat mulier cōtrarium eius, quod primo dixit, ad hoc, de p̄sumtio. c. fi. 1. q. ult. sancimus.
11 ¶ *In glo. 2. ibi, falsum † iurauit*] Idem eadem ratione de patre, qui contraxit cum ea, quam iurauerat desponsatā à filio, ut in dominicali. 27. & ibi, in præcedenti. 16. dicitur idem, cum uir delatus de stupro vnà cum muliere confitetur matrimonium [*& ibi, Iudæi, & excommunicati*] infra de eo, qui duxit in matrimonium, significastis [*& ibi, diuus*] uide quod dixi de cri. fal. c. pe. super fi. 1.
12 gl. [*& ibi taceat*] Similiter † uolens contrahere petit poni banna, quod est de iur. de clande. despon. ca. fi. consuluit Hostiē. ꝙ episcopus moneat illam ad continentiam, infra de eo, qui cog. con. discretionem. si non potest illam ad hoc inducere, præcipiat banna publicari cum protestatione huius dcre. ꝙ per id non intendit dare licentiam, nec denegare, sed illam conscietiæ suæ relinquere. denegare uerò banna non debet: quia denegando præambula contractus, denegaret cōtractū. Contra hanc literā dici potest, ꝙ licet protestatio prædicta sit utilis, in hoc casu non est necessaria. ff. de iudi. non uidetur [*& ibi, ratione dominij*] cui non dicit contrarium interdictum uti possi. etiam intentando [*& ibi, de præsenti*] cui dicit contrarium petendo licentiam cū alio ꝺhendi [*& in fi.*] qđ capitulū hodie non habemus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vide. c. fi. Adde eo. Fran. Cur. iu repe. l. admonendi. ff. de iureiran. & Ludo. & do. Alexan. ibi, & Archi. in c. uiduas, in fi. 27. q. 1. & Hosti. in summa huius ti. in §. super quibus. Pau. de Ca. & Alexan. in l. 3. in §. 1. ff. eo. & in consi. 222. in 3. col. 2. uolu.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quando extendatur ad futura, & nu. 2.*
2 *Obligatio porrigitur etiam ad futurum.*
3 *Additio glossarum.*

CAPVT XXXV.

a Clericus. [a] Se summat, nec diuiditur [*Edita*] non dixit edenda.
1 tunc enim † etiam ad futura, dūmodò licita, teneretur per iusiurandum, supra eo. c. ueniens, secundum Inno c. facit. ff. iudica. sol. l. nouissima. Dicit Host. quòd fatuum est iurare statuta fienda, uel facta non uisa, sed de his, dic, vt infra eo. ti. c. 1. lib. 6. [*Promittens*] ex interuallo: aliàs secus, secundum Vin. quia quæ incontinenti fiunt, & c. sup. de elect. officii. ff. si cer. pe. lecta [*per idem*] noua obligatio ē, sicut & dicit. l. de fideiussore, ff. de arbi. Labeo. 2. §. ult. Vin. [*Postmodum*] no. interuallum, ut sup. dixi [*Non tenetur*] contra,
2 si obligas † bona tua, etiam de futuris intelligitur. C. quæ res pigno. oblig. posl. fin. Sol. illud tutum & fauorabile, hoc odiosum, & periculosum est, Host. eodem modo respondetur ad dcre. de priui. quia circa. ff. de serui. ur. prædi. si seruitus. Sed hæc solutio ad prædicta non placet: sed puto, quòd uerbum, quod est appositum in iuramento, soluit contraria. facit. ff. de uerbo. oblig. l. cum stipulamur [*Ex debito*] no. ad hoc pro pronincialibus, ut aliquid afferendo per sacramentum, quod fecerunt dño, sint periuri, licet illud sit falsum. notant etiam ꝑm cum quidam per hoc illū non deierare, qui negat aliquid per iuramētum calūniæ, quod à principio non fuerit propositum, quod est falsum, cum iuramentum calumniæ extēdatur ad totam causam. C. cod. auctē. per sacramentum. & idem, ubi iuramentum ad futura extenditur, ut est iuramentum fidelitatis. unde, si dominus præciperet aliquid per uasallum teneri secretum, reuelando deieraret, licet tempore iuramenti illud nō esset exortum, uel secretum
3 tenendum. ¶ *In † glo. 1. ibi, cum Aquiliana*] uide supra eo. ueniens, super glos. 2. [*& ibi, qui cum tutoribus*] hanc l. & duas sequen. uide de transact. c. 1. super glo. 2. ¶ *In glo. 2. ibi, dictum fuit*] ad idem, infra de iniur. in nostra. & uide quod dicam, de uerb. signi. cum clerici, in glo. licet ergo [*& ibi, iuramenti*] uide quod ibi not. & dic hanc equiparationem fieri quò ad genus, non quò ad determinatam quantitatem reatus [*in fi.*] ad hoc, supra eo. debitores, & quod not. supra eod. cum quidam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Clericus. Not. quòd in his, in quibus exigitur certa forma & expressio uerborum, nō sunt paria aliquid exprimi specificè, uel aliquid ex consensu extendi per relationem ad illud, & ex hoc nota tex. quòd ex promissione de aliquo seruādo uirtute iuramenti antea præstiti quis ex ui iuramenti non obligatur, & sic simplex consensus interueniens post iuramētum de extendendo uinculum iuramenti iuramentum extendere non potest ad prius comprehensum in iuramento. Sed contra uidetur, quia paria sunt specificè qđ fieri, uel fieri, uel declarare ad aliud habita relatione, ut supra de fide instru. c. inter dilectos, & l. ait prætor. §. 1. supra de re iudi. dic, quòd ista fuit ratio dubitandi. non ob. contra. quia ibi in his, quæ regulantur ex solo consensu, quædam sunt, in qbus requiritur certa expressio uerborum, tunc non sunt paria, & ita hic, ꝙ certa formalitas & expressio uerborum in iuramento requiritur: & sic ex hoc not. quòd si facio tibi pactum, & promitto tibi dare, & me tibi obligare, sicut talis tenetur tali in tali instrumento, tunc si in illo instrumento continetur stipulatio, in hoc non intelligetur, nec supplebitur. & ad hoc, uide Bar. in l. item quæritur. §. qui impleto, circa fi. ff. loca. quia facit optimè: qa in stipulatione requiritur expressio uerborum, ut l. 1. de uerb. oblig. nisi in casu speciali. l. unicæ. C. de rei uxo. actio. quod not. quia si dico uolo me obligare ad sensum sapientis tui, uel data est potestas notario, quòd extēdat se cundum quod uult, quòd non poterit iuramentum addere: quia requiritur formalitas uerborum. Item videtur, quòd in isto capitulo talis obligetur, quia per creaturam licet iurare, ut supra eo. c. & si Christus. Sed si dicat per id sacramentum, quod tibi feci, promitto, ergo uidetur iurare per creaturam. dicit Ioan. Cald. quòd non obligatur uirtute primi iuramenti præstiti, & præteriti. Sed uigore iuramenti, quod non subintelligitur. sic istud non placet, nec uidetur de mente tex. propterea non fuit intentus istius uelle nouiter iurare, sed prius iuramentum ad hoc extenditur: sed in princi. tunc non uoluit, & secundum non potuit, ideo sola promissio nō extendit iuramentum. & ideo ibi dixit, licet transgredi &c. & prædicta, quando ex interuallo interuenit promissio, ut dicit Io. And. uide omnino, quod scripsi in cap. quanto. 2. q. 5. Item quod dixi de iuramento. forte possit limitari, nisi sit eadem causa duorum, & facti connexitas, tunc potest fieri suppletio iuramenti, ut si dico de adulterio inuicem cōmisso, qui potest facere, quòd alter in iramento etiam purget alium, ut 2-q. 5. statuit. uel ibi iurans forte fecit, ut procu. consocij, quod potest, sicut dicimus in iuramento calumniæ, quod quis per alium potest præstare habentem speciale mandatum, in c. fin. de iura. calu. lib. 6. & sic nullum esset speciale: quia non suppletur, uel forte suppletur: quia duobus seruit. uide scripta in d. c. statuit. & sic duæ limitationes sunt. Item hoc capitulum facit ad not. in auct. sacramenta, C. si aduer. iudi. de eo, qui iurat non uenire contra aliquem contractum. Archid.

Episcopus ecclesiam mensæ suæ quo casu dicitur quæsisse, ibid. ad dictio. uendicabat.
17 *Ius habet in ecclesijs suæ diœces. & quod, & in quibus, & quando alienæ, & quod.*
18 *Actore non probante reus absoluitur, etiamsi nihil probet.*
Reus licet deficiat in probatione exceptionis, quam proposuit, tamen non condemnatur, nisi actor intentionem suam probet, ibid.
19 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 20.*
In contractibus bonæ fidei, uel stricti iuris quæ ueniant, licet non expressa, & quæ contra, nisi nominatim dicantur, & nu. 23.
Exceptionem obijciens, an uideatur de intentione partis aduersæ fuisse confessus. §. 2. & nu. 23. §. 1.
Ab initio quod uitiosum est, uel inutile, tractu temporis non conualescit, ibid. §. in glo. pen.
21 *Huius decretalis casus dissimilis casui decretalis præterea, de transacti.*
Litis contestatio facta erit, siue excipiendo, siue respondendo petitioni respondeatur animo contestandi litem, ibid. §. in glo. 2.
Responsio etiam uocatur exceptio, ibid.
22 *Pignoratitia directa quæ, & quæ contraria.*
Contractus bonæ fidei qui, & qui stricti iuris i, bid.
23 *Vsuræ ueniant in contractibus bonæ fidei.*
An interesse in his sit in obligatione, ibid.
Confessio tacita quando q; conferatur, ibid. §. in glo. hæc regula.
24 *Contra sententiam ex falsis instrumentis latam quibus modis & intra quod tempus ueniri possit, & an & quando sit opus restitutione in integrum.*
Falsitatis uitium multis modis in causis committitur, & de remedijs, eodem numero.

CAPVT VI.

1 CVm uenerabilis. Casus. Quo ad casũ† principalem hæc decre. idem dicit cum illa, infra de reli. do. cum uenerabilis, quæ etiam loquitur de quæstione inter easdem personas, sed super alia ecclesia: sed quo ad ti. hoc dicit. Si reus, à quo res petitur, excipiat de permu. ipsius rei facta cũ actore, non fatetur per hoc actorem fuisse dominum. Secundo, quòd exceptio falsi etiam post sententiam potest opponi, & erat hæc decre. in 4. compil. sub ti. de cõfessis. Et in† prima facti, & processus narratio, in secũda diffinitio, ibi, Intelleximus. Prima subdiuiditur in tres. quia primo ponit petitionem actoris. secundo ibi, Idem, responsionem, exceptionem, & probationem reorum. 3. ibi, Ad hæc, replicationem, & probationem actoris. Secunda etiam in tres: quia primò ponit motiuum diffinitionis quoddam soluens obstaculum. secundò diffinit causam quò ad spiritualia, ibi, Quia uerò, tertiò quo ad temporalia, ibi, uerũ [*Quia pertinentijs*] de† his dic, ut supra de restitutione spoliatorum, cum ad sedem, in glo. 2. [*Petijsset*] ut de ipsis posset pro libito disponere. & hanc petitionem putat quidam congruam etiam in patrono clerico, qui solum intendit sibi debere rationem reddi, infra de priuile. c. 3. §. in ecclesijs. Idem putant quidam in patrono laico, quasi per hæc uerba, Peto ecclesiam cum

suis possessionibus, & pertinentiis, nõ intelligatur petere nisi ius patronatus, arg. de iudi. examinata; quod
b non placet Inno. [b] cum in possessionibus nullum ius habeat, de iure pa. quod autem. §. 1. 10 q. 1. c. 1. & se. In clerico autem, cui ex fundatione competeret ius patro. bene admittitur libellus. 16. q. 2. si quis episcoporum. Sed si ex donatione laici hoc haberet: secus: quia tunc non potest petere, nisi quod auctor suus, à quo causam habet. tutius tamen est, quod etiam ubi clericus ex fundatione patronus est, non det talem libellum, sed petat ius patronatus, uel rationem administrationis sibi reddi: quæ petitio competit non solum patrono, sed etiam illi, qui habet ius administrandi secundum Inno. sed Hosti. dicit, quòd nunquam per petitionem hic positam potest exigi ratio, sed petenda est in genere, uel in specie. ff. de tute. & ratio. distra. per totum. & necesse est exprimi qualiter, siue qua de cũ hoc petat, utrum. s. ut patronus, uel ut talis. si enim formandus est libellus, quòd reus deliberare possit, vt patet ex no. de libel. ob. ca. 2. & 3. sed sine hac declaratione deliberare non posset, & remittit ad decre. cum ad sedem, de rest. spo. [*In spiritualibus*] in quibus obtinet [*Temporalibus*] in quibus succumbit, ut sequitur [*Fundata*] quò ad temporalia: quia in spiritualibus fundata erat de iure. ut in fi. secundum Hosti. uel dic propriè: quia adhuc nõ erat probatum ecclesiam esse in dioce-
4 ce. [*Præpropere*] quasi † nimis subito, uel cito; concor. 24. q. 3. de illicita, ante medium [*Quod & si*] pro quamuis. & supple, probaretur quòd sic, secundum Hostiẽ. supra de testi. ex tenore [*instrumentum*] non originale, sed transcriptum, ut infra patebit [*Sacerdotum*] i. canonicorum. & est simile de procur. c. 1. sine ipsorum autẽ assensu non ualuisset, infra de his, quæ fi. à præla. c. 1. & c. tua, & in cle. de rebus ecc. non alie. si una [*Ecclesijs*]
5 possunt † ecclesiæ permutari [c] per se, & possessiones
6 per se, & in permut. possessionum potest interuenire pecuniaria refusio, infra de rerum permu. ad quæstiones, Goff. & argue per hanc literam, quòd sicut in permutatione ecclesiarum iure proprietatis possunt dari pro una, sic in permutatione ipsarum, quæ fit iure tituli, uel beneficii, quod sæpius uidi seruari; facit quod no. de mutu. peti. c. 2. [*Cambium*] i. permutationẽ alludit uulgari [*Sabinen. episcopum*] sic erat in transcripto
6 non tamen in originali, ut infra patet [*Se† credere*] uerificari uidetur sic hæc allegatio: in iuramento calum. est hæc clausula, quòd iurans nullam dilationem requirat ad probandum, nisi quam credet necessariam & quòd nulla falsa probatione utetur. C. de iur. calum. auctẽ. in isto. monasterium ergo proponẽs aut credebat illam ueram, aut falsam. si ueram, procedit allegatio: si falsam, faciebat contra iuramentum. & dato quòd non iurasset, dicendo contrarium allegabat turpitudinem suam, & sic audiri non debebat, de do-
7 na. inter dilectos. ad hoc dicit† Inno. quòd si non excipiendo, sed alio modo confiteatur quis intentionẽ aduersarij, sibi præiudicat adeò, quòd non potest contra confessionem suam aliquid dicere, nisi probaret ante sententiam se errasse, supra de confess. c. fin. cum concor. sed si non confitetur, sed solum excipiendo proponit, non potest dici, quòd cõfiteatur, nec quòd credat. qui enim excipit, non credit, sed nec discredit: imò dici potest, quòd dubitat, & quasi inter duo uerisimilia ducitur. C. eo. si quidem, ff. de acqui. hære. is, qui putat, §. qui bona fide, & §. fi. & de condi. indebi. l. fi. nec ob. præ. auctẽ. in isto: quia licet is, qui excipit, non credat exceptionem ueram esse: quia tamen nõ discredit, necessaria est sibi dilatio ad probandum, ut per id sciat, an id, de quo dubitat, sit uerum, nec ne.
8 imò uideturt idem in actore, ut si producat aliquod instrumentum per se, uel priuilegium, licet uideatur confiteri, quæcunque in illo instrumento continentur, etiam si ibi sint aliqua contra ipsum: si tamen po-
d stea reperitur [d] falsum illud instrumentum, quo ipso reprobato illi non oberunt ea, quæ continentur in illo. hoc ideo, quia uisus est hoc fecisse innitens instrumento, quod putabat uerum, de re iudi. cum. I. & A. imò cum sublato instrumento sint sublata, quæ continentur in illo, argu. de hære. fraternitatis, de fide instru. inter dilectos. §. cæterum, etiam si expressè fuisset confessus omnia, quæ continentur in instrumento, non præiudicare sibi, illo propter falsitatem reprobato. ex quo enim falsum est; ergo & falsa sunt ibidẽ contenta, & sic confessio fuit erronea: secus, si aliquis confiteretur expressè ponendo, uel respondendo nõ faciendo de priuilegio mentionem, licet & illud contineretur in priuilegio postea reprobato; quo casu confitetur extra priuilegium, & non innitens priuilegio; unde præiudicat confessio, nisi probetur error. Item si confitetur contenta in instrumento postea reprobato non propter falsitatem, sed propter defectũ solennitatis, ut quia defuit cõsensus capituli, uel aliud simile, licet postea pronuncietur tale instrumentum non esse sufficiens ad probandum intentum: tum cõfessio rata manet, & ea; quæ continebat instrumentũ, sicut confessum est, reputabuntur omnia esse uera. de
e censi. cum olim. [e] diuersitatis ratio: quia in superiori casu reprobatur instrumentum ut falsum, patet, quia tollitur fundamentum radicitus, cui confessio inhærebat. unde necesse est, quòd confessio illi inhærens pro ædificio tollatur, argum. ibi. 1. q. 1. cum Paulus, infra de presby. non bap. c. fi. sed quando instrumẽtum non probatur falsum, sed solum defectuosum, & si non sufficiat ad probandum intentionẽ principalem; aliàs tamen suũ uigorem tenet, & semper est publicum, ar. C. de lib. præteri. uel exhære. auct. ex causa. Prædicta uerò locum habent, ubi sententia lata est super falsitate instrumenti, uel alia quæstione incidẽti, secus autem, ubi super principali quæstione fertur diffinitiua. tunc enim non ob. priore confessione potest sequi sententiam is, pro quo lata est, & ei inniti, &
f etiam dicere contra priorem confessionem, ut patet in eo, quod le. & no. supra de iureiu. mulieri [f] ẽm Inn.
9 [*Loco† Domini*] no. pro episcopis, qui & si domini non dicantur, sed procuratores, infra de dona. c. 2. habentur loco dominorum. unde permutant, & alienant, sicut & procuratores habentes liberã, seruata tamen iuris forma, de quo remittit Host. s. de elec. cum nobis olim, ad fi. de rebus ecc. non alie. nulli, & c. dudum, li. 6. [*Et infra*] hoc est, quamuis episcopus sic allegaret; ad hoc tamen aliter ius suum fundare noluit, ut sequif, ẽm Host. [*Bona eius*] ecclesiæ. s. quam petebat [*Diutius*] i.
g aliquanto tempore. non. n. præscripserat, ut in fi. [g] [*Intelleximus*] hic incipit sententia Inno. [*Vel per instrumentum*] q. d. instrumentum non prodest episcopo: qa nõ dicitur ibi, q̃ Sabinen. episcopus fecerit illam permutationem, sed Theodosius episcopus. & si episcopus replicet, q̃ procur. hoc excipere non possit, cum falso hoc Sabinen. adijceret in rescriptis, male dicit: quia de
10 licti tũ personæ &c. ut sequitur. Sed opponitur† ẽm Inno. si uerũ erat instrumentũ, quare imponitur silentium eẽo, cũ necesse haberet stare permutationi? Respõdet hoc ideo, quia forte non præiudicabat instr ẽm, cũ in illo non interuenisset superioris auctoritas, nec alia, q̃ interuenire deberent, 10. q. 2. hoc ius. 17. q. ulti. in uenditionibus. Item q̃ uis producẽs instrumentũ nõ possit illud redarguere de falso, infra de censi. cũ olim, & 19. di. si Romanorũ, sicut nec testes suos 4. q. 3. si. quis testibus: põt tamen dicere, q̃ contra ipsum non facit, ut hic patet, nã licet monasteriũ nõ produxerit instrumentũ ad probandum, q̃ episcopus Sabinen. permu-

tationem

tati onē fecerat: tamen postea admittiť ad dicendum, quod nō cōtineť in instr̃o auctentico Sabinen. & est rō, quia ueritas rerũ errore gestorũ nō uiciareť. ff. de off.præsi.illicitas.§.ueritas rerũ.ff.ad muni.assumptio. ff.de neg.ge.item si cũ putaui.§.fi. q̃uis ēt non possim dicere ꝯ instrumentũ à me productum, siue illa, quæ continet, quia ab initio & eius tenorem prospicere, & perlegere potui & debui diligenter: Aliud est tamē in testibus, quos produxi: quia eorũ dicta possum ēt ex eorundē depositionibus reprobare, ut le.& no.s̄.de fide instru.imputari, & ēt per testes alios indirectè, s̄.de testi.præsentiũ, in prin.& c.ex tenore.possum ēt opponere de correctione, & de nouis inimicitijs, ut le.& nota.4.q.3.§.si quis testibus, & de noua infamia, supra de testi.co.præterea.In his.n.& similibus ideo non ob.ꝓductio à me facta: q̄a quid de iure esset, non poterā diuinare. sed ꝯ.27.di.si quid ueri, de Sybilla. So.aliud est in prophetis, & auctoribus, contra quos nil pōt obijci: quia in eis locus est ab auctoritate, & quicquid dicunt, indubitãter credendũ est & tenendũ.9.di. ego solis, & c.se.& 15.di.c.fi. & aliud est in testibus, & instrumentis, q̄ & si hãc auctoritatem habeant, ut eis credatur prima facie; probationem tamen admittunt in cōtrarium, & per probationem contrarii eius, quod dicunt, uel continent, reprobantur.C.de fide instru.l. fi. supra de testi.præsentiũ. Si ergo infideles, uel hæretici prophetas habeāt, uel auctores, qui dicant aliquid cō
h [..]os.ex eorũ auctoritatibus[h] possum ipsos conuin[..]re, & contra errorē argumentari, ut in d.c.si quid ue[..] fateor tamen, ꝙ licet ipsi infideles de iure non sint audiēdi cōtra suos proprios & speciales auctores: nos tamen de iure non possumus uti cōtra eos auctoritatibus eorũ doctorũ, qui ueri prophetæ, uel auctores non sunt, & quos nos ēt reprobamus, ar.supra de test. præsentiũ, & C.de falsis, qui falsas. C.de rebus credi. si quis iurisiurandũ.Sed & hoc notãdũ est, ꝙ testes à me semel productos non solum in eadē cã, sed ēt in aliis non solum, si persona, contra quã ipsos primò produxi, modò cōtra me producat eosdē, sed ēt quæcunque alia, ex quo ipsos semel approbaui, non possum ipsos decætero reprobare, ar.4.q.3.si quis testibus. & idem est de iudice sentiendum, arg.3. q.8.cuius in agendo. Hoc autem intelligendum est, quando uolo reprobare testem, uel iudicem ex causa, quæ ex me procedit. nam ex causa, quæ ex alio procederet, bene possem. ubi igitur induxi patrem tuum, uel iudicem huiusmodi contra aliquē. modò tu contra me inducis eũ, uel iudicem impetrasti; utique in hoc casu bene reprobabo, & eum ēt recusabo ex illa causa: quia pater tuus est.hæc.n.causa non ex me, sed ex te procedit, secundum Inno.sed ex noua cã post, q̃ ipsum produxi, orta eum reprobare potero, & ēt recusare, ut patet in eo, quod le.& no.supra eo.pastoralis, & de officio dele.insinuante, & supra ea. gl.uer. aliud est tamen in testibus, & sequentibus, s̄m Host.quid si admitto aliquem ad unũ officium, nunquid possum ipsum repellere ab alio officio, si ad ipsum mihi forsitan præsentetur? Respō.si aliud officium sit tale, in quo personæ consimiles admittuntur, non possum ipsum repellere. Si aũt in eo personæ dissimiles requiruntur, tunc secus s̄m Inno.q.d.si tale sit officium, in quo persona de qua agitur, adeò apta & sufficiens reputari debeat, ut in primo, non est repellendus; intelliges tu, nisi & de nouo aliquid interuenerit, propter quod repellatur, ut patet in eo, quod le.& no. supra de test.co.præterea, sed & si de nouo nil accidit, sed tamen sufficiēs, uel habilis nō est ad seruiēdũ, bene pōt repelli.etenim qui ad minus officium sufficiens est, nō seq̄tur ex hoc ꝙ si uocetur ad maius, ad ipsum debeat sufficiens reputari, ut patet.12.di.nos consuetudinem, & in eo, q̄d le.& no.supra de ele.scriptum est.§.pe. & fi.item, si impetraui aliquem iudicem, qui pōt esse criminosus, & idem in testem contra me inducatur, bene possum eũ repellere à testimonio prætextu criminis: sed prætextu infamiæ ciuilis non possum eum repellere.& ratio diuersitatis: quia criminosus bene pōt esse iudex, sed non testis.unde nō sequitur, ꝙ si eum approbaui iudicem, per hoc in testem uidear approbasse.sed cum infamia utrunque repellat eundē quē non reputaui infamen ad iudicandũ, non debeo reputare infamē ad testificandũ, sicut hæc oĩa possunt colligi.ff.de adul. si uxor.§.fi.& in aliis conco.superius alle. in eo, quod le.& no. infra de accusa. nulli.supra de æra.& quali.accepimus.ubi inuenies notata, utrũ episcopus possit repellere eũ, quem ordinauit, supra de ele.nosti. ubi etiã no.utrum aliq̄s possit venire cōtra factum suũ.& hoc ēt plene no. infra de cle. coniu.diuersis fallaciis.§.fin.
11 Item † not. ꝙ si quis legē malè intelligens eam pro se inducat, uel chartam simplicem producit, quam dicit sibi in causa fauere, cũ in ueritate ius suum nō foueat nec etiam ei faueat: quia recitatoria, uel testimonialis est tantum, uel quia non est auctentica, & postea propter aliquem articulũ, qui in eadē charta continetur,
i inducatur contra producentem, [i] nec lex, nec charta ei præiudicant, considerata ratione præcedenti, s.quia ueritas rerũ &c.& sequenti.est & alia fortior ratio; q̄a errantes in iure, quales sunt precedentes non solum sibi non præiudicant, sed ēt se corrigere possunt, & suũ errorē ēt reuocare. & quod plus est, ēt si hoc non faciant, uel facere nesciant: iudex tamen hoc faciet, qui in his, q̃ iuris sunt ēt supplere pōt & debet.hoc dic, ut le.& no.supra de postu.p̄.bonæ.1.§.sed ꝯ: quia producens hanc chartã credit, & intēdit posse ꝓbare per eã id, quod pro ipso facit.eadem rōne & quod ꝯ eũ facit, ar.3.q.8.cuius in agēdo.ergo vr̃, ꝙ debeat haberi pro confesso, maximè si confiteatur ea, quę in ipsa charta continenť, esse probata.respō. licet confiteať, & credat per ipsam chartã oĩa, quæ continenť in ea, esse ꝓbata: est tamen ueritas, ꝙ ex quo priuata est, nec probata sunt, nec de iure probari possunt per eã; patet igitur, ꝙ hoc confitendo peccauit in iure, & ideo sibi nō p̄iudicat, ut est dictũ.aliud esset, si producens chartã diceret, Ego cōfiteor esse uera, uel ēt ego do pro probatis oĩa & singula, quæ in hac charta contiuenť, quia uires istorũ uerborum non dependent ex charta, sed ex confessione, ut patet in eo, quod.s̄.super uerbo, se credere, uer.secus, & se.hoc tamē fatemur, ꝙ si per tale ius, uel talē chartã minus auctēticã aliquid iudicatũ esset, in hoc casu tam iudex, qui sñam dedit, quàm assessor, qui consuluit, & ēt litigator, pro quo sñia lata fuit, idē ius, eandem chartã, uel consimilem, condēnato agente ꝯ eos, ꝯ se admittere tenerenť, ut no.in summa Azo.quod quisq; iuris, s̄m Inn.cuius est mens totius huius glo.quam ēt posuit Host. [*Non dicatur*] simpliciter ergo dicebatur ibi; episcopus, nō expresso lo-
12 co.nã & † quandoq; est ep̄s sine ecclesia, de ord.ab episcopo.c.1.de transl.c.2.euitanda est igiť æquiuocatio, de rescriptis, significante. facit de fide instru.inter dilectos; uer.eadem, s̄m Hosti. [*Transcriptum*] q̄ transcribit nil de suo debet ponere in transcripto, sicut de iudice, & teste dicitur.3.q.7. iudices, & q.9.puta, Goffr.[*Deli-*
13 *ctum personæ*] non dicas † hoc speciale fauore ecclesiæ, s̄m Inno. nam quicunq; priuatus producat falsum instrumentum, quod postea probatur falsum, licet propter hoc ꝓductor posset de falso condemnari, & puniri, de hoc.j.de his, quæ fi. à præla.quanto, ad fi.tñ ad id, in quo falsum instr̃m dicebat illũ teneri, nec aliter conuinciť, non condēnabitur per iudicē: aliter sequereť, ꝙ iudex deberet ferre iniquã sentētiã; ad hoc.s̄.de causa poss.cum super.Itē est alia ratio: quia excipiēdo
hoc

hoc opponit, & ideo non fatetur, ut hic. Alii dicunt, ꝙ si affirmatiuè proponat exceptionem, quam sciebat falsam, & uolebat iam probare per instrumentũ quamuis falsum, ferenda sit sententia contra ipsum. Si uerò hoc ignorabat, secus propter rationes supra assignatas in glossis.sit autem in ecclesia speciale, ꝙ de his casibus, scientia, delictum, uel dolus prælati, uel ꝓcuratoris ei non nocet [*Obijci potest*] sup.aliàs hic autē conscius delicti non esset audiendus, cum suam turpitudinem allegaret. inf. de dona. inter dilectos, not. etiam Inno.inf. qui fi.sint le. causam.2.ubi uide in gl. ad ecclesiam, uer.idem, si Petro.ꝙ si uno producente reprobatum est instrumentum de falso, alius illo uti poterit [*Nolumus*] non est hic pro ratione uoluntas: sed dic, Nolumus, nec uelle debemus, Host.[*Episcopale*
14 *ius*] hoc † in quibus consistat, habetur s̄. de offic. ord. conquerente, & c.dilectus[*Auct.scripta*] sed nonne hic datur incerta sententia? dicit Inno.ꝙ non: quia tenendum est, ꝙ certis nominibus, uel circunlocutionibus distinxit hæc instrumenta, ar.ff.si cer.pet.l. certum, & sup.de testi.licet ex quadam, uer.testes. uel est hoc intelligendum de instrumentis productis in ipso iudicio redactis in actis, & sic ex parte actorum certificabatur sententia.C.de sen.quæ sine cer.quant.l.penult. & ulti.quid dicant, uide in suf.de accusa.c.3. super ulti.glos.aliàs non posset iuuari prætextu instrumentorum de nouo repertorum.C.de transact. sub prætextu, secundum quosdam. sed ipse Innocen. dicit hanc sententiam certam, etiam si in nulla parte actorũ ex-
k primantur capitula: quia scripta auctentica [k] certa & indubitata sunt. quare & eis fides adhibetur, de fide
15 instrumen.cap.1.& 2.unde † prudenter facit is, à quo petitur ius episcopale, si petit illud exprimi, de hoc. sup.de offi.ord. conquerente. aliàs, si iudex simpliciter nulla exceptione facta adiudicet iura episcopalia, condemnatus tenetur decętero omnia iura episcopalia exhibere, quamuis per priuilegiũ, uel præscriptionem præcedentem sententiam probare uelit se super aliquibus capitulis exemptum. inf. titu. 1. cum olim. iudex etiam prudenter facit, si quando ei constat, ꝙ aliquis habet in aliqua ecclesia iura episcopalia, tamē de aliquibus capitulis dubitat, si sic pronunciet, Adiudicamus tibi in tali ecclesia iura episcopalia, exceptis his, quæ per auctentica scripta, uel alium modum legitimum sunt subtracta.uel sic, exceptis talibus capitulis, de quibus nobis plenè non constat, ut hic, & infra titu.1.auditis, & c.cum olim, & c.ueniens, & infra de reli.do.constitutus, & c.cum uenerabilis, secundũ Innocen. quod ponit Hostien. & hæc omnia habeas pro repetitis in præ. decre. cum uenerabilis, ubi sunt eadem uerba, uer.quia igitur, & uide in Specu.de sen-
l ten.§. qualiter, in secunda[l] col.[*Præscriptionem*] allegantur igitur simul hæc duo; de quo dic quò ad hunc casum exemptionis, ut de priuile. cum personæ, lib.6.
16 [*Legitimam*] i.† canonicam: quia non per leges, sed per canones hæc expediuntur.inf.titu.1.cap.fin. forte dicitur, quia præscriptio ortum habuit à legibus, infra tit.2.uigilanti, secundum Hostien. qui dicebat hic nō sufficere probare præscriptionem tanti temporis, q̄d initii, uel contrarii nō est memoria sine titulo; quod
m est falsum, & dic, ut infra tit.1.ca.1.[m] lib.6.[*Vendicabat*] quo ad priuatam utilitatem mensæ suæ. nam quantũ ad generalem dispositionem non eget pręscriptione 10.quæst.1.regenda, & patet de succes.ab intesta.c.fin. & dicit Hostien.cautè hic elici, & per id, quod sequitur, Aliquanto tempore, quòd si episcopus tenuerit aliquam ecclesiam ad manus suas, & fructus conuerteret in suos usus tanto tempore, quòd præscriptio sit completa, intelligitur de mensa, etiam si titulus non probetur; ad idem, infra de confir.uti. uel inuti. cum dilecta, & sic potest intelligi, de rebus eccle. non alie.
n ut super[n], secundum Hostien.& not.secundum Inno
17 cen. quòd † ratione præscrip. potest aliquis uendicare, & de hoc secundum eum not. infra titu. 1. ad aures [*Temporalia*] not.quòd non eo ipso, quòd ecclesia sita est in alicuius dioece. temporalia ipsius spectãt ad episcopum. vnde nec potest ipsa alienare, maximè cũ uacat ecclesia. 10.quæst.2.cap. fin. ipsa tamen ecclesia uacante, uel quando non superest alius episcopus, habet illam defendere, & pro illa agere, de succes.ab in-
o testa.[o] cap. fin. & si non appareat, quis sit patronus, dicit Innocen. illam liberam: habet tamen ibi episcopus ius episcopale, & iurisdictionem, ut hic, & 10.quęstio.1. capit.2. & 3. & per totum, & patet de re.do.de xeno. & capitu. cum uenerabilis. in quo casu, si non est collegiata, nec in parochia alterius ecclesiæ, ipse episcopus ponet ministrum in ea, quamuis aliqui dicant, quòd episcopus non ponet, sed potius populus præsentabit. sed dicit Innocen. hoc iure aliquo non caueri, quod uerum est, secundum Hostien. nisi ad populum spectaret patronatus. supra de elect.cap.2. & capitu.querelam.& faciunt hæc ad ea, quæ ibi dixi super uer. populus. rationem autem administrationis in omnibus ecclesiis petit episcopus; ad hoc. 10. quæstio.1. episcopum, & quæst.3. cap.1.illis exceptis, in quibus clericus est patronus, secundum Innocen. de quo remittit Hostien. de præben. in Lateranensi, de priuil.cap.3.§. in ecclesijs.& dicit Hostien.per prædicta patere, quòd episcopus in collegiatis non ponit ministros, sed collegium eligit, de quo remittit, de electio. capitu.primo, cum terra. posset tamen ex consuetu. id sibi competere, de restitutio. in inte. capitulo secundo. Item patet, quod in ecclesia sita in alterius parochia episcopus non ponit ministrum, sed rector parochiæ præsentat; facit, quod no.de iure patrona. significasti. quo negligente episcopus ipsum ponit; de quo remittit, de eccle.ædifi.ad audientiam. 2. & uide quod dicam in Mercu. de regulis iuris, quod alicui gratiosè, libro sexto [*Absoluendos*]
18 quia † actore non probante &cæt.C.de eden. qui accusa. de causa possesio. cum ecclesia. unde dicit Pet. hic apertè colligi, quòd licet reus deficiat in proba-
p tione exceptionis[p], quam proposuit; tamen non cōdemnatur, nisi actor probet intentionem suam.
19 ¶ Tertia † gloss. enumerat actiones bonæfi. dicens, quare sic dicuntur, & quare sic dicuntur reliquæ stricti iuris, & in quo differunt. ¶ *Glo. hæc regula*] obiicit, & soluit. ¶ *Gl. respon.*] ponit duas lect. & secundum alteram quærit, & soluit. ¶ Gloss. penult. quęrit, ar-
20 guit pro & contra, & soluit. ¶ *In † glo. 2. ibi, §. illud*] ibi dicitur, quod habetur.3. quæst.3. offeratur. ¶ *In glo.3 ibi, bonam fidem*] sequitur, in contractibus considerari, quod æquum est [*& ibi, quia tantundem*] sequitur, in bonæfi. iudiciis officium iudicis ualet, quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio [*& ibi.l.3.*] usuræ fenebris pecunię citra stipulationem peti non possunt [*& ibi, ex uendito*] in actione ex uendito quam uenditor intentat, uenit precium cōuentum, & eius usuræ post traditionem [*& ibi.§.in bonefi.*] uide de usu.conquestus, super gloss. 2.[*& ibi.§. ulti.*] stipulatio fundum Tusculanum dari, cōtinet dominium fieri stipulatoris quoquo modo [*& ibi, si fundum*] si stipulor fundum mihi præstari, & stetit per promissorem, quominus die statuta præstetur, consequor, quanti mea interest moram factam non esse [*& ibi. §. ulti.*] in obligationibus faciendi, si non fiat, quod ꝓmittitur, fit condemnatio in pecunia numerata.i.interesse [*& ibi.§.finita*] uenditor fundi frustra excipit ruta & cæsa: quia & si non exciperet, non uenirent. ¶ *In gloss. hæc regula, ibi, si quis ita*] si interrogo, dabis;

& tu respondes quid ni: obligaris. secus, si annuis sine uerbis. ¶ *In glo. antepen. ibi, querela*] uide in c. statim alle. super gloss. 2. ¶ *In gloss. penult. ibi, quod in initio*] sequitur, unicosum est, non potest tractu temporis conualescere [*& ibi. l. penul.*] quæ ab initio inutilis fuit institutio, tractu temporis conualescere non potest [*& ibi, sed si quæritur*] uide de proba. licet, super glo. bene tamen.

21 ¶ *In glo. 1, ibi, similem*] & dissimilem. nam ibi ex tali proposition condemnatur reus, hic absoluitur: sed ibi respondendo cõfessus fuit, hic excipiendo proposuit, ut ibi no. ¶ *In glo. 2. in fi.*] dic ut inf. de lit. conte. c. 2. lib.

q 6. dixit hic Inno. q̃ siue excipiendo q, siue respondendo petitioni respondeatur animo contestandi litem, facta erit contestatio; quod dicit hic patere: quia id, quod uocatur respõsio, etiam uocatur exceptio. ¶ *In*

22 *glo. 3. ibi, pignoratitia*] dicunt Per. & Abb. directa & contraria, i. quæ datur debitori debito soluto, & quæ datur creditori, si sibi pignorata sit res aliena, uel alii obligata [*& ibi, hæreditatis petitio*] & actio ex stipulatu p̃ dote, ut ibi sequitur. & Abb. & Host. ponit de his uersus, Empti, conducti, mãdati, depositiq;, Pignora, rcõmuni, ercisc undæ, pro socioq;, Dotis, & hæredis, tutelaque, commoda, gesta, Præscriptis uerbis, permuto, uel æstimo secum, Ista bonæfidei sunt; stricti cætera iuris [*& ibi, inueniri debet*] & hoc respectu omnes contractus dicuntur bonæfidei. 27. q. 1. c. 2. [*& ibi, bonæfi.*]

23 ueniunt † hæc p̃m leges, p̃m canones contra, & forte p̃m leges hodie; de hoc. inf. de usuris. c. 3. Abb. [*& ibi, si quis alio. §. ulti.*] & uide quod ibi no. & consistunt hæc in subtilitate iuris ciuilis, qua quæritur, an interesse in his etiam sit in obligatione ita, quod ueniat in petitio

s nes, &c, si. quod dicam. inf. de emp. & uen. cum dilecti, super uer. induxit [*& ibi, si ruta*] & ff. de cõtrahen. emp. in uendendo, §. ulti. ¶ *In glo. hæc regula, ibi, non utique*] & habes eam, inf. de reg. iu. exceptionem, lib. 6. ibi uide [*& ibi, prout*] & infra de app. cum causam, & taciturnitas. sup. de præsumpt. nonne. Item Samaritana, quæ dixit, scio, quia propheta es, per cõsequens dixit se uirũ habere. 33 1. q. 1. quomodo, Ioan. ¶ *In glo. antepen. ibi, querela*] ubi de hoc [*& in fi.*] & ibi posui uersus, quos hic no. Host. ¶ *In † glo. penult, ibi, nulla*] contrarium uidetur notasse, s, quòd contra illam sit restitutio necessaria. sup. de proba. licet, in fi 2. glo. & ibi remisi ad Spec. de sent. prola. §. fi. uersi. item oppone, quod est lata, & sequentibus. dicebat hic Host. hæc uideri cõtraria, quæ dicit glo. s. quòd sententia teneat, & quod pronuncie

t tur nullat. dicit autem, q̃ nullitas respicit ueritatem. Quod autem dicitur tenere, opinionem respicit, cui statur, quàmdiu ueritas est occulta. sup. de bigamis, nuper. ff. de offi. prætoris. l. Barbarius. manifestata uerò ueritate pronunciatur nulla quo ad ueritatem, & retractatur quo ad opinionem. & sic dicit intelligendum, quod no, in sum. de re iudi. sub. §. quid iur. Quid dicemus de principali contrarietate, poterit ne per uiam exceptionis anullari sententia lata per falsos testes, uel per falsa instrumenta: an erit necesse, q̃ præcedat restitutio? & si sufficit exceptio, erit ne perpetua? Glo. in l. querela. C. de fal. ponit unum modum cognoscendi de falso per exceptionem, quam dicit tempore non tolli per l. pure. ff. de doli excep. Idem Hostien. & Pet. ut dixi in præall. decre. licet, in fine secundæ glo. pro quibus facit hic text, sed q̃ restitutio sit necessaria, uidetur per l. diuus. ff. de re iudi. ad idem. C. si ex fal. instrumen. per totum. C. de transactio. si ex falsis, per quæ probatur contra sententiam, & transactionem lata & facta per falsa instrumenta dari restitutionis beneficium. per quæ uidetur restitutionem necessariam; nec aliter excipi posse; ad quod. ff. de cõdi. inde. l. fi. in fi. & ff. de excep. l. exceptiones, quæ §. fi. & si dicas exceptiones competere, non uidetur, q̃ cõ-

petat ultra quadriẽnium, quo peti poterat restitutio; ad hoc. ff. de peti. hære. si quis libertatem, de inoffi. testa. Papinianus. §. si filius. propter hoc dicũt quidã domini legũ, q̃ ubi per falsa instrumenta obtinuisti contra me aliquod remedium finiẽdarum litium, ut sententiam, transactionem, & similia, tunc periura præalle. necesse sit. inf. quadriẽnium me iuuari beneficio restitutionis agendo, uel excipiendo. Si uero tale remedium non obtinuisti, perpetuò excipiam, ut in l. pure. Alii dicunt, quòd aut fuisti in dolo etiã in obtinendo remedium finiendarum litium scienter utendo falsis instrumentis, ex quibus obtinuisti. & tũc q̃ commisisti crimen falsi, & sic teneris mihi etiam ciuiliter actione in factũ ad interesse. C. de falsis. l. damus, & l. fi. ergo & habeo exceptionem sine restitutione, quæ durat ultra quadriennium, saltem quantum durat actio iuxta regulam, cui damus actionem &c. ff. de reg. iuris, inuitus. §. cui damus, & inf. de regu. iuris, qui ad agendum, lib. 6. aut non fuisti in dolo: quia ut nec conscius falsitatis; & tunc quia non potest excipi, nisi habeatur restitutio, ut d. l; exceptiones. §. fin. uerũ exceptionem non durare. i. ultra quadriennium. & licet ista ad actionem intellectus faciant: non tamẽ clarificant. & planè de iure nostro uidetur, q̃ per uiam exceptionis obiiciatur falsitas contra sententiam, ut hic apertè dicit text. & supra de proba. licet, in princ. quæ in exceptione loquuntur; & decre. in nostra, supra de procura. etiam de exceptione loquitur. ad idẽ. infra de crimine fal: cap. 2. & tamen etiam de iure nostro dicitur ualere sententia, quàmdiu probetur falsitas. sup. de fi: instrum. accepimus, sicut & de ciuili. ff. de re iud. diuus. Mihi uidetur distinguendum inter ueram falsitatem rescripti, cuius uirtute profert delegatus sententiam, de qua loquitur decre. 2. de crimi. fal: de qua sine temporis prefinitione agitur, & excipitur contra agentem, ubi not. in 1. gloss. & falsitatem procuratoris, de qua in præallega. decre. in nostra, & de his duabus satis dixi post Innocen. & Compo. de rescriptis, super litteris, in fi. & falsitatem probationum, ex quibus fertur sententia. & de his principaliter loquimur, & de hoc potest agi criminaliter. Item ciuiliter actione in factum. Item per beneficium restitutionis. & hic prosunt tempora limitata, ut no. in præallega. decre. licet, in fi. glo. 2. Item per uiam exceptionis. Item per uiam replicationis. si per uiam exceptionis, puto uerum, quod no. Accur. in l. querela, quòd perpetuò, quando agetur ex sententia, poterit excipi de ipsius nullitate propter falsum, quod placet etiam Guil. in præallega. uer. licet contrarium uideatur tenere in Spe. de senten. execu. in fine, scilicet quod non excipitur sine restitutione. & idem Compo. de rescriptis, super litteris, in gloss. quæritur hic, uer. intellige tamen, nec distinguam, an uictor fuerit conscius ueritatis, nec ne. & procedit hic propriè, cum sententia lata est pro actore: qui postea petit ipsius executionem. absolutoria enim lata pro reo secum trahit executionem, ut no. de appella. pastoralis. si per uiam replicationis, hic distinguo. aut excipitur de sententia contra actorem denuo repetentẽ primã actionẽ, ut quia petebat fundũ: absolutus fuit reꝰ per falsas probationes: iterum petit fundum illũ: excipit reus de sententia actor replicat de nullitate, & falsitate, hoc posset locum habere, quod actor inepte agat.

u debuit. n. prius restitutionẽ u petere, ut in l. diuus. Si uerò excipitur ꝺ actorem non repetentẽ primã actionem, puta peto electionẽ tuã cassari propter crimen, uel defectũ: excipis de sententia absolutoria: replico de ipsius nullitate, & falsitate, puto, q̃ procedit replicatio, & erit perpetua, ut comperat, quando cunq; excipitur. & idem dico de duplicatione; ut si, peris electionem

nem confirmari, excipio de crimine falsi: replicas de sententia absolutoria: duplico de ipsius nullitate, & falsitate; procedit duplicatio & sine temporis præiudicio. certum est enim, quòd ego, contra quem non fuit principaliter formata sententia, non teneor pete re restitutionem cõtra illum. Si autem uelles tenere, quòd de necessitate sit petenda restitutio contra illũ, dici posset, quòd per uiam restitutionis consequeris reuocationem sententiæ: quam tamẽ non consequeris per uiam exceptionis, uel replicationis, quibus erit satis, quòd probatæ suum consequantur effectum, de

x ord. cogni. c. 2. de rest. spo. solicitè, cumˣ si. Item si opponis, ex quo competit extraordinarium beneficiũ restitutionis, ergo non competit ordinarium nullitatis. respon. hoc non esse præcisum; quod patet per de-

y cre. 2. de resti. in integ. ylib. 6. [*& ibi, nunc cessabitur*] facit de restitu. in integ. suscitata.

ANNOTATIONES.

a ¶In glo. Et quid ueniat nomine pertinentiarum; & plura alia utilia circa talem libellum uide per Io. An. in eo. c. in glo. no. libellũ.

b ¶Inno. Ibi uide Io. An. in gl. uel dic, quòd huic not. uidebatur post Inno. uelle, quòd pro iure, quod habet quis iure, in re, possit in libello proponi rei uendicatio. & sic potest facere patronus; & uide Bart. ff. de contrahen. empt. qui tabernas.

c ¶ Permutari. Adde Rotam in quarta de rerum permutatione, in nouis, & Fed. de rerum permutatione. q. 10. & Domi. in cap. 1. de re. permutatio. in 6.

d ¶Reperitur. Ipse autem producens instrumentum falsum nõ potest illud dicere falsum propter regulam, quæ habetur in l. apud antiquos, C. de fur. in uer. nos autẽ, uersi. qui habet aduersus &c. & hoc in sciente illud producente, & uide Bar. in l. post legatum, in prin. ff. de his, qui. ut indi. & ibi per ipsum, an possit producens illud dicere nullum, de quo inf. in uersi. item si confitetur, & uide infra in glo. quasi dicat, in principio, & in glo. non dicas, & se. & uide plene per Bald. C. de his, qui. ut indi. in l. alia.

e ¶Olim. Hic text. loquitur in confitente contenta in instrumento nullo propter defectum. sed an ex sola productione uideatur exclusus, & dicendo illud nullum, uide Bart. in l. post legatum, ff. de his qui. ut indig. & uide Io. An. in præalle. c. cum olim, super glo. pen. & uide inf. in glo. quasi dicat, in prin. & uide Bald. qui limitat istud dictum Inn. in l. alia. C. de his, qui. ut indi.

f ¶Mulieri. Quasi sententia tollat, quod induxerat productio falsi instrumenti, uide Io. An. in c. mulieri, in gl. dicunt quidam, & per Bald. in l. 1. C. de furtis, in quarta oppositio. & in l. aliam, C. de his, qui. ut indi.

g ¶Vt in fi. No. istum uersi. Porrò, usque ad uer. intelleximus, quomodo ex possessione iste episcopus probare uolebat dominium, quod an sufficiat, uide Barto. in l. quidam in suo, ff. de cond. inst. & Bald. in l. cum res, & in l. 3. C. de prob. & plenius in illis p Sali.

h ¶Auctoritatibus. quid de chronicis, glo. in uerb. magis poterat, in c. inter dilectos, de fide instru. quid de pictoribus, uide in c. quanto, in glo. de iureiu. & uide sup. de proba. cum causam, Bald.

i ¶Contra producentem. uide Panor. in c. cum olim, de censi. & in consi. 60. 2. uol. & Bart. in l. post legatum, ff. de his, qui. ut indig. Alex. consi. 108. in 5. uolum.

k ¶Auctentica. Et in dubio uidetur se referre ad instrumenta in iudicio producta: quia ex aliis instrumentis nõ habet se informare, ad hoc, l. ait prætor. §. 1. de re iudi. & c. constitutus, de reli. do. uide quæ ibi scripsi: quia bona uerba, Archi.

l ¶In secunda. Versiculo item debet etiam sententia certa, & uide Ioan. And. de excess. præla. tanta, in glo. no. generalem.

m ¶Capitulo. Et uide ibi glo. & Io. And. & Bart. in l. cum de in rem uerso, ff. de usur.

n ¶Super. Ibi uide, & gloss. no. Inno. in cle. 1. de censi. & omnino uide Ioan. And. in c. qui contra iura, de reg. iu. lib. 6. in Merc. & ibi uide remissiones.

o ¶Ab intesta. Ibi uide, & per Io. And. in c. cum deputati, de iudi. & in c. olim, inf. de resti. spo. in glo. si de iuribus.

p ¶Exceptionis. Hoc credo uerum, nisi ipsius actoris intentio sit de iure communi fundata, ut patet in isto c. ibi, quia uerò nobis &c. & idem etiam uidetur dicere glo. quando ipse reus assumeret in se onus probandi contrarium eius, quod actor probare tenetur, ut dicit glo. fi. in l. circa, ff. de re iu. facit ad prædicta, quod dicit Barro. in l. non solum. §. sed ut probari, ff. de oper. no. nunc. uide quod scripsi in c. unico, in gloss. probante. inf. ut ecc. bene. Archi.

q ¶Excipiendo. Et hoc quando simpliciter exceptionẽ opponit, tũc non uidetur litem conte. ut no. in d. c. 2. sed si dicit se non teneri respondere, & negat narrata, pro ut narrantur, & exce. opponit, tunc bene uidetur litem cont. ut no. in c. dudum, de decimis, Bal.

r ¶Pignora. Et quid de hypothecaria, an sit bonæfidei, uel stricti iur. uide glo. & Bart. in 1. constitu. ff. ueteris. §. 3.

s ¶Petitione. uide circa istam materiam plenius Barto. in l. 1. ff. de ac. empt. & plenius. l. stipulationes non diui. ff. de uerb. obli.

t ¶Nulla. Vide Bart. in l. diuus, ff. de re iudi. & in l. si prætor. §. Marcellus, ff. de iudi. & quid de transactione, uide Cy. Bar. Bald. & Sali. in l. si ex falsis. infra alle. & de decreto uide Bar. in l. Seiæ egressæ, ff. de tuto. & cur. da. ab his.

u ¶Restitutionem. Facit ad hoc quod no. Ioan. An. sup. eo. a nobis, post glo. in uersi. quando competat, & uide Bart. in l. nam postea. §. si minor, ff. de iureiuran.

x Cum. Idem no. Bart. in præall. l. diuus, & uide ipsum in l. qui agnitis, ff. de excep. & doct. in l. fi ex falsis, præalle. qui idem no.

y ¶In inte. Vel dic, quòd ista competunt ad diuersa, ut per se patet. & unum pinguius est alio, uide Barto. in l. in prouinciali, ff. de no. ope. nuncia.

SVMMARIVM.

1 *Ob exceptionem non admissam qui appellat, coram iudice appellationis eam ueram probare debet.*
Dietam ultra unam quis trahi non potest, & qualiter hoc intelligatur, ibid.
2 *Appellatio ut præcludatur exceptionem proponenti, propter quam si non admittatur, appellatio timeatur, quæ cautela.*
3 *Dietas ultra duas citatus an ire teneatur.*
4 *Dieta una si est à loco per aquam, & quatuor per terram, uel contra, quid iuris.*
Via usitatior, & tutior considerandа in dietis, ibid.
De limitibus probandis ubi habeatur, & ubi melius distinguantur, ibid. uer. item termini.
5 *Epilogus, & additio glossarum. num. 6.*
7 *Appellationis iudices quando in negocio principali supersedeant, iustificata ueritate causæ appellationis.*

CAPVT VII.

1 LIm. Casus. Quis propter exceptionẽ non admissam appellat, coram iudice appellationis pbare debet exceptionem esse ueram. & sunt duæ partes. in prima appellantis querela. in secunda prouisio, ibi, discretioni [*Treuerensi*] cui commissa fuit causa, quæ inter Vincen. & ipsius aduersarium uertebatur, Innoc. [*Vltra duas*] hodie unam, & cum determinatione decre. de rescrip. statutum, lib. 6. [*Trahebatur*] in hoc consistit ius exceptionis, ut in 1. gloss. [*Recusabat*] & bene, si uerum erat, quod allegabat pars altera [*Qui*] scilicet locus [*Ab illo*] loco domicilii ipsius Vincen. uel diœ-

2 cesis illius [*Probare † poterit*] dicit Pe. notandam bonam cautelam, quòd si aliquis proponat exceptionẽ, propter quam, si non admittatur, timetur, quòd ille appellabit, ut præcludatur uia tali appellationi, iudex dicet, & ego illam admitto, si probata fuerit. unde ea nõ probata non censetur admissa, nec poterit appellari. salua pace Per. hæc non est magna subtilitas [*Duas*

3 *dietas*] quærunt † Gof. & Host. an citatus ultra duas dietas ire teneatur[a]: uidetur q̃ non, ar. ff. de iu. si quis ex aliena, & l. non uidetur. ff. si quis in ius uo. non ie. l. ex quacunque, ff. de peculio, eo tempore, infra de app. si duobus, & c. cum parati. sed cõtra. ff. de arbi. l. arbiter Calendis. sup. de offi. dele. prudentiam. 1. respon. Sodicunt, q̃ ire tenetur, si dubitetur de dietis, uel an literæ sint obtentæ de consensu procuratorũ, quos partes habent in Curia: aliàs non tenetur, si nullum du-

4 bium est. quid si una † dieta est à loco per aquam per terram quatuor, uel econtra? Dicunt quidam, q̃ consideranda est uia usitatior & cõior, & quę frequẽtior est, ar. l. di. sæpe. ff. ad l. aqui. si putator. inf. de homi. ex literis. 2. alle. Hostien. de spon. ex literis. ff. de flumi. l.

1.ff.defun.inſtruc.cum de lanionis.§.aſinam. Dicit tamen Gof.& Hoſti, hoc eſſe frequentius, quòd conſiderentur uiæ terreſtres maximè tempore hyemali, quo ſolet eſſe periculoſa nauigatio,& ſæpe incerta.C. de offi.rec,prouin.l.ciuitas.Item termini dioec.in terra melius diſtinguuntur, quàm in mari, uel aquis. & de limitibus probandis,ſupra de proba,ex literis.e cũ cauſam, & facit quod no. in ſpe.de cita.§.1.poſt prin.

5 ¶ Prima † glo.no.quærit,ſoluit, & remittit. ¶ Secunda glo,obiicit, & ſoluit. ¶ Vltima reſpondet ſignan-

6 do contrarium de decre.ut debitus. ¶ *In† glo.1.ibi, nonnulli*] hęc uera ſecundum illa tempora.hodie uerò inſpicimus non ſolum locum conuentionis, ſed etiam cõmiſsionis, ſupra de reſcriptis, ſtatutum.§.cum uerò,& §.ſe.li.6. ¶ *In glo.ulti.ibi, quod manifeſtum contrarium*]

7 ad cuius contrarij ſolutionem † dicebat olim Hoſti, quòd quia reſcriptum emanauerat à prędeceſſore,& citatio non tenuerat, quaſi res integra eſſet,expiraue rat iuri ſdictio, ad hoc de elec.bonæ.1.in fi.de offi.deleg. gratum. & eſt ſi.de no.ope.nun. ſignificantibus, ubi de hoc ſecundum eum : uel, ut dicit, hanc gratiã fecit papa reo, qui conueniri nolebat coram delegato,ne uexaretur:ſed paratus erat corã ordinario ſtare iuri. Demum tenuit, quod tenet glo. & prædicta prima ſolutio eſt contra ipſum Hoſtiẽ. pro opi. mea no. de offi,deleg.cum plures,li.6.Pe.& Abb.dicebant cõtrarium locum habere, quando appellatur ab ordinario, vel delegato, cuius reſcriptum nõ eſt nullum, nec annullatur ope exceptionis, & dicunt ipſum contrarium fallere in duobus caſibus,ſ.cũ appellatur propter non admiſſam exceptionem ueritatis tacitæ, uel falſitatis ſuggeſtæ.probata enim cauſę veritate appellationis,ſuperſedent iudices appella.nam auctoritate illius literæ nõ procederet principalis iudex,ergo nec iudex app. qui ſuccedit in locum ipſius. ſecũdo caſu, quando appellatur propter exceptionem abuſus reſcripti impetranti oppoſitam non admiſſam. [b] nam

b illa uerificata coram iudice appellationis ipſe iudex ſuperſedet,cum propter abuſum perdiderit cõmodũ reſcripti. vnde ſicut nõ procederet principalis iudex, ita nec iudex appellationis. quòd ſit abuſus patet, de reſcriptis, nõnulli,& propter hoc perdere debeat cõmodum reſcripti, probatur,eo.titu.ex tenore, & cault.pro hac lectura bene facit, de of.dele.ſi à ſubdelegato,li.6.ſed contradicere uidetur, de ap.ex parte.M. & c.ſignificãte. vnde finaliter prædicti tenẽt id, quod hæc gloſſ. quæ fuit additio, licet prædictas ſolutiones dicant ueras.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ire teneatur.Vide per Spec.de cita.§. 1. poſt princ. per Imol. in capitu.ſuper literis, in 13.colum.de reſcri.per d.Felin.in c.cum ordinem, ſupra de reſcriptis.

b ¶ Admiſſam.Et ſic no. ex iſtis duabus fallentiis, ex quibus eſt ſoluendus contrarij.& eſt intentio Abba,quòd ſi eſt excep.quæ opponitur iurisdi.excluſoria, iuſtificata appellatione coram iudice, ad quem, ipſe iudex, ad quem, debet ſuperſedere negocio principaliter hic, quia intentio iſtius excep. & appellationis eſt excludere proceſſum; ergo operaretur contrarium effectum. quandoq; nõ eſt excluſoria iuriſdictionis,tunc non debet ſuperſedere, ut in cõtrario,c.ut debitus.item nide in c.ſignificauerunt, in fi.inf.eo.in glo.fi,ubi ſimile remittitur,& uide ibi ſcripta,quia faciunt, in fi. Ad idem etiam no. ſupra de reſcri.ſignificante. & no. quòd dicitur in d.c.ſignificauerunt, ad quod concor.text. in cap. dilectus, el.j. de præben. ubi probatur, quòd ubi iudex pronunciat ſe incompetentem, iuſtificata appellatione,remittitur à iudice,à quo & unde ibi ſcripta, Archidiaco.

SVMMARIVM.

1 *Per excommunicationis uel periurij exceptionem quis à ſua, uel eccleſiæ ſuæ defenſione repelli non debet.*

2 *Appellatus coram quo iudice debet proſequi cauſam ſuam,appellante non proſequente appellationem.*

3 *Citari ſi mandantur omnes, qui ſe uolunt opponere, & quorum intereſt per publicum edictum, non aſtringuntur ad comparendum.*

Citari ſi mandatur alicui omnes illos, qui ſe tali opponunt ſuper electione, uel alio facto, ſint citandi,& quæ nam ſit in hoc citatoris cognitio, & officium, ibid. §. aliquando mandatur,& nume.4.

Citati an neceſſariò uenire debeant, ibid.

4 *Reſcripta præteritum non reſpiciunt, ſed futura, uer. Alij uerò.*

5 *Voluntarij qui dicantur ad iudicium uenire, qui neceſſarij.*

6 *Excommunicatus an & quando poſſit excipere contra petentem confirmationem.*

Ad iudicium qui uenit, qualiter firmet perſonam ſuam, ibid.uer. uoluntarius autem.

Edictum citatorium ad opponendum electioni, & electo differt ab edicto,quo citantur creditores, cum minor abſtinet, eo.numuer. Si uerò contra, circa fin.

7 *Excommunicatus maiori repellitur ab agendo.*

Excommunicati minori electio non ualet, ibid.

Periurium quos, & à quo repellat, ibid. ad dictio. periurij, & nume.8.

8 *Criminoſi, eccleſiæ, ſuas, & ſuorum cauſas proſequi poſſunt,*

Obedientiam electo ſi ſubditus negat, dicitur defendere eccleſiam ſuam, ibid.

Opponere non ſufficit, niſi probetur, ibid. ad dictio. probata.

9 *Epilogus ſuffragium, & additio gloſsarum. nu.10.& 11.*

CAPVT VIII.

1 Dilecti. Caſus.Per exceptionem excõmunicationis,vel periurii à ſua uel eccleſiæ ſuæ defenſione qs repelli non debet.& prima pars ponit petitionem appellantis.ſecũda dat iudicem,ibi, Quocirca [*Traxiſſet*] ergo erat electus originalis actor: ſed dicit Inn. quòd forte electus iſte petebat obedientiam ab iſtis tribus

2 canonicis,& ipſi illam denegabant;uel illi † appellauerant,& appellationem non proſequebantur.unde petere poterat electus, quod procederetur in cauſa. inf. de app.oblatæ, ad fi. vel quòd imponeretur eis ſilentium,& etiam aliàs punirentur,infra de elec. c.1.lib.6. ſed hodie non ſunt ſuper hoc literæ impetrandæ: ſed debet appellatus expectare apud iudicem appellationis, & ibi proſequi cauſam ſuam, licet papa, uel alius ſuperior quandoq; concedat literas ex certa ſcientia.

3 & tunc ualent: quia aliter non ualerent.interdũ † etiã mandat iudex citari omnes, qui ſe uolunt opponere. & quorum intereſt, per publicum edictũ; quod dic, ut de elec.c.fi.lib.6.& facit,qui matrimonium ac.poſ. cum in tua.nullum tamẽ arctant talia edicta: ſed quilibet ſibi relinquitur, ut compareat,ſi uoluerit,& ſibi crediderit expedire;& vide,quod dicam,de reſcriptis, in multis, ſuper 5.glo.lib.6. & in Spe.de cita.§.ſequitur,in vlt.colum.aliquandoª mandatur alicui, ꝙ citet

a omnes illos, qui ſe tali opponũt ſuper electione ſua, uel ſuper alio facto, de quo agitur. in quo caſu dixerunt quidam, ſed male, ꝙ citatoris eſt aliqua cognitio,hæc.ſ.ut uocet eos,quos impetrator citari petit,& quærat ab eis,utrum ſe uelint opponere,uel non.& ſi reſponderent,ꝙ uelint ſe opponere, citet ipſos. Si uerò dicant, ꝙ nolint ſe opponere, tunc abſoluat eos à citatione.& pro iſtis, qui ſic ſentiũt,eſt ar.in eo, quod dicitur,quòd omnia iudicia ſunt abſolutoria,ut inſti. de of.iud.§.fi. ꝑm Inn.& ꝙ dicitur,ꝙ nemo de domo ſua in ius uocari debet.ff.de in ius.uo.plerũq;, & l.ſe.& quia nemo præciſè cogitur ſe defendere: ſed ſatis eſt, quòd aduerſarius mittatur in poſſeſ. bonorum eius, uel

vel aliàs pœnas patiatur is, qui ſe non defendit, ut ibi patet,& in eo,quod le.ſup.ut lit.non conte.tuæ fraternitatis[b]. nec ob.ff.de verb.obli.inter ſtipulantem.§.1. vbi dicitur,ꝙ iudicium redditur in inuitum: quia bene redditur iudicium in inuitum, ſi ex quo venire tenuit,proceditur contra ipſum, ꝑm Hoſt. ueruntamẽ Inno.non placet hæc opinio:quia cum hæc clauſula, citet omnes, qui ſe opponunt, intelligenda ſit de his, qui ante datam literarum citatoriarum ſe oppoſuerunt,& illius, cuius negocium agitur, interſit, uel intereſſe poſsit,eos ſe ſibi non oppoſuiſſe, quamuis dicant,ꝙ ſe nolũt amplius opponere,niſi primò ſatisfaciant de intereſſe ꝑm Inn.ar. ff.de interr. act. de ætate. §.fi.ff.de condi. cauſa da.dedi, & l. ſi pecuniam. cuius ſatisfactionis cognitio ac diffinitio non eſt citatoris, ſed iudicis.Si ergo citator uult bene & plenè ſuo officio fungi, ſine alia interrogatione inquiſitionis citet illos, quos impetrator dixerit ſibi nominãdos. ſed & impetrator in nominatione ſibi caueat : quia ſi facit citari illum,qui nunquã ſe oppoſuit, uel non intereſt ſua, ut citetur,& ſic in nullo eſt ſibi obnoxius, condẽ

c nabitur in expenſis[c], ar.in eo, quod legitur & no,ſup.

6 prædixi [*Ne quis*] ar. secũdum † Hosti. de omnibus rationem reddendã, remittit supra de rescriptis, si quando [*Animæ suæ*] ar. quòd communicare excommunicato est mortale, de hoc supra quod me. causa, sacris, concor. 11. q. 3. Rogo, & moneo [*Cogatur*] alias rationes habes, infra c. pia, lib. 6. [*Qui*] s. reus [*omiserit*] maliciosè. nam secundum Innocẽ. si ex iusta causa tunc non habebat probationes paratas, non condemnabitur in expensis, secundum Innocẽ. ar. secundum Hosti. ff. de edendo argentarius. §. pen. [*Fatigetur*] sup.
7 † admittetur, ut supra sed cum pœna, quæ sequitur, & sic est hic permissio canonis, tamen cum pœna, sic & lex permittit ab emptione recedi, tamen cum pœna

per-

perditionis arrharum, inſti. de contrahen. emp. §. 3. in fi. & no. ſecundum Hoſt. quia ex æquitate iudiciorum prouident iura, etiam contra labores, & expenſas perſonarum, quę ſunt odioſę, cõcor. ſupra e. cum
8 inter [*Legitimis*] putat † Innocen. quò ad hunc caſum legitimas expenſas probata excõmunicatione, quas fecit actor, dum ipſe, ſiue reus induxerunt probationes ſuper aliis exceptionibus, uel ſuper principali, uel quocunque alio modo, quouſque ad tempus, quo
c propoſita fuit excõicationis exceptio. Illæ enim fruſtratoriè factæ ſunt [c] ex malicia rei differentis hanc exceptionem opponere. Sed non condemnabitur reus ad expenſas, quas fecit actor, durante probatione exceptionis, dũmodo ipſe reus illam probet: quia in hoc non uexauit actorem, ut apparet ex ſententia pro ipſo lata, ar. C. de iudi. rem non nouam. Si uerò reus deficiat in probatione exceptionis, tunc condẽnabitur ſolùm in illis expenſis, quæ occaſione illius exceptionis factæ ſunt, & non in his, quæ præceſſerũt: quia factæ ſunt in utilitatem actoris, & omnia ualẽt, ac ſi exceptio propoſita non fuiſſet. Dixit etiam Hoſtien. hoc intelligi poſſe in actore, qui ſe ignorabat excommunicatum, puta quia in remotis, licet abſens, excommunicatus erat publicè, de ap. cũ ſit, ſed ignorabat, & reus hoc ſciebat, & ab initio doloſe tacuit. actor uerò ignorans in nulla culpa deprehenditur, facit, quod nõ de clerico excommunicato. c. apoſtolicæ. unde actori bonę fidei reus doloſus condemnabitur in expenſis, ut hic, alias ſi actor ſciebat ſe excommunicatum, putant Hoſtien. Pe. & Abb. quòd compenſabit dolus dolo, & culpa culpæ, ff. de dolo, ſi duo
9 ff. de compe. ſi ambo, de adul. c. pe. & ul. & facit quod no. infra c. proxi. Exponit autem Hoſti. legitimis. i. legitimè taxatis & iuratis, & remittit, ſupra de procu. auditis, & c. conſtitutis [*Condemnandus*] Si ergo † in expenſis fertur pro excommunicato ſententia, fortiùs etiam in principali eſt ferenda, conſiderata æquitate iudiciorum, ſupra c. cum inter, ſecundum Inn. Et dicit Innoc. quod placuit Tan. q̃ licet hic fiat condemnatio expenſarum, executio differtur, donec excommunicatus fuerit abſolutus, uel ſecundum eũ eſt hoc ſpeciale in pœnam doloſi. nec eſt dubitãdum de peccato, ex quo fit hoc auctoritate papæ, & iuris. 11. q. 3. quoniam. 23. q. 4. qui peccat, remittit etiam, infra c. fi. & in fi. [*Opponitur*] etiam ſi dolosè taceatur, ut præmi-
10 ſit, Hoſti. [*iudicis*] pars † tamen propter hoc appellare non poſſet, quòd iudex ex officio non repellit, ſecun
d dũ Pe. & de hoc in ſpe. de officio iudi. §. impedit, [d] in prin. [*Repellendus*] Idem de infami, ſecundum Io. qui
11 hoc plene no. 2. q. 7. alieni, Dicit autem † Inn. huic ſini locum non eſſe, quãdo reus inſtat, quòd procedatur in lite cepta, quod poteſt facere, ex quo ſemel oblatus eſt ſibi libellus. C. quomodo & quando iudex,
e auct. qui ſemel. C. de epi. & cle. auct. generaliter, [e] & de hoc, ſupra de do. & contu. cauſam. imò uidetur idem dicendum, etiam ſi reus adhuc non fuerit ab excommunicato conuentus, ſed timet ab eo conueniri, ar. C. de inge. manu. diffamari, infra qui ſi. ſint legi. lator, aliàs quod dictum eſt in odium excommunicati, retorqueretur in ipſius fauorem, & quod dictum eſt in
f fauorem non excommunicati [f] retorqueretur in ipſius odium, contra id. C. de legi. quod fauore. de re. iu.
12 quod ob gratiam, lib. 6. ¶ Prima † gl. diſtinguit exceptiones dilatorias, peremptorias, & anomalas in dilatorijs diſtinguit, & ſubdiſtinguit. ¶ Glo. 2. no, ſpeciale & c. ¶ *Gl. no. & iſtud* arguit, all. ſimile, circa quod tractat duo, ſ. quid ſi excommunicatio ſit occulta, & quę dicatur publica. ¶ Vltima glo. dat tria ſimilia, & red-
13 ditrationem textus. ¶ *In* 1. † *glo. ibi. l. ulti.*] quæ ſic dicit, præſcriptiones fori in prin. a litigatoribus opponendas eſſe, legum decreuerit auctoritas [*& ibi, ita demum*] uide de procu. in noſtra, in glo. quando dicatur [*& ibi, ſancimus, in fi.*] non facit, ſed lex ſequens, quę incipit, apertiſſimi: hoc dicit, quam uide, de teſtibus, licet 3. ſuper glo. 2. [*& ibi, exceptionem*] uide hanc, & ſe. de ordi. cog cap. 1. ſuper. 1. glo. [*& ibi, l. 2.*] uide de fide inſtru. cum Io. in ult. glo. ¶ *In glo. no. & iſtud, ibi, ſi putator*] uide de homi. cap. fi. ſuper ulti. gl. [*& ibi. §. ſi cum debitor*] uide de pur. cano. conſtitutus, ſuper gl. 2. [*& ibi, ſi ut proponis*] in ſupple. infra intelliges [*& ibi, palam quæſtum facit*] non ſolum, quæ ſe proſtituit in lupanarijs, ſed etiã in caupona, uel alibi pudori ſuo non pepercit. ¶ *In gl. ulti. ibi, prohibet*] ab officio poſtulandi, & ſic loquitur lex iſta [*& ibi. §. uetetani*] etiam ſi pars non opponat, iudex repellit militem à procuratione [*& ibi, l. ulti.*] uide de poſtu. bonę. i. ſuper. 1. glo. [*& ibi, quod ait prætor. §. ſi quis aduerſus*] ut quodcunque mouerit iudicem. ad
14 non audiendum eum, qui agit iniuriarum, perſona agentis, uel contra quem agitur, uel iniuriæ qualitas [*& ibi, militem*] contra publicam utilitatem eſt, quòd miles ſit procurator, uel cõductor, fideiuſſor, uel mãdator conductoris, ut in l. ſe. [*& ibi. l. 1.*] miles poſt ſententiam proponit peremptoriam, quam per ignorãtiã iuris omiſit [*& ibi, tamen*] filiusfami. poſt ſententiã
15 opponit exceptionem Macedoniani. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, alia eſt*] de hac diuiſione per Hoſti. in ſumma, eo. ti. §. 2. & plenius in ſpe. eod. tit. §. 1. 2. & 3. [*& ibi, ubi de hoc*] & in decre. inter mona. infra proxi. alle. [*& ibi, debent proponi*] quid de exceptionibus feriarum, non numeratæ pecuniæ, epiſtolę diui Adri. fideiuſſoris, ut prius conueniatur debitor, q̃ filius non habet patris conſenſum, quòd tutor non fecit inuentarium, uel non ſatiſfecit, an ueniant ante litem conte. uel poſt. uide in ſpe. eo. titu. §. dicto, uer. quid de exceptionibus feriarum, & ſequentibus [*& ibi, ut ibi*] quid ſi de nouo ad noticiam peruenit? ibi no. [*& ibi. §. exceptio*] & ibi de hoc [*& ibi, concluſum*] de exceptio. compenſationis dic, ut no. de fide inſtrumento. cum Io. in ult. gloſſ. cũ ſua remiſſ. [*& ibi, proteſtari*] probari nõ, niſi in caſibus, de lit. conte. capitulo primo, lib. ſexto. non obſtat de
15 renun. ueniens, ubi exceptio renunciationis probatur ante litem conte. ibi enim fuerat lis conteſtata, ut ibi no. uel eſt illa exceptio de priuilegiatis, & de hoc in ſpe. eo. titu. §. 2. uer. hoc quoque [*& ibi, ut hic*] non reſpicit, quod proximè dixit de proteſtatione [*& ibi, in cauſa app.*] ſunt † etiam caſus, quibus admittitur peremptoria poſt ſententiam, licet appellatum non ſit, notati in ſpe. eo. titu. §. 3. uer. hoc tamen, & C. de iur.
g & fac. [g] igno. l. 1. & forte de his intellexit finis ulti. glo. [*& ibi, ad probandum*] ibi excommunicatione iudicis. ¶ *In glo. etiam ſi, in fi.*] & uide in ſpe. eo. titu. §. 2. uer. Sed nunquid reus. dic ut infra de reſcriptis. cap. 1. lib. 6. in
16 glo. ſed nunquid. per quam decre. & rationem huius glo. ſatis † puto, quòd ſi doloſè differt reus opponere exceptionem excommunicationis contra reſcriptum impetratum ab excommunicato, quòd locus erit compenſationi expenſarum, cum expenſæ iuris interim ſint perditæ, per prælle. dec. Pe. autẽ & Ab. excogitabant hic caſum, quo locus eſt huic condemnationi, quando actor multum expendit in exceptionibus alijs propoſitis per reũ maliciosè, & in quibus ſuccubuit reus, poſtea oppoſuit iſtam, quod non placet: quia illarum habetur ratio aut ſtatim poſt interlocutoriam, qua ſuecubuit in illis, aut tempore diffinituæ, de hoc ſupra de dolo, finẽ. ¶ *In* † *glo. no. & iſtud, ibi. ſi ut proponis*] hæc lex non probat id, ad quod inducitur. ibi enim dicitur, q̃ ſi iudex non in loco, quem ſtatuerat, ſed alibi per obreptionẽ iudicat contra abſentem, non ualet ſententia. undè uidetur, quòd ualeat lata in loco ſtatuto. fateor enim, quòd ualeat: ſed per hoc

hoc non ſequitur illam publicam. melius facit C. de dona. in donationibus, in principio, & quod ibi nota. & C. de teſta. omnium. allegatur lex penul. C. de lega. li. 10. ſed præſumptiuè ſumuntur, & tene quod no. in clemen. de ſepul. eos, qui, in glo. de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶ In expenſis. Adde in ſimili, quod notat Eggi Belle. deciſi. 226. in cauſa mea.

b ¶ Tenet ſententia. Adde tex. in c. pia, de excep. in 6. cum ibi nota. ſicut in ſimili dicitur de baunito, ut per Bar. Ang. & Alexan. in l. 1. §. ſublata. ff. ad Treb.

c ¶ Sunt. Imò non uidentur factæ fruſtratorie: quia tenent geſta illa, ut in c. pia. prælle. & infra ſequitur, & uide infra in glo. eiiã ſi. & ſuper illa Ioan. And.

d ¶ Impedit. Et ſic no. quòd aliquid eſt in poteſtate partis, & iudicis, ſi partis, & iudex non facit, non poteſt conqueri, ad hoc facit Barto. in l. properandum. §. finautem, & l. ſancimus, C. de iudi. & in l. omnem honorem, C. quando prouo. non eſt ne. contra tamen facit, quod no. domini de Rota concluſione. 340. & ſcripſi ibi, & ſic in tangentibus utilitatem priuatam, ubi iudex poteſt, ſuperior non tenetur eum ſequi in tangentibus publicam utilitatem, infra de app. oblatæ.

e ¶ Generaliter. Videbatur contra: quia in repulſione excommunicati non ſolum intereſt rei, ſed etiam iudicis propter periculũ communionis, quod intereſſe pars nõ poteſt tollere, ad hoc quod no. Ioan. And. ſupra c. prox. in glo. no. quod, uer. ſed contra, quia.

f ¶ Excommunicati. Adde, quòd ſi ualde intereſt rei, cogatur excommunicatus profequi per procuratorem, & ipſe repellatur, & habebit reus intentum, & iſtud eſt aureum uerbum Abba. hic in fi. contra Innocen.

g ¶ Et fac. Ibi uide doc. & Cy. & plenius Bal. & Sali. & aliquid per Bar. in l. ff. de re. iudi. l. Neſenius. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Rei iudicatæ exceptio non competit, reo abſoluto, quia non poſſidebat, & quando, & quibus alijs caſibus, ibid. & in ſuffrag.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 3.*
Dolum allegans, an probare teneatur; an eum abeſſe, is contra quẽ allegetur, probet, & quomodo hincinde probetur, & nu. 4. §. 1.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XIII.

1 ADuerſario. Caſus. Non † competit exceptio rei iudi. reo abſoluto: quia non poſſidebat. nec diuiditur [*Tuo*] ſ. patre conuento rei uendicatione [*Motæ litis*] Dicitur mota lis, cùm fuerit cõteſtata, de uerbo. ſig. ex parte. 2. [*Poſſidere*] & à principio ſine dolo poſſedit, ſecundum Goffre. ff. de rei uendi. ſinautem. §. ſi is [*Non obſiſtit*] Idem, cum reus abſoluitur, quia ante diem, uel conditionem agebatur. ff. de pigno. l. græcè [a]. §. fi. ff. de reb. du. l. bouem. §. pe. & ul. [*Illis*] quia ineptè agebatur, ſupra de iudi. exa-
2 minata. ff. ſi mẽſal. mo. di. l. 1. Goffre. ¶ Glo. 2. † quærit, alle. pro & contra, & dupliciter ſoluit, in fi. ponit quattuor, quæ requiruntur, ut obſtet excep. rei iudi.
3 ¶ *In* † *glo. 2. ibi, ſi rem meam*] Dicit ibi tex. ideò fueris abſolutus, quòd probaueris ſine dolo &c. [*& ibi. 1. reſpõſo*] abſolutus in petitione hæreditatis: quia non poſſidet, ſi incipit poſſidere, non ob. exceptio [*& ibi, allegat*] etiam excipiendo, & hoc uult lex ſequens [*& ibi, ſuper ſeruis*] li. 12. & uide de teſti. præſentiũ, ſuper glo. 3. [*& ibi, omnium*] teſtamentum probatur ultimum, ſi aliud non apparet [*& ibi, parem*] uide ut lit. pen. eccleſia, ſuper ulti. glo. [*& ibi, quòd ſi dolo*] damnatur, ac ſi poſſideret is, cuius dolo ſeruus fugit [*& ibi, ſed & is*]
b qui dolo deſijt [b] poſſidere, tenetur actione in rẽ [*& ibi, is quoque*] qui reſtituit hæreditatẽ, non tenetur petitione hæreditatis, niſi dolo reſtituerit, dolus enim
4 facit eum teneri, & damnari, ut in l. ſc. ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] & infra de re iudi. abbate, lib. 6. [c] ¶ *In glo. 2. ibi, probare debet*] & probatur ex coniecturis, infra de renun. c. 2. li. 6. [*& ibi, habetur*] infra de reg. iur. pro poſſeſſore, li. 6. [*& ibi, in fi.*] uide quod hit no. Abb. [*& ibi, offerat*] nõ citatus, ſecus ſi citatus, non interrogatus, ut in. §. quẽ ſtatim allegabo, uer. pone ergo [*& ibi, Si quis ad exhibẽdum*] ad materiam huius glo. uide, quod no. in ſpe. de interroga. §. 2. uer. uerum quia ſæpe, uſque ad finem.

ANNOTATIONES.

a ¶ Græcè. Et an tunc duplicentur reo induciæ, quando ante conditionem agitur, ſicut fit, quando agitur ante diem, uide ibi glo. & Bar. & plenius in l. pecuniam, ff. ſi cer. pe.

b ¶ Dolo deſijt. Adde gl. in regula, pro poſſeſſore, de regu. iur. in 6. & late Bar. & Ange. in rub. ff. de rei uen.

c ¶ Lib. 6. Et uide Cy. & doc. in l. 1. C. de alie. iudi. mu. cauſa fac. & Bar. Bal. & Sali. in l. edita. C. de edẽ. & in l. an eandem, ff. de excep. rei iudi. per Barto. & uide bo. tex. in le. tertia. C. de peti. hære. & ibi moder.

SVMMARIVM.

1 *Ab excommunicato reſcriptum impetratum ſuper proſecutione appellationis ualet, licet de excõicatione non fecerit mentionem, & quando hoc procedat, nu. 2.*
2 *Lex uerbis impoſita non intelligitur, ad dictio. prodeſſet.*
Interpretatio fieri debet talis, ut res ualeat, non pereat, ibid.
Vſus eius, quod nobis licet impetrare, conceſſus intelligitur, ibid.
3 *Excommunicatus nunquid poſſit petere, quòd ſententia pro ipſo lata mandetur executioni, & nu. 4.*
4 *Cum excommunicato publicè proceſſus habitus ualet.*
5 *Additio gloſſarum.*
Decretales ſingulæ huius tituli in quo caſu loquantur, ibid.

CAPVT XIIII.

1 VEnerabilem. Caſus. Valet † reſcriptũ impetratum ab excõmunicato ſuper proſecutione appellationis, licet de excommunica-
a tione [a] non fecerit mentionem. Et primò ponit dictũ. ſecundò ſubiungit ipſius cauſam, ibi, Quia nihil [*Literas*] non facta mentione de ap. & hoc mouit dubiũ.
2 [*cauſis † alijs*] & ab alijs iudicibus. Idẽ eſſet, & ſi ex eiſdem cauſis, & per coſdem iudices ſententia poſt app. lata fuiſſet, de quo remittit Hoſtien. ſupra eo. dilectæ, & c. ſignificauerunt [*Prodeſſet*] quod non eſt ſentiendum: quia ſecundum hoc imponeretur lex uerbis. C. communia de le. l. 2. ad fi. & talis debet fieri interpretatio, quod res ualeat, nõ pereat, infra de uer. ſigni. ſi. abbate, Hoſti. [*Impetrare*] & eis uti eadem ratione. Sed
3 † nunquid poteſt petere, quòd ſententia pro ipſo lata mandetur executioni? Reſpon. non: quia nec debet illi ſolui debitum, ar. 15. quæſtio. 6. nos ſanctorum, & c. iuratos, & c. auctoritatẽ, ſecundum quoſdam, hæc ratio non placet Innocen. ſecundum quem bene debet ſolui debitum excõmunicato, ut no. ſupra de dolo, ueritatis, ſed eſt uera ratio ſecundum ipſum: quia ad hoc peterẽdum noua actio orta eſt. ſ. officiũ iudicis, quod proponitur pro actione, ſupra de officio iudicis. cap. 2. uel actio in factum ex ſententia. C. de rebus cred. l. actori. excommunicatus autem has actiones, uel alias intentare non poteſt: quia nec agere, nec reconuenire poteſt, de iudicijs, intelleximus, ſupra eo. cum inter. cum ergo hæc petitio non procedat ſine actione, & excõmunicatus non agat, ipſa uii ſequitur, quòd nec poteſt petere ſententiam executioni mandari, quod tamen petitur ſine libello, ut dixi de reſti. ſpo. cum ad ſedem, ſuper glo. 2. eſt & alia ratio: quia, ex quo ſententia lata eſt iuſtè pro excommunicato, eſto quòd non mandetur executioni, nõ per hoc le-

ditur

ditur æquitas iudiciorũ,nec etiam ſemper is,qui pronunciat ſententiam ſuam executioni mãdat,ſed alius ff.de re iudi.à diuo Pio, de officio deleg. ſignificaſti. Item in poteſtate excommunicati eſt facere ſe abſolui: quia eccleſia non claudit gremium,de hæreti.ſuper eo,lib.6.de ſe igitur,& non de iudice cõqueratur, & quandocunq; faciet ſe abſolui, infra 30.annos mãdabitur ſententia executioni. Refert tamen Innocẽ. quoſdam dicere ſententiam pro excommunicato latam executioni mandandam. Sed ut dicit Hoſti.non eſt hodie inſiſtendum per decre.pia, infra eo.titu.li.6. Sed opponit ipſe Hoſti. quòd quæſtio non procedat: quia ſi excommunicatus conuenitur, ſententia abſolutoria pro ipſo lata non eget executione: conuenire autem non poteſt. Reſpondet hoc procedere in actore occulto, contra quẽ non fuit excepta, & lata fuit pro ipſo ſententia,quæ ualet,ut ibi, vel in cõibus iudicijs,uel in condẽna.expenſarũ,de qua ſupra e.exceptionem, vel in excõmunicato poſt ſententiã. Iſta
4 † uerba procedunt ſecundum ſuam opinionem,quia tenuit Hoſti.proceſſum habitum cum excommunicato publicè non ualere,cuius cõtrarium eſt uerum, & de hoc in præalle. decre. pia, in gloſſ.etiam. & glo. antepe. & ulti. & quod ſuper eis dicam. ¶ *In glo.ulti.in fine*] dicit Abb.decre huius tit.quæ uidentur idem dicere,ſic uariari.decre.cum inter, loquitur de excommunicato,qui agit, uel defendit nomine ſuo tantum de iure ſuæ perſonæ. dilecti, loquitur de excommunicato defendente eccleſiã. decreta.dilectæ. de excõmunicato lite pendente,& poſt appel.ſignificauerũt, loquitur in actore. iſta loquitur in excommunicato pro alia cauſa, & ab alijs iudicibus.

ANNOTATIONES.

2 ¶ De excommnicatione. Vide capitulum, dilectus, ſupra de reſcrip:& capitulum,ex parte,de offi.ordi.& c.cũ peccata de ſen.excommuni. ubi in reſcripto ſuper abſolutione non ualet, niſi fiat mentio de excommunicatione, Bal.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli, uel rubricæ.*
De præſcriptionibus in quibus aliis, quàm hic, locis tractetur, ibid.& earum titulo quæ iuris alia loca conueniant.
2 *Tempora diuerſa recenſentur,& in quibus iuribus habeatur,quibus uel præſcribitur, uel ſaltem ius perditur, uel per temporis lapſum pœna inſligitur, uel quis obligatur.*

De præſcriptionibus, Rubrica.

1 ¶ Viſo † de excep.in genere: quia frequenter ex præſcriptione obijcitur exceptio, ideò de hac ſpecie ſubmittit, ſecundum Goffr.& Hoſtien. habetur materia 16. quæſtio. 3. & quæſtio. 4. & 13. quæſtio. 2. in prin.
2 repetitur in Sexto. præmittam † iura, quæ ponunt diuerſa tempora,quibus uel præſcribitur,uel ſaltem ius perditur,uel per tempori lapſum infligitur pœna, vel quis obligatur,ſupra de reſcrip.plerunque,de elec.ne pro defectu.de reſti.in integ. conſtitu.de re iudi. q'ad conſultationem, de ap.cui ſit,& in Cle.de ap.ſicut,de conceſſ.preben.nulla,& c.quia:de loca.potuit:de reg. cap.2. & c.ad noſtram, & ex parte, de iure patro.ca.3. & c.eam te, & c.cum propter, de no.ope.nun.c.fi.de priuile.ſi de terra,& c.accedentibus. In Sexto de præſcrip.20.dierum,de conſue.cap.fi. 10.dierum, de elec, ubi periculum, uer.hoc ſacro, & uer.uerum ſi menſis. & trium menſium, eo.titu. quàm ſit, uer.electus, & §.ulti. Vnius anni,eo.ti.licet canon. Sex menſium, e.titu.nemo deinceps. de menſe tempore arbitrario, & 20.diebus, eo.ti.cupientes.i.& 2.reſponſo.de menſe.de offi.ordi.quamuis,quattuor annorum, de reſti. in integ. cap.1.& 2.& eo.titu. cap.uno, in Cle.15.dierum,de reſti.ſpo.frequens. Item.8.dierum, de excep. pia.unius anni,de uita & hone.cle.c.uno.unius menſis,de præben.ſtatutum.decem dierum,eo ritu.ſi pluribus.1.& 2.reſponſo.quatuor,& ſex menſium,de iure pa.cap.uno.unius menſis, de iniur.& dã.da.c.uno, in fi.8.dierum,de ſen.excom.ſolet,& eo.titu.quicunque.& duorum menſium,eo.c.in fi. Item triẽnij poſſeſsio impedit ſequeſtrationem, de qua in Cle. de ſequeſtra.c.uno.& de uno & duobus menſibus, de decimis.cap.1.de anno,de regu.eos, qui,de ſtatu mona. attendentes.§.ſtatuimus.de 8.diebus,de hereti.cap.1. uer.duro.de tribus menſibus, de uſuris.ca.1.uer.candem.de mẽſe, de priuile.capitulo primo.§.ceterum.
3 ¶ Ad † materiam autem conueniunt, de tranſac.c.1. de cauſa poſſ.cum eccleſia,de proba.ex literis, de confir,utili.cum dilecta,de dona.apoſtolicæ, de decimis, cum contingat, & c.cum in tua, de relig.do. cum dilectus,de iure pa.cura,de cenſi.cum inſtantia,& c.venerabili. in quibus contra procuratorem non currit præſcriptio. & quid iuris cum allegatur præſcriptio exẽptionis cum priuilegio, uel ſine, de priuile.cũ cum perſonæ, libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus contra epiſcopum locum per ſe conuerſum ad fidem præſcribit triennio.*
Contra eccleſiam non præſcribitur, cum uacat, uel eſt in ſciſmate, ibid.& quando alio caſu, nu.3.& quando currat, nu.5.
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Repetitio eccleſiæ iure communi poſt triennium in caſu huius cõſtitutionis denegatur, & an per reſtitutionem in integrum fieri poſſit.*
3 *Impedito agere præſcriptio non currit.*
4 *Matrix eccleſia per cathedrali hic ſumitur, & aliter alibi.*
Epiſcopi confirmatio ſufficit ad curſum præſcriptionis, ibid. ad dictio. epiſcopum.
Præſcriptiones contra quos inuentæ, ibid. in fine, & nu.9.
6 *Epilogus, & Additio gloſſarum, nu.7.*
Capituli placuit, ut quicunque 16.q.3.cum hoc conciliacio,ibid.
8 *Capitula, nobis, & cap.ulteranæ.12.q.2.de quo loquantur.*
Contra pupillum uide currit præſcriptio,licet curra inſtãtia,ibid.
Prælatus appellatur legitimus defenſor, ibid.in fin.

CAPVT I.

1 PLacuit. Caſus.Epiſcopus † cõtra epiſcopũ locũ per ſe conuerſum ad fidẽ præſcribit triẽnio.Sed cum uacat eccleſia,vel eſt in ſciſmate, non præſcribitur contra ipſam. Et primo ponit dictum,quod ſecundò determinat, ibi, Si tamẽ,caſum determinatum exponens ibi,Si autem,& alium addens ibi,Itẽ ſi.& per hoc patet hic poni caſum vnũ, quo currit præſcripto, & duos, quibus non currit. & pars huius,infra de pro c.1.[*Quiſquam*] epiſcopus [*Aliquem locum*] olim catholicũ,ſed in hæreſim lapſum[*cõuertit*] ad fidem ab hæreſi, qua lapſus erat[*Ab eo*] qui conuertit,& poſſedit triennio[*non † repetatur*] Iure cõmuni.nam per beneficium reſtitutionis in integ. forſan,infra quadriennium audietur,ſecundum Hoſtiẽ.
a qui remittit ſupra de reſti,in integ.cap.1.[a] Dicit tamẽ Ho.reprobari opi, Naſonis, qui dixit,eccleſiam reſtituendam contra præſcriptionem, ſicut pupillos. nã, ut dicit,ſi id uerum eſſet, hæc temporalis præſcriptio non curreret contra eccleſiam,ſicut nec contra adoleſcentem,C.in quibus ca.in inte.reſtitu.non eſt ne.l. ſanci-

b ſancimus.[*Qui poſſet*] argue † ſecundum Vin.& Hoſt.
3 quod ſi eccleſia habebat epiſcopum, non tamẽ talẽ, qui poſſet repetere, ut quia excõmunicatus erat, nõ curritur præſcriptio eccleſiæ, alle.ſupra de iudi. intelleximus.& ſupra ti.1.cum inter.& infra de officio.vica. Romana.lib.6.ad hoc alle. Pe.& Guil.de conceſſ.præ-
c ben.quia diuerſitatẽ. & idem no.16.q.4.prima actione. de talibus temporibus ſatis dicam, infra,ex tranſ-
d miſſa.ſuper uer. Hoſtiliaris[*Matrici*[d]] i.† cathedrali,
4 infra de uerb.ſig.uenerabili: aliter ſumitur, infra e.ex tranſmiſſa, Hoſti.[*Epiſcopum*] conſecrandum. ſufficit enim,quòd ſit confirmatus.de elec.tranſmiſſa[*Præiudicet*] deterior eſt hic conditio catholici contra id,de dona.inter ui.& uxo.& ſi neceſſe, de præben. eũ qui, lib.6. Dicit Hoſti. quòd ratio eſt: quia non inſpicitur hic odium perſonæ,ſed negligẽtia eius,qui agere poterat: quia præſcriptiones contra negligentes inuentæ ſunt, non contra agere non ualentes, infra eo.uigilanti[*Præfinitum*] ſtriennij[*Conuerſus*] & de diſpenſa:
5 receptus,Vincen.& ſic ſecundum † Hoſti.currit præſcriptio contra eccleſiam tunc ſolum, quãdo eſt,qui
6 nomine eccleſiæ poſſit agere. ¶ Prima † gl.ſignat ſucceſsiuè duo contraria, & ſoluit. ¶ Secunda glo.obji-
7 cit.& ſoluit: ¶ *In † glo.1.ibi.6.menſes*] Vnde dicebãt Inn. & Hoſtien.quòd ibi ponitur tempus,poſt quod licet populum acquirere, & lucrari.[e] hic uerò ponitur rẽpus, poſt quod epiſcopus populi lapſi non poteſt illũ repetere[*& in fi.*] ſecundum Ala.ſicut & quod ſciens rem alienam præſcribat, contra id infra eo.c.uigilanti. ¶ *In glo.ulti.ibi, & c.uobis*] hæc capitula † non loquũtur in œconomo, ſed in coadiutore, qui plena habet ad miniſtrationem in temporalibus, Goſ.[*& ibi, quòd curratur*] inſtantia in tutore,qui poteſt cõueniri pro pupillo, uel pupillus eius auctoritate, ſecundum diſtin. ff.de admini.tuto.l.1.ſ.utrum poſſit fari, uel nõ, & tamen non currit contra eũ præſcriptio. C.de præſcrip. 30.an.ſicut in rem, Inno.ſecundum Ala.[*& ibi,per totum*] & c.uel termini, eo.titu.prælatum appellat legitimum defenſorem, ſecundum Goffre.

ANNOTATIONES.

a ¶ Integ.cap.1.Vbi uide Ioan. And.ſuper glo.4.& in c.auditis, eo.titu. per gloſſ. & uide.16. quæſt.3. placuit, ut quicunque, in gloſſ. ma.
b ¶ Sanctimus. Ibi uide late de materia Ci.& Bar. & plenius Bal.& Sali.& uide plene per Pau.in Cle.1.de reſti.in inte.
c Diuerſitatem. Ad hoc.c.inter corporalia, ubi uide concor.in gl. malus, & ſuper illa lo.And.de transla.epiſcopi.
d ¶ Matrici. Quæ dicatur matrix, uide in glo.in uer.matricem, in Cle.prima, de ſen.excommuni.
e ¶ ut lucrari. Non licet ergo epiſcopo aliquid attentare intra dioce.alterius epiſcopi,& in hæreſim lapſi ante illam admonitionẽ, & lapſum.6.men. quod intellige, ut ibi iuriſdi. acquirat.

SVMMARIVM.

1 *Prælati taciturnitas non nocet eccleſiæ, donec ſit præſcriptum.*
Præſcriptio non currit in rebus inuaſis, ibid.
Strepitus foralis quid, ibid. quem pro uiribus fugere debent ſeruidei, ibid.uide nu.2.ad dictro.ſcripſiſſe.
2 *Reſcripta non ualent ſi papa de ſe loquatur numero ſingulari, & uni plurali.*
3 *Præſcriptio etiam quadragenaria contra minorem eccleſiam non obſtat, ut audiatur papa pro ipſa,niſi in caſu, & quo.*
Epiſcopus agit pro eccleſia ſibi ſubiecta, ibid.
4 *Epilogus ſuffragium, & additio gloſſarum nu. 5. & 6.*
7 *Præſcriptiones interrumpit princeps contra principem per proteſtationes, & quas.*

CAPVT II.

1 NIhil proeſt. Caſus: Taciturnitas † prælati nõ nocet eccleſiæ, donec ſit præſcriptum. uel aliter. In rebus inuaſis non currit preſcriptio. Et prim o repetit.quod olim ſcripſerat.ſecũdo proteſtatur[*Forali*] i.contentioſo iudicio, Inn.quod pro poſſe debent fugere ſerui dei de hoc ſupra de ſyndico.c. uno, Hoſtiẽ, Goſ.exponit.i.cum ſtrepitu. pro expoſitione horum uerborum Hoſti. remittit ad no.de ſtatu mona.c.ult.uer. quòd ſi abbas[*Robiſcum*] ex nimia
2 humilitate Grego. & uni loquitur in plurali, & de ſe
a in ſingulari[a] ut infra patet. hodie talia reſcripta non ualerent, infra de cri. fal.quàm graui[*Scripſiſſe*] Vt dicit Inno.hoc facit ex ſuperabundanti iuſtitia, nam & ſi cum forali ſtrepitu,non peccaret: uel,ut ponit Ho. non peccauit hoc faciendo[*Præiudicium*] arguit Hoſt.
3 quòd † etiam poſt quadragenariam præſcriptionem completam contra minorem eccleſiam audiatur papa pro ipſa eccleſia niſi ſit centenaria completa.nam & de iure ſuo poteſt agere, licet inferior eccleſia ſuccubuerit, infra de capel. mona. cap.1.§.fi.nam & epiſcopus agit pro ſibi ſubiecta, infra de ſucceſ. ab inte. ca.fi.& Abbas, infra c.ex tranſmiſſa, & uide quod dicam infra eo. ad audientiam.§.fina. ¶ Glo.1. † arguit propter ſcandalũ &c.inducit tria ſimilia,ſignat contrarium. ¶ Vltr.gl.arguit inducens rationem.& ſimi-
5 le, alle. duo contraria, & ſoluit dupliciter. ¶ *In † ulti. glo.ibi, ut proteſtetur*] cuius mentem habes in uer. ſtatim
6 allegato. ¶ *In † glo.1.ibi, ſoluit*] Matth.17.[*& ibi, quærat*] actuum.20.G.& infra de cen.cum apoſtolus[*& in fi.*]
c hæc contrarietas[c] ſoluitur, infra de no. ope. nun.c.2. ¶ *In glo.2.ibi, quoniam quicquid*] ubi de hoc, & 12.quæſtio.1.expedit, & infra de uer.ſig.cauſa [*& ibi, communicanda*] nec ſunt, appropriandа, de preben.c.3.de dona. cap.2. ¶ *In † glo. ulti. ibi, princeps*[d] *patriæ*] unde dicebat Inno. quòd unus princeps contra alium per tales
d proteſtationes interrumpit præſcriptionem,cum nõ ſit alius, coram quo conueniatur,ar.l.quam infra alle.glo.& facit quod no. infra cap. proxi. [*& ibi, ſed hic non faciet*] melius diceret, non poteſt facere illam, & ita ponit Vincen.

ANNOTATIONES.

a ¶ Singulari. Imò loquitur de ſe in plurali ibi,Nos uelle,& ibi,Meminimus,& ibi, Patientiam noſtram.ſed bene in fi. ponit ſingularem ibi, Poſt me.
b ¶ Propter ſcandalum. Multa permiſſa cauſa ſcandali uitandi,uide per Barba.conſi.11.in 11.col.in 1.vol.
c ¶ Contrarietas, Et de materia uide gloſſ.quæ incipit prout Gregorius,& ſuper illa lo.An.in c.niſi, de renun.& pleniſſimè per moder.maximè Guil.de mon.Lau.in Cle.1.de immu.eccle.
d ¶ Princeps. No.hanc glo.ibi prin.dum dicit,quòd tempore prælati male alienantis non currit præſcriptio,ad hoc, quòd eſt glo. ſingu.in c.unico, de in inte.reſti. lib.6. pro hoc facit text.in l.qui fundum.§.ſi tutor, ff.pro empto, ubi hoc etiam dicit Bar. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribit eccleſia per quietam 30.annorum poſſeſſionem.*
Decret alis hæc in quibus habeat locum, ibid.& nu. 3. in fin.
Synodalis pro iudiciali, ibid.in fin.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Ad præſcriptionem interrumpendam non ſufficit reſcripti impetratio,uel eius allegatio,& quid opus ſit ad ſufficientiam.
3 *Suppletio gloſſarum.*
Bona fides non cenſetur in petitione hæreditatis, & cuius.

CAPVT III.

1 Sanctorum. Caſus. Per † quie-
tam 30.annorũ poſ-
ſeſſionem præſcribit eccleſia. non diuidi-
tur [*& omnes poßeſſiones*] i. oĩa iura prouin-
ciana, ſecu ndum Innocẽ. qui uoluit dicere hanc præ-
2 ſcriptionem procedere in iuribus prouincialibus ab
uno archiepiſcopo contra alium. Sed finaliter tenet,
quòd loquatur hoc ſecundum antiqua iura [*Abſque*]
hic duplex punctatio, ut reſpiciat uerbum, Poſſeſſæ
ſunt, uel ut reſpiciat uerbum, Tenentur, quod ſequi-
2 tur [*Synodali*] i. iudiciali. ¶ *In † glo.ulti.ibi,ut perfectius*] ui-
de ſupra c. proxi. [*& ibi, ſicut in rem*] non ſufficit ad in-
terrumpendam præſcriptionem. 30. annorũ reſcripti
impetratio, uel eius allegatio, niſi interuenerit execu
3 toris conuentio. ¶ *In † glo.3.ibi, ſuper ſeruis*] uide de te-
ſtibus, præſentium, ſuper. 3. glo. in glo.ulti. [*ibi,bonafi-
de*] quæ in petitione hæreditatis non cenſetur in eo,
qui audit ſibi litem mouendam. ff. de peti. hære, itẽ ue-
niunt. §. à quo, Vincẽ. [*& in fi.*] uel loquitur hæc decre.
quando eccleſia preſcribit rem priuati, ſecundũ Tan.
Hoſt. Pe. & Ab. & facit quod no. 13. quæſtio. 2. cap. pri-
mo, 16. quæſtio. tertia, placuit, & infra eo. illud, hoc
puto fallum, ut ibi dicam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præſcriptionem procedere. Intellige hunc tex. quando eccleſia
præſcribit rem priuati, non contra aliam eccleſiam per. c. ſequẽs.

SVMMARIVM.

1 *Quarta contra epiſcopum quando præſcribatur.*
2 *Eam poteſt donare cuicunque, & quo caſu nõ egeat præſcriptione. Clericus pro rectore, uel habente dignitatem, uel officium in ec-
cleſia, ibid. ad dictio. clericus.*
3 *Præſcriptionem quartæ epiſcopus, an clericus excipiens habeat
probare.*
4 *Præſcriptio quando, 10. uel 20. uel, 40. uel plurium annorum ſuffi-
ciat, & quot in quarta & ſeruitutibus & conſimilibus, nu. 4.
& 5. & 7.*
5 *Inter ſeruitutem ruſticam, & urbanam in amiſſione eius quæ dif-
ferentia.*
6 *Seruitutes, & conſimilia quomodo acquirantur, & nu. 7.*
*In ſeruitutibus, & iuribus acquirendis non requiritur titulus,
ibid. nu. 6.*
In immobilibus requiritur, ibid.
7 *Decimas de fructibus fundi ius percipiendi, & de alijs rebus quæ
cauſam continuam, an non habeat.*
8 *Epiſcopus iura ſuæ eccleſiæ debet exigere.*
9 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 10. 11.*
*Quarta decimarum an competat epiſcopo in eccleſiis inferiori-
bus, eod. nu. 11.*
*Præſcriptio tanti temporis, cuius contrarij & c. quando habeat
locum, ibid. uer. ſed non quò ad.*

CAPVT IIII.

1 De quarta. Caſus. Præſcribitur † cõ-
a tra epiſcopum quarta, a
ſi. 40. annorum ſpatio non ſoluatur, & ca-
thedralis eccleſia interim non uacauit. Et
primò ponit dictum, ſecundò caſum exceptum ibi,
Niſi, tertiò ius antiquum reprobat ibi, Romana [*Quar-
2 ta decimæ*] hãc † donare poteſt cuicunque eccleſiæ. 12.
q. 3. c. fi. uide quod dicam de dona. paſtoralis, ſuper gl
pe. & ſi hoc fecit de conſenſu capituli, non eſt neceſ-
ſaria præſcriptio, ſecundum Hoſti. [*Et oblationis*] repe-
te quarta [*Clericus*] i. rector, uel habens dignitatẽ, uel
officium in eccleſia, propter quod præſcribat nomi-
ne eccleſiæ, nõ proprio, ar. de iure pa. de iure, ſm Ho.
[*In petitione epiſcopi*] quis † habeat hoc caſu probare, an
epiſcopus agens, an clericus excipiens, uide plene in
Mercu. ſuper regula, ſine poſſeſſione, de reg. iur. lib. 6.
3 [*Quadragenaria*] Dicit Innocen. notandum † eſſe, quòd
ſecundum leges ſeruitus ruſtica, quæ non habet inter
uallum, uel habet modicum, puta aliquarum hora-
rum, uel dierum, perditur ſpatio. 10. annorum inter
præſentes. 20. inter abſentes. Si autem habeat inter-
uallum annorum, uel menſium, tunc duplicatur tẽpus,
uidelicet ut inrer p̃ſentes neceſſarij ſint. 20. anni,
& 40. anni inter abſentes, ar. ff. quẽad. ſerui. amit. ſi ſic
conſtituta ſit aqua, & C. de ſerui. l. 1. Idem eſt intelli-
gẽdum, ſi habet interualla ſeptimanarum. ſunt enim
odia reſtringenda. ff. de libe. & poſthu. cum quidam.
Alij tamen dicunt, quòd non ſunt neceſſarij etiam in-
ter abſentes niſi. 20. anni. ſunt & qui aſſerunt, ꝙ hæc
diſtinctio non habet locum ſecũdum canones. nam
certum eſt, quòd hoc ius, de quo hic loquitur, ſ. per-
ceptionis decimarum. habet magnum interuallum,
ſ. de meſsibus unius anni uſque ad meſſes alterius, &
de uindemijs uſque ad uindemias, & tamen in eo
non duplicatur tempus, ut hic apparet. tu dicas, quòd
hoc ius non habet interuallum aliquod etiam hora-
rum: imò quaſi continuam cauſam habet; cum quo-
tidie poſſunt & debeant recipi decimæ nõ ſolum per-
ſonales, ſed etiam prædiales: quia prædia quotidie ali-
quos fructus producere poſſunt, de quibus & quarta
epiſcopis eſt ſoluenda, ar. in eo, quod legitur & no. in-
fra de decimis, ex parte. 2. & c. non eſt in poteſtate. Idẽ
etiam dicendum eſt de iure eligendi. nam & ſi quoti-
die non eligant: quia nec quotidie uacat eccleſia, eſt
tamen aptum hoc ius ad quotidie eligẽdum: quia &
quotidie apta eſt ad uacandum, ar. eius, quod dicitur
de ſtillicidio. ff. de ſerui. ur. prædiorũ, foramẽ. & in hoc
iure ſufficiunt. 40. anni, ut legitur & no. ſupra de cau-
ſa poſ. cum eccleſia. §. fi. uer. nec ex eo, & c. cum olim,
& ſupra de elec. Cumana. §. pen. ad fi. Si autem ſit ius,
quod interuallum certum & deputatum ab homine,
uel à iure recipit, quale eſt, quòd quis omni anno in
dedicatione, uel alicuius feſtiuitate, uel alio certo die
partem oblationum, uel aliud ſeruitium certum re-
cipiat. 10. q. 3. nec numerus. 18. q. 2. Eleutherius, infra
de cenſi. cum uenerabilis, in hoc caſu ſecundum eos,
qui dicunt tempus eſſe duplicandum, neceſſarij ſunt
80. anni. ſeruitutes etiam urbanorum prædiorum tẽ-
5 pore amittuntur. Sed hæc eſt † differentia inter ſer-
uitutem ruſticam, & urbanã: quia ruſtica perit certo
tempore non utẽdo: urbana uerò per ſolũ non uſum
nõ perit omnino, ſed ita demũ, ſi uicinus ſimul uſuca
pit libertatem, ueluti ſi ędes tuæ ędibus meis ſeruiant,
ne tuæ altius tollantur, ne luminibus mearum ędiũ
officiant. in hoc enim caſu, ſi ego per ſtaturum tem-
pus feneſtras meas perfixas habuero, uel obſtruxero,
ita demum ius meum amittõ, ſi tu per idem tempus
altius ſublatas habueris ędes tuas: alioquin ſi nihil no
ui feceris, retinet ſeruitutem, vt. ff. de ſeruitu. urba. prę-
6 di. hæc autem iura. b Sed † & circa acquiſitionem ſer-
uitutum, vel cõſimilium iurium notabis, quòd ſi ius,
de quo agitur, habeat cauſam perpetuam & conti-
nuam, ſicut eſt ſeruitus aquæductus, quæ ſine inter-
miſsione ducitur, uel quaſi perpetuam, ut eſt uidere
in caſibus ſupradictis, acquiritur ſeruitus per præſcri-
ptionem. 10. annorum inter præſentes, & 20 inter ab-
ſentes ad ſimilitudinem rerũ immobilium. C. de ſer-
ui. l. 2. C. de præſcrip. ſon. temporis. de. fina. Sed hæc eſt
differentia: quia in rebus immobilibus requiritur ti-
tulus, ut ibi: ſed in ſeruitutibus, ſiue in iuribus non
requiritur, imò ſufficit ſolus uſus, ut patet. ff. ſi ſerui-
tus uẽ. ſi quis diuturno, & in eo, quod no. infra c. ſi di-
ligenti.

ligenti. & incipit hoc tempus currere, ex quo quis cœ
pit uti illo iure non ui, non clam, non precario, ſcien-
te uidelicet illo, cui ſic fiebat præiudicium, & non cõ-
tradicente, ſed tacente. & hoc ipſum probare debet ſe
cundum quoſdam: & ſic intelligunt. ff. quemadmodũ
ſerui. amit. l. fi. & ff. de iti. actuque priua. l. 1. §. Iulianus.
Si autem non habeant cauſam perpetuam & conti-
nuam. ut ſeruitus uiæ, & ſeruitiorum extraordinario-
rum præſtatio, hæc & ſimilia non præſcribuntur niſi
tanto tempore percipiantur, cuius contrarij memo-
ria non exiſtat. 10 q. 3. qa cognouimus. 100. di. con
tra morem, & patet in eo, quod legitur & no. infra de
uer. ſig. ſuper quibuſdam. §. 1. uer. fi. ad idẽ. ff. de aqua
plu. arcen. l. 1. §. 1. & l. 2. §. antepen. ff. de aqua quoti. &
æſti. hoc iure §. ductus aquæ. uel ibi ideò exigitur tam
longa præſcriptio: quia & aqua ducitur de flumine pu
7 blico, & hoc ſcias, † ꝙ ius percipiendi decimas de fruc-
tibus fundi continuam habet cauſam. Sed ius percipiendi decimas de uino, uel grano, uel de omnibus minutis, uel conſimilium non habet cauſam perpetuam: quia hæc percipiuntur temporibus certis tantum, ut legitur & no. infra c. ad aures, ſecundum Inn. de materia glo. ſatis. ff. de ſeruitutibus. l. ſeruitutes. 3. Dicit Hoſti. quòd hæc glo. quantum ad canones potius eſt ſubtilis, quam utilis. ſiue enim agamus de corporalibus, ſiue incorporalibus continuam cauſam habentibus, uel non, regulariter eſt tenendum, quòd ſola præſcriptio quadragenaria currit contra eccleſiã, & nulla minor, ut no. infra. Sed in eccleſiaſticis currit præſcriptio ſine titulo contra illum ad minus, qui de quo agitur, de iure communi agere poteſt, ut no. hic in glo. 2. quinimò etiam hi, qui contra ius commune petunt ſe admitti ad eligendum, neceſſe habent expri mere, quo iure hoc petant; quod dic, ut legitur & no. ſupra de elec. conſtitutis. & dic quadragenaria cum ti tulo. argumen. contra. infra eo. ſi diligenti, ſecundum
8 Hoſtien. [*Qui*] ſcilicet paſtor [*Exigere*] ad ꝙd tenetur etiam ſacramento, ſupra de iureiu. ego, ſecundum Hoſtien. [*Debuiſſet*] ſupple, nec ſufficeret tricenalis, & mo-do bene continuatur, quod ſequitur, Hoſti. [*Non admittit*] hodie: admittebat tamen olim, ſupra cap. pro-
9 xi. cum concor. ¶ Secunda † glo. obiicit, & dupliciter ſoluit. ¶ *In glo. 2. ibi, cauſam*] ſequitur nil. an id, quod pete
10 batur, deberet. ¶ *In † glo. 1. ibi, Gratianus*] uolens antiqua iura, quæ correcta ſunt, locum habere. T. ¶ *In glo. 2. ibi, de iure communi*] & ſic falſum eſt, quod no. infra de deci
11 mis, cum contingat. ¶ In † glo. 2. ſcilicet quod epiſco-pis non competat quarta decimarum in inferioribus eccleſiis, quod fuit dictum Io. & uide quod ibi dicam Goffr. autem ponebat hic, quòd non de cenſib. cum olim, in glo. 3. [*& ibi, bonam fidem*] ſufficiens hæc ſolutio quò ad malam fidem excludendam, Sed non quò ad
d ualidandam præſcriptionem in hoc caſu. d ſi tãto tem pore poſſediſſet, cuius initij, uel contrarij non ſit me-moria, huius ratio: quia ius commune hic eſt contra præſcribentem, infra eo. c. 1. lib. 6. [*& in fi.*] de hoc, in-fra de iure pa. cura. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] ſecundum. T. qui etiam hic reprehendit eos, qui dixerant morte prælati præſcriptionem interrumpi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Quarta. De materia huius quartæ, & quotuplex ſit habetur per Petrum de Peruſio, de quarta canonica.

b ¶ Autem iura. Et ſic in ruſtica non requiritur bona fides, in urba na ſic, uide ibi glo. & Bar. & glo. in l. fi. ff. quemadmo. ſerui. ami. & ibi Bart. & in l. ſequitur, §. ſi quis uiam. ff. de uſucap. & in om-nibus iſtis locis uide, ad quid iſta inducit ipſe ad materiam capitu li poſſeſſor, de reg. iur. in 6. & uide Cy. Bal. & Sali. in l. 1. C. de ſer.

c ¶ Continuam. Quando cognoſcatur ſeruitus continua, & diſcon tinua, ponit Butr. in c. cum eccleſia, de cau. poſſ. & proprie. in 2. colum.

d ¶ In hoc caſu. Et intelligas hanc glo. facit oppo. quia aut conceſ-ſit epiſcopus iſtam quartam, & tunc non erat neceſſaria præſcri-ptio: aut non conceſſit, & tunc uidetur, quòd non poſſes præſcri bere ſpatio. 40. annorum; quoniam contra talem præſcriptionẽ facit ius commune, niſi eſſet tanti temporis, cuius contrarium initij memoria non exiſtit, ut c. 1. eo. ti. lib. 6. ſo. dic quòd tempus conceſſit, ſed titulus deficit, & minus iuſtus erat: quia forte defec-it conſenſus capituli in hac conceſſione: & hoc intellige, quan-do fuiſſet errore facti: ſecus, ſi iuris, ut l. nunquam. ff. de uſur. & Bar. in l. Celſus, eo. ti. & glo. ſing. in c. apoſtolicæ, de dona. quæ li mirat. omnia iura dicentia, quòd ex inutili titu. non currit præ-ſcriptio, ad hoc no. infra eo. c. ſi diligenti, in glo. & ad prædicta. uide quæ ſcripſi in c. peruenit, de empt. & uend. & quæ ſcripſi in l. Celſus, de uſuc. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor malæ fidei non præſcribit.*
2 *Studenti competunt uigiliæ.*
Fides bona, uel mala an præſumatur, remiſſ. ibid.
3 *Contra deſides, & iuris ſui contemptores exceptiones odioſæ pro-
poſitæ ſunt.*
Animæ rebus præponderandæ à Chriſtianis, ibid.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
*Poſt præſcriptionem finitam ſi quis incipiat habere malam fi-
dem, an reſtituere teneatur. §. 1. & nu. 6.*
Poſſeſſor malæ fidei præſcribere non poteſt. §. ulti.
*Animum prædonis qui habuerit ſiue à principio, ſiue expoſt fa-
cto, non refert, ibid.*
6 *Additio gloſſarum.*
Conſcientiæ ſatisfaciendum, ibid. nu. 6.
7 *Cognitum, & latens hic quem reſpiciat.*

CAPVT V.

1 Vigilanti. Caſus. Poſſeſſor † malæfi-
dei non præſcribit. Et pri-
mo ponit dictum. ſecũdò ibi, Epheſimus,
rationem legis contrariæ, tertiò corrigit
ibi, Nobis autem [*Studio*] ſic infra, de homi. pro huma-
ni, lib. 6. ff. de his, quæ in fraudem creditorum. l. pupil-
lus. & per hoc pater † quòd ſtudenti competunt uigi-
liæ, ſm Hoſtien. uide pulchrè de hoc in Hiero. in uigi-
liarũ libro [*Antiqua*] quantũcunq; ſit, ẽt ſi ipſius cõtra-
rij non ſit memoria [*Malæfidei*] an præſumatur fides bo
na, uel mala, no. infra eo. ſi dilecti, cum ſup. ex quo ha
bet conſcientiã remordentẽ [*Non poſſit*] ſup. nec obſtat
lex contraria, & ſic continua, quod ſequitur ſm Hoſt.
3 [*Segnitiem*] nam † contra deſides, & ſui iuris contem-
ptores odioſæ exceptiones propoſitæ ſunt. C. de anna
li. ex l. ulti. in fi. Vin. [*Primus*] quẽ ſecuti ſunt alij impe-
a ratores, & iuriſcõſulti [*Præſcriptioni*] ẽt cum mala fide
[*Nobis*]. ſ. qui prẽponderare debemus rebus animas,
& ſic hoc ab omnibus Chriſtianis, & in omni foro de
4 bet recipi: de hoc, infra eo. ca. fi. ¶ Secunda † glo. quæ-
rit, arguit pro & contra, ponit tres opi. & mediam ap-
5 probat. ¶ *In † glo. 1. ibi, ſi quis emptionis*] cano. in §. ſe. ¶ *In
glo. 2. ibi, Lucius*] ſi poſſeſsio uendita ſine culpa uendito
ris præcepto principis partim diſtrahitur, partim uete
ranis in præmium datur, hoc non imputatur uendi-
tori, & agit ad precium [*& ibi, bene à Zenone*] ibi dicitur,
quòd omnia principis eſſe intelliguntur [*& ibi, ſi quid
cum pupillo*] quod in fraudem creditorum translatum
eſt in pupillum titulo lucratiuo reuocatur. ¶ *In gloſſ. ne
rerum, ibi, incerta*] ſupp. introductæ ſunt uſucapiones,
& præſcriptiones, ut in l. ſequen. ¶ *In glo. ulti. ibi. §. de eo*]
non refert, ſiue à principio apprehendens res hære-
ditarias habuit animum prædonis, ſiue ex poſt facto.
ad hunc enim ſenatus extenditur, licet non ex uerbis,
6 tamen ex mente. ¶ *In † glo. 2. ibi, quid dicam*] alij ius di-
ctum [*& ibi, quidam*] ſcilicet Hugo [*& ibi, alij*] ſcilicet Io.
Vincen. Tan. Goffr. & Inno. infra ca. fi. ut etiam. idem

repetit hoc in princ. ulti. glo. dicit tamen Hoſti. quòd ſi conſcientia eius inde fuiſſet læſa, ſatisfacere deberet conſcientiæ. & remittit ad ſum. eo. ti. ſub rubrica, de præſcrip. rerum immobilium. §. quæ exigantur, ſub. §. uerum quicquid, & uide in quæſtione, quam poſui ſuper rubrica, poſſeſſor, in ultimo membro, de reg. iu. lib. 6 [*& ibi, Alanus*] cuius diſtinctio reprobatur ſecundum Hoſtien. C. de præſcrip. long. temporis. l. pe. & infra de dona. apoſtolicæ [*& ibi, ſi quid cum pupillo*] argumen. 54. diſt. generalis. in fi. de hoc 14. q. 6. ſi res. ſi. 34. q. 2. ſi uirgo. ¶ *In glo. imperator, ibi, fuit*]& Græcus. ¶ *In † glo. pe. in fi.*] uel hic cognitum & latens reſpicit poſſeſſorem, qui cognoſcit, uel cui latet rem eſſe alienam, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Mala fide. Adde Pe. de Ancha. in regula, poſſeſſor, de reg. iu. in 6. in 22. col. Ludo. in rub. de arbi. & in l. filius fa. ff. de donatio. & Inno. late in c. fi. infra eo.

SVMMARIVM.

1 *Decimas una eccleſia præſcribit in parochia alterius. 40. annorum ſpatio.*
2 *Poſſidenti is eſt melior conditio, & in quibus.*
Poſſeſſori etiam malæ fidei datur actio in quibuſdam caſibus, & quibus, ibid. uer. nam et.
3 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum. nu. 4. & 5.*

CAPVT VI.

3 AD aures Caſus. Vna † eccleſia in parochia alterius. 40. annorum ſpatio decimas præſcribit. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Tuæ [*Super decimis*] nor. expreſſum. 40. annorum ſpatio decimas a præſcribi, cum uideretur requiri tempus duplicatũ: quia ut frequentius ſemel in anno ſoluuntur, de quo remittit Innocen. ſupra eo. de quarta [*Quas*] decimas [*Earum*] ſcilicet eccleſiarum [*Poſſedit*] cum titulo, infra
2 eo. c. 1. lib. 6. [*Conditio*] in † tantum, quòd ſi caderet à poſſeſſione, & perueniret ad alium, quam ad illum, ad quem de iure pertineret, daretur eccleſiæ, quæ illas præſcripſerat, utilis rei uendicatio contra ipſum, ex quo in præſcribendo habuerat bonam fidem. nã & ſecundum leges etiam mala fide præſcribens haberet etiam actionem in quibuſdam caſibus, ſcilicet cõtra furem, contra raptorem, contra eum, qui ob ſuã contumaciam paſſus eſt miſsionem. hæc probantur, C. de præſcriptio. 30. annorum, ſi quis emptionis, ſecundum Innocen. ¶ Secunda † gloſſ. ſignat contrarium, & remittit. ¶ Vlti. glo. reſpondet per duo contraria, & in utroque remittit. ¶ *In glo. 1. ibi, quoti.*] uide
4 de ſpon. dudum c. fi. in 1. glo. [*& ibi, cum par*] uide de pẽ nis, conſtitutus, ſuper glo. 2. [*& ibi, ſi ob turpem*] uide de
5 magiſtris c. 2. in glo. 1. ¶ *In † glo. 1. ibi, cum par.*] & co. ti. in pari, lib. 6. ¶ *In glo. 2. in fi.*] dic ut infra eo. c. 1. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Decimas. An autem poſſit ſpatio temporis acquirere libertatẽ à ſolu. decimarum, conſue, uel præſcriptione, uide plene per Hoſtien. in ſumma de deci. §. & utrum præſcribi poſſet; But. & Imo. late in c. ſtatuimus, ad fi. de tranſac.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ laicis non præſcribit, licet concedi poſſint in alimoniam laicis pauperibus. num 2.*
2 *Præſcriptio octo caſibus non currit, & quibus, remiſſ. in fin.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
Aucapio quid, ibid. & quot in ea requirantur, num. 5.
4 *Suppletio gloſſarum.*
Detentio ponitur pro poſſeſſione poſſeſſio pro detentione, ibid.
5 *Poſſeſſionem germinare prolem quomodo intelligatur.*

CAPVT VII.

1 AVſam. Caſus. Laicus † decimas non præſcribit. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Ideoqu e [*Archidia conum*] agentem. [*Virum G.*] defendentẽ, & præſcriptionẽ opponentẽ [*Et infra*] deciditur conſultatio, quæ fuerat, an delegatus, cui fuerat hæc cã commiſſa, deberet admittere exceptionẽ præſcriptionis
2 [*Vel conceſſione*] in titulũ † facta. ſ. cp illam habeat ut clericus. nã in alimoniã cõcedi poſſet laicis pauperibus. 10. q. 1. c. pe. in fi. Inno. quod dixit hic Ala. dixit de clericis con. Io. in l. obiectione [*Non poſſint*] no. hic Inn. 8. caſus, quibus nõ currit præſcriptio, de quibus plenius
3 infra eo. cum non liceat. ¶ *In † ulti. glo. ibi, Sed bonæfidei*]
a uide infra in ſupp. [*& ibi. l. 3.*] uſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationẽ poſſeſſionis tẽporis iure
4 diffiniti. ¶ *In † glo. ulti. ibi. ſ. ciuiliter*]& ſic ponitur detẽtio pro poſſeſsione. ſicut interdũ è conuerſo. 12. q. 1. c. 2. [*& ibi, ciuilis poſſeſſio*] de hoc ſatis per d. Di. de regu. iur.
b in 3. regula, lib. 6. [*& ibi, germinat prolem*] Dicit † Pe. 1.
5 ad hanc poſſeſsionẽ duo requiruntur, ſ. bona fides, & poſſeſsio. proles igitur ibi eſt bona fides ſecundũ eũ, Abb. exponit. i. habet duo impedimenta, quia nõ poſſidet ſpiritualia, & quia habet malam fidem. & procedit expoſitio iſta, ſi habes, Germinat. ego credo, cp gl. intellexit, quòd ciuilis & iuſta poſſeſsio germinat. i. fructum parit, ſ. acquirendi dominij; unde. §. ſtatim alleg. hoc uult, quòd ſi uſucepi ſeruum bona fide, per eum mihi acquiritur [*& in fi.*] de hoc 14. q. 1. §. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶Et ibi, l. 3. Ad materiam huius glo. an laicis decimæ poſſit concedi aliquo modo, uide no. in c. cum apoſtolica, de his, quæ fiu. a præla. & ibi ſcripſi, & c. 2. de loca. & glo. in c. quamuis. & c. prohibemus, de deci. & an laicus uel clericus decimas poſſit poſſidere, uel præſcribere, uide not. infra de deci. c. cum homines. item hanc decre. ad aures, uide tur limitare glo. ſi. in c. cum ſit, infra de deci. quòd intelligatur de decimis, quæ non ſint poſitæ in limitibus, uel adhæren. quæ non ſint adhærentes limitibus alterius parochiæ, quia tunc illæ præſcribi non poſſent, ſicut nec ipſi limites, uel adhærentia limitibus parochiæ, ne confundantur termini parochiæ hic, & etiam no. infra eo. quia indicante, & ca. ſuper eo, de paro. item an laicus præſcribere poſſit decimas, & quid de clerico etiam, nota. in c. tua nos, & in c. tua nos, & in c. in aliquibus, de deci. & ibi bona glo. an laicus præſcribere poſſit decimas, & quid de clerico, eſt glo. in c. nuper, de deci. Archi.

b ¶Regula. Vide Bar. in l. poſſideri. in §. ex contrario, ff. de acquir. poſ. & Cy. & moder. in l. corruptionem, C. de uſufru. & in l. fi. C. de præſcrip. Io. And. & an ſint plures poſſeſſ. uel una: & an ſola ciuilis, uel ſola naturalis ſufficiat ad præſcriptionem, uide Iaco. But. & Bal. in l. nemo, C. de acquir. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Interruptio ſi opponatur contra præſcriptionem. 40. annorum, quæ ſola currit contra eccleſiam, uterque probabit.*
Admittere minor iudex non debet, quod eccleſia Romana non admittit, ibid.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Poſſidere deſinimus quod à mari, uel fluuine occupatum eſt.
Præſcriptio in contractibus, in quibus ſunt uſuræ promiſſæ, quando incipiat.
Præſcriptionis interruptio quibus ſit caſibus, ibid. & nu. 5.
4 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum, & nu. 5.*
Præſcriptia eccleſiæ contra laicum quot annis finiatur, ibid.
Ad fauorem quod eſt eccleſiæ inuentum, non eſt ad eius retorquendum læſionem, ibid. uer. item ratio.
9 ¶ *In* † *glo. 2. ibi. l. ut ſi*] contra illum, apud quem filiusfa. ſua ſponte manet, non competit interdictū: ſed ſi duo ſe patres dicunt, alteri cōtra alterum competit, & not. de ſpon. non eſt, in 1. glo. [*& ibi. l. ult.*] Si dico ædes debere mihi ſeruitutem oneris ferendi, conuenio, proprietarium ipſarum, non uſufructuarium [*& ibi, is, cuius familia*] ago cōtra dominum, cuius familia me prohibet aquam ducere [*& ibi. §. penul.*] fructuarius ſubit functiones, quæ debentur fiſco, uel municipio. & l. ſequen. q ſubit tributa rei, niſi teſtator hoc onus impoſuerit hæredi [*& ibi. §. hactenus*] uide de fide inſtrum. G. perpetuus, in glo. 1. ¶ *In glo. 5. ibi, nemo*] ſequitur, prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamquam diuerſæ ſint [*& ibi, interpoſitas*] dico tranſactionem metu factam, & cum ſeruo [*& ibi. §. nihil*] uide in præalleg. cap. paſtoralis, in 4. glo. [*& ibi, nemo ex his*] ſequitur, qui negat ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti, niſi lex impediat. ¶ *In glo. ſic ſupra, ibi, præſes*] non nocet adulto iudicium contra eum habitum. dum defenſore & curatore carebat. ¶ *In glo. pen. ibi. l. ult.*] ſi ex uno fonte unus eſt contractus plurium creditorum, interpellatio unius prodeſt aliis. & idem, ſi plurium debitorū: quia unius interpellatio prodeſt quò ad alios [*& ibi, una eſt uia*] una eſt uia, licet per plures fundos eatur. & ſi per unum fundum itinero, per alium non, totam retineo; ſi nullo utar, totam perdo [*& ibi. §. ult.*] qui per partem itineris uadit totū ius uſu retinet [*& ibi, ut pomum, ad fi.*] per partes ſernitus retinetur, licet per partes non acquiratur. ¶ *In glo. ult. ibi. l. ult. in fi.*] uide de accuſat. ad petit. onem, ſuper 1. glo. [*& ibi, §. ſi quidem*] aut bonæfidei poſſeſſor hæreditatis non tenetur de eo, q omiſit ſumptus neceſsarios facere: quia quaſi rem ſuam neglexit, & hoc ante peritam hæreditatem: ſecus poſt [*& ibi, ſi quis propter*] ſi propter inundationem, uel uiolentiam, uel aliam iuſtam cauſam itinere, & actu ſua die uti non potuit, ex generali clauſula reſtituitur [*& ibi, & Attilicinus*] uide de uerb. ſigni. Abbate, ſuper glo. fi. [*& ibi, ſi pupillus. ſine*] uide de adult. c. fi. ſuper 1. glo. [*& ibi, lecta eſt*] ibi ad fin. dicitur non eſt in mora is, à quo pecunia propter exceptionem peti non poteſt [*& ibi. l. 1. in fi.*] ibi, ſi qua iuſta cauſa mihi uiſa fuerit &c. & §. ſequentes ponunt exemplum de his, qui ſunt in uinculis, uel apud hoſtes [*& ibi, præſcriptionis*] in filiofami. dum eſt in poteſtate patris [*& ibi. §. pen.*] ibi dicitur, in omnibus autem, quibus admonitio protelatur, hoc procedere ſine temporali damno creditoris oportet [*& ibi. §. dolo*] ſi dolo tuo tranſacta ſunt tempora, & ſic lis perit, ago contra te, quanti mea intereſt id factum non eſſe [*& ibi, ſi dolo*] pen. §. eſt, & uide de cauſa poſſ.

cum

10 cum olim, super 2. glo. ¶ [*In† glo. 1. in fi.*] & 10. q. 1. in sum
ma. ¶ [*In glo. 2. ibi, is, cuius familia*] & supra de mai. & obe.
inter quatuor, ubi de hoc [*& ibi, conuenitur*] & agendo
& obtinendo contra unum alteri non fit præiudiciū,
infra de re iudic. cum super, & c. suborta. Tan. Vin. nisi
g in casu, infra titu. 1. quamuis [g], cum, scilicet is, qui dicit
eos subditos, sciret causam suam agi, & taceret, Philip.
dicit hic Innocen. q tunc nocet taciturnitas hoc casu,
quando lata est sententia cōtra illum, ad quem primo
loco pertinet defensio, sciente illo, ad quem pertinet
secundo loco per decret. præ. quamuis, & per l. fæpe. ff.
de re iudic. secus è conuerso, infra de re iudic. cum su-
per. Sed Host. dicit, q per illa iura dicendum uideretur
h potius e conuerso [h]. & dicit Inno. quosdam dicere, q
11 primo loco† spectat ad prælatum defensio ecclesię, de
cuius subiectione agitur, qui subiectionem possidet;
secundo ad ministrum illius ecclesiæ, siue rectorem:
secus, si ageretur de possessionibus ecclesiæ. Alii dicūt
forte melius secundum Innocen. q his casibus non di
citur pertinere primo ad vnum, secundò ad alium, sed
plene & æqualiter defensio pertinet ad utrumque. C.
de lib. cau. principaliter. nec sententia contra unum la
ta præiudicat alteri ignoranti, sed scienti per iura præ-
alleg. Cōpositio uerò, uel transactio facta ab uno non
præiudicat alteri etiam scienti, arg. in eo, quod legitur
& not. supra de transactio. contingit [*& in fi.*] sic etiam
12 ‡ conuenitur quis reali ratione detentionis. ff. de rei uē
i di. officium [i], in fi. de fide instrum. in glo. perpetuus ex
hac glo. collige, & hoc teneas, q agi potest, & contra il
lum, qui detinet subditos, & contra subditos, qui non
obediunt. Et est ratio, quia qua ratione faciunt, quo-
minus non possideam, dum mihi non obediunt; ea-
dem ratione possidere uidentur iura, quæ in eis peto,
ut dicitur in confessoria. ff. si usufruct. pet. l. 1. in prin.
si serui. uen. sicuti. §. sed si quæritur, & l. si quis diutur-
no, in fi. Contra possidentes autem cōstat, quòd rectè
agit, ut hic, & patet in eo, quod legi. & not. supra de iu-
di. examinata. Sed & hoc est notandum, q aliquando
possidet quis iura aliqua: aliquādo nō possidet, sed ta-
men in eo possidens, inter quæ duo differentia est no
randa, uerb. gratia, quandoque est aliquis in possessio
ne, q non teneatur ire ad concilium, uel q possit ordi
nari, uel benedici, à quo maluerit episcopo, & cōsimi-
lia, infra capi. ueniens. quandoque uerò non possidet
hæc iura; sed ab alio possidentur in eo, sicut monaste-
rium, de quo hic agitur, dicebat se habere, & posside-
re quædam iura in quibusdam ecclesiis, quæ tamen eę
dem ecclesiæ non possidebant, nec possidere erat in
seipsis: quia nullus potest in seipso ius, uel seruitutē ha
bere, nec mirum: quia nec in re propria. ff. de serui. ur.
prædio. iure communi. & in hoc ultimo casu locum
habet, quod dixi supra ead. glo. secundum Inno. scilicet
q ad hæc iura sic possessa competit actio contra utrumque. ꝫ possidentem uidelicet pro eo, quia possi-
det, & contra non possidentem, sed possessum: quia ac-
torem nō patitur uti iure suo. & ideo in tali casu uter
que, scilicet tam prædicto modo possidens, quàm pos-
sessus admittitur ad defendendum litem, & ad assisten
dum defendenti, & appellandum, ut not. infra tit. 1. cū
super. & est ratio: quia non tantum prælatorum inte-
rest nō perdere iura, quæ habent in subditis: imo quā-
doque subditorum interest dominos non mutare. In
primo uerò casu, scilicet quando agitur contra aliquē
tanquam contra possidentem iura aliqua, uel liberta-
tem suam defendentem non potest prelatus talis acto
ris, uel rei conuenire, uel conueniri, nec assistere con-
uenienti, uel cōuento, nec appellare, cum nec eius in-
terest. 2. q. 6. nō solent. Quid enim interest episcopi dię-
cesi. si clericus suus uadit ad cōcilium, siue synodum
alterius, dummodo sibi nihil detrahatur? uel si emi ab
eo aliquid, quod dioecesanus nō contendit suum, nec
à se teneri. sed & si de hoc agi posset, alia uia esset agen
k dum [k], ut not. infra de appella. dilectis, secundum In-
nocent. cuius est mens huius gloss. Dicit Hostiens. ego
non possum capere uerba ista, nec uideo, qualiter pos
sit esse, quòd meus subditus teneatur ire ad alterius sy
l nodum, uel non possit ab alio [l], benedici, uel ordina-
ri, uel quòd alius possit in eo habere aliquam seruitu-
tem, quin & mihi aliquod præiudicium generetur. &
est si. quod dicam, infra de donatio. inter dilectos, in fi.
& de excess. prælat. dilecta. ¶ *In glo. 3. in fi.*] quod habe-
tur supra de restitutio. in integr. auditis. ¶ *In gloss. 4. ibi,*
13 *enumerantur*] & sunt † ordinis episcopalis, & sic ab infe-
rioribus præscribi non possunt, supra de consuetudi.
quanto, & uide quod dicam infra de excessib. prælat.
accedentibus [*& ibi, ad utramque*] de lege dioecesana pa
tet supra eod. de quarta, secundum Ioan. [*& in fi.*] se-
cundum Innocen. Dicit Innocen. institutionem & de
stitutionem præscribi posse per Abbates, & inferiores
m ab episcopo. & Hostien. non fatetur [m] in auctorizabi-
li institutione, sed in corporali, uel collatoria bene, de
quo remittit, de officio Archidi. cum satis, de priuileg.
uolentes, libr. 6. Demum refert Innocen. quosdam di-
cere tunc demum Abbates præscribere in capellis epi
scopalia, quando tempore præscriptionis de illis iuri-
bus alii respondent, uel quando subsunt aliis, infra de
priuilegiis, cum olim. C. de fundis patri. l. ult. lib. 11. aliter
nomine proprio non possent hæc præscribere cōtra
suum dioecesanum, supra eod. cum non liceat, &
capirulo accedentes. sed Innocen. dixit non esse neces
se, quòd Abbas præscribens aliis subsit, sed tantum ca-
n pellæ [n], in quibus hæc præscribuntur, infra eodē, cum
olim, ubi apertè tenet in fi. Abbatem subditum episco
po præscribere in capellis, quòd potest possidere de iu
re episcopali. unde, ut hic dicit, si capellæ non subsunt
alteri, potest tamen Abbas præscribere ea, quæ potest
possidere, sicut quartam decimarum, mortuaria, & si
milia, supra eod. ex transmissa, & cap. de quarta, infra
de sepultu. certificari. non tamen poterunt Abbas, uel
capellæ præscribere obedientiam, uel uisitationem no-
o mine o suo: quia in se non possunt talia possidere. ne-
mo enim de necessitate sibi ipsi obedit, uel seipsum ui
sitat, & sic de si. ff. de arbit. l. pen. ff. ad Treb. ille à quo. §.
tempestiuum. unde requiritur, q nō suo nomine, sed
alterius, cui exinde respondēt, & ei subiacent, illa præ-
scribant; ad hoc infra cap. 1. Dicit Hostien. quòd & tūc
necessarius erit titulus; ad hoc in c. 1. lib. 6. ¶ *In glo. sic er
go, ibi, ueniens*] ubi de hoc, & infra de uerborum signifi-
cationibus, Abbate, & uigesimatertia distincti. quam-
quam [*& ibi, ad aliam*] etiam contrariam, infra de relig.
do. cum dilectus, ubi plenè de hoc, & plenius, infra de
p regulis iuris, nullus pluribus, libr. 6. P. ¶ *In glo. nisi fortè,
in fi.*] quod habetur, supra de restitut. in integr. auditis.
¶ *In glo. Celestinus, in fi.*] hoc intendit gloss. quòd Celesti
14 nus† nulla loca exp̄serat in priuilegio, uel expresserat
aliqua, secuta generali clausula. in terminis dixit sic,
Loca', quæ tales Reges douauerunt mona. nostro, &
exemerunt quo ad temporalia, nos mon. uestro dona
mus quò ad spiritualia, & eximimus à dioeçesani epi-
scopi potestate, uel sic, Tale castrum, & reliqua loca,
15 quæ tales reges &cet. ut supra. Istud ergo† priuilegium
solum licet probaret quorūdam locorum exemptio-
nem in genere, non tamen istorum, de quibus agebatur in specie. Incautè igitur fecit aduocatus monast. à
principio nō producendo regalia priuilegia, sine qui-
bus istud priuilegium non iuuabit; concor. quod not.
in Specul. de locato. §. nunc aliqua, uersicu. 58. in fine,
& uersic. sequen. & aliter practicaui similes casus. Quí-
dam bidellus conduxit equum ad certum locum, qui
mortuus est in uia naturaliter, ut dicebat. locator pe-
tebat

tebat emendam equi. conductor probauit equum na
turaliter mortuum sic in genere: quia probauit per il-
los. qui secum erant, quòd equus, quem equitabat die
tali, mortuus erat naturaliter. dicebat locator proba-
sti unum equum mortuum, sed non illum, quem tibi
locaui: quare probatio te non iuuat, & bene dicebat,
ut hic patet. debuerat ergo formasse articulos super in
signiis equi, & probare illum equum mortuum. sic ui
di etiam in quodā infortiato, quod scholaris debitor
post annum perebat à creditore uniuersitatis mercā-
tore, qui dicebat se uendidisse, quod licebat ex pacto,
& probauit, quòd uendiderat unum infortiatum. sed
probatio non profuit: quia nō probauit de illo, cuius
interſignia debuerat in capitulis expressisse, ut supra
dixi de equo; & sint hæc ad instructionem nouitiorū
16 aduocatorum, quos† etiam instruit hæc decret. in alio
scilicet, quòd non arctent se, uel clientulos habentes
probare præscriptionem solū ad tempus præscriptio-
ni necessarium; puta 40. anno. contra ecclesiam: quia
si sic se arctant, facilè inuenietur aliquid interim occu
risse, quod fecit dormire præscriptionem; puta uaca-
tionem, scisma, hostilitatem, uel his simile, de quibus
dixi supra eod. titu. ex transmissa; quo probato inutilis
erit illa probatio. Nam si probasti possessionem. 40.
anno. tantum, & ego probo, quòd per annos aliquos,
menses, septimanas, uel dies uacauit ecclesia; ecce, q
nō est completa præscriptio, ut hic. sed si probasses de
45. annis, dato, quòd ex aduerso probetur quatuor in-
terim annorum uacatio, adhuc remanet probata inte
gra præscriptio. Vnde moderni aduocati sic formant
articulos. Intendit probare, quòd possedit rem talem.
40. 50. 60. annis, & plus, & tāto tempore, quòd eius ini-
tii, uel contrarii nō est memoria, ut sic testes deponāt
de quàm remoto tempore nosc̄unt. ¶ *In glo. pen. ibi, in
alio*] infra eodem, cum olim, & facit, quod not. 10. q. 1.
17 relata [*& in fi.*] secundum Vincent. non est † solutum
contrarium. Hostien. dicit, quòd hoc ius, & similia lo-
quuntur de diuisibilibus & separatis: contraria de in-
diuisibilibus, & contiguis; ad hoc. ff. de neg. gest. cum
actum. ff. pro socio, qui fundum. §. qui fundum. ff. de
usucapio. rerum mistura. C. finium regundo. l. 1. & ad
hoc faciunt, de præben. quia sæpe, & capit. antepen. de
consecra. eccle. uel alta. capi. uno, de senten. excomm.
si ciuitas, in fine, libr. 6. & adde, quod dicam, de capell.
mona. cap. 2. quo ad casum nostrum dici potest, quòd
hic constabat Abbatem possedisse: aliàs per possessio
q nem aliquorum tenuisse episcopum possessionem q,
omnium per iura prius allegata in gloss. ¶ *In glo. ult. ibi,
lecta est*] & ff. de reg. iur. non est in mora, lib. 6. [*& ibi. §.
si dolo*] adde quod not. ff. de restit. in integ. ex literis [*&
infra quadriennium*] & fiet restitutio solum ad tempus læ-
sionis; quod dic, ut in Clem. de resti. in integ. c. uno.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pleno iure. Quæ dicantur pleno iure subiectæ ecclesiæ ultra Ab.
adde Inno. in c. pastoralis, in fi. de priui.

b ¶ Plures. Pro quo facit, quod not. Io. And. in c. fi. de iureiur. in sua
glo. ma. ad fi. & Bar. in l. admonendi, ff. eod. tit.

c ¶ Senatus. Ibi uide Bart. & in l. si Stichum. §. 1. infra allegato, & in
l. de pupillo. §. si pluribus, ff. de no. ope. nun. & in l. si in singulos, ff.
de ann. leg. per gloss. & Barto. & Cyn. & Salice. in l. cum notissimi,
præalleg.

d ¶ Notissimi. Intelligitur Abbate sciente & patiente, quia tunc a-
mittit poss. ut infra sequitur, & est ista naturalis interruptio secun
dum theoricam Bart. in l. naturaliter, ff. de usur.

e ¶ Quod. §. fin. Et ista inductio per ablationem possessionis prodest
nedum interdum parti, sed omnibus alijs, quorum similiter inter-
est: secus in interruptione propter superuenientiam malæfidei: a-
lios defectus capituli & rationem ponit Bart. in l. naturaliter, ff. de
usur. & hoc infra uidetur sentire Inno.

f ¶ Conquerente. Vbi uide in prin. glo. & super illa Io. And. & uide
per ipsum, supra de excep. cum uenerabilis, in glo. sed nonne.

g ¶ Quamuis. Ibi uide glo. & super illa Io. And. & per Bald. in l. 2. C.
de libe. cau. qui est bonus tex. ad hoc.

h ¶ E conuerso. In utroque casu præsupposita scientia uidetur idem
iur. ad hoc quod not. gloss. in c. quamuis, præallegato, & in l. fæpe,
ubi uide Bart. & in l. si mater. §. fi. ff. de excep. rei iudic. & in l. si su-
peratus, ff. de pigno. & hic proxi. tenet Inno. Si autem principalis,
& is, qui causam habet ab eo, simul ueniant ad iudicium, an proce
ssatio unius, quòd iudiciū sibi non præiudicet, illi prosit, uide Bar.
in d. l. fæpe, & bonam. l. in l. si pariter, ff. de lib. cau.

i ¶ Officium. Vide pro intellectu istius. l. Io. And. in c. quoniam, ut
lit. non contest. §. quòd si super, uer. alieno, uer. commodatarius.

K ¶ Agendum. Et uide in c. auctoritate, de priuileg. lib. 6. ubi bonus
tex. & glo. & Io. And. in c. inter quatuor, de maio. & obed. & infra
tit. 1. quamuis, super glo.

l ¶ Ab alio. Host. forte non intellexit Inno. quia forte si ex isto iudi-
cio præterederet subditus se liberari, tunc bene præiudicaret epi-
scopo, & tamen hoc non negauit Inno. sed uult, quòd ex alio iure
prætendat se libernm; ad hoc uide Innocen. in cap. inter quatuor,
de maio. & obed. Bald.

m ¶ Non fatetur. Adde tex. in c. cum satis, de offi. Archi. & per illum
tex. tenent ibi Host. Io. And. & But. idem in c. cum olim, infra eod.
Nicolaus Millius in repertorio, in uerſiculo præscriptio, contra
Abba. hic.

n ¶ Capellæ, scilicet alij episcopo subsint, quàm dioecesano. clarius
enim loquitur in lectione sua Innocen. quàm iste exprimat, hic ui
de ipsum.

o ¶ Nomine. Idem uoluit hic glo. 4. & uide in decisi. Rotæ, conclu.
264. & Ioan. And. in Spec. de præscrip. super rubrica.

P ¶ Lib. 6. Et uide Bar. in l. nemo, ff. de excep. an autem probationes
contrariæ admitti possunt etiam in probatione exceptionum con
trariarum, uide Io. An. in c. imputari, super glo. 2.

q ¶ Possessionem. Ad materiam uide Ioan. And. in c. in literis, de re-
stit. spolia. in glo. magna, uersi. generali, & uersi. præcedenti, & Bar.
in l. possideri, in princ. ff. de acquir. poss. & plenius in l. 1. §. si quis
hoc interdicto, ff. de iti. actuque priuato.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio, quæ debetur ordinario uisitanti, præscribi nequit, & num. 1. 8. 12. & 13. §. 1. & num. 14.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Visitare prouinciam suam archiepiscopus quomodo possit.*
*Metropolitanus causa uisitationis habet in prouinciales iuris dictio
nem, & in quibus, ibid.*
Debetur ei charitatiuum hospitium, ibid.
3 *Inhumaniter, quid hic significet.*
Visitatio si fit ab absque procuratione, præscripta, quid iuris, ibid.
4 *Subditus præscribi potest, non autem præscribere.*
Decretali huic uerba quædam destructa sunt, & quæ, ibid.
5 *Auctoritate, uel potestate cum archiepiscopus sua, & Papæ pro-
cedit, ad Papā. non. ad Patriarchā est appellandum, & quando.*
*Auctoritate, uel potestate duplici, qui procedere potest, non cogi-
tur alteram eligere, & si eligit, ualet, ibid.*
*Quid si errat, num. 6. quid si delegatur ab incongruo iudice, & quid
si non à principio, sed postea iurisdictionem habuit, num. 7.*
6 *Error in iurisdictione si sequatur, quid iuris.*
7 *Delegatus ab incongruo iudice si partibus scientibus procedat, &
quid si non ab initio, sed postea habuit iurisdictionem, & erat
ordinarius, an teneat quod gestum est coram eo.*
8 *Consuetudine ius quæsitum in prouincia sua per archiepiscopum,
an contraria consuetudine tolli possit.*
*Procuratio archiepiscopalis in prouincia an, & quomodo tolli pos-
sit, ibid. & num. 14.*
9 *Spiritualia seminanti, an cuicunque temporalia debeantur.*
10 *Sententia, nunquid per unam si feratur rationem, per aliam postea
rescindatur.*
11 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 12.*
Hausum qui habet, & aditum habet, & è contrario, ibid.
In hospitijs proconsul grauare non debet prouinciam, ibid.
13 *Additio glossarum.*
*Visitatio, & correctio sunt iuris publici, præscribique nequeunt,
eod. num. 14.*
15 *Ex uoto quod soluitur, an præscribi queat.*
16 *In concursu præfertur archiepiscopus episcopo, & qua in re.*

CAPVT

CAPVT XVI.

Vm ex officij[a] Casus. Procuratio † quæ debetur ordinario visitanti, præscribi nō potest. & pars prima narrat factum, & allegationē reorum. secunda ibi, Nos igitur. allegationem reprobat, & processum contra eos factum seruari præcipit. tertia ibi, Si quid, reseruat alias allegationes, si quas habent, legitimas [*Visitaret*] quod facere † poterat seruata forma decret. primæ, de censi. lib. 6. ut eod. titu. capitu. finali [*Faciens*] uisitando [*Necesse*] non necessitate corporis, sed iuris; ut crimina corrigant, & mores reformentur: aliàs sententiæ latæ non tenuissent, cum non sit iudex nisi in casibus notatis, supra de offic. ordina. pastoralis, Innocen. Hostien. Dicit tamen Innocēt. quòd eo casu, quādo inhumaniter suo archiepiscopo negarent charitatiuū hospitium, & si non per ipsum archiepiscopum, tamen per suum episcopum puniri debe-
b rent; ad quod allegat Hostien. de empti. & uenditio. [b].
3 capitulo primo [*Inhumaniter*] forte † clauserunt ianuas, & hora tarda erat, uel tempus pluuiosum, uel secundum Hostien. ideſt irrationabiliter. Petr. exponit, ideſt indiscretè. & idem uerb. infra de censibus, licet, & in Clemen. de reli. domi. quia contingit, in princip. [*Non meminerint*] ergo, ut dicebat Vincen. etiam tempus, cuius contrarii non est memoria, non iuuat in hoc casu [*Contra uisitationem*] de Abbate, qui præscripsit uisitationem sine procuratione, & præscriptione completa uult procurationem exigere; quod nota. hic Hostien. & not. infra de regulis iuris, odia. libr. 6. [*Aliquo modo*] contra, infra de religio. dom. capitulo penultimo. Sol.
4 ibi Hostiens. [*Et si alius*] præscribi † ergo potest subditus, præscribere uerò non [*Præscribere*] eo nihilominus durante prælato, Innocen. [*Sententiam*] adde quod habes, de pœnis, capitulo primo, libro sexto [*Contemptores*] dicebatur in an. commu. tamen nostri auctoritate rescripti, Quam secundum antiquam & cet. hanc literam posui: quia aliàs glos. quam posuit hic Innocen. uidetur impertinens, & etiam est signata super uersic. auctoritate. dixit enim not. quòd simul procedit utraque auctoritate, sic supra de corpor. uitia. significauit,
5 & infra de præbend. nisi essent: & tunc † quando simul utraque auctoritate procedit, ad Papam, non ad Patriarcham appellādum est, postquam auctoritati Metropol. admista est auctoritas Papæ, ut magis dignum ad se minus dignum trahat, sicut infra de consecratio. ecclesię, quod in dubiis: ad hoc, infra de officio deleg. si duo, libro sexto. Notat etiam ex hoc, quòd qui duabus auctoritatibus potest procedere, non cogitur alteram eligere: sed si eligat, ualet electio, & illa auctoritate utetur, argumen. supra de officio delega. significantibus. Item posset eligere, quòd in una parte causæ uteretur ordinaria, in alia delegata, supra de arbitr. innotuit. Melius facit secundum Hostien. sinfra de præben.
c nisi [c] qui dicit, quòd non ualet eo casu appellatio interposita ad ordinarium in eo, quòd procedit potestate delegata. ualet autem in eo, quòd procederet ordinaria, & si ad Papam, & proximum ordinarium appelletur; remittit infra eodem titulo secundo, si duobus, &
6 hęc uera, ubi quis habet duas auctoritates. sed † ubi credit se habere duas, & non habet nisi unam, quod facile accidere posset, supra de officio lega. licet, & in Clemen. de statu mona. attendentes, de religio. dom. quia contingit, de supp. neg. prælat. quia regulares; tunc uidetur aliquibus, quòd licet eligat, & protestetur, quòd tantùm Papæ auctoritate uult procedere; tamen ualet processus habitus cum tali errore, quia procedere uo-
d lebat, licet nō auctoritate [d] ordinaria, & ita, quod principale est, scilicet processus, tenet, argument. optim. ff. de iniur. l. eum. §. si iniuriarum, ff. ad legem Aquiliam. ff. famil. erciscund. cum putarem. Item iste error, qui est iuris, non debet impedire uerum processum, argumen. 8. distinct. ueritate. ff. de officio præsid. illicitas. §. ueritas rerum. imò plus credunt, quòd si diceret, Nolo procedere auctoritate ordinaria; tamen ualet processus auctoritate ordinaria prædictis rationibus, & quia protestatio est contraria facto, unde factum præualet, infra de appellatio. solicitudinem, in fin. & quia nemo à se potest abdicare imperium, ff. de officio præsid. legatus. de hac l. uide quod dixi de electio. in causis, super gloss. ergo si res, in fine. Alii dicunt contra in duobus proximis casibus, & allegat pro se. quia quod potuit &c. de officio delegat. cum super. & quia nil sic contrarium consensui sicut error. ff. de iurisdicti. omnium iudicum, si per errorem, argument. pro eis. ff. de arbit. sed si in seruum, & duabus legibus præalleg. nec ob. ff. de iniur. eum: quia hic est principalis auctoritas, ex qua procedit, siue Apostolica, siue delegata, qua deficiente deficit processus. non autem esset principale, si erraret in sensu legis, indulgentiæ, uel priuilegii, uel huiusmodi. ff. de re iudic. cum prolatis, & not. infra de priuileg. ex parte Abbatissæ, secundum Innocen. & in ultima quæstio. hoc ultimum tenet Hostiens. per prædictam decret. cum super, & G. uoluit pro materia huius gloss. remittere in Specula. de iurisdictio. omnium
7 iudicum, uersicu. ult. not. De aliàs iurisdictionem † habente, qui delegatur ab incongruo iudice, & partes scienter coram illo litigant. & quid si à principio delegationis non habebat iurisdictionem, sed postea habuit? not. C. qui pro sua iurisdictione. l. una. & in prima quæstio. tenet ibi glos. per l. 1. C. de iurisdi. omnium iudicum, quòd tenet sententia ab eo lata. Sed alii, ut Pet. contra, nisi processerit ut ordinarius; & sic loquitur. l. illa. Si uerò, pcesit ut delegatus, ut quia expressit hoc in actis. licet quidam dicant iurisdictionem delegātis per istum, ut per ministrū prorogatam, ipse tenet contra, cum actus talis per ministrum exerceri non possit. C. de senten. ex breui. reci. l. 2. & infra de re iudic. cap. fi. lib. 6. In 2. uero q. licet gloss. ibi teneat, quòd processus ualet, ut ex nunc, alleg. ff. de iudi. licet. ff. de officio procon. obseruare; tamen Iaco. de Areti. dicit illud procedere, quando iurisdictio delegantis iam erat radicata, puta quia licet exercitium non haberet, iam tamē electus erat, ut in l. obseruare. ad idem. ff. de pigno. actio. si rem. §. fina. ad Trebe. sed si ante. aliàs si radicata non erat tempore delegationis, non ualet delegati processus, cum delegatio nulla fuerit etiam sine radice. induxit, quod de dominio no. ff. de rei uendi. si à Titio [*Consuetudine*] nonne ius † per consuet. archiepiscopo acquisitum per contrariam consuetudinem tolli potest? qđ
8 uidetur, infra de regulis iuris, cap. primo. ff. de legib. de quibus. dixit Innocē. quòd uniuersalis prouincia posset hoc ius præscribere. sed singularis ecclesia, uel diœce. hoc non posset; quòd turpis est pars. 8. distinct. quæ contra, de sponsa. duo. capit. fina. uel dic melius secundum ipsum, & Hosti. hic de plano fatendum per contrariam eōsuetudinem posse tolli procurationem sola consuetudine introducta: sed ista, de qua loquimur non sola consuetudine, sed iure communi publico etiam debebatur. unde nec pacto, nec consuetu. etiam præscripta poterat tolli, infra de censib. sopitæ, & capi. cum uenerabilis, & eod. titul. Romana, libro sexto, & not. supra eod. accedentes, in glo. fina. [*Apostolum*] 1. ad,
9 Corin. 9. cap. [*Seminat*] ex † debito, quod probat uersi. cogatur, quod sequitur: aliàs quilibet sponte prædicās posset procurationem exigere, quod constat falsum esse, Hostien. [*Stipendijs*] concor. huius alleg. glos. pen. [*Obijcere*] super procuratione non debita, & uisitatione non facienda, non super excommunicatione, cum
10 illud iam sit diffinitum, & puerile † ac absurdum esse, quòd

quòd sententia per unam rationem feratur, & postea per aliam rescindatur, infra titulo primo, inter mona. quamuis satis posset dici talem rationē. uel exceptionem, uel ius impedire, quominus sentētia pro aliquo, uel contra aliquem sit ferenda, secundum Innocent.
11 ¶ Prima † ponit causam, contra quam unam legem allegat. ¶ Tertia glos. ponit opinio. quam reprobat. ¶ *In*
12 † *glo. 1. ibi, litibus*] uide de Iudæis, capitulo secundo, in 3. gloss. ¶ *In glo. 3. ibi, debet habere*] & è conuerso, ut ibi, Si enim habeo ius hauriendi, ineſt aditus. & si aditus ad fontem, ineſt hauſtus. ¶ *In 4 glo. ibi, plebiscito*] hanc & sequen. uide de uita & honest. cleric. cum ab omni, in 3. glo. & super ea lex, obseruare, præcipit, quòd procon-
13 sul in hospitijs non grauet prouinciam. ¶ *In* † *gl. 1. in fi.*] Vincen. dic, ut not. infra de censibus, peruenit. 18. quæstio. secunda. seruitium. ¶ *In glo. tertia, ibi, quidam*] scilicet Vincen. [*& ibi, relatum*] quod dic, ut infra de censibus, capitulo primo, & capitulo exigit, & capitulo fœlicis, libro 6. per quæ sint expedita nota. hic per Innocen. &
14 Hostien. dicebat enim † Innocen. procurationem expresse posse remitti, cum in iure priuato & temporalitate consistat, septima quæstio. prima, quàm periculosum: sed non tacitè, scilicet multo tempore non recipiendo procurationem, cum nec præscribatur contra ipsam, ut hic. procuratio enim debetur accessoriè propter uisitationem, in qua uisitatione retenta tenetur accessorium, scilicet procuratio; sed uisitationi, & correctioni, quæ consistit in iure publico, etiam expresse non posset renunciari; ad hoc, quod not. de foro competent. si diligenti. imò non licet alicui pacisci, q̄ non aget, nec accusabit alium de crimine. ff. de pactis, si unus. §. illud, & facit quod statim dicam post Vincenti. Hostien. autem dicit per has rationes procurationem etiam expresse non posse remitti, cum sit iuris publici, sicut id, cui connexum est, scilicet uisitatio; facit de constitutio. translato. Dicit etiam Innocen. quòd posset pactum fieri, quòd pro ipsa certa pecunia præstare
c tur annuatim; pro hoc capitul. relatum, dummodo fraus excludatur, argument. C. de transactio. l. præses. Hostien. contradicens, quòd in capitulo relatum, statutum fuit ad tempus, & ex causa, nec ibidem conuentio cōfirmatur. Sed circa hoc ultimum tene id, quod
c habes in iuribus, quæ in princ. [e] allegaui [*& ibi, ergo & remitti*] Hoc autem dixit Vin. esse uerum, nisi remissio fiat per uim, prima quæstio. tertia, quæsitum, uel precario. C. de præscripti. 30. anno. male. his enim casibus non præscribitur: aliter uerò sic. & si dicatur, quòd sic præscribere procurationem, esset præscribere obediētiam. Respondebat, talem non esse tutum sola præscriptione, sed quia tanto tempore non petens renūciasse uidetur, post hanc præsumptam renunciationem præscribere potuit, sicut potest priuilegium, infra de priui
15 leg. cum olim. Idem † dicit in uotis, ut qui nil soluit, non possit se tueri præscriptione: secus, si aliquid, licet modicum, infra de censibus, ex parte. ¶ *In glo. pen. ibi, negligens*] imò & si non est negligens; quod dic, ut infra
16 de censibus, capitu. fina. libro 6. dicebat † hic Innocen. q̄ si concurrunt archiepiscopus, & episcopus, præfertur archiepiscopus. 11. quæstio. 3. qui resistit; de quo remittit Hostien. de tempo. ordin. ad aures, de offic. ord. pastoralis, de appella. cum parati: dicunt tamen, quòd cauere debeat, ne impediat episcopū temporibus congruis; uide quod plenius dicam, de censibus, capi. primo. §. primo, libr. 6. in glos. si concurrant.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cum ex officii. Contra de c. 1. de offic. ordina. lib. 6. ubi intrare non potest prouinciam. sol. ut ibi glo. & sic est casus, in quo archiepiscopus habet iurisdictionem in subiectos, de quo in c. pastoralis de offic. ordin. Archid.

b ¶ De empt. & uendit. Tenentur enim clerici ad hospilitatem omnibus, ut ibi, fortius suis maioribus; & uide gloss. 1. q. 7. exigunt, & in Spec. de instru. edi. §. nunc aliqua, uersi. 86.

c ¶ De præb. nisi. Adde Bal. in l. 1. ad fi. C. de fur. Ang. in l. si uacantia, C. de bo. uacan. lib. 10. Ludo. in rub. de arbitris.

d ¶ Auctoritate. Hanc opinio. Innocen. sequitur Specula. in titu. de iurisd. omnium iudic. §. 1. uersic. ult. not. idem dom. Bal. nam facit ratio, quia iudex necessitate iuris astringitur ad iudicādum & procedendum. C. de iudi. l. properandum, in auct. ut diffe. iudic. & in auct. iusiuran. quod præsta. de mune. & ho. l. munerum. §. iudicandi, unde sua principalis intentio sit procedere, hoc tanquam principale consideratur, non autem eius capitalis opin. sed secundum hoc dictum est tex. l. 2. §. conuenire. ff. de iudic. ubi si iudex, cuius iurisdictio prorogatur, processit ex primitiua, non ex prorogata, quam ignorabat, tamen tenet processus ex capite prorogatæ: do. Ang. de Peru. in repetitione l. falsus. C. de fur. dicit, quòd istud est contra casum. l. sed si instrumentum. § si quis iudex. ff. de arbit. iudex fuit electus in arbitrum, & sic de iure ciuili non tenet cōpromissum, sed bene ex auctoritate ordinaria, sed arbitraria, per quā etiam notio competit. l. ait prætor, de re iud. non tenet processus, nec sententia; & tamen arbitria ad instar iudiciorum sunt tedacta, ut l. 1. de arbitr. & ita arbiter, sicut iudex compelli potest laudare, eod. tit. l. 2. & ideo dicit ipse, quòd si partes litigant coram eo tanquam delegato, & non est, tunc non ualet ut ordinaria, nec pars, nec iudex ea uti noluit, & iudicium fundatur ex consensu partiū. l. solemus, de iudic. §. si quis. Sed si litigabant ut coram ordinario; tunc iudicis intentio nil operatur in qualitate processus respicientis iurisdictio. radicem, & in §. conuenire, nota. & uide. C. qui pro sua iurisd. l. 1. Bart. Archid.

e ¶ In princ. Et ibi uide Ioan. Andr. in nouella, & glos. in Clem. 2. de censi. quæ incipit. compositio, & Lapum in Clem. 1. eo. ti. ubi per ipsum plenius, & uide etiam ibi Pau.

SVMMARIVM.

1 *Non præscribit, qui alieno nomine possidet: nec etiam is, qui proprio, non habens bonam fidem, & iustum titulum.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Vasalli utilem proprietatem habent.*
Ad beati Petri proprietatem quæ insulæ, quæ regiones & ciuitates pertineant, ibid.
4 *Exemptio plena per quæ uerba demonstretur.*
Pro te, id est nomine tuo, & sic in cæteris mutata persona, ibid. & num. 4. ad uersi. pro sede Apost.
Subnixa, quid hic habeat significationis, ibid.
4 *Probare, quod dicitur, necesse est.*
Præscriptio non procedit sine possessione, ibid.
Violatum non dicitur iuramentum ignoranter, ibid. in fi.
5 *Aquisita quæ quis retinere non potest.*
6 *Fides mala communicatur ex scientia.*
Ecclesiasticæ res non omnes præscriptibiles, ibid.
Præscriptioni sufficit sola bona fides præscribentis; nisi in casibus, & quibus, ibid. ad uersi. bona fides.
7 *Præscriptio centenaria possit'ne & qua ratione probari.*
8 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 9.*
Possidere intelligitur, cuius nomine alius possidet.
Fides bona præsumitur, nisi in casibus, & quibus. §. in glo. pen. & num. 10. §. 1. quis bonæ malæue fidei dicatur, ibid.
Vsucapio procedit quandoque habenti conscientiam rei alienæ, & quo casu, ibid. ad dictio. generaliter.
Auctoris uitium non nocet, neque prodest, ibid.
Error iuris in usucapionibus prodest possessoribus, ibid.
Emptor bonæ fidei quamdiu quis dicatur, ibid. in fi. §. 1.
Pro emptore, & pro legato quando quis usucapiat, referuntur quidam casus, ibid. §. 1. in glo. ult.
Titulus, an necessarius præscribenti; & qualis sufficiat, ibid. & nume. 12. §. 1.
10 *Additio, siue suppletio glossarum.*
De toto ad partem, ibid. num. 10.
Eadem res non debet diuerso iure censeri, ibid.
Comites, & domini temporales fundant intentionem de iure communi, quo ad res sitas intra limites suæ terræ, ibid.
Intra limites si quod est terræ meæ, fundo intentionem de iure communi, ibid.

11 *Errans in facto, uel in iure, uel utroque, an dicatur bonæfidei.*
Iuramento statur super bona fide, & titulo, ibid.
12 *Animæ quod utilius est, sequendum est, secundum canones.*

CAPVT XVII.

1 SI diligenti. Casus. Qui alieno nomine possidet, nō præscribit nec etiā is, qui proprio, non habens bonam fidem, & iustum titulum. & primò inducit rationem unam contra archiepiscopū. secundò reprobat excusationem ipsius per locum à diuisione. & pars huius, de foro compe. si diligenti. de iureiur.
2 cam te [*Proprietatem*] directam. utilis enim est circa uasallos. Innocen. & Hostien. alleg. de donat. inter uir. & uxo. nuper [*Sardinia*] & Sicilia: concord. dedi supra de præsumpt. mandata. idem de ciuitate Romana, & quibusdam regionibus, de quibus. 63. dist. tibi domino, & cap. ego Ludouicus. 26. dist. Constantinus, infra de electio. fundamenta, lib. 6. [*Nullo pertinet mediante*] hæc uerba† & præcedentia sapiunt plenam exemptionem. infra de priuileg. si Papa, lib. 6. [*Pro te, nel ecclesia tua*] idest nomine tuo, uel ecclesiæ tuæ, Innoce. [*Subnixam*] idest munitam, uel defensam, Vincen. [*Non ostendas*] quam forsan allegabat sibi, & successoribus cōcessam fuisse realiter, sicut aliàs dicitur, de hæreti. ad abolendam, in
4 fine, not. etiam,† quòd necesse est probare, quod dicitur, de concessio. præbend. cum super [*Possessione*] sine qua non procedit præscriptio, infra de regulis iuris, si ne possessione. lib. 6. [*Pro sede Apost.*] idest nomine sedis apostolicæ [*Receptum*] per prædecessores tuos, & te [*Per quod*] idest per quam confessionem [*Exactum*] pro iudicatu Calaritano. nam aliàs posset iudex habere ali quod castrum in feudum ab ecclesia Pisana, pro quo posset archiepiscopus ab ipso exigere iuramentū [*Præ*
a *stirum*] à te in promotione tua, de iureiur. ego. N. [*Vio*
latum] si sciebas iudicatum ad sed. Apo. pertinere [*Re*
5 *tineri*] not. Hostien. quod† nullus acquisita cōtra suum
b iuramentum[b] retinere potest. quod metus cau. ad audientiam. Idem de aliis cum peccato acquisitis, infra
c de Iudæis, cum sit, ubi de hoc [*Scienter*] per quod con
6 uincitur mala fides [*Ecclesiasticarum*] præscriptibilium, non in his, quæ not. supra eod. cum non liceat [*Bona fides*] sola, si ius commune, uel præsumptio non est cōtra præscribentem. & de præscriptione, quod hic dixit Innocent. dicam infra eod. titu. cap. 1. lib. 6. super uersi. præsumptio [*Præscriptio*] puta, quia possedisset nomine proprio, & habuisset bonam fidem, & aliqualem ti
7 tulum [*Posse† probari*] factum speciale quo ad hunc casum ponderat hic Papa, non ius. nec ob. nota. supra eod. cum uobis, uel secundum Hostien. not. probationem testium, per quos non credit hoc posse probari: aliàs tamen probari posset per instrumenta de fideli-
8 tatibus factis per 200. annos, & plus. ¶ Prima† gl. ponit casum. ¶ Pen. glo. respondet per quæstionem, an præsumatur bona fides; & tenet, quòd sic, nisi in quatuor casibus. ponit demum casum, quo scientia rei alienæ &c. Subdit, quòd mala fides tradentis non nocet. allegat contrarium & soluit. subdit etiam de illo, qui errat in iure, uel habet conscientiam dubiam. ¶ Vltim. glo. alleg. unam concord. & unum articu. obijcit per quatuor capitula, & per rationem: soluit primo rationem; demum ponit opin. Ioan. quam reprobat, soluens po
9 stea principalem obiectio. ¶ *In† glo. & ita, ibi usu retinetur*] usu retineo seruitutem utendo per me, uel illum, qui meo nomine sit in possessione. ¶ *In glo. pen. ibi, distrahendi*] puta credit illum procuratorem [*& ibi, si fundum*] uide de cleric. excomm. illud, super gloss. scilicet quia [*& ibi, contra leges*] puta emendo originarium, uel rusticum ascriptum sine gleba [*& ibi, qui sciens*] non ius-

cap. emens ab illo quem prætor. ut suspectum hæreditatem diminuere uetuit l. sequen. dixit, quod præmisit glo. [*& ibi, generaliter*] loquitur in seruo, qui cum non defenderetur, iussu prætoris possidetur pro noxa [*& ibi, an† uitium*] uitium auctoris non nocet, nec prodest. unde ꝙsucapere possum, quod ille non poterat [*& ibi, malæfidei*] sequitur. possessore alienāre cessat longi tem
10 poris præscriptio [*& ibi. §. scire*] loquitur in illo, qui inutile testamentum putabat utile, uel cum precederet alius agnatus, putabat sibi deferri. nō enim est prædo, qui dolo caret, quamuis erret in iure [*& ibi, nunquam. 2.*] & sequitur, in usucapionibus iuris error possessoribus prodest [*& ibi, bonæfidei*] quò ad fructus percipiendos dicor bonæfidei emptor, quādiu fundus non fuerit euictus. sic & seruus, quē bona fide emi, ex re mea, uel operis mihi acquirit, quamdiu sit euictus. ¶ *In ult. glo. ibi, sic itaque*] uide in capit. proxim. alleg. super gloss. sic instituo. [*& ibi, ex pluribus*] uide de causa possess. capitul. fina. super gloss. secunda [*& ibi, quod uulgo*] usucapit quis pro emptore, si procurator, uel seruus, cui emendum mandaui, retulit se emisse, & tradit [*& ibi l. 4. & ult.*] si legata est res aliena, uel testatoris, sed adempta per codicillos & hoc ignoranter; usucapitur pro legato. & idem, si Titio legatum est, & duo sint Titii, & al-
10 ter recepit æstimans de se dictum. ¶ *In† glo. 2. in fi.*] & infra de sponsa du. capitulo fina. Item argum. de toto ad partem, de officio delega. pastoralis. §. primo. Item argumē. quòd eadem res &c. infra de decimis, cum in tua. Item argumē. secundum Hostien. quod Comites, & domini temporales fundant intentionem suam de iure communi, quo ad res sitas infra limites suæ terræ, de hoc dixi supra de officio Archidia. capitu. fina ¶ *in glo. pen. ibi, in facto*] Din. in regula, possessor, de regulis
11 iuris, libro 6. circa finem, tractat, an† errans in facto, uel in iure, uel in utroq; dicatur bonæfidei [*& ibi, semper præsumitur*] uide quod not. 16. quæstio. 3. dilectio, in gloss. fina. ubi not. Ioan. super bona fide, & titulo stari iuramento [*& ibi, uerius*] infra de regulis iuris, præsumitur, libro 6. [*& ibi, quemadmodum*] & de rebus eccles.
d non alienan. capit. 2. lib. 6. [*& ibi, placuit*] & supra eo. t. cap. 1. [*& ibi, exigitur*] de hoc infra de re iudic. Abbate, libro 6. in 3. glo. [*& ibi. §. scire*] diuersis modis intelligitur. §. ut ibi not. [*& in fi.*] dicit Hostien. illud uerum secundum leges: secus secundum canones infra capitu.
12 penultimo, & ultim. secundum† quos sequendum est, quod est utilius animæ, infra de sponsali. iuuenis. ¶ *in*
e *glo. ult. in fi.*] dic, ut infra eod. capitulo primo,[e] libr. 6. & uide quod ibi not. in magna gloss. per quæ decido prolixè not. hic per Innocen. & Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ego. N. Ibi non apparet episcopum præstare tale iuramentum, nisi dicamus hunc articulum includi in aliquo illorum generaliū capitulorum, ibi uide.

b ¶ Contra suum iuramentum. Adde gloss. in c. fin. de procura. in 6. Bart. in l. cum precario. ff. de preca. Ange. in l. imperpetuum, ff. de procur. Abb. in c. cum dilecto, de præben.

c ¶ Vbi de hoc. Et de iudic. ad abolendam, ubi uide Ioan. And. super 3. gloss. & an actus factus contra iuramentum, ipso iure sit nullus, uel teneat, uide Io. An. de præb. dilecto, super uer. iuramentum, & in Mercur. super c. quod semel, de reg. iur. lib. 6.

d ¶ Placuit. & supra eod. Glos. ista dicit, quòd decretum iudicis malam fidem possessoris purgat, quod an sit uerum, uide glo. in c. pastoralis, quæ est pe. de offic. ordina. & in l. pompo. §. si iussu, ff. de acquir. possess. & in l. generaliter, hic alleg. in glo. & tunc gloss. dicunt quòd sic, Bart. dicit contrariū. uide ipsum in d. l. & in l. si defuncta. §. si de uectigalibus, ff. de damno infect. & in præscriptio. centenaria an titu. requiratur, si statutum nil dicat, uide l. 1. & ibi Bal. C. de long. tempo. præscrip.

e ¶ Vt infra eod. ca. 1. Et uide quod not. supra eod. ad aures, & infra de deci. cum sit, in glo. fi. & an in scrip. quis debeat allegare tit. uide quod not. in c. dudum, infra de deci. Bald.

SVM-

SVMMARIVM.

1E *piscopalia potest Abbas in suis præscribere capellis, & in quibus, & an si non est exemptus, num. 2.*
Præscriptio non obtinet nisi in his, quæ quis præscripsit, ibid.
Diuisio capituli, ibid.
2 *Præscribere an potest Abbas, qui non est exemptus, episcopalia, & quæ, num. 4.*
3 *Adiacentia quæ dicantur.*
Compromitti de spiritualibus potest, & in quos, ibid. num. 2.
Componi quoque, ibid.
4 *Institutio ad quæ referatur hic.*
5 *Præscripta quot erant ad Abbate hic.*
Ordinationes qualiter hic capiantur, ibid. ad dicti. ordinationibus.
6 *Secundum officium seculare debet monacus regere ecclesiam secularem, nisi aliter habeat auctoritatem.*
7 *Iurisdictionis quæ sunt episcopalis, præscribi possunt, & acquiri per consuetudinem.*
8 *Titulus necessarius in præscriptione, non in consuetudine.*
In consuetudine sufficit usus, ibid.
8 *Episcopale ius siquis dicat in ecclesiis præscripsisse, quæ forma sententiæ erit.*
10 *Additio glossarum.*
Arbitri quandoque ut iudices eliguntur, ibid. & quomodo hoc procedat, num. 11.
A compromisso si recedatur, committitur pœna, & an potest ea non obstante agi: sed si sine pœna sit, quid iuris, eod. num. 10.

CAPVT XVIII.

2 1 VMolim[a]. Casus. Abbas† in capellis præscribere potest episcopalia: obtinet tamē in his, quæ præscripsit. & primò ponit petitionem ipsius actoris, & ipsius iura. secūdò ponit iura Abbatis ibi, Ad elidendā. tertiò diffinit ibi, Quia prædictus. & partim pro Abbate usq; ibi, super alijs. ab inde pro episcopo: Posset etiam sic diuidi in duas tantum [*Abbate*] exempto:
2 aliter† non potuisset præscribere nomine proprio cōtra episcopum, secundum Hostien. quod dic. ut nota. supra eod. auditis, super 4. gloss. Innocen. hic in fine, tenet Abbatem etiam subiectum episcopo præscribere posse ius episcopale in capellis. Item uides, quòd non contra plebanum, sed cōtra eum, qui dicebat plebem sibi subiectam, formatur petitio, & ibi etiam de hoc.
3 [*Adiacentibus*] per annexionem, vel subiectionem [*Episcopale*] de officio ordinari. conquerente [*Principaliter*] secundariò enim allegabat arbitrium, de quo sequitur [*arbitrium*] potest ergo de spiritualibus compromitti, & componi, de arbitris, cum tempore; de transactione. super eo, & in clericos, & clericum & laicum, supra de
4 arbitris, per tuas, Hostien. [*Lucanis*] not. cordi† tenendum, quòd in persona ecclesiæ potest de iure ipsius ecclesiæ compromitti. Papa enim hic arbitriū approbat, ut patet in fi. c. & uide quod dicam infra tit. 1. cum inter, super uersicu. præscribi, & facit ad not. in Specu. de arbitro. §. sequitur, uersicul. sed nunquid Abbas. In
b contrarium facit. ff. de arbit. l. penultim. [b] per quod ibi not. uide tamen, quod infra dicam, super finem, ulti. gloss. [*Abbas*] qui forte solus defendebat mona. quod dic, ut supra de rescript. edoceri [*Donatæ*] quantum ad episcopum, non quantum ad Abbatem, cui plebs suberat cum capellis secundum Innocen. [*Obtentis*] nec de ipso faciētibus mentionem [*& infra*] hic deciditur, quòd quò ad quædam præscriptionem allegauit, & probauit Abbas, de qua sequitur [*Ostendit*] 8. enumerat, quæ præscripserat Abbas contra episcopum; remittit de his Innocen. & Hostien. supra eod. auditis, & ca. sequen. infra de excess. prælat. Accedentibus [*Institu-*
5 *tionibus*] quo† ad beneficia curata, dicit Hostien. hic sumi pro collationibus, nam auctorizabilis institutio in

illis præscribi non potest secundum eum. Est enim necesse, quòd curatus auctoritate episcopi ingrediatur, & egrediatur, de quo remittit de officio Archid. cum satis, de cleri pereg. cap. fina. de renun. admonet. uel secundum ipsum referendum est hoc ad simplices clericos, uel capellas sine cura, de priuileg. uolentes. §. fina. lib. 6. [*Ordinationibus*] quòd liceret Abbati ordinare plebanum, & clericos ad eos ordines, quos conferre possunt Abbates, quod aliter non possent, infra de priuileg. Abbates, in fi. lib. 6. uel quòd posset, à quo uellet facere ordinari, infra cap. proxim. [*Baptismo*] hoc est tertium; & sic infra de capella. mona. capit. 2. [*Pœnitentia*] quartum [*Culpis*] sub hoc, uide quod not. de pœniten. & remissio. si episcopus, libr. 6. [*Sepultura*] scilicet libera; & est quintum [*Perceptione*] forsan nullam partem episcopo tradendo, supra eod. de quarta; & est sextum
6 [*Diuinis† officijs*] monacus, qui præest ecclesiæ seculari non reget illam secundum officium monacale, ut nota. 16. quæstio. prima, capit. 2. uide quod nota. in Clem. de celebra. missa. cap. 2. in gloss. penult. & est septimum [*Celebrandis*] nota. forte libertatem ibidem celebrandi secundum Innocē. uel quòd celebrare possent secundum officium monacale, secundum Hostien. [*Excommunicando*] hæc, & sequentia ponuntur pro octauo. &
7 est† hoc iurisdictionis, quę præscribi potest, & per consuetudinem acquiri, supra de electio. dudum. 2. uersic. tandem [*Legitima præscriptione*] idest consuetudine legitimè præscripta, supra de officio Archid. cap. fi. uel præ
c scripserant legitimè allegando, & probādo titulum[c],
8 quod dic, ut infra eod. capit. primo, libr. 6. dicit† tamen hic Hostien. ꝙ licet in præscriptione sit necessarius titulus, in consuetud. sufficit usus cum præscriptione, infra cap. 1. de causa possess. cum ecclesia, & cap. cum olim; de consuetudi. cum dilectus, de hoc in præalleg. decret. fi. de officio Archi. [*Super his*] super quibus nec priuilegio, uel præscriptione munitus erat, Vincen. uerius uidetur, ꝙ habebat priuilegium, sed non iuuabat,
9 ut in gloss. [*Ius episcopale*] dicit Innocen. hic† notādum formam sententiæ de iure episcopali, quando agitur contra illum, qui possidet ecclesias, in quibus dicit se præscripsisse iura episcopalia [*Arbitrij*] & uigorem iuris communis, supra primo respon. & supra tit. 1. cum
10 uenerabilis, Hostien. ¶ *In† ult. glo. ibi, recessum fuit*] infra de pactis, cap. 1. lib. 6. [*& in fi.*] dicebat etiam Innocen. ꝙ isti arbitri fuerunt electi ut iudices sine pœna, & cō promisso: aliàs non ob. sententia potuisset Abbas agere; alleg. ff. de arbit. si quis rem, C. de arbitr. cum antea, sed, ut dicit Hostien. ꝙ pœna fuisset commissa. C. de arbit. l. 1. Item si sine pœna, & stip. compromissum fuisset simpliciter, ex sententia arbitrorum daretur actio, & exceptio. C. de arbit. l. pen. de quo remittit supra de ar-
11 bit. per tuas. sed quærit Hostien. quomodo† procedat dictum Innocē. quòd isti fuerunt electi ut iudices? Respondet, quòd aliter præerant iurisdictioni; de quo remittit, de foro competen. significasti. Item & si priuati essent, & electi communiter ab episcopo conquerente de subdito, & ipso subdito, licet uocentur arbitri, iudices sunt & iurisdictionem habent à lege, uel iure scripto. 11. q. 1. si clericus. ff. de iurisd. om. iud. & quia.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cum olim. In cap. cum olim, ibi ordinationibus plebani &c. & sic nota. ꝙ de iure communi episcopus fundat intentionem suam prouidendo in plebibus, quod intellige, quando non sunt collegiatæ: aliàs spectat ad capitulum, siue collegium, ut capitulo primo, de electio. Archidia.

b ¶ ff. de arbitr. l. penult. Adde istud non procedere in compromisso facto in prælatum super re ecclesiæ. addē But. ita tenentem in cap. cum inter. §. 1. infra tit. proxi. & Flor. in l. si societatem. §. arbitrorum, ff. pro socio.

c ¶ Titulum.

e ¶ Titulum. Et ſic aut allegatur tempus in modum præſcriptionis, tunc debet allegari titulus.aut in modũ conſuetudinis, tunc non, quia ſufficit uſus.ſed poteſt dici,quòd iſta non poteſt dici conſuetudo:quia conſuetudo ordinatur ad finem publicum,ut Innoc.in cap.fi.de officio Archidia.& Ioan.And.in cap.fi.de conſuetũ.ideo dic, quòd Abbas habebat titulum,cum ignorabat ignorantiæ facti,quòd laudum latum eſſet,quæ ignorantia facti prodeſt ad præſcriptio.not.ſupra eo,ſi diligenti,Archid.

SVMMARIVM.

3 efficit, perinde habetur, ac si omnes egerint. ¶ *In † gloss. 1. ibi, trium*] hoc dicit glo. de tribus, & 6. episcopis, intelligit Io. in cañ. statim allega. præter proprium episcopum. & idem Guil. in Spe. de accu. §. 3. in prin. & quod ibi dicitur de diacono, intelligitur etiam de subdiaco no secundum Hostien. hic, & Guil. in præ. §. in fin. [*& ibi, 6.*] ad minus; fallit in casu, infra de hære. cap. 1. li. 6. & si non sunt tot episcopi in prouincia, uocabuntur uicini, ut no. 3. quæst. 8. suggero [*& ibi, per Papam*] quia aliter sententiare non possent; de hoc. 2. q. 4. nullam, etiam absoluendo, licet hic contra, de hoc. 12. distin. præceptis. 3. quæst. 6. accusatis. & etiam quando papa delegat causam, uidetur, quòd debitus numerus debeat interuenire, ut no. 3. quæst. 8. in fine summæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuste, ad ius scriptum refertur.*
Rationabiliter, ad ius litigatoris, ibid.
Diffinitum quid intelligatur, ibid.
2 *Additio glossarum.*

CA-

CAPVT IIII.

1 IA, quæ. Breue est, & fuit forsan exordium alicuius papalis confirmationis [*Iuste*] quia † non contra ius scriptum [*Et rationabiliter*] non contra ius litigatoris [*Diffinita*] non interposita appellatione, nec petita restitutione; ad idem. 6. q. 4. ꝙ bene. tu dic idẽ, si sit
2 appellatum, si exponas, ut prædixi ¶ *In ¶glo. 1. ibi, cognitione*] sup. ius tribuit, & non poterit &c. Hostien.

SVMMARIVM.

1 *Executor sententiæ merus, coram quo excipitur de fraude, non cognoscit, sed remittit, & quæ sit eius facultas, num. 3. 5. 6.*
2 *Imperij quæ sunt & missi, & meri iure canonico committuntur: secus ciuili.*
Executio, si opponatur falsitas, quando non retardetur, uel puniatur oppositor, ibid. uer. dicit etiam. & quid ipsam impediat, num. 6.
3 *Verbi resolutio.*
Totum, pro aliqua parte, ibid.
Incidere, pro proponi, ibid. in fin.
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 5. & 6.*
Executoris meri & missi officium & potestas quæ, ibid. & sup. num. 1. 3. 5.
Executio mera, & mista quæ, eod. nu. 6 uer. tertij dicunt.
7 *Confirmatus à papa an & quando possit accusari simoniæ in confirmatione contractæ coram metropolitano suo, & ab eo deponi.*
Nullitas sententiæ coram quibus deduci & cognosci queat, ibid. uer. si uerò quæreretur.

CAPVT V.

1 DE cætero. Casus. Merus † executor sentẽtiæ, coram quo excipitur de fraude, nõ cognoscit, sed remittit [*A nobis*] secus ergo, si lata esset ab alio^a
secundum Ta. & Vincen. Vnde dicebat Goff. ea, quæ
2 sunt † meri imperii, delegari, ut missio in possessionẽ, de qua hic loquimur, quę non delegatur. ff. de iurisdi. omnium iudi. iubere. unde secundum leges licet cõmittatur executio ex primo decreto, non tamen ex secũdo. ff. de offi. eius, cui man. est iur. l. pen. uer. ut possessio. secundum cañ. committuntur & ea, quæ sunt meri, & quæ sunt misti, de offi. dele. c. fin. Dicit etiam quòd si executor percipit, quòd malitiosè opponitur exceptio falsi causa differendæ executionis, fit exe
b cutio, & salua manet falsi quæstio, C. de falsis. l. 2. ^b uel punitur opponens. C. de executione rei iudi. l. si longius [*Interuenerit*] idest † interueniisse dicatur. similis exposition. sup. de fide instrum. cap. 2. Egi. [*De toto*] idest
3 de aliqua parte negocii, si sit merus executor, inf. eo, sicut. Iste enim nihil audiet tanquam iudex, & si summariè possit audire exceptionem falsi. ff. de re iudi. à diuo Pio, non ut pronunciet, sed uti causam instructam referat. infra de appella. constitutis. & tunc legitur sic secundum Hostien. sed differri, scilicet quò ad diffinitionem. nã examinatio fiet quò ad instructionem^c. mistus uerò & si non cognoscat de toto, tamẽ
c cognoscit de partium qualitate, ut in l. & si nõ cognitio, quam alleg. glo. ut ibi dicam, secundum Hostien. [*Quæ inciderint*] idest coram executore propositæ fuerint, secundùm Hostien. [*Ad sedem apostolicam*] quæ de-
4 derat executorem. ¶ Prima † glo. litteram exponit, & exemplificat, signat contrarium, soluit, & remittit.
5 ¶ *In 1. † glo. ibi, si ut, proponis*] non ualet sententia, cũ executor sibi uendicans partes iudicis, contra primam
6 sententiam aliquid pronunciat. ¶ *In † glo. 1. ibi, instrumenta*] secus, si dicatur fraus commissa circa commissionem factam ipsi executori, uel circa executionem, Innocen. qui hoc habuit à Goff. qui dixit, quòd talis siue sit executor papæ, siue alterius merus, uel mistus, si sibi uidebitur, nõ obstante exceptione exequetur: aliàs dicet se exequi non posse, ar. de offi. delega. signi
ficantibus [*& ibi, & si non cognitio*] ubi plenè de hoc. ad solutionem huius. l. canonizatæ dicebat hic Innocẽ. quosdam dicere, ꝙ cap. similia locum habent, cum sententia fertur à papa: contrarium de sententia lata per inferiorem: tunc enim licet executori de quæstione falsi cognoscere. C. de executione rei iudi. si longius, & C. si ex falsis instrumentis. l. fin. Si uerò obiicis de inconuenienti, quod sequitur, scilicet quia hoc prætextu poterit quilibet quantuncunque maliciosus impedire executionem iustæ sententiæ. huius si. quod dixi de rescriptis, super literis, super glosis, uer. si dices; respondent, ꝙ ex quo de hoc apparuit, quia. s. in probatione defecerũt, puninentur, ut in l. prædicta, si longius, & infra de pœnis, calumniam. alij dicunt, ut ipse refert, quòd etiã si ab inferiori iudice feratur sententia, executor tamen nõ cognoscet de falso, ne tali prætextu impediatur, uel differatur executio sententiæ. sola enim appellatio impedit executionem, in aucten. ut iudi. non expect. sa. iuf. colla. 9. per quam corrigitur lex, & si non cognitio, aut exponenda est taliter, quòd non contradicat; ad hoc. C. de falsis. l. 2. Tertii distinguunt inter executionem meram & mistam. meram dicunt, quæ nullam habet cognitionem admistam, puta cum proferens sententiam cõmittit ipsius executionem. tunc enim cum scribat de facto, non est credendum, quòd falsum sit illi suggestum. ar. de rescrip. ab excommunicato, & ideo super hoc falso nõ est alicuius probatio ad retardationem executionis sententiæ admittenda, & sic intelligunt hic cum suis concor. & uide inf. de priuile. cum olim propter, in gloss. ideſt cursorem, & de officio delega. cum in iure. Mistam dicunt, quando non is, qui tulit, sed alius committit executionem sententiæ. potuit enim committens decipi in facto alieno, ar. ff. pro soc. l. fin. & talis super exceptione suggestionis falsi probationes admittit, & retardabit executionem, ut in
d l. & si nõ cognitio^d. Illud autem incunctanter dici potest, quòd si non opponatur latam sententiam per suggestionem falsi, sed quòd lata sit per falsa instrumenta, uel per falsos testes de tali exceptione non habet se intromittere executor, sed illi, qui delegauit, est cognitio reseruanda, cum nec intenderit super hoc aliquid delegare. Et sic etiam, potest intelligi, quod
e hic dicitur, cum suis concor. ^e & est alia exceptio, quę & dici potest mista: quia pro parte mera, & pro parte habet causæ cognitionem annexam, ut si mandetur alicui, quòd prouideat Petro de tali præbenda, si uacat. hæc enim executio habet causæ cognitionem in hoc, ut executor inquirat, & cognoscat, an uacet prius, quàm de ipsa prouideat. Sed postquam ei constiterit de uacatione mera, remanet quò ad prouisionem, quæ non habet causæ cognitionem. unde, si quis uellet obiicere in personam executoris, uel etiam illius, cui prouidendum est, non esset excipiens audiendus, ut not. infra de concess. præben. 'proposuit, & uide de elect. dudum. 2. in gloss. ex hoc patet, cum remissiarg. ad hoc. 25. q. 2. & si non cognitio, & supra de rescrip. cum dilecta, secundum Innocentium. Dicit Hostien. mira & noua sunt, quæ in hac parte audio, aut ipsa non intelligo. certum est enim, quòd quando papa scribit pro aliquo beneficiando, admittuntur exceptiones propositæ & contra beneficiandũ, & contra rescriptũ, & contra executorẽ, ut patet in eo, quod l.

gitur & no. sup. de rescriptis, ad aures. cap. cum adeò, & c. postulasti, & c. si proponente, & in multis alijs iuribus, & sup. de of. dele. pastoralis. §. quia verò. Nescio tamen, si Inno. intendat hoc suum dictum esse intelligendum, ubi papa certo iudici, & pro certa persona, & de certa præbenda precisè & ex certa scientia scribit, exprimens sufficienter in sua litera, quòd nō vult contra hoc mandatum suum aliquam exceptionem admitti. Sic enim posset saluari, quod præmisit: & vix, cum etiam papa dicat, q̄ nec se, nec præcessores suos credit hoc expressisse; quod dic, ut legitur & no. sup. de offi. deleg. ex parte 2. posset ad hoc etiam trahi huius ratio sui dicti, quod quando papa, uel alius alicui, maxime sibi noto beneficium uacans confert, quem & mandat per aliquem executorem in possessionem huius beneficij poni, talis executor non habet prima facie exceptionem admittere, quod dic, ut legitur & not. sup. de excep. cum ecclesiasticæ, & de causa poss. cap. pen. & infra de accu. accedens. Adhuc tamen ꝑm Inno. in his, quæ hic dicuntur in litera, & in glo. uidetur contra. ff. de iudi. si prætor, ubi dicitur, q̄ corā executore potest probari dolus illius, qui in sententia obtinuit, & falsitas instrumentorum, per quæ sententia lata fuit. So. ueritas est, q̄ nūquam executor debet aliquas probationes recipere ad hoc, ut iudicet sup principali, uel ut decernat sententiam mandandā esse executioni, uel non. nam si talis ferretur sententia, præiudicaret in principali, & sententiæ iam latæ, quæ non posset mandari executioni, obstante exceptione rei iudi. & sic sententia lata inutilis remaneret: tamen ad instructionem suam potest aliquas probationes recipere, ut si inueniat aliquid, quod eum moueat, executioni supersedeat, & negocium totum ad superiorem remittat: uerumtamen in hoc nunquam iudicare debet, & hoc expressè sonare uidetur hæc litera, & lex
7 prælle. si prætor. Sed †quæro, si papa confirmauit alicui quem in prælatum, aliquo familiari ipsius papæ hanc confirmationem ex pacto forsan, & ex certa pecunia simoniacè procurante, utrum coram metropol. suo posset accusari de hac simonia taliter confirmatus? & uidetur quòd sic, dummodo agatur ad pœnam depositionis, nec petatur infirmari, quod factum est per papā: quia in examinatione ipsius causæ metropolitanus iudex est ordinarius usque ad sententiam depositionis, quam non potest facere Romano pontefice inconsulto. 3. q. 6. accusatus, & c. sequentibus. Si uerò quæreretur de confirmatione, utrum fuerit iusta, uel iniusta, de hoc non posset agi nisi coram illo, qui confirmauit, arg. infra de confir. utili c. 1. & 2. non per modum querelæ, sed per modum appellationis, arg. infra de appella. constitutis. 2. & lib. 6. de elect. statuimus. & idem est, ubi quis sententiam à superiore latā asserit esse nullam. hoc enim tantum coram eodem iudice, qui tulit sententiam, dicere potest; quod obtinet, etiam si ille, qui tulit sententiam sit inferior iudex à papa. C. de accu. l. 4. 35. quęst. 15. quod quis commisit, & cap. sententiam, secundum Inn. cuius est maior pars totius huius glo. & patet in eo, quod no. sup. cap. 1. & uide quod dixi de offi. dele. super eo, super 3. gl. q̄ autem dixit, quòd de hoc agendum est coram illo tantum iudice, qui tulit sententiam, subaudi tu, uel coram superiore suo, si ad ipsum causa delata fuerit per appellationem. sup. de offi. ordi. ad reprimendam, & cap. duo simul, & de hoc satis, infra titulo primo, dilecto. [f] & coram papa etiam sine appellatione
f per querelam, cum ipse ordinarius sit cunctorum. 9. q. 3. cuncta per mundum, & c. per principalem. & etiā coram legato suo in prouincia sibi commissa, supra de officio dele. cap. 1. secundum Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶Ab alio. Quasi alius non possit committere executionem, ut sequitur, non refert se ad totum textum, ut patet ex eo, quod sequitur, licet & quo ad rex. aliqui faciant hanc differentiam, ut inf. super glo. in prin. magnæ suppletionis.

b ¶De falsis. l. 2. Adde Pet. de Anch. in clemen. 1. de re iudi. & Ang. Imo. & Alex. in l. à diuo Pio, in prin. ff. de re iudi.

c ¶Instructionem. Hoc idem no. Ioan. And. in c. pastoralis, all. in gl. super glo. ma. & idem sentit, infra super gl. uer. adhuc tamen. uide no. in l. si prætor, ff. de iudi. ubi uide Barro. & in l. à diuo Pio, in prin. ff. de re iudi. & istud iutellige, ut infra no. & uide infra super glo. in addi. ma. uersi. adhuc tamen.

d ¶Cognitio. Intelligit ergo iste, quòd hic dicitur de falso, ideſt expressione falsi impetrādo executionem, & sic intelligit uer. fraus, in tex. positum, & in l. & si non cognitio. & est iste nouus intellectus ad cap. & ad d. l. & ad no. super ista gloss. in prin. ut merus & mistus executor cognoscat etiam quò ad ipsam commissionem, nedum quo ad totum negocium commissum.

e ¶Concor. Barto. in l. à diuo Pio, dixit, quòd de istis exceptionibus falsi cognoscit, & refert. & idem uoluit Ioan. And. in text. supra in gl. 1. de aliquo, & infra in uersi. ad hoc tamen, & aduerte, quòd sunt aliæ exceptiones, quæ opponuntur post sententiam, ut peremptoriæ quandoq;, de quibus in l. 1. C. de iur & fac. ign. & alię, quæ opponuntur circa res, in quibus debet fieri executio, & aliæ circa priuilegia personæ, contra quam fit executio, & de istis, quo modo admittantur, uide Barto. in l. à diuo Pio, ff. de te iudi. & ad materiam uide l. no. in l. si. ff. de confes. & ibi Barto.

f ¶Dilecto. Et uide plene Bart. in l. si expressim, ff. de app. & C. quomodo & quando iudex, si ut proponis, & uide Pau. & mod. in cle. 1. de re iudi. & Io. And. in Spec. de sen. §. iuxta, ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio fit & interlocutorię, & definitiuè.*
Possessio prore, ibid.
Pignora non sufficiunt, ubi res ipsa adiudicata est, ibid.
2 *Suffragium glossarum.*
Possessio adiudicata non dicuntur sufficienter tradita per pignora, & nume. 3.
3 *Additio glossarum.*
Pignus præteritum, & conuentionale differunt, ibid.
In executione non requiritur libellus, & ratio, ibid.

CAPVT VI.

1 Vm aliquibus. Breue est [*Adiudicata*] interlocutoriè† uel diffinitiuè [*Possessio*]. i. res aliqua, Inno. concor. uide etiam in Spe. de probatio. §. fi. uer. sed pone statutum. supplet Host. sequi debet, Missionis in possessionem executio, sicut aliàs in creditoribus seruatur: quia non sufficit eis dari. i. assignari pignora, &c. [*Lætentur*] ad idem, 3. q. 1. §. sed notandum. ¶ *In† 1. gloß. ibi, constituto*] uide de eo, qui mit.
2 in poss. c. 1. super 3. glo. [*& ibi, in prin.*] adipiscimur possessionem corpore, & animo, non altero horum solo [*& ibi, ait prætor*] uide de usuris, quia frustra, super
3 gloss. 2. ¶ *In† glo. 1. ibi, pignus*] prætorium: secus in conuentionali, ut ea. l. 1. ubi etiam no. differentiam inter
a pignus prætorium[a], & conuentionale, & hic per Vincen. [*& ibi, ex litibus*] ob hoc dicebat Hostien. ex quo constat de sententia, in executione non requiri libellum; uide in remiss. quas dedi, supra de restit. spo. cum ad sedem, ad finem secundæ gloss.

ANNOTATIONES.

a ¶Pignus prætorium. De pignore prætorio, & conuentionali ultra Abba. hic adde Archi. in §. sed notandum. 3. q. 1. & Ange. in l. fin. C. de execu. rei iudica.

SVMMARIVM.

1 *Contra matrimonium sententia lata non transit in rem iudicatam, & quandocunque reuocatur, cum constat de errore.*

Copu-

Copula carnalis sequens desponsationem etiam per uerba de futuro facta matrimonium facit, ibid.
2 *Coniuges turbati, uel iurgati quò ibant causa deponendæ conuentionis.*
3 *Pro sententia, prima facie præsumendū, & ei standum, & quousq.*
Negatiua probatur, ibid. ad uer. non fuisset, & quo modo hic, ibid.
4 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 5.*
Sententia per matrimonio quo casu, & quæ alias non transeat in rem iudicatam, ibid. §. in glo. ulti.

CAPVT VII.

1 Ator præsentium. Casus. Sententia † lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam, unde quandocunque reuocatur, cum constat de errore. Et in prima parte facti narratio. In secunda iudicis datio, ibi, Nolentes [*Desponsasset*] etiam si per uerba de futuro fuisset desponsata, sequē carnalis copula fecisset matrimo-
2 nium infra de spon. is qui [*Scandalum*] debebāt † ire ad Viriplacam, de qua Valerius lib. 2. cap. 1. de institutis antiquis, refert, quòd coniuges turbati, uel iurgati inuicem coram illa dea ueniebant, & coram illa in uicē loquebantur, quæ uolebant, & statim contentione animorum deposita concordes reuertebātur [*Cuius*] scandali. s. suborti [*Subtraxerit*] ipse lator [*Hoc*] s. debiti subtractionem [*Dissolutam*] à uinculo coniugali, uel. i. lasciuam [*Vtriusq;*] forsan quilibet corrupit unum testem ad probandum falsum impedimentum [*Constiterit*] etenim † prima facie pro sententia præsumendū
3 est, & ei standum, donec causa fuerit retractata, quæ probata fuerat, supra de renun. in præsentia, Hostien. [*Non fuisse*] probatur negatiua, secundum Hostiē. qui remittit de elec. bonæ. Poterit autem secundum eum hoc constare per acta, quòd ad solam confessionem coniugum fuit sine alia probatione matrimoniū separatum: uel negatur processus, de quo non apparet, de rest. spo. cum ad sedem, in fi. de proba. quoniā contra [*Deceptum*] hoc est contra Mel. in his, quæ no. supra de testibus, sicut. Sed ip se respondebat, quòd hic non fuerat contractum secundum matrimonium. ¶ Pri-
4 ma † glo. respondet per obiectionem, & solutionem. ¶ Vlti. glo. distinguit, aut fertur sententia contra matrimonium, aut pro matrimonio, & tunc aut subest
5 impedimentū, aut non. ¶ *In† glo. 1. ibi, potest aliquis*] uerum est denunciando. Sed an directè accusando, hæsito. Ala. [*§. his ita*] aliàs est sub. §. quia ergo [*& in fi.*] ubi d hoc, & supra de præsump. tertio. ¶ In glo. ult. ibi, nullus consensus, ergo nec omissio appellationis, & hoc exprimit Hostiē. dicens etiam sententiam pro
a tali matrimonio non transire in rem iudicatam. [a] Dicit etiam idem, ubicunq; sententia nutrit peccatum mortale, cum idem sit in consue. & præscriptio. de cō sue. cap. fina. de præscri. cap. fi. concor. quod post eum dixi super rubrica, & dicam infra e. consanguinei, super ult. glo. quod no. infra e. inter mona. in glo. fi. uer. Item ibi, & 35. q. 11. in summa. §. quia ergo.

ANNOTATIONES.

a ¶In rem iudicatā. Adde Ang. consi. mihi. 306. in quæstione proposita, & Ludo. cōsi. 347. i. col. & Ho. in c. ex literis, de rest. in inte.
a ¶In rem iudicatam. Ex ista glo. apertè colligi potest, quando publicatio attestationum impediat in matrimoniali alios produci, & quando non, & rationem ex his collige, quæ faciunt ad declarationem materiæ. c. iurauit, de proba. & c. series, de test.

SVMMARIVM.

1 *Sententia prætextu consuetudinis iniquæ lata contra ecclesiam retractatur.*
2 *Consuetudines quæ reprobentur, & nu. 6. in consuetudine quæ inspicienda, nu. 4. & 6.*
3 *Veritas pro deo.*
4 *Epilogus, suffragium, & additio, nu. 5.*
Sententia contra ius scriptum qualiter retractetur, ibid. nu. 5.
6 *Consuetudo, ut ualeat uenditio à prælato solo facta ubi inducta.*

CAPVT VIII.

1 Vm causa. Retractatur † sententia prætextu iniquæ consuetudinis lata cōtra ecclesiam. Et pars pri
a ma ponit factum. secūda diffinit[a] ibi, Nos autem [*Inter uos*] capitulū sanctæ Anastasiæ, à quo laici isti petebant domum ex causa uenditionis, Inno. [*Archiepiscopo*] solo sine consensu capituli, Inn. [*Fuisset*] ad petitionem ipsorum laicorum, quibus res non fuerat tradita, secundum. T. & Vincen. [*Inducias*] ad iter irripiendum [*Tibi*] erat forte iste procur. aut syndicus capituli. Inno. [*Arripuerat*] ex aliqua iusta causa impe-
b ditus, Hostien. Sed de hoc non [b] curo [*Consuetudinem*]
2 quæ forsan † erat, quòd ualeret contractus cum solo prælato, ut in glo. & forte, q̄ ex uenditione sine traditione transirer dominium, uel erat consuetudo secūdum Host. quòd infra annum & diem teneatur ecclesia uendere possessionem sibi relictā contra id, quod legitur, de rebus ecc. non alie. cap. fin. uel pone exemplum secundum ipsum per decr. quæ in ecclesiarum, supra de consti. [*Appellationem*] per procuratorem ecclesiæ à sententia lata pro laicis [*Promulgauit*] si dicas, quòd ab ista sententia iterum fuit appellatum, nō ob. iura, quæ uetant tertiò appellare secundum Ab. quia semel fuit appellatum à grauaminе, & bis à sententia
3 [*Veritati*] i. † deo; qui ueritas est, Io. 14. [*Adiudicauimus*] ecclesia ultrò se obtulit petens adiudicari, & probans dominium. uel dic, quòd delegatus executus fuerat sententiam, quare petens ecclesiam reuocari intentata, periit etiam adiudicari secundum Hosti. qui etiam remittit, supra de resti. spo. ex conquestione. ¶ Secū-
4 da † glo. obijcit, & soluit. ¶ *In glo. 2. ibi, cum de consuetudinē*] in consuetudine primo exploratur, an aliquando fue-
5 rit firmata cōtradictorio iudicio. ¶ *In † glo. 1. in fi.*] quare ergo retractatur sententia? sol. quia fuit iniqua, s. q. uenditio teneret, & ex hac causa iterum capitulū appellauit, & ap. fuit prosecutum, & si non appellasset, fuisset sententia retractata: quia contra ius scriptum est, q̄ non teneat uenditio facta à solo prælato, Inno. & hoc de iure communi, si error fuisset expressus. uel per beneficium rest. in intr. si non fuit expressus. ¶ *In glo. 2. ibi, obtinuit*] non obtinuit: quia fuit appellatum
6 [*& ibi, illa † consuetudo*] secundum. T. qui etiam dixit talem consuetudinem esse in multis ciuitatibus Lombardiæ inductam per statuta ciuitatum. & facit, quod no. de solo compe. cap. 2. lib. sexto, quod hic not. Eg. [*& in fi.*] T. & talis consuetudo non ualet, cum grauamen. inducat ecclesijs, supra de constituti. cap. primo.

ANNOTATIONES.

a ¶Diffinit. No. hunc tex. in fi. quia facit ad ea, quæ no. doc. in l. eos, de app. quòd quando reus in causa app. probat, non solum sententia debet esse cassatoria, uel confirmatoria, sed etiam declaratoria, ut fuit hoc in eccle. Vienen. &c. ad hoc. c. cum Ioannes, in fi. de fide instr. uel dic, quòd ideò hic declarauit: quia in medio sententia lata per legatum fuerat executioni mandata: quia possessio domus laicis fuerat tradita, ideo declaratum fuit opus. Item no. hic etiam casum, quòd sententia lata prætextu consuetudinis iniquæ ualet, sed potest appellari, no. in. l. præscriptione, C. si contra ius, uel uti. pub. quærit, & non determinat, Bal.
b ¶Hoc non. Vide Ioan. And. per intellectu istius uerbi in spe. de app. §. nūc breuiter, uer. & no. & in decisio. Rotę cōclusione. 143.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Sententia quæ per appellationis remedium possit euacuari, licet in rescripto remotæ.*
2 *Additio glossarum.*

CAPVT IX.

ENter cæteras. Se summat. & pars huius de rescriptis, inter cæteras. & potest legi, quòd sint duo dicta, ut infra dicam [*Causa*] sup. etiam [*Iniqua*] scilicet contra ius litigatoris, & secundum hoc erunt duo dicta exponendo, quòd statim
1 sequitur [*Euacuari opportet*] scilicet per ¶ appellationis remedium, quod interponi potest, licet sit remota appellatio in rescripto. de hac clausula satis, inf. de app. ut debitus [*Debet stari*] etiam si non fuerit appellatum.
2 ¶¶ *In † glo. 2. ibi, filiusfami.*] si filius. & uide de priuile. dilecti, super 1. glo. [*& ibi, si per imprudentiam*] uide in c. statim alleg. in glo. pen. & se. ibi uide super vlt. glo. ¶ *In gl. vlt. in fi.*] additur pœna. inf. c. cum æterni, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra absentem non contumacem in causa matrimoniali non ualet, & quæ sententia retractetur in contumacem lata etiam matrimonialis, & qui contra eam audiantur, & qui bus obseruatis, ibid.*
Examinatio summaria, &, non uocata parte, facienda ut quis audiatur contra sententiam, & quam, ibid. uer. in decretali uerò.
2 *Matrimonium contrahens lite pendente non excommunicandus, nisi in casu, & quo.*
Factum quod est, nequit non fuisse, ibid.
3 *Absolutio ab excommunicatione quo casu fieri possit cum solo iuramento.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 5.*
Voluntatem suam facto, uel uerbo quis declaret, non interest, §. primo.
6 *Additio glossarum.*
De infirmitate si dubitatur, mittitur medicus ad agrorum, ibid.
7 *Præsens an quis fuisse præsumatur condemnatus per sententiam, remittitur.*
8 *Sententia lata contra absentem an & quando teneat, & quo remedio retractetur.*
De contumace ficto, & uero ubi tractet auctor, ibid. in fin.
9 *Litis pendentia est quædam tacita prohibitio.*
Litigiosa an dici possit res, quæ finita sit per sententiam, à qua non sit appellatum, ibid.
Sententia matrimonialis non transit in rem iudicatam, ibid. in fi.

CAPVT X.

TEnor. Idem in summa, quod decre.
1 lator, supra eo, ti. uel aliter. Sententia † lata contra absentem non cõtumacem in causa matrimoniali non ualet. Cõ
a munis diuisio. secunda ibi, Ideoque [*Absentem*[a]] non contumaciter, uel forte contumaciter; quo casu procedi poterat, supra ut lit. non conte. quoniam. §. 2. tamen quia pro parte mulieris matrimonii non fuit ueritas inquisita, auditur, non ob. sententia. In alia uerò causa non audiretur cõtumax. 2. q. 6. §. sunt quorum. Si uerò non fuit mulier contumax, tunc duplex est ratio, quare auditur. Prima, quia causa matrimonialis, cuius sententia non transit in rem iudi. supra eo. lator quæ ratio locum habet etiam in contumace; secũda, quia contra absentem proferri non debuit, ut in glo. pe. quia non fuit plenè ueritas inquisita, unde dicit, in fra non ob. illicita, & est secundum Gof. Dicebat Inn. si mulier fuit contumax, sententia erit iusta ex ordine. Sed poterat esse iniusta ex causa. quare etiam in ap. auditur mulier; & est hoc in matrimonio speciale, supra co. lator. non tamen sic generaliter audietur ẽt in causa matrimonii: Sed tũc demum, cum iusta causa mouet iudicem ad ipsam audiendam, sicut hic mouit absentia mulieris. Nam si præsens fuisset, & aliud non diceret, non uidetur audienda: aliàs eadem ratione audiretur. 1. 3. 4. & in infinitum, quod esset absurdũ In decre. uerò sequenti mouit iudicem, quòd illa eadem pars, pro qua erat lata sententia, perebat ipsam infringi; & quod sine causa non audiatur, dicit expressum, de resti. in inte. ex literis, summariè tamen, & non uocata parte poterit fieri hæc examinatio causæ. nam de iure est, quòd uterque coniugum contra sententiam matrimonij audiatur secundum Inno. imò secũdum Hostien. & quilibet de populo, & maximè consanguineus, infra c. 1. qui matrimonium ac. posse uidetur, & dicam, infra eo. consanguinei, super ulti. glo. Iudex tamen non debet ad hoc audiendum esse minus facilis secundum Innoc. unde ad suam instructionem de plano quærat causam, quare petit admitti contra sententiam. Host. siue quia modo probare põt, quod prius non potuit. ff. de eden. argentarius. §. fi. de excep. pia. §. pe. lib. 6. siue quia causam ignorauit agi, & tunc absens erat, qui matrimonium accusare possunt. c. fi. siue quancunq; aliam, quam semper ad suum reducat arbitrium, de transac. c. fin. Et in dubio potius admittat. ar. quod legitur & no. infra de appella. cũ speciali. §. fi. uer. excessũ quoque, secundum Hosti. [*Literas*] quæ ualebant, licet de processu non faceret mentionem, cum ipsas nihilominus habuisset, supra de re
2 scriptis, super literis; & sic non obstat, infra eod. inter mona. Host. [*Promulgasti*] Vt dicit Inno. non debuit ex communicari, quia contraxerat: sed si lit. pen. cohabitaret eidem, & monitus non desisteret, excommunicari potuit, infra eo. c. fi. quod autem factum est, nequit non fuisse. ff. de cap. & post. reuer. in bello. §. factę [*A qua*] sententia excommunicationis, Pe. [*Absolutus*]
3 quod fieri † potuit cum solo iuramento, cum simplex esset contumacia, infra de uer. sig. ex parte [*Ipsius*] scilicet mulieris [*Edoceri*] dubitabat, ne transiuisset sententia in rem iudicatam, infra eo. cum inter. §. fi. Hostien. & Abb. [*Causa*] inter hunc uirum, & primam mulierẽ coram iudice, cui papa loquitur, & nisi mulier probauerit intentionem suam, uir adhærebit secundæ, in
4 fra de spon. cum apostolica. ¶ Glo. 3 † dupliciter expo
5 nit subarrhationem. ¶ Vlt. gl. obiicit, & soluit. ¶ *In † gl. 2. ibi, diuus*] uide de cri. fal. c. pe. super 1. glo. ¶ *In 3. glo. ibi, de quibus*] ibi, nihil interest, an suffragio populus uoluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis [*& ibi, obligationum substantia*] uide de def. impube. duo pueri, super 5. glo. ¶ *In gl. pen. ibi, si uerò*] nec reputatur præsens
6 qui per contumaciam deest. ¶ *In † glo. 1. ibi, si prætor, in fi.*] quòd si dubitatur de infirmitate, an excuset, mittatur medicus ad ægrotum. C. de re mili. l. semel. li. 12.
b Goff. & Hostien. [b] ¶ *In glo. 3. in fin.*] secundum Ala. & infra de spon. tua, & de hoc eo. titu. tuę, & de coniu. seruo. cap. ult. in glo. ult. & 43. di. sit rector. ¶ *In glo. pen. ibi, contra absentem*] an † condemnatus per sententiam
7 præsumatur fuisse præsens, ubi aliud non exprimitur, uide in Spec. de senten. prola. §. ut autem, uer. & no. secundum quosdam [*& ibi, non contumacem*] etiam fictũ, ut infra dicam [*& ibi, citra aliquam app.*] Goff. contra, dicens † quod sententia lata contra absentem non contumaciter tenet, nisi appellationis, uel restitutionis remedio releuetur per l. C. quomodo & quando iu. ab eo; & hoc uidetur placere Hostien. tu distinguas inter citatum, qui fictè contumax est, & non citatum. Primo

mo casu uerum dicit Goffr. quod etiam intellexit sic glo. ut patet, infra secundo casu uera glo. & de hoc sa-
c tis. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. §. item ex edicto [c], & in c. caueant, statim alle. [*& ibi, contumax*] uerè, non fictè tantum, de quo dicam super Cle. de do. & contuma.
9 si ante. ¶ *In glo. vlt. ibi, prohibitionem † expressam*] nam de tacita prohibitione præmisit, s. de litis pendentia, secũdum Innocen. [*& in fi.*] sed quomodo dici potest litigiosa, quæ finita erat per sententiam, à qua nõ fuerat appellatum, ut in prin. Dicit Hostien. quòd hoc induxit citatio uiri facta ante, quàm secundam desponsaret, & ideò dicitur lis pendere, & quasi litigiosa esse, de ap. suggestum, & de officio dele. licet. non obstat sententia, quæ hoc casu non transit in rem iudicatã, ut sępius dictum est, facit Clemen. ut lit. pen. cum lite.

ANNOTATIONES.

a ¶ Absentem. Adde, quod in dubio sententia præsumitur lata in absentia, Abb. hic, & in consi. 93. incip. contra sententiam, in 1. uol. adde Bal. in auct. si quis in aliquo, in 3. col. C. de eden.
b ¶ Hosti. De sententia lata contra infirmum, quomodo & quando ualeat, uide Bar. in l. quæritum, alle. in glo. & an ualeat lata pro ipso, ibi per ipsum, & in l. furioso, ff. de re iudi. & quomodo probabitur, uide per ipsum in d. l. quæritum.
c ¶ Ex edicto. Dic, quòd sententia lata contra non contumacem: quia non citatum, non ualet: quia si citatus, & impeditus, tunc ualet, sed restituitur, & ita potest loqui Gof. & hoc in aliis sentẽtijs, quæ transeunt in rem iudicatam. in his autem quæ non transeunt, siue contra absentem, potest retractari, ad hoc uide etiam glo. cum Bertoldus, in uer. remisissent, infra eo. titu. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas quæ dirimat matrimonium.*
Confessionẽ sacramentalẽ quãdo possit publicare confessarius, ibid.
2 *Debitũ reddere nunquid debeat uxor uiro, si alleget impedimentũ.*
3 *Additio glossarum, num. sequen.*
Negatiua probatur, & quibus rationibus, quòd mulier non sit commater, ibid.
4 *Matrimonium ne contrahere poterit allegans mulier impedimentum, & succumbit.*
5 *Matrimonium primum per falsitatem separatum muliere succũbente an alius denuntiare possit.*
Popularis actio quo casu cesset, ibid.
In peccato defendere, uel nutrire nec consuetudo, nec uinculum, neque sententia potest, ibid.
Sententiæ quæ non transeant in rem iudicatam, ibid. & num. 6.
5 *Sententiæ censuræ nunquid transeant in rem iudi.*
Mortæ non soluuntur uincula sententiarum censuræ, secus in matrimonio, ibid.

CAPVT XI.

CONsanguinei. Idem dicit, quod
1 decre. lator, supra eo. & communis diuisio: secunda ibi, Fraternitati [*Compaternitatem*] quæ cõtracta † p baptismum, vel confirmationem in fronte habet dirimere sequens matrimonium, infra de cog. spi. Mar-
a tinus. & c. ueniens, & e. ti. cap. 1. 2. & 3. lib. 6. [*Confessa*[a]] in iudiciali foro, uel hoc episcopus publicauit de uoluntate sua: aliàs cõtra, de officio or. si sacerdos [*Compaternitatem*] quæ scienter, uel ignoranter contra matrimonium præcedens non dirimit, infra de cog. spi. si uir [*Et infra*] concludebat quid habebat facere [*Promulgata*] & cum dolore † debitum reddat exacta, infra
2 de secundis nup. dominus, Ego Vin. contra. s. p non
3 reddet, cum non sit uxor. ¶ *In † gloss. ulti, ibi, testes*] sed quid poterunt isti testes probare. ex quo enim probata est affirmatiua, s. quòd est commater, probans cõtrarium dicit non fuisse commatrem, Sed hæc negatiua est & pura & indeterminata, ergo non probatur. Dicit Hosti. quòd si primi dixerint, quòd mulier leuauit filium, nunc probari poterit, quod non erat filius illius, sed alterius. qui fi. sint le. transmissæ. & c. causam 1. ff. de his qui su. sui, leg. filium. uel testes fuerunt diem, & locum. isti probant illam ea die iacuisse infirmam, nec exiuisse domum, uel fuisse in alio loco remoto. supra de testibus, ex tenore. Quid
4 † si mulier ista agit, & succumbit, nunquid poterit cũ alio contrahere? Dicit Hosti. eam suæ conscientiæ relinquendam, supra de iureiur. mulieri. Quærit etiam
5 Goffr. & Hostien. an † succumbente ista muliere possit alius denunciare primum matrimonium per falsitatem separatum? quod uidetur, infra de cog. spi. tua. Sed contrà, consumitur actio popularis uno agente & succumbente. ff. de popularibus actionibus. l. 3. So. secundum eos semper auditur denuncians uolens fidem facere de errore, cuius fide facta reuocatur male factum, quod nec transiuit in rem iudicat. supra e. lator. Ratio: quia nulla consuetudo, uel pinculum, uel sentẽtia potest peccatorẽ in peccato defendere, uel nutrire supra ti. 1. c. fi. uide, quòd dixi, supra e. lator, super ulti.
6 glo. Quid † de sententijs censuræ, nunquid transeunt in rem iudicatam? quod uidetur: quia trahunt secum executionem, infra de ap. pastoralis. Sed contra: quia semper auditur conquerẽs de iniusta sententia, etiam si non fuerit appellatum, supra de officio dele. cũ contingat, & eadem ratio uidetur in illis, quę in ista, s. periculum animarum. nam pronunciatio iudicis, quòd excommunicatus non sit, non mutat ueritatem, si uerè sit excommunicatus. Item vincula istarum sententiarum non soluuntur morte, de sen. ex. à nobis, & tamen matrimonium dissoluitur, in auct. de nup. §. deinceps, & criminum accusatio. 23. di. quoniũdam.
b unde, si uolo probare ueritatem, non obstante [b] sententia, uideor ad mittendus, ne contra conscientiam illi communicem, supra de temp. or. ad aures. & licet hoc nõ sit uerè expressum, subest tamen rationis idẽtitas, ut sit idem ius, de transac. cap. 1, Sol. dicit Hostiẽ. quòd tales sententiæ quo ad priuatam utilitatem trãseunt in rem iudi. quo ad publicam tangentem periculum animarum non, ar. de excep. pia, lib. 6. & dicit addendum, quod dixi super rubrica, & quod dicam, infra e. cum Bertoldus, in gl. non dicit, in gl. mirabile.

ANNOTATIONES.

a ¶ Confessa. Quid operetur confessio coniugum in causa matrimoniali, adde notata in c. super eo, de eo, qui cog. cõsang. uxoris. Archi. in c. si duo. 35. quæstio. sex. abba. in c. duo pueri, de despon. impube.
b ¶ Obstante. Istæ sententiæ censuræ transeunt in rem iudicatam quod ad hoc, ut post decem dies appellans ab illis non deuoluat causam ad iudicem, ad quem, nec ad metropolitanum potest, si non sit appellatum, de illarum iniustitia querelari. de sen. excom. uenerabilibus, li. 6. & in prin. intellige tamen & limita, prout no. Io. An. in c. ad reprimendam, offi. ord. super fi. glo, hoc ideo dixit quoniã si coram papa uel leg. non possit semper de illarum iniustitia agi, nunquam transeunt in rem iudi. uide in dictis iuribus, de sen. excom. per tuas.

SVMMARIVM.

1 *Collatio surreptitia dicitur, & non tenet, si confert papa contra pronunciationem suam hoc tacito.*
Nominare pro eligere, ibid. duobus in locis.
2 *Electio secunda fieri non debet, nisi cassata prima.*
3 *Archidiaconus an quis eligi possit non promotus ad diaconatum.*
4 *Credere pro scire, & hic æquiparantur quodammodo.*
5 *Per surreptionem quod fit, non ualet etiã aduersario consentiente.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 7.*
Creditor qui recuperauit à debitore, non confert cum aliis, ibid.
Vigilare cuilibet licet pro commodo suo, etiã si alteri præiudicet.
8 *Additio, siue suppletio glossarum.*

Perſonarum qui plurium uices gerit, quando plures uoces habeat, & diſtributiones, eo. num 8.
Duplex ius quis poteſt habere in eodem perſonam, eo. num uer. ſed conſtat.
Geminatio cauſarum geminat ius, ibid.
Cauſæ diuerſæ in origine diuerſæ ſunt in proſecutione, ibid.
Vocem, & portionem duplicem quis, & quando poſſit conſequi, eo. nume.
9 *Non cauſam ut cauſam Papa hic aſſumit.*
Literæ præiudiciales à curia tranſire non debent, ibid. & in earum impetratione qui citantur, ibid.
10 *Sententia in notorijs contra abſentem, & quibus ſeruatis feratur.*
Spoletanorum uſurpatio quæ de ſpectantibus ad eccleſi. Roma. ibid.
11 *Ad electionem qui uocentur iuncta gloſſa.*
Præſentes dicuntur hic, qui ſunt in prouincia, ibid.
Conqueri quis non poteſt de liberalitate in alios, non in ſe, ibid.

CAPVT XII.

1 Vmolim. Caſus. Si † papa contra pronũciationem ſuam beneficium cõſert hoc tacito, ſurreptitia dicitur collatio, & nõ tenet. Et prima pars narrat factum. ſecunda diffinit ibi, Nos igitur [*Nominaſſet*] i. elegiſſet, ſecundũ Hoſt [*Per appellationem*] propter hoc non debuit prouiſio impediri, infra de his, quæ fi. à ma. parte capi. ex ore. §. fina. nam ſufficiebat proteſtatio. ſupra de elec. Cumana [*Anullum*] ſi. de his, quæ fi. à ma. parte ca. ex ore, de conceſſ. præben. propoſuit [*Inueſtiuit*] & male: quia ipſe ſolus non habuit hanc poteſtatem [*Nominare*] i. eligere, Hoſtien. [*Præ-*
2 *ſumpſit*] quia † nec debuit fieri ſecunda electio, prima non caſſata. ſupra de elec. conſiderauimus, & c. auditis, Hoſti. [*Ab utraque*] f. epiſcopi, & præpoſiti [*Caſſabit*] quia neutra tenuit, ut dictum eſt [*Pronunciat*] contra quam pronunciationem poſtea contulit archidiaco natum, ut ſequitur [*Quàm perſonas*] ergo non ſpectabat ad ſolum epiſcopum [*Ipſi*] executores. ſſi. ſupra de reſcriptis, conſtitutis, & c. ab excommunicato [*Ad diaconatus*] ad hunc † ordinem promoueri debebat, de
3 elec. cum in cunctis. §. inferiora. Sed etiam exiſtens in minoribus ad hanc dignitatem eligi poteſt, ſecundũ Inno. quod intelligit Hoſt. diſpenſatiuè, ſupra de æta. & quali. præterea. uel ſecundum cum forte notabatur hoc, quia impediẽte aliqua irregularitate ad illud nõ poterat promoueri; ergo nec in archidiaconum eligi debet, de æta. & qualita. c. 1. [*Procuratoris*] in an.
4 præſtati. P. procu. [*Credimus*] ideſt † ſcimus, ut patet, infra ibi, Liquido. & ſic no. quòd credere, & ſcire idem eſt quodammodo: quia in iſto, & in illo conſcientia eſt ſaluanda, de iureiurando, & ſi Chriſtus, primo reſponſo [*Circunuentus*] quod uiolẽter præſumimus ita, quòd contrariam probationem non admittimus, ſecundum Inno. [*Inhærentes*] de iura. cal. c. 1. [*Non obſtan-*
5 *te*] no. Innocen. quod fit per ſurreptionem, non uale re, etiam ſi aduerſarius conſentiat [*Donationis*] forte faciendæ per illos delegatos papæ, uel forte à papa ſecũ
6 dum Vinc. ¶ Glo. 1. reſpondet per quæſtionem, quo
a modo poterat duas uoces habere, & ſoluit dupliciter. ¶ Glo. 3. no. arguit, & obiicit, ponit opi. Io. quam reprobat; demum ſoluit. ¶ Antepen. glo. alleg. unam concor. ſup. unum contrarium, & tripliciter ſoluit.
7 ¶ Vlt. gl. reſpondet per duas ob. ¶ *In 3. † glo. ibi, publicè*] licet creditori uigilare recuperãdo à debitore, quod debet, nec aliis conferret, ſi ille poſtea efficiatur non ſoluendo [*& ibi. l. ult.*] uide de iudi. cum deputati, ſu-
8 per 1. glo. ¶ *In† 1. glo. ibi, canoniæ*] unde uidetur uelle Inno. q exquo plurium perſonarum uices gerit præpoſiti, & canonici plures uoces habeat; alle. de cle. cum inter. 2. de hoc de elect. cap. pen. §. porro, lib. 6. [*& de ſtipendiorum*] Dicit Vincen. ut ſi ratione præpoſituræ duplicem portionem habebat. no. quia de facto fuit quæſtio per me conſulta. in eccleſia Florẽtina theſaurariа eſt noua dignitas in eccleſia, & habet theſaurarius, licet non alias canonicus, uocem in capitulo, & quotidianas diſtributiones ut quilibet canonicus. ea uacãte aſſumitur canonicus in theſaurarium, qui de ſpeciali iure eccleſiæ, uel diſpenſatione tenet utrũq;. Quæritur, an duplicem uocem habeat, & duplices diſtributiones? & licet æquiſſimũ eſſet, quòd nullus in uno corpore, uel collegio duas uoces. uel duo ſuffragia haberet ſuo iure, ideſt iure ſui unici capitis, uocis naturalis, uel oris: tamen, ubi cõſuetudo eccleſię non apparet, cui ſtaretur, in hoc puto, q̃ ex quo utriq; illorum iurium debetur uox, & diſtributio, habens licitè illa duo iura, duplicem uocem, & duplices diſtributiones habebit; & ſic intelligo dictum Inn. cum non ſit iuri contrarium, unũ diuerſo iure diuerſis uti ſuffragiis maxime realibus. i. quæ ſequuntur, & debẽtur ex illa, etiam ſi dicantur iura hominis iure. facit infra de decimis, paſtoralis, Clemen. de cenſi. c. 1. ff. de contrahen. emp. alienatio, & l. ſi aquæductus. ff. ſi ſeruitus uen. l. pen. de actio. emp. l. creditor. §. fi. de leg. 3. præ-
b diis. §. pen. & ult. de ſerui. ruſti. præd. l. pecoris, & l. una. §. ſi funus. ff. de reg. iuris, in omnibus cauſis. ubi uerò ex dignitate, perſonatu, uel officio q̃ ſe ſine canonia non haberet uocem, talis habens illud officiũ, dignitatem, uel perſonatum cum canonia unicam uocem habebit[b]: & meritò, quia unicũ ius habet, cui ſit uox debita; & ſic eſt in eccleſia Boñ. ubi Archidiaconus, & archipresbiter nõ canonicus non habet uocem in c. exiſtẽs ergo Archidiaconus, & canonicus unicam uocem habebit, ut ſic habens duo iura, quorum alteri ſoli debetur uox, utatur ſola uoce, & hoc caſu licet quandoque duplicem habeat de conſuetudine portionem; ex tali tamen duplicatione redituum uoce duplici non utetur; & ſic intelligo glo. & hoc ſecundum eſt indubitatum. Primum autẽ bene probatur per prædictam decre. pe. §. porro, de elec. lib. 6. & ſup.
c de elect. ſcriptum[c]. bene facit, quod dicimus filium rogatum reſtituere, detrahere duas quartas, infra de teſta. Rainutius. & optime faciunt iura, quæ ibi allegabo pro opi. Mar. ſuper glo. antepen. & quæ ibi no. Cum ergo iura geminata concurrunt in perſonam unius, fungatur quo ad illa uice plurium, cum ſint actus conſonantes, non repugnantes, uoluntarij, non contentioſi. facit quod no. ſupra de proba. ex literis, ff. de adop. ſi conſul, & l. duorum. ff. de operis libe. Si autem huius dicti efficax ratio, quæ ſumitur ex l. generaliter, ff. de fideiuſſ. quia ſi dicis talem unicam uocem habere, quæro, quæ ſit illa, qua utitur, & quæ ſit illa, quæ confunditur? Sed conſtat, quòd non eſt ratio plus unius, quam alterius confundendæ; ergo duret utraq; ad idem etiam. ff. de act. empt. non eſt nouũ, & quod ibi no. de le. 1. ſi mihi, in prin. de duobus reis, ſi reus, & de fide inſtru. ſi reus, de ſolutio. ſi duo. Item uideo, quòd in eundem libertum poteſt quis habere duplex ius, ſcilicet ut patronus, & ut filius patroni. ff. de bonis liber. l. ſi filius, de fideiuſſ. lib. ſi filius, §. erit. Et geminatio cauſarũ geminat ius. ff. de pecul. leg. l. dominus. §. dominus, de ſtipul. ſer. l. 4. Item cauſæ diuerſæ in origine diuerſæ ſunt in proſecutione, & effectu. ff. de priua. delic. l. nunquam, de execu. rei iud. ſi mater, §. 1. 2. & §. eandem, & l. & an eadem, in prin. ſic & in iureiu. ff. de iureiu. l. duobus. §. exceptio, & §. ſi quis iurauerit, & §. quæ iurauit. Concludo ergo, q̃ ſicut ille habens prædicta in diuerſis eccleſiis duplicem uocem, & portionem, haberet. facit quod not. infra de præben. quia in tantum, & ſicut duo habentes

tes prædicta in ipſa eccleſia, duplicarentur prędicta; ſic & iſte fungens uice duorum, licet in una eccleſia, prædictas duplicem uocem, & diſtributionem habe-
d bit[d] [*& in fi.*] & cap. ſcriptum. ¶ *In glo. 2. ibi, ualebat*] ſecundum antiquos canones ualebat. 60. diſt. ca. 2. ¶ *In glo. 3. ibi, quòd non ualeant*] idem hic Inno. qui notat illas ſurreptitias. uide, quod poſt eum dixi, ſupra de reſcriptis, cum dilecta, in glo. dicuntur [*& ibi, non eſt uerum*] &
9 ſecundum hoc † aſſumit papa nõ cauſam ut cauſam. ſic, ſupra de elect. bonæ. 2. [*& in fi.*] nec aliter præiudiciales tranſire debuerunt, & Hoſt. dicens & curiã hoc ſeruare, quòd quando procurator eſt præſens, non ſufficit generalis citatio in audiẽtia, ſed fieri debet ad hoſpitium. ¶ *In glo fi. ſupra ibi, ſurreptione*] idem no. 35. q.
10 9. ueniam [*& in fi.*] Vnde dicebat Hoſt. hic apertè colligi, quòd in notoriis fertur ſententia contra abſentẽ, non dato libello, nec lite conteſt. ad idem de elec. dudum. §. 1. ff. de accu. ſi conſtiterit, de app. cum ſit Romana, in fin. de dolo, & contu. cum olim. §. uolentes. quod locum habeat, ubi aliqui ciues, uel alij res Ro. eccleſiæ iniuſtè detinent occupatas. & ſic dicit Vrbanum pronunciaſſe contra Spoletanos tenentes quãdam terram, quæ dicitur Aruulfor, ſpectantem ad ec cleſiã Ro. aliqui dicerent, q̃ locus erat præcepto, non ſententiæ. Alij, quòd inter iſta non erat uis. inf. de uer. ſig. in his, de alia uſurpatione Spoletanorum dicam, infra de pur. vul. cap. 2. ad id, quod dixi, adducitur. ff. de ſeruis fugi. diuus, & de officio procu. Cæl. fi. ergo potuit hoc eſſe notorium. Ratio huius proceſſus. interfuerat enim Inno. papa tunc cardinalis cum aliis cardinali. prædictis tunc habitis per Cęleſtinum ſecũdum Inno. Alia ratio, quòd quæſtio erat beneficialis; parum ualet ex quo reus non erat contumax, ſecundum Hoſt. qui etiam remittit, infra de appel. cum ſit,
11 in fi. ¶ *In glo. ult. ibi, non† uocentur*] infra de præben. cum in eccleſiis, li. 6. & quomodo hæc littera intelligatur, ibi not. ſ. quòd hic præſentes dicuntur, qui ſunt in prouincia, uel talis erat conſuetudo. uel dic etiam ſecundum Hoſtien. quòd forſan hic erat deuoluta collatio ad papam, quam reſtituit pręſentibus tantum; nec de hoc alii conqueri poſſunt, ad hoc. C. man. l. in re mandata, & infra ut eccleſia. bene. c. uno.

Ordines eiiam minores à proprio epiſcopo requirendi, ibid.
Tonſura prima etiam ab eo recipienda, & à quibus abbatibus conferatur, ibid.
5 *Chriſma à quo conficiatur, & recipiatur.*
Letaniæ ſpectant ad ſpiritualia, ibid.
6 *Confirmatio differt à priuilegio confirmatorio.*
Teſtimonium meum an mihi præiudicet in alienatione iuris mei, & quod, ibid. ad uer. ſub teſtimonio.
Conſenſus tacitus non prodeſt in alienationibus, & quo caſu expreſſus, ibid.
7 *Contractus, qui fiunt inſcriptis, non ualent, quouſque inſtrumentum in mundum fuit receptum.*
Aſcribere ſibi bona non dicitur prior, qui ſubſcribit conceſſioni ſibi factæ, & ratio, ibid.
Prior monaſterij quæ poſſit facere pro ſua eccleſia, ibid.
8 *Manualis obedientia quid.*
9 *Subſtantiuorum duorum recti caſus alterum reſoluitur in genitiuum rectum ab altero.*
Et, copula reſoluitur cum ſubſtantiuo ſequens in genitiuum, ibid.
Priuilegia à primo dependentia non ualent, ſi nullum eſt: aliàs, ſi ſint nouæ conceſſionis, ualent, ibid.
10 *Succeſſores cenſentur eiuſdem iuris, cuius & litigantes.*
Epiſcopale ius epiſcopus à ſe non poteſt abdicare, ibid.
Sententias ſuas an reuocet ordinarius, delegatusque iudex, ibid.
Quæ tranſeant in rem iudicatam, quæ non, remiſſ.
11 *Contra ius litigatoris iudex ſi pronunciat, contra ius ſcriptum pronunciat, ſed non expreſsè, & quando teneat pronunciatio contra ius ſcriptum.*
Cauſa altera ex duabus ſi noceat, altera ſi non nocet, actus tenet, ibidem.
12 *Sententia lata ſuper parte petitorum, uel ſuper certis capitulis, cum de pluribus ſit actum, an ualeat. & an ſi ualet condemnando in parte, uel in certis, uideatur in reliqua parte, uel reliquis abſoluiſſe, ibid.*
13 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 14.*
Subſcribere quis poteſt per ſe, uel alium, & nu. 15. §. 2.
Sententia quibus noceat, §. in glo. ſecus.
Veritas rerum errore geſtorum non uitiatur. §. fi. & nu. 17.
15 *Additia, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
16 *Sigillum idem eſt, quod anulus apud leges.*
Præſcriptione non iuuari nos, multa poſſunt obſtare, & quæ, eod. num. §. in glo. quia dona.
17 *De geſtorum uaria ſignificatione, remittit.*
Geſtis magis credendum eſt, & quando, ibid.
Pro proceſſu non ſemper præſumitur. & quibus caſibus, ibid.
Antiquum factum ad præſumptionem proceſſus quid, ibid. in fi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Duas uoces. Adde Cardi. conſi. 4. & de iſto conſi. facit mentionem Bald. hic, & Ludo. conſi. 25. incipien. uiſo facto.
b ¶ Habebit. An autem ponderoſior ſit iſtorum uox, quàm aliorum canonicorum, uide hic in glo. & in c. poſtulaſtis, de conceſſ. præben. per gloſſ. & Io. And. in c. ſcriptum, infra allega.
c ¶ Scriptum. Vide Io. And. in gl. procuratores datos. & per ipſum, eo. titu. cum eccleſia, ſuper glo. 2. & in c. pen. de appel. lib. 6.
d ¶ Et diſtributionem habebit. uide d. Fede. conſi. 120. incip. quæſtrum eſt, & But. & Innocen. hic.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra ius litigatoris, ualet, ſi ab ea non appellatur intra decem dies.*
2 *Contra poſſeſſorem in ſubieſtionis cauſa agitur, niſi in caſu, & quo.*
3 *In ſubiectionis controuerſia libellus generalis, & qualiter conceptus ſufficiat, & quæ probanda, & quæ ueniant.*
Subiectionis iudicia quot, & quæ, ibid.
Epiſcopale ius in quibus retineat epiſcopus, licet abbas aliqua epiſcopalia habeat, ibid. & poteſt ab abbate præſcribi, nume. 4. in fine.
Pleno iure ſpectare eccleſia quando dicatur, ibid. & ad quem, nume. 5. in fine.
4 *Inueſtitura pro corporali poſſeſſione, & ad archidiaconum ſpectat.*
Fidelitas pertinet ad temporalia, ibid.

CAPVT XIII.

1 Vminter. Caſus. Valet ſententia lata contra ius litigatoris[a], ſi ab ea, infra decem dies non fuerit appellatum. Et prima pars narrat proceſſum, & a
2 iura huius partis. ſecũda diffinit, diffinitionis, cauſam præmittens, ibi, quãuis forte [*Proculi*] & ideò hic agi † contra clericos: quia nemo in eis hoc poſſidebat, aliter contra poſſeſſorẽ ageretur, ut no. de maio. & obe. inter quatuor, de præſcriptio. auditis, & c. cum olim,
ctum est,ex quo de ipsa constat siue per tenorem sen-
tentiæ,& acta,ut hic, de restitu.spoliat.cum ad sedem,
ad fi.ad hoc supra eod.causam: siue,quia aliàs liquidũ
11 est,supra eo.cum olim [*In illa*] collige † secundum Ho-
stien. quod fatuum est in sentẽtiis exprimere causam;
de hoc supra eodem sicut.Item collige,quòd in causa
appellationis exprimitur causa, quare prima reuoca-
tur,ut ibi not. [*Possessione*] sufficeret enim possessio,se-
cundum Pet.infra de iure patro.consultationibus, su-
pra de electio.querelam [*Acceperunt*] non tanquam iu
ris patronatus possessores,sed ut in sortem illos cõpu-
tarent, secundum Vinc. [*Tum quia*] secunda ratio [*At-
testationes*] quas nec uidit archiepiscopus, ut sequitur
12 [*Probasse*] & sic debuit † obtinere,de probati.ex literis;
& ob hoc corrigitur sententia [*Tum etiam*] tertia ratio
[*Partis*] scilicet illius B.clerici.& not.T.presbyteri [*Irri
tandam*] non dicit,Irritam.imò si in talib.sententijs non
appelletur,transeunt in rem iudicatam,cum latæ sunt
solum cõtra ius litigatoris,supra eod.cum inter:secus,
si expresse contra ius scriptum, supra eod.capi.1.uel si
contra ius litigatoris, & communis boni republicæ,
ut quia dicitur quis promotus simoniacè, argum. in-
fra de simo. tanta, & quod ibi nota. & in causa matri-
moniali,

moniali, & aliis, quibus seruata sententia damnarẽtur
animæ: quia & tunc uolens probare contrarium,sem
per auditur;de hoc supra eo.consanguinei. Idem,si di-
catur lata cõtra ius litigatoris & boni iudicialis reipu-
blicæ;puta per falsos testes,uel falsa instrumenta,infra
eod.cum I.& A.tunc enim nulla est in ueritate, sed ali
qua in opinione;& de hoc dixi de except.cum venera
bilis,& his duobus ultimis casibus statur sentẽtiæ,do-
nec fuerit nulla pronunciata, supra de fide instru. ac-
d cepimus.propter quæ not.hic Hostiẽ.quatuor casus [d].
Vnus est, quando sententia est iniusta contra ius liti-
gatoris,& transit in rem iudi.& sine peccato seruatur.
23.q.4.qui peccat.quãdoque est nulla,nec seruatur;ut
si expresse contra ius constitutionis lata sit,supra cap.
primo, quandoque nulla est, sed seruatur, donec &c.
vt prędixi.quandoque nulla est,& transit quasi in rem
iudic. ut si dicitur lata per falsos testes, & triginta anni
sunt lapsi;de hoc in prælleg.decreta.cum uenerabilis
13 [*Memorato. T.*] uidetur † mirabilis hæc sententia,cum in
princ. pateat sacerdotẽ pręsentatum & repulsum egis-
se contra clericum institutum, & possidentem, & hic
Papa adiudicat ecclesiam presbytero nõ confirmato;
& certum est non confirmatum administrare nõ pos-
se,de electio.qualiter,de præben.cum iam dudum.Di
cit Innocent. quòd presbyter primò petijt institui per
diœcesanum, repulsus petijt hoc à legato,qui legatus
discretè agens,ut dixi supra de transactio.decætero, in
glos.not.quòd si quis,uocauit D.possessorem,qui ex-
cepit petitionem presbyteri repellendam propter suã
canonicam præsentationem & institutionem,& alle-
gauit locum non uacare,de concessio.præben.cap.1.
presbyter e contra negabat illum canonicè præsenta-
tum: quia per non patronum, dicens suam præsenta-
tionem factam per uerum patronũ:& quia mota hac
quæstione finaliter.T.probauit intẽtionem suam,Pa-
pa adiudicat illi ecclesiam,per quod intendit illũ con
e firmasse, uel instituisse [e], cum non sit uis in uerbis, de
uerbo.significa.in his.Nam,vt dicit Hostien.sententia
principis plenum ius confert, nec aliis adminiculis e-
get.C.de sen.pass.l.1.& fi.& C.de testam.omnium.ff.de
manumissio.l.apud eum.uel dic secundum Innocen.
ꝙ presbyter ab initio petijt suam electionem cõfirma
ri per legatum,non obstante præsentatione, & confir
matione facta de possessione, q̃ non tenebant. in hoc
casu bene debuerũt admitti probationes istius.T.non
solum super non canonica repræsentatione possesso-
ris,sed etiam super sua canonica.alioquin, quantum-
cunque constaret possessorem minus canonicè insti-
tutum, nunquam adiudicaretur ecclesia petitori, nisi
de iure suo probaret: sed potius esset possessor absol-
uendus, argum.ff.si usufr.petatur, uti frui.1.responso,
& in eo, quod leg.& not. supra de probatio. ex literis,
secundum Innocẽ.uel si uelis sic dicere, speciale est in
beneficijs,quod male institutus ex officio remoueat,
ex quo cõstat de minus canonica institutione; & ille,
qui ius habet,instituatur,ut patet in eo,quod le.& no.
supra de officio vica.capit.1.§.fi.supra de cleric.pereg.
cap.fi.infra de instit. cap.2.ad minus pro petitore non
dabitur sententia,nisi & de iure suo probet,ut patet in
eo,quod leg.& not.supra de rescrip.olim,ad finem, se
cundum Hostien.sed & secundum Innocen.probatio
nes. T. super mala præsentatione possessoris non sunt
admissæ, nisi ad hoc, ut iustificetur præsentatio ipsius.
T.unde si.T.nõ iustificasset suam pręsentationem,uel
si non probasset ipsam canonicã,non prodessent pro-
bationes suæ super mala representatione possessoris
habitæ,quãtum ad ipsam cassandam: quia nec ad hoc
fuerant inductę;& ideo videtur,quòd tales petitiones
nõ essent admittendæ inter huiusmodi representatos,
Peto electionem meam cõfirmari, & electionem ad-
uersarii cassari. inter præsentatos potius dicetur, Peto
præsentationem admitti,& me institui &c.vt etiam di
cit Guil.in uersicu.quem statim allegabo,in si.Nam si
super tali petitione contestetur lis, ex quo principali-
ter petitur cassatio. esto, quòd actor nõ probet in hoc
de iustitia suæ electionis: tamen cassanda erit electio
aduersarii, dũmodo probet aliquid, per quod debeat
cassari,licet actor forte,uel ad hanc petitionẽ non fuis
set admissus nisi ratione iuris sui:quia & multi sunt, q
repelluntur,ut not.infra de accusa.super his. hoc & to
tum,quod sequitur in hac glo.uide in Specul.4.parte,
de electio.§.1.pen.col.uersic.si verò duæ.& ibi;placet,
quod statim sequitur, scilicet,quòd tales petitiones ad
mittantur;alleg.de electio.dudum.1.in fi.& capi.con-
gregato,de causa possess.cum ecclesia,in fi.cum enim
sententia debeat conuenire petitionibus,ex sententiis
latis in prædictis iuribus patet petitiones fuisse tales.
Redeo ad uerba Innoc. secundum quem quidam di-
cũt,quòd & talis petitio admittenda est:sed tamen iu-
dex non cassabit electum reum,nisi actor probet intẽ
tionem suam.est simile,quod dixi de offic.deleg.cum
contingat,in gloss.quia melius. Sed & quicquid dica-
tur,& not.infra de iure patro.cum dilectus,& hic,hoc
debet aduertere discretus & diligens aduocatus,quòd
quando datur talis libellus, Peto electionem meam
confirmari,& electionem aduersarij infirmari, statim
contradictor potest dicere, Exprimas, quo iure petis
electionem tuam confirmari, & meam infirmari. Si
dicat actor, Peto meam cõfirmari,quia canonica est,
statim potest subiungere contradictor, Charissime,
multi sunt modi canonicæ electionis,scilicet per scru
tinium,per compromissum,supra de electi.quia pro-
pter.quandoque etiam elegit quis iure suo:quandoq;
iure deuoluto,supra de electio.bonę.I.& C.cum Vito
nen.& cap.ne pro defectu.certifica ergo me de his, ut
deliberare possim.ff.de edend.l.1.& patet in eo, quod
leg.& not.supra de libelli obla.cap.2.& 3.uerumtamẽ
modica uis est in hac parte, & ei secundum simplicita
tem canonicã non tenetur actor istos modos electio-
nis suæ exprimere:sed sufficit,quòd simpliciter propo
nat electionem suam canonicam; & ideo petit ipsam
confirmari.argum.in eo, quod leg.& not.supra de iu-
dic.dilecti.¶ In secunda uerò parte libelli,in qua peti-
tur electio aduersarij infirmari, est magna uis facien-
da,& ualde utile est, quòd petatur exprimi causa cassa
tionis: quia si exprimat talem causam, quæ uergat in
præiudicium ipsius actoris, puta quia facta est de ho-
mine illiterato,uel irregulari,uel criminoso,& ideo e-
lectio de ipso facta nulla est,& per cõsequens electio-
nem de actore factam quamuis subsecutam non po-
tuit impedire,audiendus est,supra de elec.cum in cun
ctis,& cap.congregato,infra tit.1.constitutis,idest sin-
aurem exprimat talem causam,quę quamuis legitima
sit,tamen nõ interest sua,ut si dicat eum ineligibilem,
uel cassandum propter irregularitatem,uel crimẽ ali-
quod,sed non subiicit,in quo sibi prosit, uel obsit cas-
satio, non recipietur hæc secunda pars libelli huius;
& si recipiatur, restringenda erit sententia ad pręiudi-
ciũ, uel utilitatem actoris, ut prædictum est: si tamen
hoc fieri possit.alioquin, si hoc fieri non possit, & in-
ueniatur electio iam confirmati cassanda, cassabitur,
& imputet sibi reus, qui talem libellũ recepit, & acto-
rem non repulit, quod ante litem contesta.facere po-
tuit,& non fecit.C.de anna.exceptio.l.fina.institut.de
exceptio.§.fina.secundum Innocen.Sed quicquid di-
cat Innocent.dicit Hostiens.quòd quilibet canonicus
potest petere cassari electionem electi minus canoni-
cè in sua ecclesia, uel quòd remoueatur prælatus mi-
nus canonicè institutus,esto, quòd petens non sit ele-
ctus, uel non intersit sua quò ad priuatam utilitatem.
sufficit

ſufficit enim ei publicũ intereſſe; ut patet in eo, quod leg. & nota, ſupra de electio. ſtatutum. quinimo uidetur, quòd non ſolum canonicus, ſed etiam patronus, nec non & parochianus cuiuslibet eccleſiæ in hoc ſit admittendus, ſaltem propter periculum animarum, argumen. 16. quæſt. ſeptima, filiis, & in eo, quod leg. & nota. infra de rebus eccleſiæ non alienan. ſi quis preſbyterorum, ad finem, & infra de cohabi. cleric. & mulier. ueſtra, & ſi non dirigendo actionem contra electum, ſiue prælatum, ad minus tamen quo ad denunciationem ſuperiori faciendam. argument. ff. de offic. præfect. urb. l. 1. §. quod autem dictum eſt, & inſtitu. de his, qui ſui iuris ſunt. §. fin. & ſuperior ad talem denunciationem, ut hic, inquiret ſecundum Hoſtien. ſ. qui & ſine aliqua denũciatione ex puro & mero officio ſuo idem facere poteſt, ut patet in eo, quod leg. & nota. infra de ſimo. licet Hely. quidam tamen ſecundum Innocenti. dicunt, quòd non eſt admittendus talis libellus, Peto cõfirmari talem electionem, uel proceſſum meum, non obſtante electione alterius, uel proceſſu. uel peto electionem meam cõfirmari, & electionem aduerſarii caſſari. & ponunt exemplum in ſimilibus dicentes, quòd nec talis libellus eſſet admittendus, Peto talem fundum, non obſtante aliqua traditione, uel uenditione aduerſario facta, uel peto centum ex cauſa mutui, non obſtante pacto de non petendo, uel nõ obſtante ſententia contra me lata ſuper hoc: ſed certe iſti minus bene dicunt. nam omnes iſti libelli recipiendi ſunt, ut talis colligitur. ff. de priuileg. credit. imperatores. ff. quod metus cauſa geſtum. ſecundo §. uolenti, & lege ſi mulier. §. fina. & ſequen. quia & ueteres actiones utiliter competunt, quamuis extinctæ ſint. ff. ſi ex noxali cauſa agatur, lege ſecunda. §. fina. ff. de capitis dimi. tutelas. §. ſi libertatem. C. ſi aduerſus tranſactio. l. 2. C. de acceptila. l. finali. & hoc idem dicendum eſt in reſtitutione in integr. ut ſupra de reſtitutio. in integr. ex literis. In omnibus tamen iſtis cauſa exprimenda. eſt in libello, ſcilicet quare nulla ſit electio, uel proceſſus, uel uenditio, ſiue pactum, uel etiam ſententia: quia cauſa ſemper exprimenda eſt in libello, ut patet in eo, quod leg. & nota. ſupra de libelli oblatio. capitulo finali, & quia ſi ſuper prædictis officium iudicis imploretur, ipſum nõ debet impendere, niſi & iuſta cauſa exprimatur, de qua eſt cognoſcendum, ut apparet. ff. de mino. l. 1. §. prætor edixit, & l. ita eſt. 1. & 2. dicunt tamẽ aliqui, quod in talibus libellis prius eſt cognoſcendum de ſecunda parte libelli, quàm de prima. Sed tu dicas, quod de utraque cognoſcetur ſimul, ut not. ſupra de reſtitutio. in integ. ex literis, & argumen. C. de loca. & conducti. l. ſi conductoris, & l. ne cui, & l. conductoris. prædicta locum habent, ubi aliquid accreſcit actori ex dicta adiectione; & hoc etiam debet exprimere in libello. alioquin, ſi in libello non exprimat, quid ſibi accreſcit, nunquam eſt recipiendus libellus
g cum adiectione, quæ aduerſario obeſt, & ſibi nõs prodeſt, argum. ff. de rei uend. in fundo, & in eo, quod leg. & not. ſupra de reſcriptis, plerum que. §. cum igitur, in princip. & hoc idem dicendum eſt de poſitionibus, & probationibus ſuper eiſdem faciendis, & ſi de ipſis nihil contineatur in libello, ſecundum Innocen. & addehic, quòd de ſuperfluis & oneroſis poſitionibus, & probationibus nota. ſupra de electio. bonæ. 1. §. contra legati, & de officio deleg. cum contingat. §. 2. & 3. ſecundum Hoſtien. & ſatis de confeſſi. capitu. 1. & 2. libro 6. [*adiudicantes*] uide, quod dixi, de reſcript. mandatum,
14 in ultima columna. ¶ Tertia † gloſſa obiicit, & ſoluit. ¶ Quarta glo. reſpondet per obiectionẽ. glo. alioquin ſignat. primi, & ſoluit. ¶ [*Glo. ſed qualiter potuit*] obiicit, & ſoluit. ¶ [*Glo. ſed qualiter deleg.*] obiicit, ponit opinionem, & ſoluit. ¶ Antepenultim. gloſſ. obiicit, & ſoluit.

h ¶ Vltima gloſſ. reſpondet per quæſtionem, an ſcilicet ius patro. tranſeat cum uniuerſitate in creditorem h, allegat pro, & contra, & quid ſentiat, non apparet. ¶ *In*
15 † *gl. 1. ibi, dolia*] hanc & prædictam uide infra. ſuper ult. gloſſ. ¶ *In glo. 4. ibi. §. ex eo*] uide ut lit. non conteſt. quoniam, ſuper glo. ſi non poteſt. ¶ *In glo. ſed qualiter potuit, ibi. l. 1.*] non poteſt quis reuocare ſuam, uel prædeceſſoris ſententiam; quod ſi fecerit, non eſt neceſſe appellari [*& ibi. §. ult.*] præfectus urbis, & magiſtratus, & præfectus prætorio reſtituunt contra ſententias ſuas [*& ibi. l. 4.*] ſi accuſatore abſente non contumaciter abſolutus eſt accuſatus, eo nõ obſtante, apud eundem uel ſucceſſores cauſa tractatur. ¶ *In glo. antep. ibi. una eſt uia*] uide ſupra titulo primo, auditis, ſuper gloſ. penultima [*& ibi. §. 1.*] ſi conductor uendit rem, & eam ab empto re conducit, & uterque mercedem ſoluit, primus locator per conductorem poſſeſſionem retinet [*& ibi. §. ult.*] uide de obſer. ieiu. capitu. primo, ſuper glo. prima. ¶ *In ult. gloſ. ibi, in modicis*] emptioni maioris partis accedit modicũ loci ſacri, uel religioſi [*& ibi. alta*]. ſ. aquæductus fiſtulæ, per quas ducitur. hoc dicũt primæ duæ leges, ſcilicet dolia, dicit, quòd uenditis horreis dolia in horreis deſoſſa tranſeunt, ſi non ſint nominatim excepta [*& ibi, cum uniuerſitate*] ueluti in hæredem mariti, ut in hac l. [*& ibi, ſed an uia*] ualet pactum, quòd creditor utatur uia, & actu, uel aqueductu, quàmdiu precium ſibi ſolutum non ſit: ſed dicit Petr. & Abb. quòd melius facit. l. præ. ſi is qui. ff. de pign. ubi creditor tam diu pignus tenet, quàmdiu pecunia ſoluatur, & in uſuras fructus computat, ſiue illos percipiat, ſiue locet, ſiue inhabitet [*& ibi. l. 1.*] ſi amicus debitoris abſentis extra emptionem liberauit pignora, ius priſtinũ reſtituitum eſt domino. & l. 2. ſi creditor pignus obligauit ſecundo creditori, debitor ſoluendo, quod debebat, pignus recipiat [*& ibi, uerſicu. cum urbem noſtram*] ad eum, cui princeps urbem committit, pertinet, quicquid cõmittitur intra urbem, uel intra centeſimum miliare, [*& ibi, obligatione*] hanc & duas ſequen. uide de priuile. paſtoralis, ſuper ult. glo. [*& ibi. l. 1*] uide de iureiurand. ueniens, ſuper gloſ. 2. [*& ibi, inutilis*] reſpicit experientiam, ut quia conſtituitur ſeruitus de aqua ducẽda per fundum, qui uenditur, cum tamen id nõ expediat cõ-
16 ſtituenti, ut hac l. ¶ *In* † *glo. 3. ibi, paſtoralis*] dicebat Ioan. non fuit obiectum, uel agebat. ut procurator in rem ſuam [*& in fi.*] de electio. dudum. 1. & 2. dicebat Hoſt. quamuis laici de gratia tolerentur in iure patro. tamẽ quãdiu tolerantur, præſentatus per eos habet ius non adminiſtrandi, ſed petendi inſtitutionem. donec aliu s præſentatus admittatur: ſed admiſſo. 2. perdit primus ius petendi inſtitutionem, & agit de iniuria contra ordinarium, qui illum repulit, ut in cap. paſtoralis. ubi ve rõ diuerſi à diuerſis in eadem uacatione præſentãtur, ſed ſemel tantum. potior eſt præſentatus à uero patrono; adeo, quòd remouẽt inſtitutum ad præſentationẽ alterius, ut hic, niſi forſan ex quaſi poſſeſſione putatiui patroni ille iuuetur. de iure patronatus, conſultationibus. Sed Innocẽ. dicebat hic patronum poſt præſentationem per ſe factam ſuperiori nõ poſſe uariare cũ effectu, ſicut nec poſſulans. de poſtu. bonę. 2. ex quo ſequitur, q̃ ius habet præſentatus ſaltem ad implorandũ iudicis officium pro inſtitutione eccleſię, maximè qñ uacat, uel habenda eſt pro uacante: quia inſtituras nõ eſt in ea canonicè inſtitutus, ut hic. & idẽ putat in poſtulato, poſtquã ſuperioris conſenſum haberet, quòd poſſit tale officium implorare; prius nõ: ſecus eſt, ubi eſſet alius inſtitutus ad ſecundam præſentationem patroni etiam cum iniuria primo præſentati, infra de iure patron. paſtoralis. tunc enim ſi non uacet eccleſia, implorationi iudicis officii nõ eſt locus: ſed ubi alius non præſentauit, uel præſentauit, & inſtitutus non eſt,

uel

uel minus canonicè habet locum imploratio iudicis officii, ut dictum eſt. nec ob. quod quidam opponunt dicentes, patronus poteſt mutare præſentatum. ergo, dicunt ipſi, præſentatus non poteſt petere eccleſiam. non enim dicimus, ſicut & præmiſimus, quòd præſentatum poſſit mutare ſine ſuperioris licentia, & etiam epiſcopus, qui non admittit idoneum, peccat, & exinde ei remanet obligatus, infra de iure patro. paſtoralis.
f ed nec ſequitur hoc argum. patronus poteſt uariare, ſiue mutare uolũtatem ſuam, ergo præſentatus ab eo non poteſt agere, ſicut & uides in uenditore, qui rem
k uni uenditam alii uendere poteſt; & tamẽ antequam alii ipſam uendat, pœnitere poteſt k. ſiue enim uenditor pœniteat ipſam uendendo, & tradẽdo alii. C. de rei uenditi. quoties, ſiue non; ſemper tamen emptor contra ipſum actionem habet. ff. de actio. empti. & uendit. ex empto, & de hoc ſupra de fide inſtrumẽ. cum Ioan. in gloſſ. 2. & ſuper ea dic, ut dicam infra de iure patro. cum autem, quòd patronus laicus nõ uariat, ſed accu
17 mulat; & ſic ceſſant aliqua ex prædictis. Sed q̃ dices, ſi epiſcopus inſtituat alium, quàm repreſentatũ à patrono? Reſpon. caſſabitur inſtitutus ab epiſcopo. 16. q. ſeptima, decernimus, nec ob. infra de iure patro. paſtoralis: quia ibi loquitur, quando ſecundò præſentatum ab eodem patrono inſtituit. nam & patrono uariare licuit, ut ibi. ſed nec ob. ſupra de officio legati, dilectus. reſponde enim, ut ibi not. Alij dicunt, quòd agit tanquam procurator in rem ſuam. & eſt hic expreſſum, q̃ ſi epiſcopus ſine repreſentatione patroni aliquẽ inſtituit, factum epiſcopi caſſatur, infra de iure patro. illud, uel dic hoc contigiſſe, quia conſtat inſtitutorem erraſſe, uel in facto, uel in iure. nam habens rem obligatam repreſentare non poteſt. Inſtitutor autem contrarium credebat, & ideo eius præſentatum admiſit, ſecundum Inno. unde ſecundum Hoſt. per conſequens patet, quod in iure errauit; quare proceſſus eius eſt reuocandus, ut patet in eo, quod leg. & not. infra de conceſſio. præben. ex parte Aſten. Illud autem indubitatum eſt, quòd inſtitutus ab ordinario ſine repreſentatione patroni regulariter eſt ab eccleſia amouendus, ut hic patet, & 16. q. 7. decernimus, infra de iure patro. illud. regulariter ideo dixi, quod fallit in caſibus, puta propter delictum patroni, quiminus idoneum preſentat; quod dic, ut plenè not. ſupra de ſuppl. neg. prælato. cap. 2. §. fin. uel propter eiuſdem negligentiam, ſcilicet quando infra quatuor, uel ſex menſes non repreſentat; quod dic, ut leg. & not. infra de iure patron. cap. 1. & 2. & cap. eam te, & ca. cum propter diſcordias, ſecundum Hoſtien. ¶ *In glo. 4. ibi, ſtatutum peremptorie*] eſt ergo
18 † neceſſe, quòd exprimatur hoc caſu peremptorium, ubi unica ſit citatio; de hoc. 24. q. 3. de illicita, in fi. magnæ glo. & in Spec. de cita. §. uiſo de temporum, uerſi. aliàs autem, & uerſic. quid ſi lata, & ſcripſi de accuſa. ad petitionem l. non ſic in cauſis, in quibus ſine
l figura proceditur per Clem. de uerbo. ſignifi. ſepe, circa finem. ¶ [*In glo. alioquin, in fi.*] caueat etiam delegatus, ne nimium tardet, de offi. deleg. conſuluit, ſecundum Hoſti. ¶ *In glo. ſed qualiter potuit, ibi, in integ. reſtit.*] eo modo poteſt, cũ ſit generalis legatus: ſecus, ſi eſſet ſpecialis delegatus ſecundum Vincẽt. & de hoc dixi, infra de accuſa. qualiter, ideſt ſuper glo. 1. ¶ *In glo., ſed qualiter de-*
19 *legatus, ibi, uices* † *ſuas*] certum enim articulum, puta receptionem teſtium ſine iuriſdictione committere poteſt ſecundum Innoc, puta, ſi articuli, interrogatoria, & omnia ſunt plenè examinata, & numerus teſtium li
m limitatus ita, quòd nudus auditor eſt is, cui ſit m commiſſio, de offic. delega. ſuper quæſtionum, ſecundum Hoſtien. & uide quod ibi dixi ſuper gl. ſi ergo. uel dic, ut uidetur melius ſecundum Inno. q̃ aliud eſt recipere teſtes; aliud ſcribere atteſtationes, is, cui cõmiſſa eſt teſtium receptio, illam alteri committere non poteſt: quia in hoc electa eſt eius induſtria, de offi. deleg. cap. ult. ſed ſcribere atteſtationes, committit alteri; quia eligit tempora, argum. infra de appell. cum cauſam, Hoſtien. ſin hoc contra, quia licet electa ſit operanon tamen ſubſtituet ſine conſenſu eligentis. ff. de ſolutio. in ter artifices. & certum eſt, q̃ multa poteſt in his tabellio. Item talis confidit de electo, qui non cõfideret de ſubſtituto. ſed ſecundum Innoc. receptor teſtiũ habet diſcernere, & iudici ſcribere, quanta fides &c. ff. de teſtibus. l. 3. de fideiuſſio. conſtitutus, & refrenare multitudinem. ff. de teſtibus. l. 1. teſtem uacillantem capere, & punire. C. de teſti. l. nullum. examinare articulos, interrogatoria, & ſi. ex quibus patet induſtriam eius electam. quare nõ committit tabellio, & quandoque ad mandatum receptoris ſecundũ hoc interrogat & examinabit teſtes etiã in abſentia receptoris. & ſi aliqua adiiciat contingentia factum. & reſpondeatur, bene ualebit. Tu dic, q̃ quamuis iudex poſſit committere tabellioni receptionem teſtium quantum ad ſcribendum, non tamen quantum ad examinandum, infra de conſan. & affin. cap. 1. & Inno. hoc ultimum non placet, & de facto ſeruatur contrarium; ad hoc. C. de fide inſtru. iudices, & auct. ibi ſignata, Hoſ. & Clem. de offi. deleg. iudices, & de his in Spec. de teſte. §. nunc tractandum, uerſi. item ad officium [*& ibi. quidam*] Azo & Vin. quibus uidetur conſentire Guil. in Spec. de lit. conte. in fi. [*& ibi, nulla*] infra de procura. cap. 1. & 2. reſponſo. lib. 6. [*& ibi, uel dic*] ſecundum Lau. & Tan. [*& in fi.*] uel dic, ut not. de offi. deleg. is cui, lib. 6. in ult. gloſ. Quidam di-
20 cebat † ſubdelegatum ſubdelegare poſſe, ſecundum canno. ſicut coercere, ſupra de offic. deleg. literis; quod eſt falſum. ¶ *In glo. ſed uidetur, ibi, ubi de hoc*] & uide quod ibi
n dixi ſuper n glo. pen. [*& ibi, quamuis. §. 1.*] dixit hic Tan. Ego dico cum Vincen. quòd ubi prius quis habet poſſeſſionem totius, per partem retinet totũ: ſed per par-
o tem o non acquiritur totum, argu. ff. de ſeruitutibus. l. pro parte [*& ibi, patrono*] & non patrono, ut infra de cenſi. quanto p. ¶ *In glo. ult. ibi, cum* † *uniuerſitatem*] hoc re-
21 net Tan. Vinc. & Goff. [*& ibi, alia iura*] non tamen uaſalli, niſi id exprimatur, in lib. feu. ſi de feu. contro. fu. c. in generali, & de capita. qui curiam uendit, an intelligi be. uen. capi. 1. ubi ſatis de hoc [*& ibi, de fun. do. l. 1.*] & ff. de acqu. rerum dominio. l. quædam. Item in caſu. ff. de leg. 3. pater. §. fundum. uide in ſuffr. de teſt. Rainaldus, ſuper glo. in forma. ad idem. ff. de decur. l. decurio, quã uide in ſuffragio, ne cle. uel mona c. 1. & ff. man. ſi manda uero. §. Iulianus. ff. de act. empt. ſi mercedem. §. ſi cũ fundum, pro empto. l. 2. §. Stichum. C. de reli, & ſump.
22 fu. ſi ſepulcrum. his concor. quod dicitur, licere † in genere, quod non licet in ſpecie; de quo uide ſupra de officio ordina. cap. ſi ſacerdos. in 2. & ſuper glo. 2. [*& ibi, ſed aliaratio*] Idem Phil. Innocen. & Hoſt. ſed Dama. in quæſtione ſua prima, de iure patro. dicit, quòd præſentare poteſt creditor nomine debitoris [*& ibi, ei, quiſ undum*] illud intellige, ut nota. eod. titul. quoties. dicebat Tan. poſt gloſſ. Ioann. quæ hic finitur, allegando dicta ſunt, quæ dicuntur ultimo: ſed quod prius dictum eſt ſimpliciter uerum eſt. Gloſſator uerò ſic loquitur in parte, quæ ſequitur, q̃ quid ſentiat, non apparet, credo tamen, q̃ adhærere uoluit Tan. & ſequentibus.

ANNOTATIONES.

2 ¶ Probata. Not. hic ultra alia, quòd deducta nullitate ſententiæ ex una cauſa, ſi ſententia poteſt deregi nulla ex alia, nulla pronunciatur, licet nulla non deregatur, & deducta etiam dicitur in appellatione, ut l. ſuo. ff. de appell. nam dicitur ad cauſam hoc deductum: quia impedimentum legitimum nõ fuit probatum, ſe uelle reſtringere. Item quòd ubi ex relatione ſententiæ habita ad acta ex actis

incerta

incerta sententia colligitur euidēs iniustitia, si iudex expresse pronunciando se retulit ad acta, sententia est nulla. facit pro his, quæ scripsi supra eod. inter cæteras. & sic uidetur casus pro not. in cap. quoniam, supra in fi. de proba. sed mihi uidetur, quòd uerbum, Irritandam, hic positum sonet in contra. & quòd super eo scribit Ioan. Andr. de quo etiam Cyn. in l. 1. C. de erro. aduo. item, quòd sententia lata, quia non est probatum, si ex actorum productione apparet probatum esse, sententia est nulla. item quòd sententia lata sola parte actorum recepta, & sic causa non sufficienter instructa, est nulla, ideo in cap. cum nobis, & capitu. dudum, de electio. dicit, quòd debet supersedere, dic, ut supra glos. uersi. irritandum, sonat contra, sed duobus modis potest intelligi, Archid.

b ¶ Præsentauit. Quod ius habeat præsentatus nondum admissus, ponit hic latè Abb. adde Egi. Belle. cò clusione Rotæ. 177. item Rota, de præbendis. 16. in nouis, & Oldr. consi. 282. in fi.

c ¶ Circumuentus. Fuit ergo sententia nulla, quia lata contra absentem: secus, si contra præsentem: quia tunc opus est appellat. uide Bart. in l. si is, ad quem, ff. de acquir. hære. & in l. si prætor, infra alleg. & de re iudic. l. diuus.

d ¶ Quatuor casus. In hoc an possit retractari sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, de cuius iniustitia apparet, quia de hoc tangitur in cap. cum dilecta, de rescrip. in cap. fraternitatis, de frig. & in cap. ex tenore, de appell. quod potest, gloss. in Clem. si appell. de appell. & facit not. in cap. quoniam contra, in fi. de probat. & cap. quia plerique. de immu. eccles. potest dici, quòd quandoque postquam sententia transiuit in rem iudicatam, de iniustitia constat ex confessione partis, tunc potest retractari, ut in cap. quia plerique, per Innocen. quandoque constat ex probationibus de uoluntate partium, tunc si fiant coram iudice appell. tunc non potest retractari, ut gloss. in Clemen. si appell. & Hostien. in capitulo ex tenore, de appellat. quia sententia transiuit in rem iudicatam; ergo appell. nulla, & sic iudex incompetens. si uerò aliàs competens, tunc bene posset retractari, quia licet præsumatur pro sententia; tamen istæ proba. inducunt notorium, secundum Archid.

e ¶ Instituisse. Contra hoc facit cap. super eo, de offic. deleg. & Clemen. auditor. de rescrip. ubi post pronunciationem, quod beneficium sit uni debitum, habet sequi collatio: sed dici potest illa iura in inferioribus à Papa loqui, hic in Papa. sed adhuc contradicit, quòd dicitur, quòd sententia non quæritur dominium sine traditione, ut not. institu. de offi. iudic. §. fina. per glo. uide pro solutione Ioan. And. in cap. cum nostris, de concessio. præben. in glo. multum iuris, uel solue, quòd hic in Papa.

f ¶ Et mulie. Vide glo. quæ incipit, quorum interest, in cap. ut circa, de electio. lib. 6. & super illa Ioan. Andr.

g ¶ Sibi non. Quia causa actionis debet concludere ad actionem necessariò, ut not. de libelli oblatio. cap. 2. & per Bart. ff. de eden. l. 1. & per Cyn. Bart. Bald. & Salic. in l. edita, C. eod. titu. præiudicium ergo rei, si non concludit ad utilitatem actoris, non debet in libello admitti, & hoc uoluit tota ista glo. Inaocen.

h ¶ In creditorem. Adde, ut non procedat, quando creditor pignoris habet restituere fructus, uel eos computare secundum Rofredum Beneuentanum in suis libellis iuris canonici in quarto, de iure patro. & idem Abb. in c. ex literis. 2. col. eod. tit. & Paul. de Cast. consi. 55. incip. uenerabilis uir.

i ¶ Procurator. Idem not. infra in proxima additione, uersic. alii dicunt. & ex hoc apparet, quòd agit nomine patroni ad utilitatem tamen suam, uide glos. & Bart. in l. si quis rem. ff. de procur. & in l. præcedenti. §. fi. & in l. qui stipendia, C. de procur.

k ¶ Potest. Primus emptor, & an l. illa, quotiens. locum habuerit in cleri. uide Ioan. Andr. de his, quæ fiunt à prælato. continebatur, in sua glos. prima, scias tamen, quòd uendens duobus tenetur pœna falsi. l. qui duobus. ff. ad leg. Cor. de falc. & quid in aliis contrahentibus, ibi uide Barto.

l ¶ Petitionem. Vbi uide Ioan. Andr. in glos. nunquid appellans. & Bart. ff. de iudic. ad peremptorium. & in extrauagan. ad reprimendam. & uide supra eodem consanguinei. in glos. penultima, & super illa Ioan. Andr.

m ¶ Is cui fit. Nota, tamen glossam in capitulo is cui, de officio delegati, libro sexto, quòd quando delegatus ordinarii habet speciali-ter concessionem, quòd potest subdelegare, Bald.

n ¶ Dixi super. Et uide Ioann. Andr. in capitulo in literis, de restitutione spoliatorum, in glossa magna, uersiculo generali, & uersiculo præcedenti, & Bartolus in lege possideri, in principio. allega. in glossa; & in lege prima. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinen. actuque priuato.

o ¶ Per partem. Ad materiam uide nota. supra de præscription. audieris. & Bartol. in lege prima. §. si quis, de itiner. actuque priuato. ibi idem, quod hic, & nota. in capitulo cum dilecta, de præbend. Bald.

p ¶ Quanto. Solutio ergo pensionis non probat ius patronatus, sic nec probat exceptionem: quia non probat hoc esse &c. C. de probationib. ad probationem; uide bonum textum in capitulo si Papa. §. si uerò, de priuileg. libro sexto, & eodem titulo, reeepimus, in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Papa in sententijs, quas profert, iuris ordinem seruat.*
Ab iniurijs abstinere debet, quamuis non sit astrictus legibus, ibidem.
2 *Lis contestari quando intelligatur in curia Roma.*
Curiæ Romanæ consuetudo habet multa specialia, ibid.
In exemplum non trahenda quæ, ibid.
3 *Æequitatis uigor, seu rigor in quo obseruandus.*
Subtilitas approbatur hic, ibid.
A similibus ad similia procedendum, ibid. ad dictio. similibus, & num. 7. in fine.
4 *Exemplis non est iudicandum, nisi principis.*
Sententia principis quibus casibus ius faciat, ibid. & nu. 7. & 8.
Pro principe præsumitur, & in quibus, ibid.
5 *Dispensare sine causa neq; summus pontifex debet.*
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum.*

CAPVT XIX.

1 IN causis. Casus. Papa † in sententiis, quas profert, ordinem iuris seruat. & primò ponitur dictum: secundò ratio: tertiò exceptio. secunda ibi, Cum. tertia ibi, Nisi [*Summi*] qui sicut summus est, sic ab iniuriis, & maximè summis summè, ideſt præ cæteris abstinere debet respectu dei. 9. q. 3. aliorum. decet etiã hoc ipsum respectu hominum, quamuis non sit astrictus
2 legibus. C. de legibus. l. digna, Host. [*Ordo*] habet † consuetudo curiæ, quòd per narrationem facti, & uerbalem petitionem, & contradictionem & responsionẽ coram papa & fratribus habitã inter partes, maximè in causis electionum intelligitur lis contestari, etiam nullo libello oblato contra id, quod not. de libel. ob. c. 1. habet & alia specialia in exemplum nõ trahenda, de tempo. or. c. 1. de offi. leg. quòd transla. Hostien. [*Et rigor*] aliàs uigor; puta quod ius pauperis defendat, &
3 contra iustitiam nulli pareat. sup. de iudi. nouit, Host. [*Subtiliter*] approbatur subtilitas; de hoc dixi supra de iudic. dilecti [*Similibus*] not. pro uulgari, de quo supra de rescriptis, inter cæteras. ff. de legibus, non possunt [*Teneantur*] ex debito, Pet. [*Iudicare*] contra, quia † non est iudicandum exemplis. C. de sen. & interlo. l. nemo.
4 Sol. dicit Hostien. hoc speciale in sententia principis [a], cuius exemplum sequendum est, ut in concor. glos. & C. de consulibus. l. nemini, lib. 12. & sit ratio specialitatis: quia lex est, quicquid ei placet, animo condendi legem, institutio. de iure naturali. §. sed quod principi, & quia non est præsumendum, quòd processus suus habeat maculam, uel rugam. 24. quæsti. prima, in fede, & capit. hæc est fides, & quia omnia præsumuntur plenè examinata. 3 5. quæstio. 9. apostolicæ, & not. de rescrip. ad audientiam, prim. nec superiorem habet, qui corrigit, supra de electio. uenerabilem, uersic. sciunt, super glos. prima [*Nisi*] potest excipere à dicto, & à ratione
5 dicti [*Inspecta*] not. secũdum † Hostien. etiam summum Pontificem nõ debere sine causa dispensare; ad idem, infra de præben. Andr. in multa, in fine, & ibi dicam de hoc, facit, quod nota. de uoto, non est [*Dispensatiuè*] facit infra de concessi. præben. constitutus [*Statuendum*] idem est quandoque in pœnæ inflictione, institutio. de iure
6 naturali. §. planè. ¶ Prima † glo. dicit aliud in interlocu-
7 toria: signat cõtrarium, & soluit. ¶ *In † glo. 1. ibi. l. 3.* ibi dicit Imperator; quòd interlocutiones, quas in uno negocio protulit, uel proferret, non præiudicent in commune [*& ibi, imperialis*] facit ad primum dictum, scilicet

scilicet quòd sententia causa cognita in uno negocio per principem dicta etiam in aliis facit ius [*& ibi, sed quod ait prætor*] rescripsit princeps eum, à quo Campani per metum cautionem pollicitationis extorserũt, restitutionem petere posse; & ex hac iudicatur in simi
8 libus, ut non solum exceptio eo casu competat, sed etiam actio. ¶ *In † glo. 1. ibi. l. 3.* ubi de hoc in glo. pen. [*& ibi, sed quod ait prætor*] ibi de hoc [*& ibi, claudatur*] idem, si ferat causa cognita, & partibus præsentibus, ut præalleg. l. fi. C. de legi. secus, si sine causæ cognitione ex potestate, uel uoluntate interloquitur; & sic intelligitur. l. 2. C. de legib. ad idem. C. commi. uel epi. l. penulti. & ult. C. de senten. & interlo. l. ex stipulatione, secundum Hostien. Sed quidam legistæ sic distinguunt, aut sententia principis primo casu est in corpore iuris clausa; & tunc facit ius. C. de nouo. cod. cõpo. in fi. & hoc si tenor eius patiatur: aliàs si non patitur, non facit ius generale. C. de sacrosan. eccle. nõ plures. Si uerò non est clausa in corpore iuris, non facit ius. C. de legib. l. 2. & 3. secundò casu, cum est diffinitiua, si scripta est in corpore iuris, facit ius, si tenor ipsius hoc patitur, ut de interlocutoria dictum est: aut non est scriptum; & tunc subdistinguunt: aut sententia illa est contra legem principis in corpore iuris scriptam, aut non. primo casu non facit ius generale: quia non præsumitur tulisse talem sententiam ad legem corrigendam, sed solum ad ius litigatoris lædendum. secũdo casu, quando non est contra legem, sed supra, uel præter rationem, refert, an lata sit sine causæ cognitione; & tunc non facit ius generale à contrario. l. ult. C. de legi. aut cum causæ cognitione. & tunc aut par-
b te absente; & non facit ius, ut l. qui repudiantis [b]. ff. de inofficio. testamen. aut præsente; & tunc quò ad omnes ius facit, ut in præallega. l. fina. & sic etiam illam. l. intelligit hic Innocen. scilicet cum princeps partibus præsentibus cognouit, & diffinit.

ANNOTATIONES.

a ¶ Sententia principis. Adde, quia sententia principis facit ius; tex. in l. 1. ff. de constitu. prin. & in l. fi. C. de legi. uide Card. in Clem. pastoralis, de fide instrum.

b ¶ Repudiantis. Illa l. loquitur illo casu, quo sententia facit ius quo ad omnes, & lata à quocunque iudice; uide ibi Bart. & Ioan. And. qui filij sint legit. causam, in glo. ad ecclesiam, & Bart. in l. ingenuum, ff. de statu. homi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia definitiua secunda lata contra primam tenet, si de prima non fuit exceptum, uel appellatum à secunda, & numero quinto.*
Capituli diuisio, ibid.
2 *Priorum iudicum factum, quorum constat iurisdictionem non fuisse reuocatam, approbatur.*
Suppletionum causæ friuolæ non admittendæ, ibid. in fi.
3 *In iure quid factum, ut intelligatur.*
4 *Litis ante ingressum quo tempore dicatur.*
In rescripto quorum sufficiat facere mentionem, ibidem, & numero 13.
5 *Sententia prima quando per secundam tollatur, & numero 16. & 18.*
Per sententiam secundam contra primò latam quando actio, & exceptio, & quando exceptio tantum tollatur, ibid.
6 *Electus quando quis uocetur, non Abbas, uel episcopus.*
Archiepiscopus per pallium nomen, & executionem officij quærit, ibidem.
7 *Protestari utile est, quando quid sit etiam iustè, quod alicui præiudicare possit in posterum.*
Papa per factum proprium iuri episcopali derogare non intendit, etiam si sit scismaticus, nec per priuilegium, uel rescriptum, nisi nuntius ibi specialis habeatur, ibid.
Benedictio abbatum spectat ad diœcesanum, ibid.
8 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 9.*
Exceptio contra iudicem ante alias opponenda: alias an ad eam redire possit, & coram quo sit opponenda, si iudex absit. §. 1. & nu. 11. & 12.
Post habitæ nomen quid significet. §. in glo. ante pen. & nu. 14.
Compensationis oppositio fit etiã post sententiam, et quando, ibid.
Nouorum instrumentorum prætextu sententia non rescinditur: sed hoc fallit. § in ultima glo. & nu. 15. & 16.
Contra res iudicatas quibus casibus sententia ualeat, ibid. & nu. 17. & 18.
10 *Suppletio, uel additio glossarum.*
11 *Excommunicationis exceptio tempore impetrationis rescripti annullat rescriptum, & iurisdictionem.*
De necessitate quæ satisdationes iudici præstantur, non præiudicant oppositioni incompetentiæ iudicis, ibid.
Satisdatio de stando iuri quandoque datur etiam coram eo, qui de causa non cognoscit, ibid. in fin.
12 *Contra personam exceptiones quo tempore, & ordine proponendæ, & quando in eum quis consentiat per eius omissionem, & supra nu. 9. & 11.*
Recusans requisitus à recusato tenetur iurare de malitia, ibid. uer. item uidetur, paulo post initium.
Contraria proponere reo licet, maximæ quæ tendunt ad eundem finem, ibid. §. satis crederem.
Recusationis iudicis articulo pendente super aliquo alio non cogitur recusans respondere, ibid. in fin.
13 *In rescripto, uel priuilegio contra priuilegium quorum fieri mentio debeat, & nu. 14.*
15 *Exceptio peremptoria post sententiam quando non habeat locum, & quando fuit omissa malitiosè, quid iuris, nu. 17. & 18. circa fin. uer. aut non fuit.*
16 *Ecclesia an æquiparetur reipublicæ, ut sententia teneat contra res prius iudicatas.*
Ecclesiarum iura dicuntur publica, ibid.
18 *Sententia lata contra ius scriptum quando teneat, uer. quæ sit ratio: lata uerò contra alteram sententiam, uel rem iudicatam an & quibus ualeat casibus, ibid.*
Legis primæ quando prouo, non est necess. intellectus, ibid. uersic. ad l. ergo.
Iudicis scientia non nocet ignorantiæ partis, & quo casu, ibid. uer. aut non fuit de hoc disputa. circa fin.
Legis si forte, de officio præsi. intellectus, eod. num. uer. solum igitur, ad finem.

CAPVT XX.

1 INter monasterium. Casus. Tenet † secũda diffinitiua sentẽtia lata cõtra primã, si de prima non fuit exceptum, nec appellatũ à secunda, secundũ lec. Io. quam ponit ult. gl. adde ibi, si de prima scienter & dolosè non fuit &c. & diuiditur decre. in 4. partes. & prima pars ponit thema decisum. secunda causam diffinitionis, & causas causæ. tertia soluit quoddam obstaculum. quarta diffinit. secunda ibi, cum constiterit. tertia ibi, non obstante. quarta ibi, Factum priorum. Hosti. autem diuidebat in tres tantum. secunda ibi. tertia ibi, Factum. sed primum teneas [*Sancti An.*] Inno. dicit sanctæ Annæ [*Agitata*] prius coram ordinario, & demum corã diuersis delegatis, ut patet in casu [*Cum constiterit*] ista
2 est causa diffinitionis. diffinitiuè enim † approbat factum priorum iudicum: quia constitit ipsorum iurisdictionem non fuisse reuocatam: causas uerò huius causæ, scilicet quare nõ fuerat reuocata, ponet infra ibi, Tum quia &c. [*Commissionem*] per uos impetratã [*Per ultimam*] impetratam per monacos sancti An.

Reuocã-

[Renocatam] nec etiam impeditam, vt patet per sequen
tia secundum Hostiens. [Causæ] quæ fuerunt hę cau-
sæ, non habemus: sed fuerunt friuolæ, ut sequitur; &
ideò non admittendæ, ut leg. & nota. infra de officio
delega. suspitionis, & infra titulo primo, cum speciali,
3 Host. [In † iure] idest iudicio, idest coram iudice parti-
bus præsentibus, ut infra titu. 1. secundo quæris. §. ult.
Hostien. [Propositæ] contra iudices primos, & mona-
cos sancti An. quibus etiam coram ipsis procedendo
renunciauerunt, ut sequitur, Hostię. [Quas etiam] sub.
4 si ualuissent [Ante litis † ingressum] scilicet ante litem
contest. Pet. [Quibus] scilicet causis suspitionum [Eis-
dem] scilicet primis [Subeundo iudicium] lit. scilicet cōtest.
Pet. [Processu] quærit Hosti. nunquid sufficiat de pro-
a cessu[a] mentionem facere generalem? quod uidetur.
nam prolixitas actorum nō posset forte recipere per-
gamenum. dic secundum eum hoc arbitrarium: ita
tamen, quòd fiat specialis & expressa mentio de prin-
cipalibus articulis, supra de rescrip. cum dilecta, & de
excep. supra de procura. in nostra. §. fina. de ordinatio
nibus, supra eod. cum olim, supra tit. 1. ueniens, & de
iudicibus, & litigantibus, & his, de quibus agitur supra
de dolo & contu. ex literis, ubi de hoc. & breuiter ita
est interpretandum, ut ratio, quæ mouet delegātem,
moueat delegatum, de rescriptis, super literis, in fine,
& si delegatus remanet dubius, consulat delegantes,
de senten. excomm. inter, de officio deleg. capitulo 2,
de iudiciis, cum uenisset [Iudicibus] sup. habito [Nihil]
etiam in genere, nedum in specie, Hostien. [Expressum]
scilicet de priuileg. & processu [Potuissent] & sic nō ua
luerunt, de rescriptis, super literis. & hic posset conti-
nuari, uersic. ille, Factum priorum &c. [Sententia] per
quam forte in totum, uel in partem adiudicatū erat
ius eligendi mona. sancti An. Innocent. & nota. quòd
dicit sententia, non dicit re iudicata, & isto modo po-
tes etiam euadere contrarium, de quo in ult. glo. [Di-
cebatur] modo coram Papa lata [prolata] à secundis iu-
dicibus auctoritate secundarum literarum, secūdum
Goff. & Hostien. uel prius alio tempore secundum In
noc. nam aliàs fuerat super hoc quæstio inter ista mo
na. secundum Pet. [Nobis] aliàs uobis, & supp. nec pri
mis iudicibus, & ad hoc continuatur sequen. uersicu.
[Prædictis] scilicet primis iudicibus, qui pro uobis iu-
5 dicauerunt, Hostien. [Ostensa] not. quod † si prima sen-
tentia ostendatur, & contra eam feratur, secunda tol-
lit primam quo ad actionem, & exceptionem. in cō-
pensatione secus, ut not. infra cap. proxi. in gloss. pen.
Item secus, cum tollitur exceptio, & remanet actio,
infra de appell. constitutis, in fin. de accusa. accedens.
ff. commo. in rebus. §. ult. secundum Goff. [Statuissent]
ut presumitur: quia, ex quo eam uidissent, ad hanc co
gnitionem uenire non deberet [Obijcientibus] nunc in
iudicio habito coram Papa, Goff. [Ratum] sic infra de
testam. Rainucius, & c. Rainaldus, Hosti. [Sententiam]
per quam iudicauerunt pro monacis sancti Cledii, &
pro ipsorum electo, Goffr. [Confirmantes] ad maius ro-
bur, supra de maio. & obedien. per tuas, Hostien. [Ele-
6 cto[b]] not. q † ante benedictionem non uocatur Ab-
c bas[c], sed electus. dat igitur benedictio nomen Abba
tis, sicut & cōsecratio nomen episcopi, & pallium no
men archiepiscopi, & executionem officii, supra de
æta. & qualita. cum contingat, de transla. cap. 2. de usu
pal. nisi, Hostien. contra, supra de sup. neg. prela. cap. 1,
de accusa. meminimus, & cle. de sta. mo. attendentes,
uersicu. statuimus. per quæ patet, q etiam Abbas dici
7 potest [Saluo] not. quòd † quando aliquid fit, quamuis
iuste, per quod alicui præiudicare potest in posterū,
utile est protestari, ut hic, & 7. q. 1. Pontifices, & supra
de sup. neg. præla. cap. 2. in fi. & not. quòd Papa etiam
per proprium factum iuri episcopali derogare non

intendit, etiam si episcopus sit scismaticus, supra de ele
ction. quia diligentia, nec per rescriptum, uel priuile-
gium, nisi specialis ibi mentio habeatur, ut leg. & not.
de offic. deleg. super eo, de confirma. uti. uel inuti. c. fi.
Hostien. [Diœcesani] ad quem spectat subiectos Abba-
tes benedicere, supra de sup. neg. præla. cap. 1. Hosti. &
forsan hoc reseruat ꝓtestatio, scilicet quo ad promo
uendos. si. de supp. neg. pręla. cap. 2. uel intendit, quòd
iste idem per benedictionem Papæ non minus sit diœ
cesano subiectus. simil. de maior. & obedien. per tuas.
8 ¶ Prima † gloss. ponit casum. ¶ Tertia gloss. respondet
per quæstionem, an iudicis recusatio aliàs exceptio-
nes præcedere debeat. & primò allegat quòd sic, secū
do allegat contrarium, tertiò ponit opi. Tan. quartò
ponit opin. Ioā. quinto uacillando approbat opinio-
nem Tan. ¶ Quarta glo. arguit, & remittit. ¶ Antepe.
gloss. dupliciter exponit literam postpositam. ¶ Vlti.
gloss. primò ponit 6. casus præter istum, quem ponit
hoc capitulum, quibus ualet hęc sententia cōtra rem
iudicatam: demum obiicit. Ponit opinio. Ioan. & sol-
uit. finis respondet cōtrario de l. 1. C. quando prouo.
9 & opinio. Ioan. illi contrario competit. ¶ In † glo. 2. ibi,
apertissimi] uide de testi. licet. 3. super glo. 2. ¶ In glo. 3. ibi,
sed & si suscepit] sed hæres coram non suo iudice super
fideicōmisso uocatus, si aliis defensionibus usus est,
ad illa de incompetenti iudice etiam ante sentētiam
non reuertitur [& ibi, protestari] coram præside pro-
uincię, si adest, uel coram defensore ciuitatis, uel duū
uiris [& ibi, contra maiores] uide de exceptio. pastoralis,
super glo. 4. ¶ In glo. antepen. ibi. l. 2. in fi.] ibi soluitur pœ-
na posthabita dilatione; & loquitur in illo, qui nō pa-
ruit translationi annonæ [& ibi, si autem. §. 2.] si com-
pensatio nō fuit opposita, uel opposita, sed nō repro-
bata; post sentētiā opponitur: secus, si fuit reprobata;
& idem Ese. ¶ In glo. ult. ibi, sed prætextu] nouorū instru-
mentorum prætextu non rescinditur transactio: sub-
uenitur tamen ei, qui subtractis instrumentis per ad-
uersarium, ad transigendum fuit inductus: quia aut
actio est sublata, aut non, ut ibi [& ibi, quòd in diem] ui-
de super antepe. glo. [& ibi, publico] recipiuntur enim
in eo instrumenta contra res prius iudicatas, tamē ex
causa, ut ibi [& ibi, admonendi] uide infra in suppletioni
10 bus [& ibi. l. 1.] cano. in præalleg. uersic. ¶ In † glo. 1. ibi,
fieri debuisset] supra de consuetu. cum dilectus, de verb.
signific. Abbate, uel quia dicebat se ius habere in ele-
ctione, secundum Goff. si de postula. bone. 2. de elect.
quòd sicut. Lauren. dicit, quòd ipsi dicebant se ibi de-
bere ponere Abbatem, & mona. illud sibi subiectum
[& ibi, quas cum iudices] secundi, secundum Petr. de Sa.
quibus commissum fuerat, quòd si inuenirent illas
suspitiones legitimas, procederent in causa: uel loqui
tur de primis [& ibi, lata fuerat] à secundis iudicibus,
qui præuenerunt in sententia, secundum Goff. & Ho
stien. [& in fi.] Innocen. & Hostiē. narrauerunt etiam
d factum, diuersimodè tamen; de quo non curo. ¶ In
11 glo. quicunque[d], ibi, post literas] hoc dicit, quia † si tempo-
re impetrationis fuisset excommunicatus, tunc exce
ptio annullaret rescriptum, & iurisdictionem, de re-
scriptis, capitulo primo, libro sexto, dic, ut ibi [& ibi,
protestari] & sic uitiatur opinio dicentium, quòd quan
docunque usque ad litem contesta. possit opponi. ad
quid enim hoc casu fieret protestatio [& ibi, standi iu-
ri] hæc de necessitate præstantur. & ideo non præiudi
cant, sicut nec sportulæ, ut ibi. Item talis satisdatio da-
tur interdum coram eo, qui de causa non cognoscit.
ff. de iudic. lege secunda, §. penultimo, secundum In-
nocenti. & Hostiens. [& ibi, præcedant] & hoc tenet hic
Philipp. [& ibi, eligere] argument. supra de procurato.
capitulo fin. 11. quæst. 3. cum excommunicato, Host.
12 [& ibi, ex quo † consentit] cum super illis habeat pronun-
ciare,

ciare, & eius sententia inter partes faciat ius, de rescr.
super litteris, in fine, & ex quo in uno elegit, in alio
non recuset. 3. q. 8. cuius in agendo: sed in recusatione
non eligo ipsius, sed arbitrorum iudicium, uel colle-
gæ, uel ordinarii, ut de officio delegati, si contra u-
num, libro sexto. tamen huic respōderi posset, quòd
etiam in recusando elegit quis recusati iudicium in
compulsione arbitrorum. Itē uidetur, quòd recusans
requisitus à recusato teneatur iurare de malitia; de
hoc in Specu. de recusatio. §. qualiter, uer. quid si præ-
sumptio & §. fi. ad fin. uer. quid si arbiter. & de hoc an
habeat locum in delegato, dicam de iura. calum. capi
tu. secundo, libro sexto. Item fortificatur gloss. quia
si non recusatur iudex, ualet, quod facit, infra titu. 1.
ad hoc si in una: secus, si in sententia lata ab excom-
municato, uel per falsum rescriptum, uel ab excom-
municato impetratum, infra eo. ad probandum. su-
pra de probatio. licet, de rescrip. capitu. primo, libro
sexto [& ibi, & arg. contra] aliàs sine contra. & tunc fa-
cit littera. ibi ad finem, nisi litigare consenserit. in quā-
tum contra, respondetur, quòd ibi suspicionis causa
superuenit [& ibi, protestatione] unde, ut recitat Innoc.
quidam dicunt, quòd si fuit protestatus, poterit ad il-
lam redire: aliàs non. C. de iudi. l. fina. [& ibi, Ioan. innue-
bat] hic, 3. quæst. 3. offeratur. Idem Vincen. Goff. &
Abb. [& ibi, sententiam iudicis] ecce ergo, quòd iudex in
prima exceptione iudicabit pro reo, & recusari non
possit, Hostien. [& in fine] Alii dicunt, quòd usque ad
e 20. dies[e] eam potest proponere quandocunque, siue
aliàs proposuerit, siue non. 3. quæstio. 3. offeratur, &
beneficium iuris &c. infra de regulis iuris. indultum,
cum suis concor. libro sexto. Alii dicunt, ut Phi. Iaco.
& Alexan. & Abb. & Guil. in Specu. T. de dila §. nunc
uideamus, in fine quòd semper usque ad litem con-
testatam potest proponi. C. de iurisdict. omnium iu-
dicum, l. nemo, ibi. Post litem contestatam ord. sedis
recuset exam. ergo ante potest; facit. C. de iudi. apertis-
simi, & hæc decre. nisi fuisset datus terminus ad om-
nes dilatorias proponendas, de excep. pastoralis. non
ob. aucten. offeratur: quia hodie induciæ arbitrariæ
sunt, infra tit. proxi. cum sit. imo quidam ex eis fatuū
reputant illum, qui primò illam proponit, cum per
hoc iudicem prouocet: tamen ipse Guil. in titu. de re-
cusatio. §. fit autem recusatio, consuluit teneri opini.
Tan. & idem consuluit Hostien. supra de proba. quo-
niam, & hic remittit ad illuc, & ad ea, quæ no. in sum-
ma, de officio delega. §. sed nec illud, uer. quando de-
bet fieri recusatio. Alii dicunt, ut Ioan. 3. quæst. 3. offe-
ratur, Goffred. in summa, de dila. 2. §. & Innocen. hic
recitat; quod non solum ante alias exceptiones pro-
poni debet, sed etiam ante 20 dies. Ex opinio. Bernar.
sequetur inconueniens: quia si petet reus sibi dari co
piam rescripti, dicet actor; Talis est persona, cui debet
credi. 27. distin. nobilissimus. si petat libellum dicet
actor, Non est de consuetu. & hoc faciet solum, ut iu
dex super eo pronunciet. propter quod aliqui dicūt;
quòd aut reus prouocat ad sententiam, aut prouo-
catur. primo casu amplius non recusat, secundo sic,
argum. ff. de condict. furt. l. & ideò, supra de exceptio-
nibus, cum inter. ¶ Satis crederem de iure dicendum
f quòd omnis exceptio, per quam negetur quis[f] esse
iudex, præcedat exceptionem de suspecto. nam si
non est iudex, ad quid eum debeo recusare, maxi-
mè cum longiorem tractatum habeat recusatio pro
eo, quòd itur ad arbitros: utile tamen est & hoc ca-
su protestari, sed non puto necessarium. alias uerò
exceptiones, per quas non negatur iurisdictio; puta
excommunicationem contra actorem ita, quòd nō
contra rescriptum, uel dilatoriam solutionis præce-
det recusatio. facit pro hac distinctione, quod nota

in Specu. de exceptio. §. uiso, uer. porrò, & ibi scripsi.
Tan. in ordin. iudic. rubric. de exceptio. tenuit hoc
nunc dictum; & hoc teneas post factum, maximè
cum reo liceat proponere contraria, præcipuè quan-
do tendunt ad eundem finem, de hoc plenè, infra
de regulis iuris, nullus, libro sexto, nec est uerum,
quòd eligam ipsius iudicium nisi quo ad illud, quod
excipio. & dato, quòd illud expressè facerem, non
deberet nocere. quid enim si expressè faceret illum
iudicem? non uideo, quòd hanc recusationem im-
pediat ante factum. consule cum Tan. propter ra-
tionem, quam dixi, supra eodem, gloss. super ver. con-
sentit. & est si. de iureiurand. uerum. & quod dixi de
Iudæis, significauit. & si uis precisè tenere opinio.
Tan. & Bernar. ad contraria secundum Innocen.
sic responde, quòd dixi statim licere reo ponere
contraria. ff. de exceptio. l. nemo, dic quòd licet ex-
cipiens non fateatur, de exceptio. cum uenerabilis,
dubitans enim excipere potest, ut ibi, & infra de re-
gulis iuris, exceptionem, libro sexto, & hic intendit
aduersarii petitionem elidere: tamen talis in hoc si-
g bi præiudicium facit[g]: quia in iudicem consentire
uidetur litigando coram eo, coram quo aliàs litiga-
re non tenebatur. ad id, quod dicitur. Non uidetur
in iudicem consentire, qui sibi postulat edi genus
actionis. ff. de iudi. non uidetur, respondetur, quod
maius signum est consentiendi in iudicem litigare
sub eo, quàm petendo sibi edi genus actionis. ibi
enim nullam sententiam ferri petit: quod tamen fa-
cit, qui excipit. petit enim interloqui exceptio. ob-
stare. non obstat etiam auct. offeratur: quia uerum
est, quòd exceptio suspitionis infra 20. dies proponi
potest, nisi aliàs interim huic exceptioni tacitè, uel
expressè renuncietur, quod fit procedendo in aliis
coram ipso, ut hic. & retenta hac opinio. Tan. ui-
detur secundum Innocen. quod nullus possit iudi-
cem recusare; & procuratorem aduersarii sui repel-
lere, cum super procurato. oporteat eum audire sen-
tentiam; & sic cessabit suspitionis exceptio, cum ui-
deatur in proferentem ut in iudicem consentire. Sed
si actor proponit contra procuratorem rei, & idem
procurator recusat iudicem, bene procedunt simul
hæ quæstiones: quia ille, qui recusat, non eligit istius
iudicis sententiam super procuratione, sed eius ad-
uersarius, & iudicium redditur in inuitum. ff. de uer.
obligatio. inter stipulantem. §. 1. & hoc ultimum se-
cundum Hostien. uerum est de iudicio ueri & legi-
timi iudicis, qui non recusatur: aliàs, ex quo legi-
timè recusatus est, nec super exceptione recusatio-
nis, nec super aliquo alio, pendente recusationis ar-
ticulo, coram eo cogitur respondere, ut patet in eo,
quod le. & not. de officio delega. suspitionis, de ap-
pellati. legitima, libro sexto, secundum eum. ¶ In glo.
h per quem[h] ius. in fine] Sed hoc nihil facit ad rem, Inno-
13 cen. Hostien. contra. notans † ex hoc non ualere re-
scriptum, uel priuilegium contra priuilegium impe-
tratum, si de illo non faciunt mentionem, de priui-
leg. ex parte, supra de rescriptis constitutus, & c. cum
ordinem, dic ut ibi. ¶ In gloss. nam, & in fine] supra de re-
scrip. dilectus. i. & infra de cohabita. clerico. & mulie-
rum, super eo. Item debet fieri ment.o de priuileg.
alterius partis, & de confirmatione, de confir. uti.
uel inutili. bonæ. Item de rebus, de quibus agitur,
de dolo & contuma. ex litteris. Item de litteris primò
obtentis. supra de rescript. cæterum. Sed si non fiat
mentio in litteris de his, quæ fin. post appellatio. non
minus ualent litteræ, supra de exceptio. dilectæ, Gof.
14 ¶ In gloss. fi. † exponitur, ibi, notulæ Lau.] & Goffred. & Bar-
tol. Brix. [& ibi, lib. 12.] & C. de sportu. l. 1. Goffr. ibi, si
qua præsumptione fuerit hæc mansuetudinis nostræ

5 poſthabita præceptio. ¶ *In † gloſſa ultima, ibi, appellatum*] & in aliis caſibus, qui not.C.de iur.& fac.igno.l. prima, & de diuerſis remiſſ.ad Specu.de excep.ſuper gl.1. [*& ibi, de reſtitu.in integ. cap.*1.] & ult. & eo.titu.c.1.lib.6. [*& ibi, peritum*] quod peti poterat, ex quo ledebatur eccleſia: ſecus, ſi ipſius perſonæ tãtum; de hoc dixi de reſtitu.in integ.c.fi.& in cle.eo. titu.c.uno, in gloſſ.2.

16 [*& ibi, in negocio† publico*] not.hic Io,in hoc caſu, quòd eccleſia non æquiparatur reipub. Accur.& ibi no.cõtrarium, & C.eo.ſub ſpecie; alle.in auct.de non alien. §.ſi minus, colla.2.pro eo facit 23.quæſt.4. quid ergo, & quia iura eccleſiarum dicuntur publica.ff. de iuſti. & iu.l.1.§.publicum.C. de ſacroſan. eccle.l. ulti. & uide quod dicam poſt Goff.infra proxi.ſuper ulti. gl. ad idem, quod no.de tranſact. ſub prætextu [*& ibi, & in alio caſu*] ſcilicet quando pars parti defert iuramentũ, Hoſt.Io.autẽ recipiebat hũc caſum, ſcilicet vbi prior ſententia retractatur propter periurium, & hoc, quãdo iuramentum fuerat delatum à iudice[i] parti.aliam lecturam ibi uideas [*& ibi, periculum animæ*] quod ergo dicitur, ſententiam latam in cauſa matrimoniali retractari poſſe, locum habet etiam, ubicunq; periculum animæ uertitur, & idem no.Io.35.q.9.in ſumma, & §. quia ergo. & Modernia ad idem alle.de teſtibus, ex parte.A. & facit quod dixi ſuper rubrica[k], & ſup.eo.conſanguinei [*& ibi, conſanguinei*] & in caſu.inf. de pur.uul. c.2, & in crimine falſi, ſecundum Vincen.ſup. de proba.licet [*& ibi, Ioan.dixit*] non† puto, quòd hoc dixerat ad ſolutionem iſtius contrarii, ſed alterius, de quo ſequitur. & hoc dictum Io. placet Phi. quod omninò uerum putat Hoſtien.alle.in ar.ſup. de exce. exceptionem, & inſti.de excep.§.item in iudicio. ſed uide, quia dicit exceptiõnem, potius uidetur facere cõtra: quia ibi non oppoſuit exceptionem tempore debito malitioſè, poſt tempus auditur, ſed condemnatur in expenſis. ſic uidetur in hoc caſu, cum quis omiſit exceptionem rei iud. tempore debito malitioſè propone re, quòd poſt tempus debeat audiri, ſed condemnari debeat in expenſis, & ſic uidetur potius contra. ſed defende Hoſt.& dic, quòd text decre. exceptionem, ubi dicit, quod eſt in hac exceptione ſpecialiter obſeruãdum, bene arguit pro opinio. Hoſt. nam ſi ſpeciale eſt in excep. excõmunicationis propter cauſas, quas habes, infra de excep. pia, lib.6. ergo eius contrarium eſt generale, ut is, qui malitioſè non opponit exceptionem ſibi competentem debito tempore, & facit hoc cauſa fatigandi aduerſarium, poſtea uolens opponere, non debet audiri; facit de præben. præſenti. §. loca, lib.6. & quod ibi no. Ioan. And. [*& ibi, quia dicebant*] ipſi monaci, nec etiam poterant, quod dic, ut in cle. de

18 do.& contu. ſi ante [*& ibi, oſtenditur*] Dicebat† Innoc. contrarium loqui, ubi non fuit oppoſita, nec probata exceptio rei iud. & iſtud, ubi fuit oppoſita, ſed non probata [*& ibi, l.*1.] & ibi no. quæ ſit ratio, ſcilicet ut ſit litium finis, licet alii dicant, quòd ideò, quia ſententia, à qua non fuit appellatum, ius facit, quod eſt falſum, ut ibi no. quia ſententia lata cõtra ius ſcriptum bene tenet, ubi non exprimitur error. & aduerte, quia ſi finis litium eſt uera cauſa huius iuris, uidetur, quòd ſi ſecunda ſententia feratur etiã conſonans primæ, non teneat. Sed gloſſ. ibi contra, cum non ſit prohibitum [*& ibi, Vincen.*] & Tan. [*& in fine*] ad l. ergo.i.C. quando prouo. non eſt neceſſe, Reſpõdetur quattuor modis euadendo contrarium. Primò ſecundum quod dicit

1 finis huius! gl. ſecundò, quòd licet ſententia lata contra rem iudicatam non ualeat, ut ibi: lata tamẽ cõtra ſententiam bene ualet, & hic allegabatur nuda ſentẽtia, non res iudicata, ut dixi ſuper uer. ſententia. tertiò per opinio. Goff. & Hoſtien. de qua dixi ſuper gloſſ. 1. & in textu ſuper uer. prolata. 4. generalis, quòd nulla erat ſententia, licet prius lata qualicunque nullitate, ut in glo. quæ non tenebat. & glo. ſequenti. Sed quia per hoc non aperitur intellectus in diſcernẽdo, quid iuris in materia, licet euadamus cõtrarium: ideò dic, quòd quando pars ignorat iudicatum, uel ſcit, & tacet bona fide, non doloſè, uel ſcit, & excipit & probat, & contra rem iudicatam nil replicatur, tũc habet locum lex.1.C. quando prouo. non eſt neceſſe. Si uerò contra rem iudicatam replicatur, uel doloſè res iudicata racetur, locum habet, quod hic dicitur ualere ſecundam contra primam: & idem ſecundum Inno. ſi res iudicata opponitur, ſed non probatur, ut dixi, ſu-

m pra ea. glo. unde circa materiam plenius[m], quàm alii diſtingue, cum fertur ſecunda ſententia contra primam, aut hoc fit per remedium appellationis, ſupplicationis, vel reſtitutionis, aut ſine tali remedio. primo

n caſu certum eſt[n], quod ualere poteſt ſecunda ſententia. primum membrum patet, infra capitu. 2. de fide inſtrumen. cum Ioannes, de teſta. Rainutius, & capit. Rainaldus. ff. de appel. l. prima, nec eſt iſte propriè caſus noſter, cum ſententia per appel. ſuſpenſa uim rei iudic. non habet: unde nõ contra rem iudicatam: ſed contra ſententiam dicitur ferri ſecunda, ut prædixi. ſecundum, & tertium membrum patet, ſupra de reſtitut. in integrum ex litteris, & c. cum ex litteris, & eo. titu. capitu. 2. lib. 6. ff. de mino. in cauſæ, in fin. & l. ſeq. ff. de re iudi. diuus. ff. de ſent. præfec. præ. l. 1. C. de preci. imper. offe. auct. quæ ſupplicatio. Secundo caſu, quando nullum tale remedium interuenit, aut prima ſententia fuit nulla, aut aliqua. primo caſu valet ſecunda, ut hic, ſecundum duas lecturas, quas prædixi, & infra de pur. uul. cap. 2. C. de ſenten. quæ ſine cert. quanti. l. fi. arg. ff. de bonorum poſ. contra tab. l. non putauit. §. non quæuis, & §. ſe. ff. de re iud. l. 3. §. condemnatum. Si fuit aliqua, ſi ſecunda poteſt reputari diuerſa à prima ratione temporis, uel alia de cauſa, & non contraria. C. de ueteri iure enu. l. ſecunda. §. cõtrarium, ut ſi in prima ſententia fuit pronunciatum me debere, uel rem meam eſſe. In ſecunda pronunciatur me nõ debere, uel rem tuam eſſe, quorum utrunque poteſt eſſe ſuo tempore, ad hoc. ſupra de teſti. cum tu, de pe. diſt. 1. periculoſè, & quod dixi de fide inſtrumen. imputari. ff. finium regun. in finalibus. C. de teſtib. auct. ſi dicatur teſtis ſeruilis, & ſi mã. ita fue. alie. ne proſti. l. 1. ff. de mino. in cauſæ. §. fi. & l. ſequen. tunc ualet utraque, & ſecunda primæ præiudicat, quaſi tempore ſecundæ ceſſauerit cauſa primæ, de renun. poſt transla. uer. cæterum. ff. de excu. tuto. l. ex oratione. ar. ff. de pe ti. hære. l. item uidendum, & l. illud. Aut eſt directè cõtraria: & tunc aut fuit diſputatum de uiribus primæ, quòd non ualuerit, & tunc ualet ſecunda, ut in gloſſ. Aut non fuit de hoc diſputatum: & tunc aut is, pro quo facit ſententia, ſcienter & doloſè omiſit illa uti; & tunc ualet ſecunda ſententia ſecundum opinio. Ioannis, Phi. & Hoſtien. de qua prædixi ſuper gloſſ. per decre. excep. de exceptio. Aut ſcienter, ſed non doloſè; & tunc non ualeat ſecunda, ut ſupra dixi, & dicam, infra. Aut omiſit ignoranter; & tunc dicunt quidam, quòd ſi iudex ſciuit primam ſententiam,

o ſecunda nulla eſt. ° Si ignorauit, tenet ſecunda, & prævalet primæ. ſic alibi attenditur ſcientia iudicis, ff. de officio præſid. ſi forte, infra titulo primo, lege ſi duobus. hoc non placet. imò puto tunc propriè non tenere ſecundam, quando pars, & iudex ignorabant de prima. nec eſt æquum, q̃ beneficium ignorãtiæ partis lædatur per ignorantiam iudicis, per quem potius iuuari debet, ad hoc de reſcri. ex parte decani. Solum igitur ad excludendam, uel inducendam culpã in iudice ponderabitur ipſius ſcientia, uel ignorantia; nec ob. lex, ſi forte, & c. ſi duobus, quę loquuntur, cum

eam procedit, qui iudex non eſt. quo caſu ponderatur ſcientia ipſius, uel ignorantia. & in capitulo ſi duo Bas. reperitur pars in culpa ſcienter, & doloſè non excipiendo, quòd ualet ſecunda; dicunt quidam falſum per id quod notatur. C. de tranſactio. ſi diuerſa, ubi dicit gl. q̃ non ualet ſecunda ſententia contra primam lata etiam expreſſo cõſenſu partium; ergo multo minus ex tacito. Sed dato, quòd uera ſit illa gloſ. non ſequitur, quòd ſi ſcientia non nocet, ergo nec dolus. non igitur in pœnam ſcientis, & doloſi id procedit. bene facit ſupra de reſcript. ſuper literis. quæ dixi, ſint uera, ſaluis caſibus excepti. in princ. gl. Item puto prædicta locum habere, ſiue pro actore agente, ſiue cõtra ipſum pro reo prius fuerit iudicatum. cum præ dicta lex non diſtinguat; & facit, quod ibi not. in fine ultimæ gloſſæ.

ANNOTATIONES.

a ¶ De proceſſu. Adde Felyn. in c. cæterum, de reſcrip. & in c. ſuper eo, de cohabi. clem. & mu. & in c. 2. de do. & contuma.

a ¶ De proceſſu. Et intelligitur de proceſſu aliquo: alias ſecus uidetur, ut in c. dilectæ. ſupra de excep. ubi de excommunicatione nulla, & proceſſu nullo non fit mentio. item de proceſſu, quo expreſſo litteras non habuiſſet: alias ſecus, ut in c. tenor, ſupra de re iudi. & ibi Io. And. item hoc uerum, quòd de proceſſu in reſcri. eſt facta mentio, ſcilicet ad remotionem iudicis, ut hic: ſed quando impetrat a iuncti one; tunc ſecus, licet glo. in uer. uoluit, in c. coram. de offi. lelega. dixerit contra, ut ibi ſcripſi. Archi.

b ¶ Electo. De hoc etiam uide quod no. gloſſ. 1. in c. 1. de reli. do. & ibi quando debet appella. & c. item quòd dicit ante conſecrationem uocari electum: dic quòd poſt confirmationem uocatur electus. prob. in c. ex propoſita. ſup. de arbit. ſi enim confirmatus nõ fuiſſet, non compromitteretur, & adminiſtrationem non habuiſſet per no. in c. ex tranſmiſſa, de elect. item an confirmatus uocetur electus, ut in c. exhibita, de iud. uide etiam Inno. in cap. cum dilecti, de dolo & contuma. Archid.

c ¶ Non uocatur Abbas. Adde Hoſtien. hic, & Archi. in c. alienationes, ſuper glo. 1. 12. q. 2. Cardi. in clem. attendentes. §. ſtatutum, de ſta. mo. Oldra. conſi. 14. Archi. in c. quoniam. 69. diſt.

d ¶ In glo. quicunque. Ad materiam huius glo. quando cauſa reuocationis, ſiue excommu. ſit opponenda, uide etiam glo. in uer. allegare, in cap. ſecundò requiris. inf. de appella. & gl. 1. in c. excep. de exceptio. Cyn. in l. fin. de ſpon. Bart. in l. quidam conſtituebant, de re iudi. & in l. uir bonus. ff. iudi. ſol. Pe. in l. ex quacunque, ff. ſi quis in ius uo. Specu. in titu. de compe. iudi. adi. §. 1. uer. quid ſi, in prin. & Io. And. in ad. li. Iac. Butri. & Guil. de Cu. in l. 1. de iudi. Cyn. in auct. offeratur, de lit. conteſt. & l. fi. vt lite pen. glo. 2. q. 6. biduum. §. fi. & Barto. in l. fi. quando ap. ſit, & auct. offeratur, canonizata. 3. q. 3. & ibi dixi, facit. 3. q. 5. quia ſuſpecti, ubi dicit ante litem inchoatam. Archidia.

e ¶ Ad 20. dies. Ad ie Hoſt. in ſumma de excep. §. & quando, uer. & in decimatoriis, uſque in fi. & gloſſ. in c. exceptionem, in gl. 1. de excep. & Bart. in l. fi. in 3. col. ff. de feriis.

f ¶ Negetur quis. Quia ſemper iſtæ exce. tendunt ad declinan. & ad eundem finem, quem tendit recuſatio; & per hoc in fi. uide glo. in c. ſi à iudice, de appel. lib. 6. & quod no. Inn. in c. paſtoralis, de officio dele. & in c. cum ſpeciali, de appel. & uide ad hanc materiam Bart. in l. quidam, de re iudi. & uide Io. And. in uer. ſuſpectum, in c. cum ſpeciali, de appella. Bald.

g ¶ Præiudicium facit. Adde Imol. in c. ſuper litteris, de reſcri. & in l. quidam conſulebant, ff. de re iudi.

h In glo. per quem. In hac glo. dum vult etiam tex. quòd de priuilegio debeat fieri mentio, poteſt dici, quòd erat priuilegium, quod non concernebat merita cauſæ, ſed dabat formam reſcrip. ut non ualeat reſcriptum, niſi de eo fieret mentio, ut in fi. in c. cum ordinem, ſupra de reſcr. & c. nonnulli. uel erat priuilegium, quod concernebat dilatoriam exceptionem: & ſic ſi reſcriptum de eo mentionem non facit, eſt ſurreptitium, ut in c. ſuper litteris, de reſcri. & c. accedens, ut lite non conteſt. aliàs ſi comprehenderet meritã cauſæ, uel concerneret peremptoriam, tunc in reſcrip. de eo, uel ea mentio fienda non eſt, ut in c. 1. de lite conteſt. lib. 6. in fin. quicquid hic dicat glo. & uide quæ ſcripſi in c. cum ordinem, & in cap. 1. de reſcrip. Archidia.

i ¶ A iudice. Et tunc obſtat efficacius, quia ſi ſententia ſola non poteſt propter nouas probationes retractari, fortius ſententia, & iuramentum; ſolue, ut ibi no. per glo. & Bart. in l. admonen.

K ¶ Rubrica. Item uide ad hoc alios no. in c. fraternitatis, de frigi. & uide quod not. in c. cum Bertol. ſupra eo. in uer. conceſſimus, & Barto. in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſe, & in l. duobus, de excep. rei iudi. & l. Titia. de accuſat. Bald.

l ¶ Finis huius. Bart. autem intelligit hoc capitulum de modo, ſcilicet quia prima ſententia fuit allegata, & de illa cognitum, & contra illam ſententiatũ, & ab ultima ſeutentia non fuit appellatum; & ſic ualet ſecunda: & dicit iſtum text. ſecundum cauillationes hoc uelle; & allegat tex. nota. in l. duobus, ff. de excep. rei iudi. vbi uide per ipſum. hoc ipſe no. in l. nam & poſtea. §. ſed ſi damnetur, ff. de iureiuran. & ibi uide differentiam ſententiæ, & iu. imò ibi uiderur idem ſentire, ſi non ſit prima ſententia alleg. cuius contrarium nota.

m ¶ Plenius. Vide Bald. & Salyc. pleniſſime in præall. l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſe: & quare aliud in ſententia, aliud in tranſactione, ut conſenſu partium iſta tollatur, illa non per ſecundam ſententiam, uide gl. & ibi doct. & Saly. in l. ſi diuerſa, C. de tranſ.

n ¶ Certum eſt. Ad hanc materiam uide glo. in c. ſi. appellationem, de appella. in Cle. & Bar. in l. 1. quando prouo. non eſt neceſſe, & l. duobus, de excep. rei iudi. & l. Titia, de accuſa. & uide Inn. in c. ex tenore, de appel. infra, & omnino uide Io. And. in c. ſignificanti bus, de pur. uul. & in c. in litteris, de offi. deleg. Bald.

o ¶ Secunda nulla eſt. Quando ſententia contra primam, quæ tranſiuit in rem iudi. ualeat, ultra Doct. hic adde Bald. & Saly. in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſe, Pau. de Caſt. in l. nam & poſtea. §. ſi damnetur, ff. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra priuilegium quando teneat.*
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Spoliatio apparet hoc ipſo, quòd ſubditus reſiſtit, & quod priuilegio ſtandum prima facie, ibid. ideo remedium competat.*
3 *Inſtructa debet eſſe plenè cauſa*
Remiſſio fit cauſæ in re dubia, ibid.
4 *Sententia pro utra parte ſit ferenda, cum utraque fundat intentionem ſuam.*
Probatio efficacior antefertur, ibid.
5 *Officij publici, & neceſſarij ratione quis excuſatur, & ſibi non præiudicat, ut in iudice, & tutore: ſecus in aduocato, & procuratore, & ratio.*
Excipere, & proteſtari conducit ad euitandum præiudicium ex ſententia ſua. ibid. & etiam cæteris conſeruat ius.
Reperti, pro productis, ibid. in fi.
6 *Inſtrumentum ſolutionis ſi poſt ſententiam condemnatoriam inueniatur, quid iuris, remiſſ.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num.*8.
Reprobatum dicitur, quod iudici oſtenditur, & contra ipſum iudicat.
9 *Additio gloſſarum.*
In poſſeſſorio pronunciatur ſuſpenſo petitorio, ſi de utroque agatur, ibid. §. in glo. not. quòd.

CAPVT XXI.

1 VBorta. Caſus. Tenet† ſententia lata contra priuilegiũ oſtenſum, uel non oſtenſum, ſi ab ea non fuerit appellatum, uel ſupplicatum. & tria facit. primo præmittit proceſſum, & ſententiam ſuper poſſeſſorio. ſecundò ibi, Verum, committit ipſius executionẽ, & cauſam ſuper petitorio. tertiò ibi, Iudicibus, Petitorium, diffinit; diffinitum moderatur, & quoddam ſoluit obſtaculum [*Meldenſem*] dicecſanum, vt infra paret [*Subiectione*] quod uendicabat epiſcopus [*qua*

2 *ſi poſſeſſionem*] ſufficit† enim hoc caſu probare epiſcopo poſſeſſionem, uel quaſi. hoc enim ipſo, quòd ſubditus reſiſtit, apparet ſpoliatio, & inde competit epiſcopo, uel interdictum, uel iudicis officium, uel condictio: remittit Innocent. de electio. querelam, de reſtitutione ſpoliatorum, ſæpe. Idem Hoſtienſ. Abba. & Egid. [*Innocentij*] ſecundi [*& probaret*] de conceſſ. præben. cum ſuper [*Sibi*] ſcilicet epiſcopo, cum prima facie ſtandum eſſet priuilegio [*Inſtructam*] plenè, ut† de

buit fieri, supra eo. cum Bertoldus [*Remittentibus*] erãt enim iudices perplexi inter priuilegium Innocen. & sententiam Alexan. nescientes ergo quid eligerent,
4 remiserunt negocium [*Efficaciores*] no. quòd ubi utraque pars fundat intentionem suam, iudicatur pro illo, cuius iura sua sunt potiora. sic sup. de postu. bonæ. 2. §. fi. ubi de hoc, & in dubio est hoc arbitrarium; de hoc, sup. de testibus, in nostra, & cap. fina. secundum Hostien. [*Prosequatur*] concor. sup. de capellis monacorum. c. 2. ad finem, supra de fide instrumentorum, inter dilectos, uer. porrò, ubi plenius uide in glo. sed
5 nonne. & dicit ☩ hic Innoc. papam ignorasse ius, quod habebat in mona. aliàs sibi præiudicasset. ff. eo. l. sæpe, nisi dicas cum Hostien. quòd ratione publici & necessarii officii excusetur. nam de qua re &c. sup. de causa possess. cum super, sicut & tutor pro pupillo agẽs, uel auctoritatem præbens. C. de admini. tuto. l. cum quidam, ad finem. ff. ex quibus causis ma. uidelicet, licet secus sit in officio uoluntario, sicut officium aduocationis. & procurationis. ff. de inoffi. testamento, aduersus. §. fin. & l. fi. primo responso. ff. de rei uendi. inter officium. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, si quis ex signatoribus. C. de inof. testamento. l. pa-
a rentibus, & supra de transactioni. ex litteris[a]: tutius tamen est iudici, quòd semper ius suum excipiat, sicut hic fecit papa. nec mirum, si conseruat ius suum per protestationem, quæ sic conseruat etiam ius aliorũ. sup. cap. proxi. in fine [*Reprobasse*] facto, & si non uerbo, Lau. [*Reperti*] ideſt producti. Pet. [*Non debet*] quæ-
6 stionem ☩ de condemnato, qui post sententiam inuenit instrumentum solutionis, uide in Specu. de senten. excommunica. §. ulti. uersic. illud autem [*Retractari*] similis modus concludendi. infra de institu. ca.
7 fin. sup. titu. 1. cap. penulti. in fin. ¶ Prima ☩ glo. not. & remittit. ¶ Secunda reddit rationem tex. ¶ Tertia no. obiicit, & soluit tripliciter. ¶ Penultima glo. no. inducens duo similia, & unum diuersum. in fine arguit, alleg. duo iura. ¶ Vltima glo. alleg. tres concor. exci-
8 pit duos casus, inducit duo similia. ¶ *In* ☩ *gloſſ. penult. ibi, Lucius*] dicit, quod decre. proxi. allega. in fine [*& ibi. l. 1.*] hæc lex dicit, ꝙ ex quo de falso non fuit in primo iudicio quæsitum, post sententiam de hoc agi potest. ¶ *In glo. ulti. ibi, imperatores*] hanc & sequen. uide sup. c.
9 proxi. in ulti. gloſſ. ¶ *In* ☩ *gloſſ. 2. ibi, Possidentur*] arg. 84. distin. quisquis, Ioannes, cum suis concor. [*Et in fine*] rationem quære, de foro competen. conquestus, in gloſſ. 2. ¶ *In glo. no.*[b] *quòd, ibi, restitui*] & hoc est dignum not. secundum Innocen. quòd quando utroque iudi-
c cio agitur, dilata proprietate pronunciatur[c] super possessione, de qua statim constat. & dicunt quidam hoc non habere locũ, nisi de possessione constet per confessionem, ut hic. Sed ipse hoc reprobat dicẽs, ꝙ obtinet, qualitercunque constet, ad quodalleg. quia suspenso petitorio, potest quis prosequi possessorium, de cauſa poss. pastoralis. Hostien. remittit, de resti. spo; cum conquestione, ad fin. uide eo. titu. sæpe. ¶ *In glo. dicit Innocen.*] & infra de concess. præben. post electionem, in glo. sententiam, in fin. ¶ *In glo. penult. in fi.*] de hoc. supra de constitu. cum accessissent. ¶ *In gloſſ. ulti. ibi, Admonendi*] dicit Goff. & nisi per in integrum restitu. sup. de restitu. in inte. suscitata. ff. de mino. si ex cau sa [*& ibi, ex multiplici*] infra de pactis. c. 1. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a Ex litteris. Et. ff. de procura. l. procura. qui pro euictione, ubi uide Bart. & in l. post mortem. ff. quando ex fac. tuto. & per Sali. in l. ei qui. C. quod cum eo.

b ¶ In glo. no. In hac glo. quare diuersum in compensatio. quòd si non admisit, non uidetur eum reprobare; dic quia est exceptio cõtra. ad merita, & ad executionem potest opponi, tamen nõ admittendo uidetur seruare executioni: secus est in aliis, ubi ad merita tantum possunt opponi. Archidia.

c ¶ Pronunciatur. Adde c. cũ dilectus, de cau. pos. & proprie. & istud facit pro Cle. unica. de cau. possess. & proprie.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, à qua fuit appellatum, retractatur, si constet testes, ad quorum dicta tantum lata fuit, conspiratores fuisse, & contradicente parte receptos.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Canonici regulares non solum nomine ecclesiæ, sed etiam suo procuratorem constituunt etiam alium canonicum regularem, etiã in causa criminali, quæ ciuiliter agatur, num. 3.*
Monaci, & alij religiosi an & quando possint constituere, & constituti procuratores, eod. num.
Eis quando de monasterio subministrentur expensæ, ibid.
Procurator pro quibus & quis esse possit, ibid. appellare tenetur, & an prosequi, num. 7.
3 *Consortes litis qui dicantur hic.*
4 *Delegati an exequi mandatum ibi debeant, quo in loco mandatum fuit expediri.*
5 *Inquisitio generalis quæ dicatur, & quo casu hic committatur, in ea an fiat litis contestatio, num. 16. non admittit subtilitates, num. 19.*
Correctio, cui committitur, is beneficio priuat, ibid.
Inquisitores etiam iudices hic appellantur, & ratio, ibid. & quænam sit inter hos differentia, remiss. ibid.
6 *Inquisitus iurare cogitur.*
7 *Conspirationis est ualida exceptio, & distinguitur, quando sit ei locus, ad fi. & num. 11. & 19.*
8 *Publicatio attestationum si sit omissa, an ideò sententia retractetur.*
Grauamen contra ius litigatoris illatum transit in rem iudic. ibid.
9 *Probatio semiplena non sufficit ad conspirationis ostensionem.*
Non probatum plenè potest in appellationis causa probari, ibid.
10 *In testium personas protestatio de reprobatione si non fiat, præiudicat, & probare statim hic debuit, uel petere & recipere terminum ad probandum.*
11 *Testium aliquorum conspiratio, si sunt alij, non nocet; & idem, si sunt instrumenta.*
Testes hic parificantur instrumentis, ibid.
12 *Processus appellatione continetur & sententia.*
Sufficienter probatum præsumitur ob auctoritatem iudiciariam, ibidem.
13 *Testes criminosi non reijciuntur à testimonio, nisi ex parte obijcientis in eos.*
14 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 15.*
Sententiam ferre de quibusdam licet, de quibusdam minimè, & nume. 16. in prin.
16 *Additio glossarum.*
17 *Offerre probationem in grauamine oportet.*
Corruptio testium aliud à conspiratione, ibid.
18 *Appellare ante sententiam an & quando oporteat.*
Probationum reiectio tangit sententiam, & legitima ab ea est appellatio, ibid.
19 *Inimici qui repellantur à testimonio, circa fi.*
Conspiratio quædam sine peccato, & quæ hic, ibid. in fi.

CAPVT XXII.

1 GVm I. & A. Casus. Sententia, ☩ à qua fuit appellatũ retractatur, si constet testes, ad quorum dicta tantùm lata fuit, cõspiratores fuisse, & contradicente parte receptos. Et primò ponit factum coram papa narratum appellationis remedio. secundò datiudices appellatio. ibi, Quia uerò. Prima subdiuiditur: quia primò ponit subdelegationem principalis causæ, & eius formam. Secundo ibi, Iudices,

ces, processum, & sentẽtiam delegatorum. tertiò ibi, appellationem ab ipsa interpositam, & prosecutionem ipsius. Secunda etiam subdiuiditur, quia primò in certum casum mandat processum proximorũ iudicum irritati. & de nouo inchoari. secundò ibi, si uerò, sub duplici, uel mandat, pcessum cõfirmari, quoddam soluens obstaculum ibi, Quia licet [*Ex parte*] no.
2 per ☩ hoc Inn. ꝙ canonici regulares non solum nomine ecclesiæ, sed etiam suo procuratorem constituunt etiam alium canonicum regularem, ar. contra. 16. q.
a 1. qui uerè, & ca. monaci[a], de accusa. c. pen. 87. di. peruenit. Respondet Inno. & Host. post eum, ꝙ monasterium indubitanter constituit. sup. de consue. cum dilectus, de iura. calum. imperatorum, cum multis similibus. Item religiosi in causis, quas habent, procuratores constituunt; ut si fiat inquisitio contra ipsos, uel inquisitionem promouent contra prælatum, ut hic, & de accusa. c. pen. uel si agant de sua electione, infra eo. ad probandum, de resci. cum dilecta. sup. de elect. cum inter. R. Idem in accusa. & denunciatione prælati sui, quo casu sunt eis expensæ de bonis mona. mini strandæ, inf. de accusa. ex parte. & generaliter ubicũq; licet monaco agere, licet ei & per alium literas impetrare, & causam prosequi; ad hoc. sup. de excep. dilecti, in prin. ibi, Trãsmissa nobis petitione &c. Regulariter enim obtinet, quòd procuratorem constituit is, cui permittitur agere. ff. de procu. l. 1. Et melius est, ꝙ monacus agat per alium, quàm per seipsum. sup. de Sindico. c. 1. Quilibet etiam regularis potest constitui procura. ab abbate in negocio mona. sui. 16. q. 1. qui uerè, & ca. monaci: non autem in suis propriis, scilicet Abbatis, negociis: puta si fiat inquisitio cõtra eum. uel alia propria negocia ei insurgant, secũdum quosdam, cum prædicta capitula dicant, ꝙ ad hoc ut monacus posset hic negocia forensia exercere, duo sunt necessaria. s. Abbatis mandatum, siue auctoritas, & monasterij proprii utilitas. Tu uerò dicas, ꝙ etiam in inquisitione, & aliis negociis Abbatis, & in electio
b ne ipsius; & in aliis potest esse monacus procurator.[b] nam in hoc uertitur utilitas monasterii, ut bonus Abbas ei præficiatur, & præfectus defendatur secundum Inno. & per hæc enim uerba dicunt procuratores electorum, uel qui defenderũt prælatos per successores sibi deberi salaria, illi dicunt contra: quia illi seruierũt personis, uidetur utroque casu põderandus euentus, & in electo distinguenda concors electio à discordi. per decreta. cupientes, de elect. lib. 6. Subdit Innoc. ꝙ hac ratione attenta, s. utilitate monasterii, etiam pro laico patrono, uel principe, uel magno defensore, si-
c ue utili[c] amico monasterii uidetur, ꝙ possit esse procurator. nam episcopo uidetur hoc idem etiã fortius, quàm monaco prohibendũ, ut patet. 5. q. 3. quia episcopus. 60. q. 3. cum simus; & tamen Arelaten. Archiepiscopus pro domino Guil. montis Pesulani domino, ꝙ nec suus princeps est, nec patronus, sed uicinus tantùm, per papam admittitur procu. infra qui fi. sint legi. per uenerabilem. Multofortius igitur est in prædictis casibus monacus admittendus; & si is, contra quem constitutus est, excipiat, quòd in hoc non uertitur utilitas monasterij, replicabitur, quòd non pertinet ad ipsum de hoc excipere: quia nec inquirere, nec scire. possent enim esse tales, & ita occultæ utilitates monasterii, ꝙ non expediret, imò potius officeret ipsas omnibus esse notas: sed conuentus, ad quem pertinet scire & tractare utilitatem mona. uel etiã ipse monacus qui constituitur, posset contradicere ex hac causa. Sed & de mandato episcopi potest monacus constitui procur. 16. q. 1. qui uerè, imo, quod plus est, etiam contra uolũtatem episcopi & Abbatis possunt
d monaci denũciare[d] malum prælatum, & ad hoc procuratores constituere, ut hic patet, & 2. q. 7. quapropter. quinimò & pro ꝓsecutione cuiuslibet negocii, in quo plures monaci agendo, uel defendẽdo admittuntur, possunt unus, uel plures ex eis per se negociũ prosequi, & etiam constitui procuratores ab aliis nomine eorundem, arg. hic, & inf. de accusa. olim. in 5. & pen. §. prædictis autem monacis, & in eo, quod legitur, & notatur, infra de testibus, insuper, & patet in clemen. de procu. religiosus. Sed contra hæc omnia uidetur argum. expressum. 12. q. 1. non dicatis. ubi dicitur, quòd nec litteras recipere debet monacus sine licentia superioris; quod intelligitur de litteris quantuncunque priuatis & amicabilibus, ac simplicibus sibi missis. & si de his hoc uerum est, multo fortius & de procuratoriis hic oportet concedi. Solutio. quod dicitur in dicto capi. non dicatis, scilicet quòd monacus non debet recipere litteras sibi missas, subaudi tu pro sua utilitate. Nam pro utilitate mona. hoc posset. uel illud regulariter uerum est. fallit autem, quando procurator constituitur, ut hic, & aliis casibus à iure exceptis, secundum Innocen. Remittit etiam de hoc Hostien. supra de postulan. capitu. secundo, ad materiam adde, quod dicam, infra de priuilegiis, cum olim propter, in gloſſ. ideò acquisiuit.
3 [*Canonicorum*] & sua, & sic ☩ erant in iudicio criminali pro se, & aliis, qa ciuiliter agebatur: aliàs cõtra, quod legi. & not. supra de procur. tuæ. in ciuilibus autem rales dñr consortes litis, ut not. de constit. cum M. Host. bene facit cle. de procura. religiosus [*Infamatus*] super quibus, & aliis cũ procur. Abbatis diutius litigassent, nos &c. concord. de regesto Inno. [*Ad ecclesiam*] ergo
4 ☩ non alibi, saluo eo, quod dicitur infra de offi. deleg. statuimus. 2. lib. 6. per quã reprobatur, quod dixit hic Vin. ꝙ si illi, quibus sic scribitur, parte non opponen-
e te[e] in alio loco procedunt, & sententiam ferãt, ualent sententiæ; alleg. ff. de procur. filius. §. ueterani. Tu dic contra, nisi in casu prædictæ decret. statuimus; ad hoc de rescriptis, statutum. §. in nullo, eo. lib. [*Membris*] &
5 sic ☩ fuit commissa inquisitio generalis. poterant ergo super statu domus conspiratores admitti, ut in fi. [*Corrigenda*] no. Abb. appellatione correctionis inquisitiõ nem contineri. Item ꝙ is, cui committitur correctio, priuat beneficio [*Iudices*] dicit Host. ꝙ magis propriè dixisset inquisitores. Sed iudices dñr, quia ad modum iudicũ ab administratione deponunt, & exceptiones admittunt. In quo tñ sit inter istos differẽtia, remittit
6 Host. supra de iudi. exhibita [*Abbatis*] not. Host. ☩ 15, ꝑ quem fit inquisitio, iurare cogitur, de quo remittit, de accus. qualiter. 2. [*Per sententiam*] uide, quod dixi de rescrip. dilectus, infra de sta. mona. in singulis, in gloſ. contra supra [*Remouerunt*] ꝓ ea, quæ coram ipsis fuerãt in inquisitione prolata [*Dilata*] & postea expedita; quod dicit Hosti. ex fine patere [*Sententia*] ergo non à grauamine, quod est contra not. in gloſſ. pen. [*Prædictus*] in decisa, quã supra posui [*Appellauerit*] ja ☩ quod
7 tenebatur, licet prosequi non teneretur; quod dic, ut supra de procura. non iniustè [*Proposuit*] prosequendo, ad quod non tenebatur, ut proxi. dixi [*Tum quia iuramenta*] hæc est ualida exceptio, quare, infra distinguitur super illa, Innoc. [*Depositionibus*] conspiratorum. aliàs enim forte publicauerant, secundum Inn. & sic soluitur ꝑm eum contrarium, quod signat glo. de decre. qualiter. 2. ☞. de accu. & eo. titu. olim. uel ꝑm eum
8 f licet nullæ attestationes fuerint publicatæ[f]; non tamẽ propter id reuocabitur sententia, cum ex eo non fuerit appellatum[g]. per quod no. Host. grauamẽ illatum contra ius litigatoris transire in rem iudicatã, uel approbari per partem, infra 10. dies ab illo non appellantem. uel papa mandat dicta conspiratorum publicari & inquiri, an iudices dicta cõspiratorum fuerint

secuti, & an aliorum dicta concordent dictis conspiratorum, secundum Innocen [*Conspirationis*] quasi de aliis non sit curandum. & facit quod dixi, supra glos.
9 proxima [*Plena*] quasi† nō sufficiat semiplena, de quo remittit Hostien. de renun. post translationem, §. cū ergo. & per litteram sequentem notabat in causa appellationis probari posse plenè, quod probatum fuerit semiplenè, de quo remi. de test. fraternitatis [*Quod*] scilicet eos conspiratores fuisse [*Probare*] dicit Innoc.
10 quòd† protestari debuit se uelle reprobare personas: aliàs sibi præiudicabit, supra de rest. præsentium. imò, quod plus est, debuit statim probare, uel petere, & recipere terminum ad probandum, ut hic, & supra de testi. causam, & uide quod dixi eo. titu. ex parte [*Et eorum*]
11 scilicet conspiratorum [*Cum per† alios*] scilicet testes. Idem tamen, si approbata essent per instrumenta confessionis, uel aliud genus probandi, de restitu. spo. cum ad sedem, in fi. & per eosdem iudices posset de his constare, de excess. præla. inter dilectos, uer. præterea; & de hoc no. sup. de testi. cùm à nobis, secundū Hostien. [*Ea*] scilicet crimina, per quæ fuit lata senten
12 tia [*Processum*] & per† consequens [b] sententiam [*Litteris*] directis ad ipsos iudices. sup. in prin. capituli [*Sufficienter*] quod propter auctoritatem iudiciariam præsumendum est. sup. eo. secundum Host. [*Processum*] & sententiam ex processu secutam [*Confirmetis*] tam in capite, quàm in membris, quorum correctio, licet dilata fuerit, fuit tamen postea expedita. nec ob. q conspiratores sunt recepti; & sic cōtinuatur sequens uer.
13 [*Fides possit adhiberi*] sed nonne† propter crimen potue runt in totum à testimonio repelli? Respondet Inno. quòd sic, si istud obiiceretur ab aliis: sed hic nullus cōtra ipsos obiicebat conspirationem, nisi solus Abbas à cuius nocumento bene excluduntur: uel dic, ut di-
14 cam super ult. gloss. ¶ Tertia† glo. respondet per contrarium de. l. in fi. alle. ¶ *Glo. sed non uidetur*] signat contrarium, remittit. & arguit. ¶¶ Pen. gl. obiicit, & soluit. ¶ Vlti. gloss. in sui prin. soluit obiectionem, cui dat simile: demum quærit opponēdo, & tripliciter soluit.
15 ¶ *In glo. 3. ibi, item quæritur*] loquitur de eo, cui debeban tur sexcenta: quia licet pronunciatum sit de centum, petitur residuum [*& ibi. §. pen.*] si mortuus est is, cuius negocium gessi, uel socius meus, negocia prius cepta
16 perficio; noua inchoare non teneor. ¶ *In glo. 3. ibi, pronunciare*] uide, quod dixi, sup. eo. cum inter, in ult. glo. ¶ *In glo. hæc exceptio ibi, Prosequitur*] ut supra de procu. in nostra. inf. de pur. ca. c. pen. [*& in fine*] dicebant Per. & post eum Abb. quòd in generali inquisitione non fit contestatio: in speciali uerò uocatur is, contra quem inquititur: qui si negat, habetur id pro contestatione. si uero est contumax, procedi potest contra ipsum, ut
17 lit. non contest. quoniam, §. sunt & alii, & facit quod
i dicam [i] super ulti. glo. ¶ *In glo. & istud, in fine*] uel dic ut dixi in text. super uer. depositionibus. ¶ *In glo. sed non uidetur, ibi ex parte Adæ*] Hosti. dicit, quod † hoc probare uoluit, sed non obtulit: uel obtulit, nec fuit repulsus: uel si fuit repulsus: non tamē appellauit propter hoc, sed solùm à diffinitiua, ut dicam super glo. penul. ¶ *In glo. Sic patet, ibi, Seu conspiratorum*] dicit Innoc. dici posse aliud in testibus corruptis, aliud in conspiratribus. ¶ *In glo. penul. in fi.*] secundum Io. sed erratur in intellectu, & ideò erratur in gl. unde dic, quòd hic fuit à sen-
18 tentia appellatum, ut sup. patet, certum enim est, q† si ante sententiam appellatum fuit ideo, quia iudices noluissent probationes admittere; appellatio legitima fuisset, & processus iniustus, Hos. nec ex an. colligitur, quòd ante sententiam fuerit appellatum. Sed dices, quare ergo retractatur sententia propter causam pendentem, a qua similiter non fuerit appellatū? Respon det Host. hoc ideo, quia illud grauamen. s. de receptio ne testium cōspiratorum potissimè tangit sententiā, magis enim grauatus fuit Abbas circa illum articu-
K lum in sententiæ prolationek, quàm in testium receptione. quare secundum distinctionem hic positam ex eo retractatur sententia. Tu dic, ut infra de appella. c. ulti. lib. 6. & adde, quod no. de excep. c. 1. in 4. gloss. & quod dixi de ele. cum nobis olim, in gl. est sciendum, ad fi. ¶ *In glo. ulti. ibi, ad præsumptionem*] uel iudicis informationem. & est s. de confes. ca. 1. [*& ibi, Nulli*] dic illud speciale in episcopo, ut ibi not. & 2. q. 7. §. in hoc
19 [*Et in fine*] dicebat Host. quòd cum sit generalis inquisitio, non est locus subtilitatibus istis, maxime quò ad illos, qui pœnitentiam debent agere. quo casu nec forsan locus est illi formæ, quæ traditur. de accu. qualiter. 2. §. debet, licet Abbas, qui specialiter expressus erat, & ab administratione remouendus, de hoc con queri potuisset: talibus tamen testibus non creditur contra illum, cōtra quem conspirarunt, ut hic in tex. Dicebat Goffre. hic speciale, quòd tales recipiantur: quia quæ fiunt in capitulo, per alios sciri non possunt supra de testi. ueniens: sicut quæ fiunt domi, per domesticos oportet sciri. C. de repudi. consensu. & ideò, quales inueniuntur, tales recipiuntur. uidelicet ꝑm Innoc. speciale in causa inquisitionis, ut recipiantur criminosi, cum illa non fiat nisi contra infamatos, de accusatio. qualiter, secundo. & maximè, ut prædixi secundum Hostien. si fit generaliter in capite, & membris, de accusa. qualiter 2. & maximè ad pœnitentiam peragendam. unde conspirator per conspiratorē con uincitur, de testi. co. cap. fi. uel secundum Inn. non solùm inimici dicuntur, ut repellantur à testimonio; qui odiunt in mente; sed etiā hi, qui sine mentis odio habent, uel habere præsumuntur causas inimicitiæ, arg. 3. q. 9. ca. 2. & capitulis sequen. & idem dici potest
1 de illo, quii pro bono ecclesiæ sine peccato conspirat contra prælatū: & tamen repellitur à testimonio con tra ipsum, secundum Innoc. qui tamen non peccat, ut dixi, supra de iudi. exhibita.

ANNOTATIONES.

a ¶ Monaci. Licet illa iura loquantur de monacis: tamen idem iudicium est & de canonicis regularibus, vt de ſta. mo. quòd dei, & ibi uide glo. quæ incipit aliter, & super illa. Io. And. & de postu. c. 2.

b ¶ Procurator. Adde Archi. in c. nullus, lo. secundo. 2. q. 7. & ibi etiam Domi. adde eundem in c. quàuis, in pen. còl. de procu. *in 6.* & Rota de procura. in antiquis, But. in c. peruenit, qui si. sint le.

c ¶ Vtili. No. hic, quòd omnis ciria aliquando ampliat potestatem circa officium procurationis. ad quod facit, quod no. Cyn. in l. inuitus, C. de procu. sed ibi plus uult, quòd etiam sine mādato admittatur, & possit sicut coniuncta persona: quod tamen non tenetur, de quo plenè scripsi in c. ex parte decani, de reſcri. Archidia.

d ¶ Denunciare. Et habebit de communi expen. non autem, si accusat. uide Ioan. And. in c. ex parte, de accu. in glo. idem in §. clerico, & ibi ponit rationem, de uer. cautio.

e ¶ Opponente. Sed an partibus expresse consentientibus ual eat iudicium dubitabile? uiderur quòd sic. facit quod no. gl. super uer. committatur, in c. statutum. §. cum uero, de reſcri. lib. 6. Ad idem prorogatio fit in tempore, & in loco qno ad ordinarium saltem; uide in c. P. & G. de offi. deleg. Ad materiam facit quod no. Ioan. And. in cap. excommunicato, de reſcrip. super prin. gloss. quæ incipit, isti non.

f ¶ Publicante. Adde Bart. in l. gesta, C. de re iudi. & in l. solam, C. de testi. Bal. in l. 2. C. de edendo, & in l. fi. C. de testi. & in l. prolatam, C. de senten. & interlo. omnium iud. Abb. in c. causam, lo primo, de testibus.

g ¶ Appellatum. Et sic publicatio attestationum non est de substantialibus iudiciorum. hoc idem uoluit glo. super uer. iudicii, in c. fi. de hære. lib. 6. quod contrarium not. gloss. in l. prolatam, C. de senten. pro quo facit, quod no. Bart. in extrauaganti ad reprimendum, super uer. figura, & uide Bald. in d. l. prolatam.

h Consequens. Sententia ergo est de processu: de quo, an sit uerum, uide Bart. in l. non intelligitur. §. neque, ff. de iure fis. & per Ioan. And. in Spec. de senten. §. 1. in prin.

Di-

Dicam. Vide ad hoc no. sup. de testi. c. cum olim, & in c. 1. de offi. ordina. Inn. & Io. An. in c. cum clamor, de testi. & Inn. in c. in nostra, de procu. & quod scripsi in d. §. sunt & aliis: iste tex. tamen pro & contra induci potest, quòd in causa iuquisitionis sit necessaria liris contest. Archidia.

k ¶ In sententiæ prolatione. Adde Phi. solenniter, in c. cum cessante. 19. colum. infra de appella. & per Felin. in cap. significauerunt. 3. colum. de exceptio.

l ¶ Illo qui. Et sic no. quòd siue in bona parte, siue in mala, uel iusta, siue iniusta, tamen repellitur à testimonio, quod no. quia facit, quia si quis allegat iudicem suspectum, siue inimicitia procedat ex defectu recusantis, siue non, potest iudicē recusare, quod est uerum, & no. non enim tam odium litigantis, quam æquitas iudicantis attenditur. ut in c. cum inter, de excep. contra tamen facit glo. in uer. rationabiliter, in c. ut debitus, de appel. sed potest dici, quòd ex illo, quod ille appellauerit: non tamen concluditur iusta causa recusandi; & quòd ipse ex hoc fit suspectus, hic sic: quia licet inimicitia processit ex defectu illius, imò magis inquinatur; post quàm istam causam non habet inimicandi, & ipse auctor fuerit. & ad prædicta optime facit, quod no. Io. And. in c. fi. in prin. infra de appel. & dic prædicta uera, nisi hoc fiat in fraudem, ut post iniuriā dedit alapam testi, qui ibi solus erat, ne ut inimicus possem testificari, ut no. Barto. in l. 1. §. cum quis, de quæstio. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actione condemnatus infamis est, & per papam potest restitui famæ, & nu. 2.*
2 *Iniuria factis, & uerbis fit.*
Quibus tollatur modis, & nascatur, ibid.
In iniuriarum actione agitur ad æstimationem pecuniariam, ibid.
3 *Capillos qui magni faciant, & ex eorum contemptu agitur iniuriarum, ibid.*
4 *Restituere in integrum famæ, honori, patriæ, & aliis, & quos, & nume. 9.*
Dispensare qui possit, & in quibus, ibid. & num. 9.
Cap. Quæsitum, de tempo. ordi. Cap. Sanè. 2. de cleri. coniu. & Cap. Testimonium, de testibus, intellectus, ibid. §. nec obstat.
5 *Vel, pro imò.*
5 *Responsio debet conuenire petitioni.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 7.*
Pro modica summa non datur actio doli, & an alia, & num. 8. §. 1. & quæ dicatur modica, ibid.
8 *Suppletio glossarum.*
Procurator in criminalibus, nisi ciuiliter agatur, uel illustris persona, non constituitur, ibid. num. 8.
9 *Infamia per sententiam irrogata á quo, & qualiter tollatur.*
Senatum habet ecclesia, ibid. in fine.

CAPVT XXIII.

1 Vm te ab lecturam. Cōdemnatus † in actione iniuriarum infamis est, & per papā potest famæ restitui. & primò ponit porrectam petitionem: secundò ipsius exauditionē
2 ibi, Nos autem [*Iniuriarum actione*] fit iniuria† nō solùm factis, sed etiam uerbis. ff. de iniur. l. item apud Labeo-
a nem [a]. §. iniuriarum. C. de iniuriis, si non conuicij. Grego. super Iob, in prin. Aliquando plus turbant uerba, quàm uerbera. & agitur hac actione ad pecuniariam æstimationem iniuriæ, ut infra de iniur. olim, & condemnatus infamis efficitur, ut hic cum suis concor. etiam si clerico, uel quod plus est, cum episcopo fuerit irrogata, ut præalle. decre. olim, & de senten. excō. ea noscitur, tollitur autem hæc actio per pactum, & ipso iure. ff. de pac. si tibi. 10. §. quædam, & dissimulatione, institu. de iniur. §. fin. & morte illius, qui passus est iniuriam, nisi lis fuerit contest. ff. de iniur. iniuriarum; & lapsu anni, præallega. l. si non conuicii. nascitur autem hæc actio, cum illata est iniuria, & ad animum reuocata, insti. de iniur. §. fin. secundum Host. nec est necesse, quòd uerbo tunc dicat hāc iniuriam ad animum reuoco, secundum Goff. [*Capillos*] gloriabatur † iste in capillis, uel crinibus, sicut mulieres, &
3 aliqui Italici, q singulis noctibus tenent certas inuolas ad crines ornādos, uel torquēdos: & equus istius.
b Host. erat uilissimus, & ex hoc uidebatur lesisse [b] pudorem; quare egit iniuriarum [*Tu timens*] & meritò,
4 Hostien. [*A sede† apostolica*] quæ potest in inte. restituere famæ, honori, patriæ, & omnibus aliis. C. de senten. pas. l. 1. & ulti. 2. q. 3. §. fin. circa fi. no. autem Inn. quòd secundum ius ciuile solus princeps, & senatus hanc restitutionem tribuunt, ut in eisdem iuribus. ff. de postu. l. 1. §. de qua. nā licet allii magistratus alios minores & maiores de iurisdictione sua & quantum ad iurisdictionem suam possint restituere, non tamen quā tum ad famam, ut in eo. §. dicitur. Sic etiam episcopi licet minores & maiores restituere possint, & in multis aliis dispensare, ut no. supra de temp. ordi. dilectus, & absolucre a iuramentis, uotis, & fidelitatibus. sup. de iureiu. cum quidam. infra de uoto. c. 1. 15. q. 6. auctoritatem: in int. tamen restituere non possunt quā tum ad honores, & similia, nec infamiam remittere, cum hoc nullo iure caueatur secundum Inn. imò potius contrarium habetur secundum Hosti. quia esse filium sacerdotis non est delictum filii, sed patris. 56. di. nasci: Est tamen nota delicti, infra de pur. ca. accedens. & ideo uidentur bene sentire hi, qui dicunt, q episcopi, qui nec infamiam remittere, & per consequens nec cum talibus dispensare possunt, secūdum Hostien. quod hodie dic, ut de fi. presby. c. 1. lib. 6. uerum secundum Inno. collegium cardinalium hanc restitutionem facere potest: quia auctoritatem senatorum habet. 96. dist. Constantinus. & sic potest intelligi. quod dicit. C. quòd ecclesia habet senatum. Sed episcopus hoc non potest, ut dictū est. & propter hoc dici debet, quòd licet episcopus infamesipso iure, uel per sententiam condemnatos de crimine toleret, uel etiam cum eis dispensēt, cum hoc ei non liceat, ut patet. 2. q. 3. §. hinc colligitur, ubi de hoc, & l. di. domino, & 16. q. 1. ecclesia: nihilominus tamen ab accusatione, & testimonio repelluntur, cū infames sint. 2. q. q. 1. prohibentur. supra de test. testimonium, secundū Inno. & etiam ab ordinibus secundum Host. quia in nullo debet fama promouendi uacillare. 33. dist. laici, infra de accu. omnipotens. ¶ Nec ob. sup. de temp. ord. quæsitum, & infra de cleri. coniug. sane. 2. quia non loquitur de condemnatis, & de iure infamibus, sed de occultis peccatoribus, uel infamatis de facto: sed in non condemnatis, cum quibus episcopi post pœnitentiam, uel partem ipsius peractam dispensare possunt, ut ibi dicitur, & patet in eo, quod leg. & no. sup. de bigamis, quia circa, ꝑm Host. unde & ꝑm Inn. si episcopus cum alio crimino so, quàm cum infame dispensēt, bene admittitur ad accusandum, & testificandum non solum in ciuili, sed etiā in criminali causa, nec solum contra laicos, sed etiam cōtra clericos, cum & talis, quod plus est, possit ad ordines promoueri, & ad beneficia, & ad alios actus legitimos. quare multofortius poterit accusare, & testificari in sacerdotes. 2. q. 7. ipsi testes, & c. præceden. & seq. Nec ob. sup. de testi. testimonium, ubi dicitur, q cōdemnatus de crimine nō potest testificari in criminali cā: q a id intelligendum est, quando non est dispensatum, ꝑm Inn. uel quando est condemnatus de crimine, cuius sententia non fit infamis. alioquin Inn. esset cōtrarius sibiipsi, ut patet ex præmissis, & ēt in d. c. testimoniū, excipitur istud idem ꝑm Host. Sed quærit Inn. an papa
c possit restituere in inte. laicum iurisdictioni suæ non subditum? & scripsit hic, q non. 2. q. 3. hinc colligitur. nec ob. hoc. c. q a iste laicus de iurisdōne ecclesiæ erat aliū autē nō subditum laicū restituere non posset papa, ut dictū est, nisi forte esset sibi necessarius in clericatu. tūc. n. posset dici, q ad hoc papa tm̄, & nō alius

posset eum restituere in int. & integræ famæ suæ reddere, ut sic restitutus posset ad clericatum assumi, ar. 54. di. multorum, & c. ex antiquis, ubi potest seruum alterius assumere ecclesia, dummodo ius suum serui domino recompenset, secundum Innocen. sed secundum Host. melius facit ad hoc, quia laicus non eligitur, sed tantum postulatur. 61 dist. §. sed aliud, & c. Ossius. postulatio autem ad episcopatum facta non potest approbari per alium, quàm per papam, ut patet in eo, quod legi. & not. sup. de postu. prælato. bonæ. 2. §. nec nocebat, & c. fi. & per totum. Sed ipse Host. credit contrarium. ut dicam super fin. ulti. glo. Sed nunquid reges possint restituere in integ. scripsit hic Inn. quòd non: quia unus tantùm inter laicos princeps præest omnibus aliis, scilicet imperator, ut patet. 7. q. 1. in apibus. ff. ad l. Rho. de iac. deprecatio. C. de quadrien. præscrip. bene à Zenone, cuius legibus omnes Christiani laici tam reges, quàm alii obedire debent.

d C. de legibus[d], leges, maximè quia & ab ecclesia sunt scilicet approbatæ, secundum Inn. nisi in his, quæ cõtra ecclesiam sunt. 10. dist. cap. 1. & 2. per totum, & in eo, quod legitur & notatur. inf. de no. operis nuncia. c. 1. quod dic, ut plenè not. infra de solutio. c. fi. secundum Hostien. & secundum Innoc. nulla. l. cauetur, ꝙ possit restituere in integrũ aliquis, nisi solus princeps, idest imperator, uel senatus, ut not. sup. co. glo. in principio, quasi dicat, quòd hoc uidetur omnibus aliis prohibitum, nisi probetur concessum, quod dic, ut legitur & notatur plene. supra de translatio. epi. c. 2. §. sed nec, uer fin. Sed dicit Inno. quòd alii dicunt, ꝙ omnes reges in integrum restituũt, nec sunt imperatori subditi, sed papæ soli, in dubiis tamen & grauibus articulis tantum; quod dic, ut legitur & notatur. inf. qui filii sint legitimi. per uenerabilem. §. 1. uersic. rationibus. De papa non est dubium, quin in integrum restituere possit clericos, & etiam laicos iurisdictionis suæ, & illos etiam, qui aliorum iurisdictioni nõ subsunt. inf. qui fi. sint legi. per uenerabilem, secundum Innoc. & Hostien. remittit ad ibi no. uer. rationibus [*Vel*] Host.

5 exponit † pro imò, & supplet, sed minima &c. [*Volumus*] restituendo te plenè, Inn. & pro hac lectura, quæ placet Host. & Abb. & hanc sequor, facit, quòd respõsio debet cõuenire petitioni, de fideiuss. inter dilectos, uer. cæterum. Sed Guil. dicit, quòd hic non fit restitutio, sed declaratio in Spec. 2. per restitutionem in inte. §. uidendum, in fi. & hoc placet hic Pet. [*Non notari*] si habes literam sine, non. sup. debet dicere, Nolumus.

6 ¶ Prima † glo. dat consilium. ¶ Vltima glo. obiicit. &

7 soluit. ¶ [*In † gloss. penulti. ibi, in fine*] & l. se. non datur actio de dolo, si modica sit summa. i. usque ad duos aureos [*& ibi, Scio illud*] uide de restitu. in inte. c. 1. super gl. 2.

8 ¶ [*In † glo. 1. in fin. §. si quis*] dicit Pe. hoc uerum, cum ciuiliter agitur: quia si criminaliter, non constituitur, ni si constituens sit illustris. C de iniuriis. l. fi. & 3. q. 9. §. nisi in crimine. ¶ [*In glo. 1. ibi, habes hic ar.*] habes contrarium, ut dixi in tex. [*& ibi, scio illud*] & infra de reb. ec. non alie. c. pen. ¶ In glo. ulti. quidam signant hanc gl.

9 in princ. capituli super uersi. illo te ab [*& ibi, hinc † colligitur*] ibi no. Ioan. & 50. dist. domino sancto, ꝙ episcopi in omni crimine, in quo possunt dispẽsare, possunt infamiam tollere. & adde quod not. 6. q. 1. c. 2. & 15. q. 8. hi qui. & quod dixi hic in tex. [*& ibi, Sed dic*] idem Inno. [*& in fine*] dic quòd infamia irrogata per eum, qui pronunciauit, uel ordinarium tolli non potest, ar. ff. de furtis, non potest, nec per pœnitentiam, etiam si à papa imponatur: quia non est modus tollendi infamiam, ut in d. §. hinc colligitur; nec per pœnæ remissionem etiam ab imperatore factam. C. de generali abo. l. indulgentiæ. tollitur autem per restitu. in integ. ab imperatore obtentam. C. de senten. pas. l. 1. & ult. 2. q. 3. in fi. uel à senatu. ff. de postulan. l. 1. §. de qua, multo fortius à papa, ut hic[c], & ad hoc, qui filii sint leg. per uenerabilẽ, uer. rationibus. C. de secũ. nup. c. pe. & fin. nam ecclesia senatum habet. 16. q. 1. ecclesia, Host.

c

ANNOTATIONES.

a ¶ Labeonem, Vide ibi Bart. in §. conuitium, quid de blasphemia, & aliis pluribus. q. & Cy. & mode. in l. si non conuitii, infra alleg. & quid si uerba sunt uera, in l. eum qui, in prin. ff. de iniuriis.

b ¶ Læsisse. Ex quo ipse fuit condemnatus, ex quo potest notari casum hic esse de eo, quod quærunt doct. in l. eum, qui nocẽtem, ff. de iniuriis, si aliquis alteri dixerat, tu es claudus, quia non interest hoc reipublicæ detegi: teneri iniuriarum. Archi.

c An papa possit. Adde Archi. & Domi. in §. hinc colligitur. 2. q. 3. & in §. si quis cum militibus. 6. quæst. 1.

d ¶ Legibus. Idem not. Bart. in l. 1. §. de qua, ff. de postu. Et idem dicit in ciuitatibus, & castris, nisi esset talis infamia, quæ oriatur à suis legibus, uel statutis: secus in illis, qui superiorem non recognoscunt, uide etiam in l. hostes, ff. de capti. per ipsum. & uide gl. & Ioan. And. super illa, in capitu. per uenerabilem, qui fi. sint legi. quæ incipit, de facto.

e ¶ Vt hic. Si intelligis quo ad suos subditos; non contradicit gloss. nec ei, quod not. sup. in text. in glo. ma. uer. sed quærit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia reuocata propter aliquem defectum, & ob quem hic, iterum de principali quæretur, & nu. 7. §. 2. & nu. 9. §. 2.*
Interim aduerbium hic ut accipiatur, ibid.
2 *Monialibus licet contendere de aliquo minori officio, ad quod per electionem uocantur.*
Professus eligi potest, ibid. in fin.
Appellationis iudicis officium quod, ibid. ad dictio. curetis.
3 *Modicum fermenti totam massam inficit.*
Excommunicatio an idem operatur in constitutione procuratoris, quod in sententiæ prolatione, ibid.
Vnius ex pluribus iudicibus defectus an infecit quod agitur, ibi.
4 *Sententia iudicis, qui communicauit excommunicato non retractanda.*
Excommunicatus arbiter esse non potest. & an arbitrator, & quæ alia ei sint prohibita, & quæ permissa, ibid. remiss.
5 *Sententia si patiatur defectum, quomodo retractetur: & si die feriato feratur, retractatur & quando, num. 7.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 7.*
Communis opinio si quem pro tali, quem se gerit, credat ab eo quod sit, ualet, in prin. & num. 8.
Vtile per inutile uitiatur. §. 1. & num. 9. §. 1.
Processus si cassetur, actio salua remanet, & iterum cognoscitur. §. 2. & num. 9. §. 2.
8 *Additio glossarum.*
Litteris episcopi an credatur, ibid. §. in glo. 2.
9 *In abbatissarum electione an sit forma seruanda.*
Vtile per inutile non uitiatur regulariter: secus in casibus, ut supra num. 1. & 3.
Contestatio litis an sit ex integro causa agatur, facienda, ibid. §. in glo. ultima.

CAPVT XXIIII.

1 ADprobandum. Casus. Reuocata sententia propter defectũ iurisdictionis, ut quia unus ex iudicibus publicè excommunicatus erat, uel propter ordinem iuris non seruatum, iterum de principali quæretur. & de eodem facto loquitur, sup. de rescrip. cum dilecta, secundum Ioan. quod Host. dicit dubitando [*Interim*] scilicet pendente illius administratione, cui debuit fieri resignatio subtractorum, ut præ. decre. cum dilecta. uel. i. pendente appellatione: quia sententia non est retractanda nisi ex causa, supra eo. cum Io. & An. Pet. exponit, Interim. i. pendente dente cognitione super except. excommunicationis oppositæ cõtra procuratorẽ dominæ decisa de prin. [*Electione custodis*] factæ in abbatissam. uel dic secundũ

2 Inno. quòd licet † monialibus contendere de aliquo minori officio, ad quod per electionem uocantur; alle. de sta. mona. c. 2. & hoc dictum Inn. malè reportauit Host. dicens cũ dixisse, quòd poterant condescendere de minori ad maius, quãdo ad ipsum per electionem uocantur. Itẽ no. professum eligi posse, de hoc, infra de elect. nullus. lib. 6. [*Curetis*] hoc est officium eius, qui de appella. cognoscit. 2. quæst. 6. in fin. Host.

3 [*Vnus*] modicum † fermenti totam massam inficit; ad quod concordat de procura. c. fi. quę tamen signatur huic pro contrario secundum Inn. qui soluit, ꝙ aliud in procuratoris cõstitutione, & aliud in sentẽtię prolatione. sed Host. dicit, quòd idem utrobique, scilicet ut sit distinguendum inter publicum, & occultum. & ut dicit Inn. licet si in rescriptis esset clausula, quòd si

a non omnes[a], duo sine tertio procedere potuissent: uoluntas tamen fuit contraria potestati, & hoc impediuit illorum sententiam. sup. de offi. deleg. cum super.

4 Idem Hostien. [*Protulerunt*] † per hanc † decre. arguit Io. retractandam sentẽtiam iudicis, qui communicauit excommunicato; alle. etiam supra de elect. illa, quod

b est falsum. infra de cle. exc. si celebrat[b]. [*Innodatus*] ꝙ excommunicatus non potest esse arbiter, & quid de bannito, uide in Specu. de arbitro. §. differt, uer. item secundum eum, & uer. seq. Sed de arbitratore sæpius

c dubitari uidi, de quo satis dicam[c], infra de regulis iuris dolo facit, in q. ubi etiam collegi multa prohibita excommunicatis, & multa permissa [*Infirmanda*] per

5 † exceptionem oppositam contra pendentem executionem sententiæ. aliter enim agi non potest ad irritãdam sententiam ab excommunicato latam secundũ quosdam. hoc non placet Inno. qui dicit, quòd bene agitur, si publicè fuit denunciatus. Remittit, de exceptionibus, exceptionem. Hostien. exponit, idest infirmam nunciandam, & concor. hic glo. ¶ Prima † glo.

6 respondet per quæstionem, s. quid de occulto. ¶ Secũ da glo. arguit, & remittit. ¶ Tertia gl. exemplificat, & ultimum prælualet. ¶ Penultima glo. exponit no. alle.

7 duo iura, & arguit. ¶ [*In † glo. 1. ibi, Barbarius*] loquitur de seruo, qui putabatur liber, & prætoriam gessit [*& ibi. l. 1.*] uide de testi. cog. præterea, in glo. no. quòd. ¶ *In gl. penul. ibi, Pedius*] compromissum factum in liberum, & seruum etiam quòd ad liberum non ualet [*& ibi. §. 1.*] uide in præalleg. c. cum super, in ult. gl. ¶ *In glo. ulti. ibi, si ut proponis*] idest si aduersarius me absente obtinuit contra me pronunciari die feriato, quasi contu-

8 max essem, de nouo cognoscetur. ¶ [*In † glo. 1. ibi, aliud, si*

d *occulte*[d]] Idem Inno. & Host. [*& ibi, uerum si seruus*] contrarium ibi not. Ioan. dic tamen, ut ipse no. 24. quæst. 1. in summa, & de hoc. 10. quæst. 3. curiæ. ¶ *In glo. 2. ibi, creditur*] immo uidetur arg. quòd non credatur. Ad quid enim mandaretur inquiri, si crederetur? Sed dici potest, quòd mandat inquiri non de excommunicatione, de qua constabat, sed de publicatione, de qua non constat, Abb. ¶ *In glo. 3. ibi, quia propter*] ergo

9 † sentit glo. quòd in elect. abbatissarum seruanda sit forma; de hoc, infra de ele. indemnitatibus. §. ut autem, libro 6. [*& ibi, quod melius uidetur*] imò præcedentia exempla non sunt bona. ¶ *In gloss. penult. ibi. l. 1. §. 1.*] fol. ut no. supra de officio delegato, cum super [*& ibi, cum Vintonien.*] solue, ut ibi not. in ulti. gloss. [*& in fin.*] de hoc. 3. quæst. 9. pura. dic, quòd regulariter non uitiatur, infra de regu. iuris, utile, lib. sexto, ubi plenè de hoc. ¶ *In glo. ult. ibi, cum integro*] an de nouo fieri debeat contestatio, uide in Spe. de sen. prola. §. iuxta propositionis, uersic. sed si causa [*& ibi, si ut proponis*] & est expressum, infra de elect. si confirmationem, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Non omnes. Iste text. habet locum, siue fuerunt dati cum clausula, quòd si non omnes, ut in capitu. cum super, de offi. deleg. siue sit clausula, quia unus sine altero, non potest, ut in glo. & in c. cum causa, de offi. delega. Bald.

b ¶ Celebrat. Ibi uide Io. And. in glo. no. secundum eos, & quid de suspenso, an possit iudicare, ibi uide super glo. minorum.

c ¶ Dicam. Et uide Bar. in l. illa uerba, ff. de uer. signi. & in l. cum pater. §. hæredi tatem. ff. de lega. 2. & in l. ex facto. §. fiquis rogatus, ff. ad Trebellia.

d ¶ Si occultè. Adde inquantum docto. ponunt differentiam inter publicum, & occultum, quòd istud procedit in gestis iure officii publici: secus in gestis iure priuato, ita Inn. in c. cum dilectus, de consue. Abb. in c. intelleximus, de iudi. & in c. consulti, de procurato. & in c. cum ueritatis, de dolo, & contuma.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta quibus casibus & personis non præiudicet, & quibus secus, & num. 2. 3. 4. & 5.*
2 *Causam habere ab alio qui dicantur, & num. 4.*
3 *Epilogus, suffragium, & suppletio glossarum.*
Connexæ causæ quæ, eo. nu. 5. ad dictio. connexæ.
Ordinatio non cassatur ex notorio crimine ordinati, uel quòd ordinator contulerit ordines extra tempora statuta: sed aliter punitur ordinatus, ibid. uer. sed sibi uidetur.
Creditor pignus possidet & in quibus, eo. num. ad fi.

CAPVT XXV.

1 VAmuis. Ponit regulam. & duos casus exceptos. primus ibi, Ei tamen. secundus ibi, Atilli [*Aliis*] omnino aliis: secus † enim in his, qui fingũtur iidem cum primis, ut quia sic succedũt in iure singulari, uel uniuersali. ff. de exceptio. rei iudic. si à te. §. fina. & l. & an eadem, primo respon. & l. exceptio. rei iudic. Inno. [*Non noceat*] hoc uerum quòd ad hoc, ut contra ipsos pariat actionem, uel exceptionem; sed bene præiudicat in hoc, ꝙ possessio, quæ prius erat apud alios transfertur in uictores, supra eod. cum super, nisi appellatũ esset, ut ibi. & forte difficilius erit agere contra secundos, q̃ contra primos, arg. ff. de ali. mu. iu. l. 3. p̃m Inn. [*Actio*] hoc uerum p̃m Inn. si eodem iure utuntur, ut in exemplis infra ponendis: secus, si diuersis. & si proprietarius patiat usufructuarium agere de fructibus, uel è conuerso. Item secus, si partem habẽs in re, patitur alium etiam partem habẽrem agere pro parte sua

a scilicet agentis. ff. de libe. cau. si pariter. Sed quid[a] si hi, quos res tangit, uident aliũ agere implorando iudicis officium super restitutione in inte. uel huiusmodi, & tacent, nunqd fit hic præiudiciũ? Dicit Inn. ꝙ nõ nisi citetur nominatim, uel per edictum, ut no. supra de ma. & obe. §. fin. supra de procur. in nostra: aliàs bene nocet. nec obstat hæc negligentia: quia in casu proprio, ex quo citatio facta est, iudicatum intelligitur contra omnes illos, qui sciuerunt, uel scire debuerũt causam agi: quia in talibus sententijs non nominatur aliquis specialiter, sed fertur in genere sententia sic, Restituimus te in integrum: præstamus auctoritatem adoptioni. & idem in similibus. & in hoc differunt casus hic exceptuati, secundum Inn. nam in eis sufficit scientia, ut no. ad hoc & dicam super. 1. gl. prælle. decre. in nostra, ut ibi dixi super ulti. glo. uer. ad hoc dicendum [*Causam † habuit*] ut si electus permittit electo

2 res causam electionis prosequi. Item si permitto prælatum, qui inquirendo ex officio te priuauit præbenda, & postea mihi illam contulit, defendere illam sententiam secundum Inno. & Host. Si uerò Titius petit à te fundum, quem credo ad me spectare, non tamen ab eo, uel à te causam habeo, licet me sciente agatur,

&

& pronuncietur, mihi non obest. ff. eo. sœpe. §. fi. ff. de execu. rei iudi. si mater. §. ulti. secundum Hostiē. [*Grauatur*] nisi appellasset, de hoc supra eo. cū super. ¶ Prima † gl. habet duas partes. prima repetit regulam tex. alle. concor. enumerans. 7. casus exceptos. secūda ibi, Item fallit, prosequitur & exēplificat casus, quos hic ponit tex. in prin. ponit exēpla in creditore, debitore, marito, uxore, & socero. ponit etiam, de emphytheutea, & emptore. ¶ *In* † 1. *gl. ibi. l.* 1.] licet aliqui ex hæredibus debitoris soluerint: Alij tamē cogūtur soluere, nisi probetur debitū [*& ibi. l.* 1. *&* 2.] indicatum ꝑ fratrem, uel cohæredēnon nocet [*& ibi, Ingenuum*] sequitur, eū accipere debemus, pro quo lata est sententiā, quāuis fuerit libertinus: quia res iudicata &c. [*& ibi, filiationis*] siue pronūcietur pro, siue contra, sentētia facit ius non solum quò ad parentes, cum quibus agit, sed etiam fratres, & similes [*& ibi, indiuisibili*] ponit casum in seruitute, quæ deberur fundo plurium: quia
b unius victoria prodest [*& ibi. si commune* [b]] si habeo cōmunem fundum cum pupillo, licet non utar, tamen propter pupillum retineo seruitutem uiæ [*& ibi. l.* 2.] si fiscus habet cōmunionem in re cū alio, ex suo priuilegio rem insolidū uendere potest [*& ibi, debitorem*] experiri de proprietate pignoris, ita stat textus, quomodo sequitur in glo. [*& ibi, si superatus*] sententia lata contra debitorem uendicantem non nocet creditori. & idem dicit lex sequens, quoniam debitor collusit, uel iniuriam iudicis succubuit [*& ibi, doce ancillam*] uxor ancillam dotalē non vendicat [*& ibi. l.* 1.] prouocans ad causam, qui dicit se ingenuū, defendit causam suā instrumētis, & argumentis, quibus pōt [*& ibi, l. pe*] qui cessit actionem militi ad aliquam rem donationis causa, experitur. i. agit, ut rem magis, quàm litem
5 in militem transtulisse credatur. ¶ *In* † *glo.* 1. *ibi. In prin.*] hæc glo. habet duas partes prin. ut supra dixi. prima repetit regulam textus, quam confuse positam declaremus iuxta uerba Innocen. & Hosti. Dicebat. n. Inno.
c creditor contra quēlibet detinentē [c] habet hypothecariam, & debitor rei uenditæ: præfertur tamen creditor debitori. fit ergo sibi præiudicium &c. & idem secundum eum, si non competat actio: tamen hi, quibus competit, ius habent ex persona illorū, qui agūt, & tacent. tunc enim, si eos scienter agere permittant, licet male agant, fit illis præiudicium, ut est uidere in marito, uxore. nam marito secundum eūm datur ei dotalis uendicatio, & non uxori. C. de rei uēdi. docet tamē, si uxor uendicet rem dotalem, licet male agat, præiudicat marito scienti, & tolleranti. Idem est uidere in emptore, cui cōpetit actio, & uenditore, cui non
d competit [d], & in emphytheuta, cui competit, & proe prietario, cui nō competit [e]. In his enim omnibus casibus & si non possint agere hi, quibus non competit actio, si tamen agant, licet malè, sciētibus illis, quibus competit, & non prohibentibus, cum prohibere possint, fit eis præiudicium, quasi uideatur iudicatū uoluntate ipsorum de iure, quod habebant ex personis agentium. nec putat Inn. hic exigi, quòd citentur: sed sufficit scientia, & sic intelligit hic, & l. sœpe. ff. c. Fatetur tamen Inno. quosdam dicere solùm in creditore, & debitore procedere exemplū hic actionis. Reliqua exempla dicunt competere defensioni, seu exceptioni. Dicit etiam, quòd actio, & defensio illis naturaliter cōpetit, qui suis auctoribus pro periculo euictionis denunciare tenentur se conuentos. Item secundū eum potest dici, quòd licet defensio competat tam illi, qui possidet nomine alieno, quàm illi, cuius nomine possidetur, tamē in defensione præfertur is, cuius nomine possidetur, ad hoc supra ut lite non cōte. quoniam. §. pe. & tamen contra unum ratione de-
f tentationis [f], & contra alium ratione ciuilis possessio nis competit uendicatio. ff. de rei uen. officium, & ēt interdictum, Vnde vi, ratione vtriusque, & utriq; possessori fiet separatim restitutio, ut domino ciuiliter possidenti fiet restitutio ciuilis. & usufructuario possidenti naturaliter fiet restitutio possessionis fructuū, & suæ naturalis. quo casu uidetur, quòd sententia su-
g per naturali possessione lata præiudicet [g] possideri ciuiliter in tantùm, quòd denegare non possit usufructum ei, qui obtinuit. & e conuerso si feratur sententia super ciuili possessione, ut si adiudicet alij, quàm illi à quo usufructuarius causam habeat, bene præiudicaret naturali possessori, s. usufructuario adeo, ꝙ is, qui obtinuit in ciuili, poterit usufructum illi denegare. debuit enim suas exceptiones, & defensiones prætendere. dicit tamen, quòd alij contradicunt. uel dici potest secundum eum quòd is, qui naturaliter detinet, est in hoc casu præferendus. Denunciat tamē detentor domino, sicut & debitor creditori. ideò autē præiudicatur ei, qui ius habet ex persona alterius, si permittat eum agere: quia potest eum prohibere. Cēterum si non haberet ius ex persona agentis quantūcunque ageretur suo nomine, uel alieno, nunquam sibi præiudicaret, etiam si agens esset de personis cōiunctis, nisi præcessisset mandatum, uel sequeretur ratificatio expressa, uel tacita. C. quibus res iu. non no. l. 1. 2. & 3. ff. e. l. sœpe. §. fi. ff. de procu. sed hæc. i. respon. ff. iudi. fol. l. 3. §. 1. hac autem ratione considerata imputatur patrono, si non defendit libertum. ff. eo. l. sœpe. ante fin. & ex hoc uidetur, quòd si unus episcopus agit contra mon. petendo ibi episcopalia, & alius episcopus ibi possidens illa, non defendit monasterium, lata sententia pro episcopo agente cōtra mona. quò ad possessoriū præiudicat illi episcopo, qui prius episcopalia exercebat, ar. eius, quod dictum est de patrono, & liberto, quasi defensio primò ad episcopum, quàm ad mona. pertineret, & quia certum est, ꝙ episcopus possidens agere poterat contra secundū, qui obtinuit, quòd non est illi ius in illo mona. episcopalia exercēdi, fortius illo agēte debuit excipere, & causam defendere. Secus, si egisset episcopus contra mona. interdicto, Vnde ui, uel uti possi. etiā ratione prædictorum episcopalium iurium, asserens se per mona. turbari, uel spoliatum esse: quia tunc primus episcopus non tenetur recipere defensionem huius causæ, nec ex sententia lata contra mona. sibi fit præiudicium: quia interdictum est personale, & contra personas tantùm ex suo dilecto agitur. est tamen dare casum, quo ex interdicto, & eius iuribus fieret præiudicium, ut si quis egit contra alium: quia spoliauit eum iure instituendi clericos in ecclesia, perens restitui ad illud ius, & cassari, quicquid ille fecerat spoliatione pendente, hoc casu si contra reum fertur sententia, bene fit præiudicium clericis per illum in ecclesia instituendis: quia ex ui sententiæ sunt de ecclesia expellendi. ff. de vi, & ui ar. l. 1. §. si fundus, & §. sequentibus. ad idem, supra de fi. presby. veniens, vbi de hoc dixi in gl. triplex, circa medium. habent ergo defendere causam: aliàs eis præiudicat: secus, si non egisset interdicto. sed solum intentasset negatoriam petendo sibi adiudicari ius instituendi, cum ad ipsum pertineret. hic enim ex sententia lata contra instituentem non fit præiudicium institutis, quorum institutio etiam ualere debet ratione possessionis, de causa posse cum olim, cum suis concor. secundum Innō. & Host. [*& ibi, In casibus*] de hoc. i. q. 1. fertur, & Hosti. remittit ad summam, eo. ti. sub rub. de re iudi. §. quibus noceat [*& ibi, Connexæ*] sicut sunt causæ ordinationis, & ordinati, per quod uidetur quòd sententia contra unum lata præiudicet alteri, per. c. statim alle. tantis, & hæc quippe, & ubique de hoc, & infra de fi. dilectus. 2. tamen secundum Inno. &

& Hosti. hoc non est uerum indistinctè. Nam licet ordinatus damnetur de crimine, tamen hoc non præiudicat ordinatori, nec ex ui damnationis ordinati sequetur damnatio ordinatoris. Nam licet ex ui accusationis sequatur aliquando bonorum ademptio, infamia, & huiusmodi. C. de bonis damnatorum. le. 1. 2. & 4. & per totum, & de his, qui no. infa. athletas. ff. de fur. non potest: nullum tamen ius occurrit, quòd nō accusatus ex ui accusationis alterius patiatur pœnam, nisi in quibusdam specialibus casibus lesæ maiestatis,
h & hæresis, de hoc de hæret. vergentis. [h] Nec ob. cap. all. quæ intelliguntur, quando adeò erāt notoria delicta ordinatorum, & electorum & institutorum, ꝙ etiam si non esset actum contra ordinatum, ordinatores ipsorum, qui scienter malos ordinauerunt, ex hoc puniri poterant, iuris ordine non seruato, de accu. euidentia, de iureiuran. ad nostram. 3. Item si accusetur ordinatus pro eo, quòd extra tempora statuta fuit ordinatus, & ex hoc condemnatur, vel pro eo, ꝙ minus canonicè fuit electus, & translatus, quæ publica & notoria sunt, bene præiudicabit hæc sententia ordinatori. Ista. n. sic sunt connexa, quòd inseparabilia sunt. si enim malè fecit sic recipiens ordinem, peius fecit sic conferens, de transla. c. 2. ad fi. de tempo. ordi. literas, & c. dilectus: aliud autem in nō sis connexis. posset enim ordinatus malè recipere ordinem, puta quia scie bat se criminosum, & ordinator ignorans, potuit bene concedere, de corpore ui. exposuisti. & dicit Inno. quòd prædicta quidam de plano concedunt. Sed sibi
i uidetur melius [i], quòd quantuncunque sit notoriū crimen ordinati, uel ꝙ ordinator contulerit ordines extra tempora statuta, nunquam tamen potest agi, ut cassetur ordinatio, quam ordinatus habet ab ordinatore, sed tātum ad hoc, ut aliter puniatur, uel agat penitentiam. unde nunquam præiudicabit uni sententia lata contra alium secundum eum, nisi forsan secundum Hosti. ex officij exuberatione aliud contingat ad aliorum terrorem, arg. ff. de pœnis, aut facta, in fi. de maledi. c. 1. & sic possunt intelligi. c. tantis, & si-
k milia [k]. Illud autem habent Inno. & Hostien. pro indubitato, ꝙsi egi contra capitulum petendo præbendā meam, uel mihi debitam, non fit mihi præiudiciū, quantuncunque alio petente eandem præbendā cōdemnetur capitulum, quia aut possidebam præbendam petitam, aut non. primo casu constat, quòd mihi non præiudicat: quia contra me possidentem, non contra capitulum non possidentem agi debuit. ff. de ali. mu. iu. l. pe. & de hoc supra de iudi. examinata. secū do casu etiam mihi non præiudicat, cum actorē agentem prohibere non potuerim ab agendo. ff. e. sœpe. §. fi. ff. de iureiur. nam postea. §. fina. & l. sequen. si uerò quis agit contra capitulum petēs præbendam, quam dicit uacare de iure, licet alius illam teneat de facto, uel quam dicit sibi deberi, & alius similiter sibi illam deberi dicit, & uterque ex eodē iure agit, puta ex electione capituli, satis uidetur his casibus, & similibus hæc decre. locum habere secundum Innoc. & Hosti. & de hoc ultimo uide, quod dixi post Compo. de rescrip. mandatum, post glo. uer. quærit demum [*& ibi, Libertatis, & ingenuitatis*] & hoc intellige, nisi detegeretur collusio, ut in hac l. no. & patet. ff. de collu. de. per totum. Inno. infra qui fi. sint legi. causam. 2. dicit, quòd de ingenuitate ex seruitute. ff. de li. causa. l. diui. secus, si ex libertinitate diceret se ingenuum. ff. de inge. l. 1. & l. patronū [*& ibi. c. pe*] per quæ iura habes casum, quo uictoria unius ex pluribus condemnatis appellantis
l prodest socijs [l] [*& ibi. l.* 2.] Item fallit in criminalibus, in quibus accusatus ab uno, non potest ab alio accusari, quod dicut no. infra de accu. de his. dicit Innocē. in præalle. decre. causam, fallit in criminali causa quo ad quid. ff. de præua. l. præuaricationes. Item in popularibus, si actore bona fide agēte absolutus sit reus. ff. de iureiur. eum qui. §. in popularibus. Item in adulterio absolutio proficit adulteræ. ff. de adulte. denūciasse, secundum Phi. & Inno. Item secundum Inn. in seruitutibus prædialibus. ff. si ser. uē. loci. §. si fundus. quē casum posuit gloss. supra pro re indiuisibili. Item secundum eum fallit in singularibus & uniuersalibus successoribus. ff. de excep. rei iudi. si à te, & l. an eadē. Item in casu decre. infra de elec. li. 6. Item in causa inquisitionis, de collu. cap. fi. ar. de pur. ca. ex tuarum. tamen quando inquiritur de iuribus, debēt uocari omnes, quos res tangit, & nisi uocētur, uel etiam si ignorent, subuenitur eis de facili. supra de testibus, cū olim C. de bo. ua. l. fi. secundum Innocen. in præalle. decre. causam. 2. [*& ibi, De proprietate pignoris*]. s. intentādo hypothecariam, in qua necesse habet probare, quòd obligans fuit dominus [*& ibi, Experiri*] debitorē de proprietate pignoris, ut dixi in suffra. Dicebat hic Goffr. quòd cum creditor possideat quò ad omnia præterquam ad satisdandum. ff. qui satisda. cog. sciendum. §.
m creditor [m], & ad usucapiendum: quia quò ad id dominus possider. ff. de acqui. pos. l. 1. §. per seruum, meritò, si creditor quò ad omnia possidens patitur debitorem, qui quò ad unum tantum possidet, experiri de proprietate pignoris, sibi nocet sententia [*& ibi, Præses*] distingue, ut ibi no. s. quòd aut superatus est debitor prius, quàm obligaretur, & hoc nocet creditori. aut post: & tunc aut creditor ignorauit, & tunc sibi non nocet: aut sciuit, & tunc nocet nisi in duobus casibus, s. cum fuit conclusum, uel per iniuriam condēnatus [*& ibi. l. pe.*] & 3. dist. quo iure, in prin. [*Et in fi.* 2.] ubi de hoc in gloss. penul.

ANNOTATIONES.

a ¶ Sed quid fi. Adde, quòd ista materia est amplissima & tacta solēniter per Alex. in repe. l. sœpe, ff. de re iudi.

b ¶ Si communem. Vide plene de lege, si communem, per do. Feli. in c. 1., de præscrip. iu. 4. col.

c ¶ Detinentem. Et cōtra debitorem. l. cum notissimi, C. de præscri. 30. ano. & tamen diuersis modis exercetur inter delatorem, & extraneum quo ad iuramentum, uide glo. & Bar. in l. si fundus. §. in uenditionem, & §. si pluraliter, & l. si inter. §. fi. ff. de pig.

d ¶ Competit. Contra tertium possessorem, & aduerte quia si isti non habent actionem; ergo iudiciū non tenet, & sic alij non præiudicat l. fi. pupilli. §. uideamus, ff. de neg. ge. potest dici, quòd iudicium tamē tenet, nō opposita exceptione. ad hoc uide no. tex. in l. cum putarem, ff. fa. erc. & de re iu. abbate. §. quoniam, lib. 6.

e ¶ Competit. Ad materiam glo. uide etiam. 2. q. 5. interrogatum, & in concor. & quid de cōfes. vnius ibi, & in c. significasti, de adul. & in c. 1. de confes. & quid in casibus, in quibus *non* nocet quem contemnere, quòd id, quod iudicabitur pro uno, & pro se, & confessio unius alteri præiudicat, tunc forte bene præiudicatur, arg. 2. q. 5. statuit, & uide glo. 2. q. 6. hoc quippe, & quod ibi scripsi, & ibi gl. ad id, quòd hic dicit de connexitate. Arch.

f ¶ Detentationis. Non est propriè dicentatio, sed naturalis possessio, ut patet ex sequentibus. & uide l. Pomponius. §. si is, qui precario, ff. de acqui. poss. & in rubrica. ff. de rei uen. per glo.

g ¶ Præiudicet. Contrarium uidetur no. glo. & idem Bar. 1, l. Pomponius. §. is, qui precario, ff. de acqui. pos. & uidetur tex. in l. si pariter, ff. de libe. causa.

h ¶ Vergentis. Ibi illa pœna non ab homine, sed a iure procedit, vbi etiam in facto occulto & sine processu effectum suum operatur, uide ad materiam Bar. in l. in cognitionem, ff. ad Sila. & in l. cum filius, in prin. ff. de ver. ob.

i ¶ Melius. Vide Ioan. And. de confes. cap. 2. super glo. 1. & de præben. dilecto, super glo. fin. & Bar. in l. denunciasse. §. quæritur, & l. seq. §. si eo tempore, & ff. de præua. l. 2,

K ¶ Et similia. Vide Ioan. An. de rescriptis, ex tenore, in glo. sed quomodo, & de consuetu. cum inter, in glo. ex officio, & ibi concor.

l ¶ Socijs. Vide per docto. infra de app. c. pe. & per Bar. in l. si separarim, per totum, maxime in §. fi. ff. de appel. & Cy. & Sali. in l. 1. C. si plu. una sen. & facit, quod no. Bart. in l. ex duobus, ff. de duobus reis.

Credi-

1 ¶Creditor. Ibi uide glo.& uide in l.3.§.fi.ff.de acqui.poſ.& iſtud eſt uerum in conuentionali:ſecus in prætorio:uide tamen Barto. in l.1.ff.de pig.acti.

SVMMARIVM.

1 *Diuerſæ pro contrarie.*
2 *Ordinarij duo, pluresue ut eſſe poſſint, exempla,etiam eccleſiaſtici, num.3.*
3 *Epiſcopos, uel prælatos duos quæ non poſſint habere.*
Iudicibus duobus aut pluribus diſcordantibus tam ordinarijs, quàm delegatis & miſtis, quorum ſententia præualeat, uel reuertatur ad ſuperiorem, ibid. & nu.2.4.& 5.
Auditores Mareſchalchi,& Camerarij Curiæ Roma.an ſint ordinarij, eod. num.3.uer. Quid dices.
Inquiſitor hæreſis habet delegatam, ibid.
Fauorabiles in pari cauſa & diſcordia iudicum præferuntur, ibid. & num.4.& 6.& qui ſint fauorabiles, ibid.
5 *Arbitris diſſentientibus in ſententia, ad quem recurrendum, & quando ſunt uoluntarij non neceſſarij. nu.6. & 9. in fin.*
6 *In litibus ad quos recurrendum.*
7 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu.8. & 9.*
Superior ſemper reperitur, niſi in Papa, eod.num.9.
Iuriſdictioni ordinariæ magis deferendum, quæ naturalis eſt & fauorabilis, ibid.

CAPVT XXVI.

1 DVobus. Seſūmat.& quod dicit duobus, ſup. vel pluribus diſcordantibus tamen numero pari.dicit glo.& lex inter pares.ff.eo.[*Diuerſas*]ideſt†contrarias.aliter exponitur,ſup.eo.cū ſuper[*ſententias*]à quibus non eſt appellatum,ſecundum Vincen.[*Proferentibus*]nec conuenientibus ſaltem in minimam ſummam.ſecundum Vincen. [*Ordinaria*]ponit†Abb.exēplum in duobus cōſulibus,duobus doctoribus,duobus comitibus gerentibus pro indiuiſo. dicebat Goſ. quòd primum membrum in eccleſiaſticis locum habere non poteſt,niſi dicerētur eccleſiaſtici hi,qui ſub eccleſia habent iuriſdictionem temporalem. infra ti-
3 tu. 1.ſi duobus.Goſſ. ponderauit,quòd† una ciuitas, uel diœceſis,uel dignitas eccleſiaſtica habere non poteſt duos epiſcopos,uel prælatos,ſup.de of.ordi.quoniam.inf. de præben. niſi, ſed ueritas eſt, quòd etiam in eccleſiaſticis ordinariis poſſet habere locū, ut not. 7.q.1.nō autem. Item poſſet correctio clericorum in eccleſia ſimul ad Archidia. & Præpoſitum pertinere.
a Idem in cognitione cauſarū ad eos,uel capitulū pertinente.Item ipſe Goſſ. fatetur in alia glo. quòd duo ordinarii poſſent de conſuetu. ſimul cognoſcere de matrimonio; facit de reſtitutio. ſpoliato. litteras, de conſan. c.1. Item cum ſecundum ueram opinionem uicarius epiſcopi habeat ordinariam, ut no. de of.vica.licet,lib.6.ergo in eis procederet primum. Item cū duo coadiutores dati eſſēt epiſcopo,de cle.cō.c.vno, eo.lib.Idē in caſu de parochi.c.1.ubi prouidiſſet eccleſia reſtiturum cum ſubſtituto pro indiuiſo poſſidere. Item certum eſt,quòd in cōcilio prouinciali poſſent epiſcopi diſcordare in numero paritūc in his,in quib bus non requiritur plena cōcordia, locus eſſet huic decre. quare hoc dixerim, uidiſti.ſup. eo.non poteſt. quid dices de generalibus auditoribus palatii, qui diſcordant, nunquid iudicabimus ut de ordinariis, uel ut delegatis? Guil.in Spec.T.in uer. quid de auditoribus,dicit, quòd ſunt ordinarii in audiendo, ſed nō in diffiniendo. uide quod no. in cle. de reſcrip. auditor. ibi etiam ſubiungit de camerariis, & mareſchalchis, quid iuris,ſi diſcordant ordinarius,& inquiſitor hæreſis, habetur de hære. per hoc,li.6.per quod pōt argui, quòd inquiſitores hæreſis habeant delegatam. Idem, quòd quando concurrerent ordinarius,& delegatus papæ, in contrariis ipſorum ſententiis recurretur ad
c papam. Sed quid ſi concurrunt in hoc ordinarius,& delegatus collegæ ordinarij? ſi ſententia ordinarii eſt pro reo,uidetur ſummè æquum,quòd ualeat. Idem, ſi pro actore in cā fauorabili: & ſit ratio, ut non plus impediat ipſius effectum contraria ſententia delegati, quàm impediret ipſius collegæ ordinarii delegantis,ut hic. Sed ſi aliàs ordinarius pro actore non fauorabili,delegatus uerò pro reo renūciat,hic puto neutram ualere, cum utraq; à pari poteſtate dependeat, nec ſit caſus determinatus.facit.ff.de lib.& poſth.l.cō modiſſime, de reſcri. ſuſceptum, lib.6. unde & ſi hæc iura nō emanaſſent, diceremus omni caſu ſententias non ualere diſcordantium numero pari.Si uerò delegatus papæ cum ſubdelegato collegæ ferunt contrarias ſententias,non puto caſum dubiū, quin pendeat à poteſtate papali, de offi.dele. ſuper quæſtionum.§.
d pen.eo.tit.ſi duo ex tribus,lib.6.[*Fauorabili*] quacunque
4 ut ſi ſit poſſeſſor.ſup.de proba.ex litteris. nā quæ ſequuntur,ponuntur gratia exēpli,quod probat uer. puta,ſecundum Vincen. neſcio,quid uelit Vinc.cum generaliter poſſeſſor ſit reus in cauſa, niſi forſan intel lexerit, quòd ſi agat quis uti poſ. ne inquietetur, ualet ſententia lata pro actore, ordinariis diſcordantibus pari numero, quod non credo. Pro Vincen.facit quod not.in Spec.de teſte.§.antepen.uer. Sed quid ſi totali.ſed ſi illa eſſet ſententia ferenda pro ipſo ſcilicet actore;fortius ergo ualeret ſententia pro reo lata,qui
e fouer et fauorabilem cauſam: quia concurreret tunc fauor cauſæ,& perſonæ;facit de priui. nec aliquis, lib.
6.[*Delegantis*]papæ, uel alterius[*Compromiſſo*]uoluntario † & hoc eſt certum,quid de neceſſario? per rationem , quam ponit ulti.gloſſ. & quam ibi addam poſt Hoſt. uidetur, quòd aliud in illo. quare dici poteſt,ꝙ ubi ius aliter non prouidet,ut infra tit.1. cum ſpecia
5 li, recurrendum ſit ad papam, ar. infra de offi.dele.ab arbitris. & facit, quod dixi poſt Vincen. de offi.dele.
6 ſuſpitionis [*Vigorem*]inſtruit†hæc decr. ſecūdum Hoſtien.quod primo recurramus ad ordinarios: ſecūdò & in ſubſidium ad delegatos;ad arbitros non, niſi de neceſſitate urgente,quę uoluntatem compromittendi inducat, & ſic loquatur. ff.de arbit.l.3.§.1. Pe. autē & Abbas ponebant mentem decre. per uerſus. Si datus abſque dato diſcors, iudexue receptus. Sic pendet prima,tacet altera,nulla recepti. Stat teſtamentum,libertas, coniugium, dos, Si par cauſa fuit; ſecus cadit
7 actor ubiq;. ¶Prima†glo.declarat decre. locum non habere in his, qui diſcordāt in pari numero, uel cum aliqui ſunt abſentes, & repetit textum. ¶Secunda gl.
8 quærit diuerſitatis rationem,& ſoluit. ¶*In†prima gloſſ. ibi, Arrianus*] uide in præalle.c.ex litteris,ſuper glo.ſic.
9 infra. ¶*In† glo.1.ibi, ſi quis epiſcopus criminaliter*] de hoc. ſup.c.3. [*& ibi, nuper*] & ff.ſolu. ma.l.1.ff. de iure dot.in ambiguis,Hoſtien. ¶*In gl.ulti. ibi, ſuperior, ad quem*] imò ſemper eſt reperire ſuperiorem, niſi in papa. ſupra de elect.licet.eſt ergo ratio ſecundum Hoſtien. vt magis deferatur iuriſdictioni ordinariæ, quæ naturalis eſt & fauorabilis [*& in fine*] & cum res uoluntaria ſit, non neceſſaria, ſibi imputent compromittentes.ff. de arbi.l.diem.§.ſtari.Hoſtien.qui hoc latè repetit de cenſi bus,Romana, poſt prin.lib.6.

ANNOTATIONES.

a ¶Capitulum. Et tunc quando ad capitulum ſpectat cognitio maioritas numeri conſideratur etiam quò ad dignitatem perſonarum: uide Bar.in l.ſi uni,ff.de re iudi.
b ¶Locus eſſet. Adde Bar.in l.offerendum, C.de appell.Bar.& Ang. in l.duo iudices,ff.de re iudi.& Bal.hic,in ulti.col.
c Papam.Facit tex.in d.c.per hoc glo.de hoc,quærit,& non ſoluit, ſed

ſed doc.tenent, quòd ad papam: quia magis dignus delegatus cenſetur,quàm ordinarius,de offi.delega.ſane,& ideo trahit ad ſe ordinariam tanquam minus dignam, ibi ſcipſi glo. quæſiuit, & non ſoluit.2.q.6.ſi epiſcopus. Archi.
d ¶Lib.6. Si autem unus & idem ferat diuerſas ſententias in uno inſtanti, quid iuris, uide Bar. in l.duo iudices, ff.e.ti.et ibi ponit exemplum, facit quod no.ſupra eo.inter.
e ¶Ne aliqui. Quid ſi non apparet, quis ſit actor, et quis ſit reus,et ferunt iudices ſententias diuerſas? uide glo.no.ff.eo.ti.duo iudices,& ibi Bar.& ibi uide exemplum,et quomodo tres poſſint inuicem omnino diſcordare,et tunc quid iur.uide Bar.in l.inter pares, ff.eo.titu.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli quæ.*
2 *De appellationibus generaliter hic tractatur, licet in omni parte iudiciorum quis appellet.*
Appellatio, recuſatio, & relatio conueniunt in iuriſdictione ſuſpendenda, & ideò hic coniunguntur, ibid.
3 *De appellationis materia cum in hoc titulo, quàm alibi, ubi tradatur, & nu.4.*
In quibus ualeat caſibus,& quibus non,& de caſibus miſtis n.5.
De recuſatione, & relatione ubi tractetur hoc in titulo, & extra alibi, eo.nu.3.& 4.& nu.9.
6 *Appellationis omiſſio quando nocet,& quando non,quādo eā pro ſequi noceat, & quando ſecus, & ſic exprimere in reſcripto.*
7 *Archiepiſcopus propter appellationes futuras non dat officiales, nec prætermiſſo appellationis articulo cognoſcit de principali.*
In appellationis cauſa ſit conteſtatio litis,& quis citandus in duobus hic expreſſis caſibus, ibid. non recipiuntur teſtes publicatis atteſtationibus, nu.8.
Appellatio non ſuſpendit cenſuram præcedentem, & iuſtæ deferendum.

De appellationibus, recuſationibus, & relationibus, Rub.

1 ¶Viſo † de his,quæ fiunt in iudicijs,tandem de ſentētijs,& remedijs quibus litigantes releuātur in iudicijs, eſt uidendum,& ideò &c.ſecundum Goff. Sed Hoſti. protrahens uerba dicebat, Aedificij iudiciorū tectū fore ſententiam.& ſicut materiale tectum oportet interdum deſtrui, & refici,quandoque in partem, quādoque in totum.ſic & in hoc tecto ſententię eſt idem reperiri. Illa uerò deſtructio, & reparatio propriè fit per appellationis remedium, & ideo &c. ſecundum eum. uel aliter fertur ſententia, à qua ſi non appelletur,tranſit in rē iudi.& de his uidimus in rubrica proxi. quia non à principio impediuit effectum rei iudi.
2 ideo de illa uidendum eſt.Sed † quia in omni parte iudiciorum grauatus appellat ſecundum nos, infra eo. ſuper eo. 2. ideò non ſpecialiter de tali appellatione, ſed generaliter inſerit tractatum appellationum, quē licet eo reſpectu in multis locis huius partis ſecundæ inſerere potuiſſet, tamen hic decentius. Et quia appellatio,recuſatio,& relatio conueniūt in iuriſdictione iudicis ſuſpendenda, ſuper quo uide, quod dicam
a infra e.legitima,in prin.lib.6.ª ne multiplicaret rubri
3 cas,iſta tria coniungit.Materiam † autem appellatio-
b nis per modum ſummæ, ſ.quid ſit appellare, de quo, & ad quem &c.vide no.2.q.6.in ſumma. Scias etiam, ꝙ communiter nigrum reſpicit primam partē rubricæ.ſecundam partē reſpiciūt, infra e.ad hoc,ſi in una, & c.ad hoc.3.& c.ſuper eo.2.§.1. & c. ppoſuit poſtremo.2.requiris, cum ſpeciali, & c.ſignificāte. Tertiam uerò partem reſpicit unica decre.infra c.intimaſti. Ha-
4 betur † materia primæ partis.2.q.6.per totum. ſecundæ. 2.q. 5. quia ſuſpecti, facit. 2. quæſtio. 6.quoties. 1, 11.q.3.iudicare.de tertia.2.q.6.biduum, in fi. Repetitur in ſexto,& in Cle.iura huius uoluminis: extra titulum quæ faciunt ad titulum,quaſi ſine numero ſunt,
5 & ideo non † fiet expreſſio caſuum, ſed diſtinguam caſus huius compil.Vi.& Clemētinarum, quibus uolet,à caſibus, quibus non ualet appellatio.tertio ſubdam iura ponentia caſus miſtos, cilicet quibus ualet, & non ualet appellatio.demum ponam iura aliter reſpicientia titulum.de primo patet, ſupra de reſcriptis, dilectus.2. ſignificante, Rodulphus, ſignificauit, de elec. conſideruimus, & c. bonæ 1. de renuntia. ueniens, ſupra de offi.dele. ſu per eo, cum cauſa. & cap. paſtoralis. §. præterea, & cap. cum olim pri. & capit. contingat, & cap.ſignificantibus, de maiori,& obedien.dilecti,de procura.dilectus,de arbitris,innotuit, de iudi.exhibita, de libelli oblatione capitulo ſecundo,& 3.ut lite non conteſta. cap.2.de dila.cap.primo, de iureiuran. uenientes, de exceptio. olim, dilecti.c. dilectæ, & c.ſignificauerunt, & c.fin.de præben. referente, de teſtamen. Rainutius, & cap. Rainaldus, de ſepultu.ex parte,de religi.domi.cum dilectus,de cog. ſpiritua.cap.ultimo,de accu.ſi conſtiterit,& c.cum dilectus,& ſenten.excommuni.per tuas. ¶De ſecundo ſcilicet cum non ualet, uel non obſtat appellatio, de reſcriptis, edoceri, de electio. cum inter. R.& c.cum nobis, & cum inter can.& c.quòd ſicut.de ſupplē.negligen. prælato.cap.fina. de officio delega.cum te, & c.gratum, & c.ſuper quæſtionum, de offi.ordi. licet, & c.irrefragabili, in prin. de mu. pe.cap.2.de dila.capitulo 3. de teſti. cum ueniſſet, de iureiur. breui, de cler. non reſi.relatum, de conceſ. præbē.relatum eſt, de his quæ fi.à maio. par. ca. capitulo primo, & c. exore,de eſta.mo.in ſingulis, in fi.de iure patro. paſtoralis,c.fi.de ſpon.tua, de matri.contrac.c.1.de diuor.ex literis,de uſur.quàm pernitioſum,de ſen.ex.ſacro.§.ſi uerò. Item non ualet appellatio in caſu decre. ſecundæ, de conſue.lib.6.& eo.li.de elec.is qui, & c.qui cōtra,& c.procur.de hæreti.ut inquiſitionis, uer nō obſtantibus. Item nō ob.appellatio in caſibus Cle.de re iudi.c.1.2.reſpō. & de ſen.ex.c.1.ver.non obſtantibus. ¶De tertio ſunt multa iura miſtos caſus habentia, de eo, qui mittitur in poſ. cum ueniſſet, de teſti. ſignificauerunt,& lib.6.de elec.ut circa,& c.quamuis 1.& 2. reſpon.& c.conſtitutio,& c.indemnitatibus.§.porrò, de offi.dele.ſi duo, & ſi delegatus,in fi.& c.ſi is,cui, & c.ab arbitris, ſi à ſubdelegato, & in Cle.de do.& contu.ſi ante.deuoluit autem, uel non deuoluit appellatio beneficialis, ut in Cle.de elec.cauſam. ¶Quarto
6 † ſciendum eſt,quòd omiſsio appellationis nocet, de elec.cum dilecti, in fi.de re iudi.cum inter, & c.quòd ad conſultationem. Item non nocet, de re iudi.c.1.& c.inter. Item non proſequi nocet,uel non exprimere eam in reſcripto,de reſcri.ex parte,ſupra.Item in cauſa beneficiali appellatio ad papam interpoſita proſequēda eſt,ut dicitur de elec.c.1.li.6. In cathedralibus, & regularibus,ut eo.titu.cupientes,& c.ſi poſtquam,
7 in prin.& in fi. Item † archiepiſcopus propter futuras appellationes nō dat officiales in diœceſi ſuffraganeorum,de offi.ordina.Romana.Nec prætermiſſo appellationis articulo cognoſcit de principali, de foro cōpe. Romana.1.reſpon. Item in cauſa appellationis fit conteſtatio litis,de iura.ca.c.2. Item appellantem contumacem non eſt neceſſe citari, de do.& cont.c.2. Itē cū appellans ad archiepiſcopū abſolui petit ab excōmunicatione,quis ſit aduerſarius & citādus,de ſen.ex
8 com.uenerabis. Item † appellatio non ſuſpendit cenſuram præcedentem, eo.titu. is cui, in fi. In cauſa appellationis ſicut & in principali publicatis atteſtationibus non recipiuntur teſtes, in Cle.de teſti.capitulo 2.prælati deferre debēt iuſtis appellationibus ſubditorum,de exceſſi.præla.frequēs,uer.& appellationibus.
9 ¶Ad†ſecundam partem rubricæ conuenit,de of.dele.cauſam, quæ, & c.inſinuante, ſuper quæſtionum, cum.R.ſuſpitionis, de iudi.cauſam.2.de ſo.compe.ſi

quis

quis contra,& licet ex ſuſcepto, ut lite non conte. accedens.1.& 2.de cauſa poſ.cum olim,de re iudi. Inter mona.de reſcrip.diſpendia, in fi.lib.6.de offi.delega.ſi cum annum,& c.iudex, eo.lib. ¶ Ad tertiam partem de reſcrip. ex parte decani, de electio. dudum, uer.cũ autem,de offi leg.licet,de proba.c.fin.de re iudi.cum Bertoldus,de pur.ca,c.pe.uer.his igitur.

ANNOTATIONES.

a ¶Lib.6.Et per Ioan.An.infra eo.cum ſpeciali, in glo.proprium, & uide glo.quæ incipit, Forte, in c.quia ſuſpecti,3.q.5.

b ¶Quid ſit appellatio. Et circa diffinitionem appellationis adde.d. Abb.in c.fi.in primo nota.de ſequeſ.poſ.& fruc.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij poſt & contra legitimam appellationem facta, non tenet.*

2 *De appellatione oportet prius fidem fieri in curia, ſi negetur appellatum, quo caſu fiat remiſſio ad partes, & dilatio detur extra curiam pro eius probatione.*
Appellationis non interpoſitæ exceptio fieri poteſt in uim declinatoriæ, & peremptoriæ, & quæ ſit utilitas utriuſque modi, eod.num.& nu.3.
Papa eſt ordinarius cunctorum, ibid.nu.2.

4 *Obedire ſubditi tenentur lite pendente contra prælatum ante ſententiam priuationis.*
Excommunicationis denuntiatio non ligat non præmiſſa ſententia, ibid.

5 *Fama loci quomodo probetur ex Angliæ conſuetudine, & quid efficiat.*

6 *Inquiſita ueritate ſi quid inueniendum committatur,id formam iudicij requirit.*
Inſtitutio auctorizabilis eſt ſolius epiſcopi, ibid.

7 *Additio gloſſarum.*

CAPVT I.

1 Dilecti. Caſus. Collatio † beneficij poſt & contra legitimam appellationem facta nõ tenet. Et primò ponit querelam impetrantiũ.Secundò dat eis iudices ibi, Super quibus. Et pars huius, ſupra de iudi. dilecti [*Legatum*] de tertio genere legatorum,ſicut Cantuarien.de quo,ſupra de offi.le.ca.1. & ſic nõ poterat eo iure beneficia conferre, ꝑm Gof.
a eo.ti.c.1.li.6.[*Poſt appellationem*[a]] ut † dicit hic Ho.ſi ne
2 getur appellatum, oportet prius de hoc fidẽ fieri,infra eo.Romana.§.ſi uerò.lib.6.Et tenet curia, ꝙ ibi in curia ſit probandum, ſi ad eam eſt appellatũ, de quo etiam remittit infra de ſen.ex.c.per tuas, & hoc, ſi negatur appellatum, in uim declinatoriæ ante lit. cont. Si uerò poſt lit.cont.facta uerò poſitione per appellantem,ꝙ ſic appellauit, & negata per appellatũ ipſe format ſuper illa articulum petens remitti ad partes, ſup illius probatione fit remiſsio, & dabitur dilatio extra curiam,& ſic dicit diffinitũ per Cle.IIII.& imputet ſi
b bi,qui ante lit.conte,[b] id non oppoſuit.Cum.n.Papa ſit ordinarius cũctorum, de fo.compe.c.fi,& per cõſequens coram ſuo iudice lis cont. ergo declinatoria non eſt locus.§.e.inter.ff.de procur.filius.§. veterani. ergo uenit ur peremptoria, cuius probationes nõ co
3 gitur appellans ad curiam ſecum ferre, niſi citatio ipſum arctet ad hoc. & ſi † dicis,quid perimit hæc exceptio poſt lit.cont.Reſpondet Ho. ꝙ libellum actoris, & omnia in eo petita. dicit tamen Ho. ꝙ huic diffinitioni uidetur fortiter obſtare quòd ad uerba & quòd ad mentem infra de ele.ſtatuimus, & infra eo. cordi, lib.6. [*Suſpendit*] primum grauamen [*Interdixit*] ſecun-
4 dum grauamẽ [*Obedirent*] in hoc multum † grauabat: quia lite etiam pendente contra prælatum ante priuationis[c] ſententiam ſubditi tenentur ei obedire. 8.

q.4.nonne.de accu.c. P. [*Excommunicatos*] intelligo, ꝙ præmiſit ſententiam: aliter ſola denuntiatio non ligaret,infr.e.paſto.ante fi.Hoſt.[*Denunciauit*] tertium grauamen [*Et infra*] hic deciditur quartum grauamen, ꝙ cõtulerat eccleſias ſpectantes ad collationem poſſeſſoris,& ſolum huic deciſo reſpon.infra,& ſic fuit inepta deciſio,ſicut & illa de præſcrip.ueniens[*Famam loci*] dicit Hoſti. ꝙ forſan † hæc uerba reſpiciunt cõſue. Angliæ ſecundũ quam creditur. 12.iuratis aſſerentib.
d ſe credere[d] aliquid eſſe, & talem eſſe uocem, uel famam patriæ: quæ tamen non eſt plena probatio, nec toleratur in ſententijs,de conſue.c.3.& remittit,de p-
6 ba.c.2.& c.ad noſtram [*Inquiſita*] in † forma iudicij ſecundum.T.quod inauit uerbum,ſolicitè,ſecundum Ho.q.d. non perfunctoriè,uel ex officio,ſed ſecundũ iuris ordinem procedendo. ſic ſupra de iudi.exhibita [*Maliciose*] puta ut fructus ſuos faciat[*Pertinet ordinare*] conferendo,uel præſentãdo,non auctorizabiliter inſtituendo, quod eſt ſolius epiſcopi ſecundum Hoſti. qui remittit,de of.archi.cum ſatis [*Irritum*] ideo: quia poſt appellationem ſecundum Inno.& contra ipſam appellationem ſecundum Hoſti. qui etiam remittit, infra eo.conſuluit 2.in fin.& facit de elec. cum nobis
7 olim [*Eaſdem*] collationes factas ab archiepo ¶ *In † gl. 1.in fi.*] de hoc infra e.de priore. ¶ *In glo. ultra ſex menſes, ibi,ad archiepiſcopum*] ſi erat proximus ſuperior cap. [*& ibi,cum propter diſcordias*] & infra de reſcript. tibi qui,de præben. ſi clericus,lib.6.

ANNOTATIONES.

a ¶Poſt appellationem.extra iudicialem.Adde,quòd oportet,quòd ſint geſta poſt & contra: ſecus,ſi poſt, & non contra,ita Abb.in c. cum I.& A.ſupra ti.proxi.in 6.col.Phi.latè in c.bonæ,in eo.titu. 3.col.non ſic in iudiciali.

b ¶Anre lit.conte. Poteſt enim oponi non appellatum, uel renunciatum,& ſimiles excepriones ad impediendum proceſſum, & in uim declinatoriæ, de quo uide in Specu. de excep. §. dicto, uer. ſed pone, quòd in cauſa appe. & facit quod no.in ſpec.de inſtru. edit.§.nunc dicamus, uer.ſed poterit appellans, & Archi. in §.ſi uerò, præalle.facit quod dicitur de excep.quæ perimit literas, & gratiam,quòd in uim dilatoriæ,& peremptoriæ poteſt opponi,ui de gloſſ.quæ incipi.no.quod, in capitulo primo, de lit.conteſta. libro ſexto.

c ¶Priuationis. Imò & poteſt, ſi appellauit, & appellatio pendet, ad hoc.ff,de his,qui no.infa.l.furti.§.fi.& quod ibi no.& uide Io. An.de ele.nihil, ſuper glo.fina.

d ¶Credere. Iura regulariter non admittunt teſtimonium de credu litate; falſit in caſibus.uide in ſpe.de teſte.§.1.uer.item quòd depoſuit, & ibi Ioan.An.& uide de teſti.quoties, in c.licet ex quadam, & gl. Cy.& Moder.in l.teſtium,C.de teſti.& ff.de uen.inſpi. l.1.per Barto,

SVMMARIVM.

1 *Appellatio generalis non ualet, nec iniuſta admitenda, nu. 2.*

2 *Contraries qui facit, redarguendus.*

3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.4.*
In genere quod nõ licet,ualet in ſpecie,& an hoc ſit perpetuũ,n.5.

5 *Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

1 Nter cætera. Caſus. Nõ † ualet appellatio generalis,& ſine diuiſione refert appellationem,
a ſubdens ipſius redargutionẽ,[a] & repulſionem [*In clauſtro*] diuerſa punctuatio.una,ꝙ cognomẽ illius mona. alia, ꝙ deſignet locum appellationis interpoſitæ[*quæ aduerſus*]in antiqua erat.Aliquo tempo
2 re redarguimus.no.eum † qui contra ius facit, redarguendum,concor.de uſu pa.niſi,de tempo.or.uel nõ eſt compos [*Admittenda*] quia iniuſta non eſt admittenda,infra e.cum in eccleſia. & ſecundum Inno. iſta decre.quaſi præſagiebat ius nouum decre. ut debitus
2 infra ç.ti.¶ Prima † gl.ſignat contrarium,& remittit, arguit

arguit etiam ad brochar.p ro,& contra. ¶ *In † glo. 1.ibi, §.pacta,& §.illud*] uide de iureiur.quemadmodum, in glo.nam illud [*& ibi, in tradendis*] qui tradit ædes unas ex binis ædibus, quas habet, debet ſpeciem ſeruitutis exprimere [*& ibi.§.quæſitum*] uide in cap.1. proxi. alle. ſuper gloſſ.2. ¶ *In † glo.1.ibi, ſi ſacerdos*] dic ut ibi no.& 22.diſtin.quamquam.

ANNOTATIONES.

a ¶Redargutionem. De pœna temere appellant ultra Ab. & Phi. adde glo.2.in c.ſi quis præpoſtera.l.di.& idem Domi.

SVMMARIVM.

1 *A correctione non appellatur.*
Exorbitans quid dicatur, ibid.

2 *Appellatio non admittatur à pœna iuris.*
Regulares habent conſtitutiones ultra regulam, ibid.

3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum,num.4.5.*
Vtendum re ad eum uſum,ad quem eſt inſtituta.ſed non ſemper,& quando, remiſs.

6 *A correctione an & quando non appelletur, & quare, & quæ ſit differentia inter eam, & alias cauſas, ibid.*
Regulares,& ſeculares clerici non ſunt pares iure appellandi, ibid.
Reſcriptum, ſiue literæ ſuper appellatione ab eo, qui condemnauit ex officio, quo caſu non ualeant, ibi.uer. Dicit etiam.

CAPVT III.

1 Dnoſtram. Caſus. A correctione† non appellatur. & præmittit cauſam mãdati, quod poſtea ſubmittit ibi, Mar. [*Exorbitanti*] quaſi per cecitatem mentis diuianti, Hoſt.[*Conuolauerit*] ne corrigatur ſuper exceſsibus ab eo commiſsis[*Prædicta*]in
2 in parte deciſa. & no. per hoc Ab. à pœna † iuris non appellari,cõcor.infra e.quia nos [*Et inſtitutionem*] præter regulam.n.conſtitutiones habent, ad quas tenentur, de ſta. mona. recolentes [*Caſtiges*] cuidam abbati
3 loquitur. ¶ Prima †glo.dat ſimile, & ponit notabile.
4 ¶ Gl.2.ponit rationem tex.& dat ſimile. ¶ *In 1.† glo.ibi, præfecti prætorio*] uide ſupra ti.1.ꝙ ad conſul.ſuper gl.2.
5 & infra cap.2.in glo. propriè. ¶ *In † glo. 1.ibi, inſtitutum*] fallit interdum,ut infra de pœnis,quamuis, lib.6. [*& in fi.*] de con.di.1.ueſtimenta, & c.ad nuptiarum.ff.de admi.rerum ad ciui. per.l.1. & Clemẽ. de reli.do.quia
6 contingit,poſt prin. ¶ *In glo.ulti.ibi,iudicij*] ſi enim † fieret in forma iudicij poſſet monacus, ſicut & clericus appellare,ſecundum Tan. & Vin.unde dicebat hic In no. ꝙ hodie nõ uidebatur differentia inter regulares, & alios, uel inter correctorem, & alium proceſſum,
a cum etiã à correctore,[a] ſi excedat,quod idẽ dicere,ac ſi grauet,regularibus licet appellare,de offi.ordi.licet in cor. olim poterat eſſe differentia: quia clerici ſemper audiebantur appellãtes,regulares uerò rarius. Itẽ clerici contra diſciplinam non audiebantur, niſi grauarentur, in alijs audiebantur appellantes etiam ſine grauamine. regulares verò uix, aut nunquam audiebantur. hodie etiam ſecundũ Inn. poſſet habere locũ poſt ſententiam latã cõtra regulares ꝑm regulã: quia tunc iudex appellationi non deferret: in aliis ſecus, unde dicit idem in correctione regularium, & aliorũ ſubiectorum, de offi.or.irrefragabili.dicit etiam, ꝙ ſi ex officio condemnatus appellauerit, & ſuper appellatione literas impetrauerit, facta mentione de condemnatione,& appellatione,non ualeret,niſi de proceſſu, & condemnationis cauſa fecerit mentionem, de reſcri.dilectus, infra de coha.cleri. ſuper eo.differt etiam ſecundum eum correctio exceſſuũ ab alijs cauſis:quia reliqua iura,cauſæ,& iuriſdictiones tolluntur con.ue.& præſcriptione,de cõſue.c.2.de præſcrip.per totum, correctio non, de offi. ordi.irrefragabili.§.1. de præſcrip. cum non liceat, & c. cum ex officij. dicit Hoſt.ꝙ quicquid dicat Innoc.multi ſunt caſus,in quibus grauaſ ſecularis clericus,& in eiſdẽ non grauaret religioſus.unde dicit hodie & olim magnam differentiam inter correctionem regularium, & ſecularium clericorum, infra eo.cum ſpeciali.de accuſa.qualiter 2.§.fi.de ſimo.per tuas.§.fi.concor.Hoſtien.& Gui.in ſpecu.de ap.§.in quibus, uerſi.11.

ANNOTATIONES.

a ¶A correctore. Circa ap.à correctore adde Pe.Anch.conſilio mihi.402.incipien.¶onderata diligenter,in 3.colum.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi intra terminum à iudice, à quo appellauit,uel à ſeipſo ſtatutum appellationem non proſequitur, ſententiæ uel iudicio illius ſtare compellitur.*

2 *In termino ſtatuendo ad appellationẽ proſequendã mediocritas ſeruanda, concedetur potius longus, & ad præſentandum etiam ſtatuitur, ibid. in fin.*
Appellare quis poteſt iterum ex inſta cauſa, licet ſuccubuerit in alia appellatione, ibid.ad dictio. contradictione.

3 *Appellationem non proſequente appellatore intra terminum ab homine, uel à iure ſtatutum, rata manet ſententia: nec ultra conceditur appellatio, niſi ab exceſſu executionis ipſius.*

4 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 5.*
Termini lapſus an expectandus,ſi appareat intra reliquum tempus non poſſe quem ad tempus ad locum peruenire, eod.nu.5.

CAPVT IIII.

1 Perſonas. Caſus.Si † appellans,infra terminum à iudice,à quo appellauit, uel à ſeipſo ſtatutum appellationem non proſequitur,ſententię,uel iudicio illius ſtare compellitur.& ſunt duo dicta.ſecundum ibi, Si autem.& pars huius, ſupra de teſti.perſonas[*Conuenienter*] ſeruabitur ergo † mediocritas, non
2 prolixitas,ut hic.nec cogetur uti diplomate.ff.de uer. ob,cõtinuus,ſecundum Vin.& conſuluit Hoſt.ꝙ potius concedat longũ, quàm breuẽ [*contradictione*] poterit tamen ex iuſta cauſa iterũ appellare.ſ.e. directæ, & ſupra ti.1.cũ cauſa [*Si autem*] dicit Inn.ꝙ ſupra locutus eſt,quando pars appellans præfixit longum termi nũ,quẽ poſtea iudex abbreuiauit:hic loquitur,quando ipſe idẽ appellans præfixit congruũ terminũ. Dicit Hoſtien.ꝙ ibi ad unum,ſ.ad præſentandum, & hic alius ſtatuitur terminus, ſ. ad proſequendũ [*Sententiæ*]
3 i.iuriſdictioni: quia licet † appellans à diffinitiua non proſequatur appellationẽ.ſ.terminũ profixũ ab hone,propter hoc non eſt rata ſentẽtia, donec lapſus ſit terminus iuris.nec ob.infra c.1.& c.ſæpe,quæ cum ſimilibus ſunt intelligenda de termino iuris. Alij dicũt, ꝙ utroq; termino lapſo iuris, vel hominis rata manet ſententia,& hoc uidetur uerius,Inno.& dicam etiam poſt eũ infra e.ex ratione,ſuper fi.1.glo.uer.ſed & ꝑm Inn. Ratio:quia poſt terminũ appellationis ꝓſequendæ præfixum à ſe,uel à iudice, uel à iure appellationẽ proſequi non poteſt, ſed nec appellare põt de nouo: qa nec grauari põt à iudice, qui in examinatione cauſæ amplius non procedit: quia nec habet ultra, quid faciat,niſi ꝙ ſententiã exequatur, ſupra de offi.dele.ſignificaſti,& c.in literis,ſecundum Inn.niſi in exequẽdo modũ excederet,quod dic, ut ſupra ti.1.ꝙ ad conſul.ſecundũ Hoſti. ¶ Gl.2.† tractat de triplici termino
4 5 appellationis. ¶ *In † glo.2.ibi, ſtatuitur*] de hoc.2.q.6.appellatione [*& ibi,cum cauſa*] & infra de eleç.c.1.& c.cupientes,de of.or.quãuis,li.6. ¶ *In ult.glo,in fi.*] dicit Ho. ex tunc.i.ex quo certũ eſt,ꝙ contempſerit:quia tantũ fluxit

fluxit de tẽpore, quod impossibile apparet illum ad tempus peruenire posse, ar. ff. de uer. obli. stipulationes, & l. continuus. Tu dic contra, ut dicam infra eo,
a reprehensibilis. [a] Illud autem putat uerum Hostien. nisi ageretur de executione sententiæ, & tempus quadrimestre adhuc non esset elapsum, ff. de re iudi. l. 4. §. si quis.

ANNOTATIONES.

a ¶ Reprehensibilis. Super uer. infra quem, & uide glo. super uer. elapsis, in c. commissa, de elec. lib. 6. glo. no. & ibi uide Bar. in l. cũ stipulatus sim mihi à Proculo, ff. de uer. ob. & eo. titu. l. hoc iure.

SVMMARIVM.

1 *Ad appellationem prosequendam habet annum appellans, ex causa biennium, nisi in casu: & si intra id tempus non prosequitur, quid iuris, & nu. 3. ad dictio. tenebitur, & nu. 6. ad uer. ad quẽ.*
Appellare potest de crimine impetitus, nisi sit notorius, ibid.
2 *Appellationem prosequendam quo casu biennium concedatur.*
Moderatio respicit hic diminutionem, non augumentum.
3 *Terminus ad appellationis prosecutionem statutus intelligitur ad inchoandum, non finiendum.*
4 *Litis ante ingressum, qualiter accipiatur.*
5 *Inter prouocationem, & appellationem quæ differentiæ.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 8.*
In temporis moderatione quæ consideranda. §. 1.
Inducias, sine termini quæ elongari, & quæ decurtari possint à iudice. §. 2. & num. 9.
De appellatione prosequenda non cogitur quis cauere, ibid.
Cogitur tamen aut prosequi, uel ad inuicem redire nu. 11.
9 *Additio glossarum.*
10 *Appellare nunquid liceat quandocunque, & quando expressi causa & quando secus.*
12 *Absens, & irrequisitus nullus condẽnatur & etiã notorius, & ratio.*
Condemnatio omnis, maximè nimis accelerata odiosa, ibid. ad fin.

CAPVT V.

1 VM sit Romana. Casus. Appellans† ad prosequẽdum habet annum, ex causa biẽniũ, nisi iudex moderetur, & si infra id tẽpus non prosequitur, est rata sententia: uel redit ad primum, si ante sentẽtiam appellauit, qui de crimine impetitur, appellare põt, nisi sit notorius. Et primò ponit terminum appellationis prosequendæ. secundò pœnam non prosequentis, ibi infra, quod. tertiò ibi; præterea, an de crimine delatus appellet [*Appellationibus*] ante, uel post sententiam [*Indulgetur*] ad finiendã
a causam, [a] Pe. ut in auct. ci qui, quam alleg. gl. [*Euidenti*]
2 debet† ergo illa probari, nisi sit notoria: aliter nõ habebit biennium, infra e. constitutus, uer. intellecto, secundum Host. & Inn. [*Et personarum*] in antiqua dicebatur, & temporis qualitatem. uerbum, Personarum, & negocii, fuit gl. T. [*Recisius*] i. breuius [*Moderatus*] diminutionem respicit, non augmentum, infra de uer. sig.
3 c. fi. [*Infra† quod*] s. tempus annale non abbreuiatũ, uel abbreuiatum non ad finiendam, sed ad inchoandam ap. causam, secundum Host [*Non fuerit prosecutus*] non dicit, finita non fuerit, ut proxi. dixi. & intellige de eo, qui potuit secundum Vin. alle. de conces. præben. qa [*tenebit*] etiam si postea appellans cum appellato., uel ipse appellatus principaliter prosequatur appellationem ut in Clemen. eo. ti. si appellationem [*Causa*] appellationis, & principali, Pe. [*Si uerò*] interpositio est, ut pateat responsio alteri membro, quãdo ante sentẽ
4 tiam appellatur, Inn. [*Ante† litis ingressum*] i. ante lit. cõte. infra de uer. sig. ex parte 2. [*etiam extra iudicium*] q. d. etiam ante, quàm sit citatus, nedum post, quàm fuerat citatus ante litem conte. [*Sed prouocationes*] de hoc
5 supra de maio. & obe. dilecti. & quamuis† prouocationes iure appellationis ferè per omnia censeantur: est tamen differentia secundum Inno. quia in propria & stricta locutione appellatio, quæ fit i iudicio & in causa iam cœpta, prouocatio, quæ fit extra iudicium. &
b in causa nõ cepta. unde dicit prouocatio ad causam, incipiendam. [b] secũda, quia in iudicio appellans, nõ prosequens intra terminum assignatum, non audit amplius super eo, sup quo appellauit, ut hic. & supra c. proxi. secus in prouocatione extraiudiciali, ubi nõ obstante lapsu termini, semper prouocans audit. nõ enim debet impediri, quin & alio iure se iuuet secundum Inno. sed Hosti. dicit & alias esse differentias, de
c quibus remittit infra. c. bonæ, ad fi. [c] [*Ad† quem*] uel à
6 quo; & tunc intelligas post lapsum terminũ iuris, uel hominis [*Raptor sit*] sicut dicit aduersarius, sed ipse negat [*In iudicio*] ante sententiam, uel post. & idem si extra iudicium, ut supra Ho. [*Ecclesiasticas*] aliud inter seculares. infra. c. super eo. 2. [*Ille*] Corinthius, qui publicè nouercam uxoris loco tenebat [*Excommunicauit*] i.
7 ad Corinh. 5. cap. ¶ Glo. 3.† arguit, alle. tria iura. in cõtrarium alle. alia tria, & iterum per alia tria coadiuuat primam partem, & soluit dist. demum quærit, ponit opi. & soluit ¶ [*Glo. propriè*] ponit duas lecturas eius, qd hic de prouocatione dicitur. ¶ [*Glo. sed non uidetur*] obiicit, & soluit. ¶ Vlt. gl. allegat contrarium, & tripliciter
8 soluit. ¶ [*In† glo. 1. ibi, ei, qui appellat*] can. in uer. præalleg. ¶ [*In glo. 2. ibi. §. ult.*] uide de fide instru. contingit. super glo. 2. [*& ibi. & l. si.*] uide de proba. tertio, super gl. [*& ibi. §. 3.*] cum sit opus in publico, exigitur satisdatio decennii. si in priuato, prætor quo ad illã arbitratur tempus [*& ibi, non nunquam*] uide de dila. c. 1. super gl. 2. [*& ibi, l. 2.*] uide supra ti. 1. quod ad consul. super glo. pen. ¶ [*In glo. 3. ibi. l. 2.*] uide supra [*& ibi, si quis condemnatus*] ui de in præalle. c. quod ad consul. super gl. pe. [*& ibi, non nunquam*] uide supra [*& ibi. §. 2.*] Si promitto existens Bononiæ dare Ephesi, arbitrabitur bonus uir. i. iudex tempus, quo illuc ire possit, & considerabit tempus, ætatem, sexum, & ualetudinem [*& ibi, exprimi*] loquuntur. ll. istæ de ratihabitione domini, q̃ debet fieri, quã cito certior factus est. accipitur enim hoc cum aliqua li spacio temporis, &c. ¶ [*In gl. sed non uidetur, ibi, eos, in fi.*] ibi dicitur, q̃ non cogitur quis cauere de prosequẽda
9 appellatione. ¶ [*In† glo. 3. ibi, de his*] & infra de reg. iu. indultum, li. 6. ubi uide de hoc [*& ibi, solutio*] dic secundũ Ala. [*& ibi statutæ*] hoc dixit Tan. dicebat tamen hic, q̃
d licet superioris inducias abbreuiari [d] & elongari pos-
e sint, non tamẽ penitus denegari [*& ibi, quatuor* [e] *annorum*] dicit Gof. idẽ in semestri dato ad redhibẽdum. ff. de ædil. edic. cum sex, uel ad conferendum beneficia, de sup. neg. præla. licet, de concess. præbẽ. c. 2. & c. quoniam, & in 60. diebus, qui dantur ad accusandũ uxorẽ iure mariti. 4. q. 4. §. aliquan. Gof. [*& ibi præterea*] & supra de procur. dilectus [*& in fi.*] Host. remittit ad summam, c. t. §. 1. tempora. ¶ [*In glo. quandocunque, ibi, non† expresso*] hoc uerũ restringendo ad casus decre. ut debitus, infra e. in fi. uel dic grauamine expresso, infra eo.
10 cũ in ecclesia. uel dic passim. i. tã in iudicio, quàm extra, ut tamen, quando extra iudicium appeller à iudice, causas exprimat, uel probabiles coniecturas, infra eod. bonæ, ad fin. & c. dilectis, §. quia uero. Si autem extra iudicium ab aduersario appelletur, nulla causa requiritur, secundum Ho. qui sic dicit intelligendam decre. cordi. infra c. ti. li. 6. ¶ [*In glo. propriè, in fi.*] & de ipsarum effectu no. infra e. non solum, li. 6. ¶ [*In gl. sed non*
11 *uidetur*] hæc glo respicit literam, ad quem. unde† dicitur, infra q̃ compellitur alternatiuè, s. q̃ aut prosequatur, aut redeat ad iudicẽ à quo appellauit. ¶ [*In glo. ulti.*
12 *ibi, notorium*] dicit Hostien. q̃ licet notorius quò ad satisfactionẽ, uel restitutionem faciendam absens & irrequi-

requisitus possit condemnari. nunquam tñ excõicabit nisi monitione premissa. infra de sen. ex. sacro, nec hodie sine scriptis. cod. tit. c. 1. lib. 6. unde cũ hic de excõicatione loquamur, necesse est per suppletionẽ legis, ut sequitur in glo. Alij dicunt p̃m cum nullum absentem condemnandum, nisi sit contumax. 3. q. 9. per totum. C. quo & q̃ iudex, eaque. ff. quæ sen. sine app. rescin. l. 1. §. item cum ex edicto; & de hoc de iureiurã.
f ad nostram [e] 3. unde nullus quantumcunq; notorius sine citatione, & admonitione condemnandus est. & hoc fatetur Host. iustius & tutius, tum quia multi dicuntur notorii, qui nõ sunt, infra eod. consuluit, idest tum quia & si notorius, quandoque legitimas exceptiones habet, quæ sunt admittendæ, de offi. deleg. ex par. 2. de rest. spo. literas, ad fi. tum quia omnis cõdemnatio, maximè nimis accelerata, odiosa, ar. ff. de act. & oblig. Arrianus, & supra tit. 1. c. fi. & c. cum Bertoldus, uersi. postmodum [*& in fi.*] p̃m T. & idem Inno.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ad finiendam causam. Adde, quòd dicitur finisse, qui reportauit sententiam: aliàs non, etiam si conclusisset in causa Rota, eo. titu. in antiquis.
b ¶ Incipiendam. Vide Ioan. Andr. qui ponit unam differentiam in appell. iudiciali, & extraiudiciali in c. cum super, in glo. quæritur quomodo, in prin. de re iudi. uide aliam differentiam, infra super glo. quandocunque, per Ioan. And. post Host.
c ¶ Ad fi. Vide in c. dilecti, de maio. & obe. & in c. cum nobis olim, de electio. & in c. cum in cunctis, de his, quæ fi. à ma. parte ca. plenius per Ioan. Andr. de materia appell. extraiudicialis, & per Bar. in l. si res, ff. de app. reci.
d ¶ Abbreuiari. Adde, quòd omnis dilatio legalis ex causa mutari potest per iudicem. adde Bar. in l. 2. ff. de re iu. l. Bu. in c. 2. de dila. & Ang. in d. l. 2. Domi. in c. de causis, de offi. deleg. in 2. col.
e ¶ Quatuor. Contra hoc, quòd dicit gloss. de quatuor annis, tenet Bar. in l. 2. ff. de re iud. & probatur per l. intra utile, ff. de mino. & not. ibi, & in l. fi. C. de tempo. in integ. resti. Et uide glo. quæ incipit, hoc est in Clem. 1. de restit. in integ.
f ¶ Nostram. Ibi uide in glo. 2. & super illa Io. An. & de elec. bonæ, primo, in glo. infra de fi. presb. & de offi. dele. c. 1. lib. 6. & gl. quæ incipit, simile, & super illa Io. An. de re iud. cũ olim, & per Guil. de monte Lau. & alios mod. de re iud. pastoralis, in Cle.

SVMMARVM.

1 *Conueniri possum in alia causa coram iudice, à quo appellaui in alia, nisi eũ sub iectum recusem, & quomodo id intelligatur, ibid. infra, & num. 5.*
Occultum & manifestum iure differunt, ibid.
Prouocasse est sententiam non seruasse, ibid.
Iuris antiqui, & noui diuersitas, & quæ hic, ibid. in fi.
2 *Maximè, comparatiuè hic accipitur.*
3 *Epilogus, & additio glossarum, & num. 5.*
Legis unicæ. ff. apud eum, à quo, intellectus, eod. num. 4.
Recusare ne possim eum, à quo appellaui, in alia causa, & quando, & quibus probatis, ibid. & supra num. 1.
5 *Recusationes, & appellationes pariter restringendæ.*
Appellatio ubi contumaci prohibetur, sic & recusatio, ibid. in fi.

CAPVT VI.

1 ADhæc, si in una Casus. Corã iudicẽ, à quo in una cã appellaui, possum in alia cõueni ri, nisi eum recusem suspectũ [*Crimen*] occultum, Hosti. secus, si manifestum, ut in gl. [*Illam*] rẽ. super qua cõuenitur, uel accusatur [*Eum*] iudicem, à quo appellauerat [*Suspectum*] uf enim prouocatus. dicit enim canon, Prouocasse enim est nõ seruasse sen-
a tentiam. l. di. si quis præpostera, ubi de hoc [a] [*Vitare*] ex aliqua iusta cã, non eo, q̃ in alia cã appellauit. uel loqtur p̃m antiqua tpa, p̃m q̃ licebat sine cã appellare, sic ẽt recusare, inf. eo. sup. eo. 2. p̃m Inn. [*Alioquin*] i. si non
2 uult eũ recusare [*Maximè*] istud† comparatiuũ probat, qđ loquitur tã in ordinario, q̃ in delegato õ lectu. Iac.
3 de qua dicam super glo. ¶ Prima† glo. alleg. unam cõcord. obiicit de una. l. & soluit; demũ quærit, & soluit.
4 ¶ [*In† glo. 1. ibi, proposuit*] adde, quod ibi no. quod hoc etiã tenet Tan. Inn. & Ho. & uide, quod no. inf. eo. tit. pastora. in glo. qui enim [*& ibi. l. una*] uariæ solutiones dantur ad hanc. l. Dixit Iac. q̃ lex loquitur in ordinario, hic in delegato, & exponit, iudicis. delegati. Alioquin. i. nõ sit delegatus, Maximè p̃ tm̃. sed hæc lect. reprobat. inf. e. proposuit, quæ in ordinario loquit. Dicit Host. q̃ lex loqtur. q̃n iudex nõ recepit appellationẽ; hic, & inf. e. p̃posuit, & c. accepta, q̃n iudex recipit & approbauit; ad hoc. inf. eo. sepe, & de of. dele. pastora. §. præterea. uel p̃m eũ lex loquitur finita causa appellationis: hic uerò ipsa pẽdẽte. uel dic, ut in tex. p̃m In. dic q̃ sola depẽdẽtia appellationis nõ facit iudicẽ recusari ut suspectũ, absurdũ. n. eẽt, q̃ cũ ex facto meo & à mea uolũtate p̃cedat appellatio, per breuẽ schedulã appellationis, forte ex falsa cã & ad hũc finẽ interiectæ sic effugerẽ & impedirẽ iurisdictionẽ iudicis mei. vnde dico, q̃ sicut in aliis recusationibus, sic & in ista recurreretur ad arbitros, corã quibus nõ erit mihi satis probare pendẽtiam appellationis: imò habeo necesse probare ueritatem grauaminis; quo probato arbitri pronunciabunt illũ suspectũ. & demũ ad aliũ finẽ, scilicet reuocationẽ grauaminis habeo probare idẽ corã iudice ap. nec est hoc nouũ. sup. de testi. uniẽs. 2. de rest. spo. solicitè, & dicã de sen. ex. licer, in fi. li. 6. Item hic nõ est satis probare grauamen ex re tm̃, q̃ appareat nõ fuisse ex mente. sed in causa appellationis sufficit probare grauamen ex re, ut dicã, inf. eo. ex
5 parte [*& ibi, indistincte*] glo. Lau. quod expressius† tenebat Goff. dicens, q̃ aliud p̃m l. & aliud p̃m cañ. q̃ declarabat Host. q̃ sicut leges restringũt appellationes, ita & recusationes, infra eo. super eo. [*& ibi, uitare*] Idem, si fuit contumax in appellatione prosequenda: quia sicut tunc non appellat, sic nec recusat. supra c. proxi. infra eo. super eo. 2. secundum Vicen. & Innocen.

ANNOTATIONES.

2 ¶ Hoc. In gl. & ibi collige rationem huius c. & similium. ad idem. l. 3. in prin. C. de summ. tri. & l. fi. C. quando prouo. non est nec. & uide ibi glo. & in l. in maioribus, C. de app.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem suam, si superior, ad quem appellauit aduersarius, ignorat, te poterit excommunicare comparere nolẽtem. & quid si tantum aduersarius certus est, an tenebit quod fecerit contra te iudex, num. 5.*
Appellatio denegatur à ciuili iudice, & quo ad Papam, ibid.
2 *Decretalis hæc quando locum habeat.*
Appellationis iudicem eligere est appellantis, non appellati, ibid.
3 *Appellare ad Papam, & ad legatum eius idem est hic.*
Iudex suus appellatus, intelligitur proximus, ibi. et episcopus, n. 10.
Appellationis prosequendæ tempus pars appellans, uel iudex moderatur, ibid.
4 *Veritatem tacere licet noceat in impetrando, nõ tamen in iure prosequendo, & ratio.*
Allegare contra se quis non tenetur, ibid. & nu. 5. uer. sed dices.
Citatus uenire debet, aut mittere, ibid.
Non uenire, uel uenire, & illicentiatum recedere, par est, ibid.
5 *Appellatio si ab utraque parte sit interposita ad diuersum superiorem, utra & quibus casibus præualeat, & à iudice quod fit, an teneat, & à quo, & quando, ibid.*
Ignorantia excusat iudicem contra me procedentem, eius tenet processus, & quibus casibus hic.
Compensatio & scientiæ cum scientia, & doli cum dolo, & culpæ cum culpa fit, ibid. uersi. sed dices.
Processus quando non teneat iudicis, & quando teneat ex scientia nõ sui iurisdictionis, & suæ, sed impeditæ, uel aliàs, ibi, & n. 6.
Appellatio debet ad iudicem, uel ad partem peruenire, & à quorũ alterutro fit, præterquam in casu, & quo, ibid. uersi. Hoc autem intelligi, circa fi. aliàs si fiat in occulto non impedit processus, n. 6.
7 *Iudicium pro sententia.*

Iudicandi ſunt laici ſubiecti eccleſiaſticæ temporali iuriſdictioni ſecundum canones, non ſecundum leges in his, quibus diſcrepant leges à canonibus, ibid. in alijs caſibus, ibid. ad uerſi. non tenere, quid iuris ſit, remittit.
Etſi pro quamuis, ibid.
8 Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 9.
Appellari non licet ſecundum leges ad imperatorem, omiſſo medio, ſecus, ſi ad Papam, & num. 10.
Contumax dicitur, qui uocatus, non iuit ad prætorē, & non allegauit ſuum priuilegium. §. 1. & num. 10. §. 2.
10 Additio, uel ſuppletio gloſſarum.

CAPVT VII.

1 Si duobus. Caſus. Superior† ad quē tuus aduerſarius appellauit, ſi ignorat te ſuper eadem cauſa ad Sedē Apo. appellaſſe, te corā ipſo comparere nolentē poterit excōicare; hoc primò, ſecūdò dr̄, ꝙ de ciuili iudice, qui non ſit de tpali iuriſdictione eccleſiæ, nō appellatur ad Papam. 2. ibi, Denique. Et, vt
2 †dixit Inn. hęc decr. locum hēt, qn̄ ex ſententia uterq; litigantium reputat ſe grauatum. non enim grauato appellante ad archiepiſcopum, non grauatus dicere poſſet, & ego appello ad Papam, uel uolo, ꝙ appellatio tua agatur coram Papa: quia non appellati, ſed appellātis eſt eligere iudicem appellationis. potuiſſet tn̄ ſm eum habuiſſe locū in aliis caſibus per antiqua iu-
3 ra, ſm quæ licebat appellare ſine cauſa [*Ad† noſtram*] idem ur̄ de legato, ſupra de offi. le. c. 1. ſm Hoſ. de hoc in Spec. de app. §. nunc tractemus, uer. quid ſi à ſententia [*Sui iudicis*] ſ. proximi ſuperioris ſuo iudici, coram quo litigabat, Inn. [*Diem appellationis*] proſequēdę, qui per appellantem, uel iudicem moderatur, ſupra eod.
4 perſonas, & c. cum ſit [*Tacito*] licet igitur tacere† ueritatem noceat impetranti, nō tn̄ ius ſuum proſequenti, nec enim tenetur quis ꝯ ſe allegare, de proba. c. 1. & dicam infra [*Citatus*] coram iudice minori. tenebatur ergo uenire, uel mittere, ſic infra eo. cum parati, Hoſ. [*Contemnit*] idem, ſi illicentiatus recedit, de quo remittit Hoſt. ſupra de do. cauſam [*Promulgatam*] per mino-
5 rem iudicem [*Cognouit*] quid ergo, ſi aduerſarius† certus eſt, ſed iudex ignorat? dicunt quidā, ut refert Inno. ꝙ tunc mero iure tenet excōicatio, proceſſus, & multa impoſita contumaci; tn̄ irritabitur in cauſa appellationis. Alij ꝯ, ꝙ nō irritabitur: quia ſi is, ꝯ quem lata eſt ſentētia, petat illam irritari, oportet eum cauſam aſſignare, quam ſi aſſignet dicēs, Tu ſciebas ꝙ ad Papam appellaueram, ille reſpōdet, & tu ſciebas, ꝙ ad archiepiſcopum appellaueram, coram quo proſequi poteram, quāuis præfertur tua, ſi illā proſequi incepiſſes;
a uide, quod dixi de conſtit. cum M. in glo. diuerſa.[a] uel ſi hoc coram archiepiſcopo allegaſſes, ſm Inno. & allegabit ſm Hoſt. ꝙ uideatur tacendo tacitè ſuæ appellationi renūciaſſe, infra eo. ſolicitudinem. §. fi. nec eſt quid imputari poſſit archiepiſcopo ignoranti. unde ſm Innoc. ſi archiepiſcopus ſciret, nec citare deberet, nec in aliquo procedere, niſi de cōſenſu partium, cū ex quo hoc nouit, iuriſdictionem ad Papam ſciat deuolutam. & ideò nec teneret citatio, nec per ꝯn̄s eius ſententia in hoc caſu, ar. C. ne de ſtat. defun. l. pe. Si aūt
b hoc ignorauit[b], tenet ſua citatio, & excōicationis[c] ſen-
c tentia, & proceſſus ita, ꝙ ſi lis fuit conteſt. corā primis iudicibus in cauſa appellationis, ꝓcedet lite non conteſt. ſm id, quod legitur, & not. in c. per tuas, & ēt ſi ſit de caſibus illis, in quibus non conteſtať lis, de quibus legitur, & not. ſ. ut lit. non conteſt. qm̄, in eiſdē lit. non conteſt. procedet. & eſt rō, quare tenet proceſſus: quia ignorantia facit ualere in his, quæ fiunt ratione publici iudicii illa, q̄ alias non ualerent. ff. de offi. præto. Barbarius. C. de teſt. l. 1. ſm quoſdam. uel dic, ꝙ melior eſt ratio hęc, ſ. quia cum ordinarius iudex ſit, in cauſa appellationis, & in aliis ſuis caſibus mero iure tenet, qđ ab eo fit, niſi per appellationem, uel recuſationem iuriſdictio ſuſpendatur, infra eo, ſolicitudinē. Sed dices, nonne in quæſtione præmiſſa dēt aduerſario nocere ſua ſcientia? reſpon. nō, qa ſciētia unius cū ſcientia alterius compenſetur, ſicut & delictum cū delicto. j. de adul. c. pe. & dolus cū dolo. ff. de dolo. ſi duo, & culpa cū culpa. ff. de compen. ſi ambo. ſed & cū uterq; litigātium ſibi adinuicē aduerſentur, non tenetur vna pars ius alterius partis pro ipſa & ꝯ ſe allegare, arg. in eo, qđ leg. & no. ſ. de proba. c. 1. licet iudex nō debeat admittere petitionem appellantis ad eū, ſi veritatem nouit. nam ſi ipſam ignorat, tenet proceſſus ſuus, ut dictum eſt. imò plus ur̄ dicendum, ſ. ꝙ ſi poſtquam incipit ſequi litem appellationis coram archiepiſcopo, is, q ad ipſum appellauit, & aduerſarius legitimè citatus, contumaciter renuat cōparere, & ideo procedat archiepiſcopus in appellationis cauſa, ſi idem cōtumax poſtmodū ueniat, & ad impediendū proceſ. dicat ſe appellaſſe ad Papam, nō eſt ſuper hoc audiendus, ſicut nec audiretur, ſi in proceſſu ſemper pn̄s fuiſſet, & hoc tacuiſſet: quia qui abeſt cōtumaciter, nō minor eſt pn̄te, in auct. ut oēs obediant iudici. §. ſi aūt ille, coll. 5. & no. ſupra de dila. præterea. & eſt ſi. qđ not. de elect. c. 1. li. 6. in gl. ubi enim hoc ēt dicimus ſm Inn. ꝙ ſi vna partium vadat ad ſuperiorem, ubi appellatum non eſt, & ſcienter falsò dicat ſe appellaſſe, vel dolo taceat ſe appellationi, quā fecerat, renunciaſſe, & ideo iudex hoc ignorans procedat ad ſententiā, totum erit, quicquid egerit, reuocandum, vel per cōdictionem ſine cauſa, uel per reſtitutionem in integrum ex generali clā, vel per querelā falſi. ff. de iudi. ſi prætor, & patet in eo, qđ leg. & no. ſupra de reſt. in integ. ex literis, & de exce. cū uenerabilis. §. intelleximus, verſi. fi. uide, qđ ꝯ hoc no. Cōpo. in decr. ſuper literis, de reſcr. ubi dixi poſt gloſſas, ut in uerſic. item quærunt. In caſu aūt, in quo hæc decr. loquitur, non dr̄ dolo facere ex hoc, ꝙ tacet appellationem ad Papam factam, quælibet alteri præferatur: ſi tn̄ aduerſarius hoc taceat, nec excipiat, tenet proceſſus habitus coram archiepiſcopo ignorante, q & ſi hoc ſciret, poſſet tn̄ hoc mō citare illum, quē ad Papam ſcit appellaſſe, ut ſ. tali die compareat, ſi eligeret cauſam appellationis proſequi coram eo, ſm Inn. unde dicit Hoſ. ꝙ fieri debet de hoc fides, ſ. ꝙ archiepiſcopus hoc ſciuerit; alleg. de reſcrip. cū contingat. Dat Hoſt. talem regulam, ꝙ ſi iudex ſciat ſe non eſſe iudicē, uel non debere procedere, & procedat, nō ualebit
d proceſſus[d], ut hic, & ff. ſi quis in ius uo. l. 2. in fi.[e] ſaluo
e eo, quod not. ſupra tit. 1. ad probandum. Si aūt ſciat ſe eſſe iudicem, ignoret aūt impedimētum proceſſus ex alieno facto proueniens, dēt eſſe probabilis ignorantia excuſata, arg. infra de cle. ex. mini. apoſtolicæ, licet in ſuo facto nō ſit error probabilis, ſupra de reſcri. ab excōicato. & eſt ſimile, infra eo. dilectus. §. fi. hæc autē hn̄t locum rr̄. nam in caſibus, in quibus appellatio ēt fruſtratoria ad Papā facta defert ſtatim negociū inſolidū ad curiā, nullus erit proceſſus archiepī, quātumcunq; ius ignorātis, ſicut patet in caſibus ſedi apoſtolice reſeruatis; qđ dic, ut legiť, & no. j. eo. vt debitus, in fi. & de accu. cū dilectus. §. unico. & eſt rō, quia in quibuſdam ex illis metropo. nullo modo iudex eſt. in aliquibus autem & ſi iudex ſit; tamen ſtatim appellatione emiſſa definit eſſe iudex, ut patet in eo, qđ ibi not. hoc aūt certum eſt, ꝙ proceſſus coram non ſuo iudice habitus nullius eſt momēti, vt patet in eo, quod legitur, & not. ſupra de iud. at ſi clerici. 1. reſpon. hoc autem intelligi debet, quando appellatio ſaltem ad partem peruenit. hoc enim neceſſe eſt, ꝙ ad iudicem per ueniat appellatio, uel ad partem, arg. in eo, quod legitur & not. ſupra de procur. auditis, & c. mandato, ma-

ximè

ximè cum nemo appellet niſi à iudice, uel à parte, niſi ubi iuſtus metus excuſat, ut infra e. ſi iuſtus metus, & de hoc not. plenè infra de crimine falſi. c. fi. ſup uerbo, ad renunciandum, ſm Hoſt. uide ad materiā quæſtionem, quam poſui ſuper regula, ſcienti, de reg. iur.
6 lib. 6. [*Appellaſſe*] parum iuuant† ergo ſm Pe. & Abb. appellationes, quas aliqui, timentes proceſſum ordinariorum, faciunt coram teſtibus in occulto, ex quo enim ignorāt ualent proceſſus ipſorum, & hoc, ſi certificari potuerunt: aliter ſecus; de hoc infra eo. ſugge-
7 ſtum [*Iudicium*] ideſt ſententiam. T. & facit quod not. de reg. iu. in iudicijs, lib. 6. [*Noſtræ temporaliter*] dicit Ho. hic arg. expreſſum, ꝙ laici ſubiecti eccleſiaſticæ temporali iuriſdictioni in his, quibus diſcrepant leges & canones, nō ſunt iudicandi ſm leges, ſed ſm canones. Remittit, de teſt. cum eſſes, & c. ſeq. infra eo. Romana. §. debet, lib. 6. procedit autem hoc arg. ex hac decr. ut exprimunt Petr. & Abb. quia hic loquitur de appella. interpoſita etiam ante ſententiam, quam tamē leges non admittunt, infra eo. ſuper eo. 2. cōcor. quod dixi ſupra de fo. competē. licet. 1. in fi. [*In alijs*] qui ſubſunt principibus, non eccleſiæ [*Etſi*] pro quamuis, Tan. [*eccleſiæ*] generalis, uel ſpecialis quarundam partium, quod plus placet [*non tenere*] niſi in caſibus not. de fo.
8 compe. licet ex ſuſcepto, Inno. ¶† Secunda glo. ponit
9 duas lect. ¶ Tertia glo. obijcit, & ſoluit. ¶† *In 1. glo. ibi, imperatores*] ſi ad imperatorem appelletur, ſaltē omiſſo præſide, remittit cauſam ad præſidē. ¶ *In glo. 3. ibi. §. 1.*] ibi ſic dicitur, Is, qui ad maius auditoriū vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, contumax nō uidetur [*& ibi, ſi quis ex aliena*] uide de accu. ueniens, ſuper ult. glo. [*& ibi, prætorem*] vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis eius ſit, ut ibi. ¶ *In 4. glo. ibi. l. 2.*] uide quod dixi ſupra glo. proxi. [*& ibi. l. 1. in fi.*] uide de ſenten. excom. cum
10 ab homine, ſuper 1. gloſſ. ¶ *In† glo. 1. ibi, argumentum expreſſum eſt*] infra eod. dilecti. ultimo. ¶ *In glo. 2. ibi, epiſcopum*] ſecundum Tan. qui expoſuit, ſui iudicis, ideſt epiſcopi, qui ſuus iudex eſt. ¶ *In gloſſ. 3. ibi, ſolutio*] ſecundum Lauren. & Tan. [*& in fi.*] de hoc infra de accuſa. ueniens, in ultima glo. ¶ *In glo. ergo ſi, in fi.*] & infra de regulis iuris, eum, qui certus, libro 6. ¶ *In glo. pen. in fi.*] de teſtamen. Rainucius, & Rainaldus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Diuerſa. Valet enim iudicium coram diuerſis habitum, ut ibi nota. & hoc in ciuili. in criminali autem, quid iuris, uide plenius Bart. in l. ſepulchri, ff. de ſep. uio. à prædictis excipe cauſam, de reſcrip. diſpendia. §. reus quoque, lib. 6.

b ¶ Ignorauit. Quia ratione dubii poteſt eſſe iudex iuxta nota. in capitulo ueniens, de accuſatio. & cap. ſuper literis, de reſcriptis, cum materia, Bald.

c ¶ Excommunicationis. Contra, quia in tali ſententia ueritas, & non opin. attendi debet, & talis iudex in ueritate non eſt iudex, & hoc uidetur tenere Ioan. And. ponens dictum Vin. in c. ſignificantibus, de offic. deleg. quod ponit non ibi, ſed in Specu. de expen. §. ſi ante, uerſicu. ſed quis, in cap. impetrantem.

d ¶ Non ualebit proceſſus, Adde Abb. hic, & nota. quod ſi tacitus fuit contu. nunquid per contumaciam uidetur prorogata iuriſdictio. l. ſi qui ex conſenſu, & ibi Bald. C. de epi. audi.

e ¶ In fi. Idem not. ſupra uerſi. unde ſecundum Innoc. & uide Ioan. And. de dila. præterea, in glo. ma. & Bart. in l. 2. hic alleg.

SVMMARIVM.

1 *Appellans auditur etiam poſt biennium, qui prius proſequi non potuit.*
Impeditus anno primo non neceſſe habet ante eius finem petere ſecundum, ſed eo finito peti poterit, ibid.
2 *Appellationis proſequendæ tempus quando incipiat currere, & quando proſequi ſufficiat, & finire proſecutionem, nu. 3. & 13.*
4 *Impedimentum proſecutionis appellationis per legitimam probationem oſtenditur.*
Proſequi impeditus an per reſtitutionem in integrum, uel ipſo iure ſeruetur illæſus, ibid. & nu. 7. & 13. & quibus impediatur modis, ibi. & quantum tempus ei reſarciatur, & quādo ipſo iure, uel aliàs, num. 14. & 17. an debeat proteſtari, num. 11.
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 6. & 7.*
Impotētia proſequendi pluribus modis intelligitur, remiſ. & n. 13.
Fatalia non currunt ipſo iure quando uiæ ſunt clauſæ, eod. num.
8 *Iudicis impotentia, uel negligentia quando excuſet à proſequenda appellatione, & num. 9. & quis cogi poſſit, uel alio remedio & quo uti quis poſſit contra eum, num. 9. & 10. & quando appellatio eſt deſerta ex perſona iudicis, eod. num. 9.*
9 *Summitas quid.*
Summi appellatione qui quæue nuncupentur.
10 *Delegatus negligens in proſecutione appellationis an compelli queat per ordinarium ſuum.*
11 *Sententiam exequi iudex an lapſo anno poſſit, ſi impeditus non ſit proteſtatus.*
Executio ſententiæ an teneat abſque citatione, & quibus caſibus, ibidem.
Executor an teneatur ordinem iudiciarium in citatione, & alijsq; ſeruare, ibid. & quando appelletur ab eo, ibid.
12 *Tempus ab homine ſtatutum ad proſequendam appellationem, an habent eandem uim, & eadem requirat, quod ſtatutum à iure, uel aliàs ſuccedat loco ab iure conſtituti.*
Arbitri ius, & iudicis an differat in termini ſucceſſione ab arbitro ſtatuti loco legalis, ibid.
13 *Caſus fortuitus multi generis eſt, & quidā hic recuſentur, de alijs agitur remiſſ.*
14 *Impedito cœptam proſecutionem appellationis proſequi quantum temporis indulgeatur, & quando à iure, & quando per reſtitutionem in integ. & nu. 17.*
15 *Appellatus quando teneatur petere in appellationis cauſa confirmationem ſententiæ pro ſe latæ.*
16 *Sententia infirmationis primæ ſententiæ ſi feratur poſt finem primi anni, uel ſecundi, & poſtea appellatus petat executioni mandari primam, quæ lapſu primi, uel ſecundi in rem tranſierit iudicatam, an obſtabit exceptio rei iudic. ex ſententia. 2. & num. 18.*
17 *Proſequi quid ſi impediatur quis appellationem tertio anno, uel ultra, an ipſo iure habebit annum quartum, & quintum, & ulteriorem, & ſupra nu. 14.*
18 *Rei iudicatæ exceptio ex ſecunda ſententia contra primam quo caſu non habeat locum.*
Nullitas ſententiæ per replicationem peti poteſt, ibid. ad fi. uerſic. & ſi excipiatur.
19 *Appellationis iudex non poteſt arctare tēpus niſi ex magna cauſa.*
Impedimēto ceſſante imputatur appellanti, ſi non incipiat cauſam agere intra annum, licet intra illum non ualeat terminari, ibid. uerſic. ſed & bene, uel intra ſecundum, ſi fuit impedimentum in primo, & ſic deinceps, ibid.
Intra tempus certum ſi quid fieri præcipiatur, debet impeditus ſtatim ceſſante impedimento, quamcitò poteſt cōmodè, quod præcipitur adimplere, ibid. uerſi. & eſt melior.
20 *Appellantem negligentia, uel impotentia quanti temporis ex parte eius interueniēs ab anno ſecundo repellat, licet in reliquo tempore fuerit ſolicitus, uel excuſatus.*
Negligentia deſignat cauſam uoluntariam, & alia de ea, ibid. uerſicu. ad primum.
Nicolaus Matarel. patria Mutinen. & ante Cynum ſcripſit, eod. num. §. ſolutio in primo.
Cauſa impedimenti inſpicitur an remota, ibid.

CAPVT VIII.

1 Ex ratione. Caſus. Etiam† poſt biēnium auditur appellans, qui prius proſequi non potuit. non diuiditur, uel ponit dictum, cuius determinationem interſerit ibi, dummodo [*Elapſo*] no. Abb. non eſſe neceſſe, quòd ante finem primi an-

ni petatur ſecundus per eum, qui fuit impeditus in primo: imò peti poterit etiam illo finito; alleg. etiam
2 infra eodem, ſignificante [*A ſententia*] ideſt à † die, infra quam fuit lata ſententia. & ſic not. quando annus appellationis incipit currere; ad idem. 2. quæſtio. 7. an teriorum, uerſic. & ſancimus. Hoſtien. argum. ead. q. uerſicul. iudicibus, ad finem quæſtionis. alius intellectus colligitur ex antiqua, in qua ſic dicitur, Appellationem, poſtquam biennium eſt elapſum, factam à ſententia, quæ fuerat contra uos, probata &c. de hoc. C. de tempo. appellatio. l. 1. & ſi. in glo. ſic uerò, & iam diputaui, & terminaui & contra Hoſtien. & eſt expeditum per Clemen. eod. titu. ſicut appell. & ibi uideas
3 in gloſ. ergo uidetur [*Proſecuti*] uidetur ergo † ſufficere, quòd infra tempus legitimum incipiat appellans proſequi, etiam ſi cauſa non ſit finita, infra eod. conſtitutus, uerſicu. intellecto, & cap. oblatæ, in princ. ſupra eo. perſonas, & cap. cum ſit, vnde non exprimunt iura decreralium, quod neceſſe ſit cauſam finire. Sed contra. 2. q. 6. appellatore, & cap. præceden. dicit Hoſt. primum intelligi poſſe in appellationib. factis ad principem, ubi abſq; damno moræ cauſa manet intacta. 2. queſt. 6. ſimilis. C. de tempor. appellatio. l. fi. uerſicu. ſi tamen. Sed quicquid dicat Hoſtiēſ. hodie habemus
a expreſſum, q̄ infra[a] annum debet appellationis cauſa eſſe finita, aliàs impedimēto ceſſante[b] appellationis
b cauſa deſerta, ut in Clem. eo. tit. ſicut appellationem[c].
c
4 [*Conſtiterit*] per † legitimam probationem. 4. quæſti. 5. quiſquis. 2. quæſt. 1. præſentium N. [*nolumus*] per beneficium reſtitutionis in integr. ſecundum unam lectu-
ram. uel nolumus, quia nec uelle debemus; & ſic ipſo iure ſeruantur illa ſi ſecundum aliā. & hæc ultima placet Hoſtien. maximè inſpecta ſimplicitate iuris cano
nici, arg. um. de iudic. dilecti, infra eod. ad audiētiam,
5 & dicam ſuper glo. ¶ Prima † gloſ. reſpondet per duas quæſtiones, de qua impotentia hoc intelligatur; & an ipſo iure, uel per beneficium reſtitutionis ſuccurrat iſtis. Circa primam tractat quadruplicem impotentiam, ſcilicet prouenientē ex parte appellantis, ex parte iudicis, ad quem, ex conſenſu appellati, & ex facto tertij. Circa ſecundam ponit duas opin. & alteram ap-
6 probat. ¶ *In † glo. 1. ibi. §. dolo*] uide de præſcript. auditis, ſuper ult. gloſſ. [*& ibi, ſuper eo edicto*] uel ult. eſt, & uide de cauſa poſſeſ. cum olim, ſuper 2. glo. [*& ibi. §. ſi dolo*] §. penulti. eſt. & uide ſupra proxi. [*& ibi. §. ult.*] uide de
7 pœn. omnis, ſuper 7. glo. ¶ *In † glo. 1. ibi, pluribus modis*] de quibus uide in Spec. de appella. §. nunc breuiter, in 1. & 2. col. & dicam infra in fi. glo. uerſic. hoc etiam ſecundum Innocen. [*& ibi. §. ad hoc*] per quem. §. & per cap. ſiue. 33. quæſti. 2. per decret. accedens. 2. ut lit. non conteſt. & per iſtam dixit Ioā. de Deo, lib. 1. quæſti. 21. faralia non currere, quando uiæ ita ſunt clauſæ, quòd ſine periculo curia non poteſt adiri [*& ibi, auctēn. ſi tamen*] aliàs ei tamen, & in Clement. eod. titu. quamdiu, quæ in tribus ſupplet autē, ut ibi ſcripſi [*& ibi. §. ſi dolo*] ſimile, quod not. de præſcript. auditis, in gloſſ. ulti.
8 [*& ibi, ut compelleretur*] not. quia † per l. ſtatim alleg. patet, tunc demum negligentiam, uel impotentiam iudicis excuſare, quando ſibi per ſuperiorem eius appellans prouidere non poteſt, uel ſaltem no. infra tēpus fatale ſecundum, de quo loquitur ille. §. in quo, cum prædictum fuerit poſt ſecundum fatale appellātem, etiam cum per iudicem ſtetit, cadere ab appellatorio iuuamine; ad literam ſic ſubdit, cum ſit ei apertiſſima facultas noſtram adire maieſtatem, & tarditatem iudicis in querelam deducere, & noſtro beneficio potiri. ſiue ergo illud, Cum, ſit redditiuum cauſæ, & ponatur pro quia, ſiue ponatur pro quādo, ut dixi de com
mo. cap. uno, in princ. Concludit, quod prædixi: aliàs etiam nō ſatisfieret ei, quòd ibi præcedit, & dicam in-

fra 4. col. quòd ſumma ope inniti debet litem exerce-
9 re &c. Quod autem † dicit gl. de compulſione. locum habet in ſuperiori ordinario, & in delegante: ſed quò ad delegātem ordinarium, uel delegatum Papæ, qui ſubdelegauit non in totum, eſt, & aliud remedium, ſcilicet reaſſumendi ſe ad cauſam, uel alteri delegādi, maximè igitur, quando ipſe delegās eſt præſens, hoc prętermittere non debet appellans. certum enim eſt, q̄ ſummitas dicitur quoddam in re ſupremum, quo nil amplius. unde in diuinis Trinitas dicitur ſumma, ſupra, & infra, & C. de ſum. tri. dicitur Deus ſummus. C. eo. tit. l. 2. in humanis animatis Romanus Pontifex dicitur ſummus. 21. diſt. §. 1. de ſta. mo. cum ad mona. in fi. In meritoriis ſummum bonum eſt iuſtitiam colere. 11. q. 2. cum deuotiſsimam, & ſummopere cauen dū eſt, ne uioletur. 11. q. 3. ſummopere. ſi ergo appellans ſumma ope inniti debet ad finem litis, ergo tunc ſolum excuſatur, ſaltem poſt biennium, cum non habeat ultra, quid faceret; ad id ſupra de iud. cum nō ab homine. habēs autem copiam delegantis, per quem altero de tribus modis ſupradictis ſibi prouideri poteſt, id non petens ſumma ope niſus non eſt, & ſic per lapſum fatalium appellatio eſt deſerta. Hoc etiā ſcias
10 † aliquos tenere etiam delegatum Papæ, qui negligit, per ſuum ordinarium urgeri poſſe; ſuper quo uide, quod dixi de reſcrip. c. ult. ſuper ult. glo. [*Et ibi, imputatur*] ſupra de eo, qui mit. in poſſ. c. 2. & infra de reg. iu. impurari, lib. 6. [*& infi.*] & hoc magis placet Hoſti. ut
11 in textu dixi. Dicit hic † Inn. q̄ iuſtè impeditus in proſecutione appellationis prudenter facit, ſi hoc proteſtetur corā iudice, à quo appellauerit, ne ꝓcedat, uel coram executore, ne ſententiam exequatur; & ſi ꝫ fecerint, appellet. Sed ſi hoc non proteſtetur, & iudex elapſo anno ſnīam exequatur, tunc ſi nullum ſuberat iuſtum impedimentum, tenet executio, & nulla citatione facta. cum enim lapſu anni rata maneat ſnīa. C. de temp. app. auct. ei, qui appellat, reſtat, q̄ ex quo nullū impedimentū ſubeſt, quare differat iudex, executionē
d facere[d] pōt & dēt, & ſi partem nō citauerit. executor enim nec in citationibus, nec in aliis ordinem iudiciarium cogitur obſeruare. bene tñ fatemur, q̄ ſi pars ve
niat corā executore, & dicat ſnīam nullā, q̄cunq; eſt audiēda; & niſi audiat, iuſtè poterit appellare. vt patet in eo, qđ legitur & not. ſ. de offi. dele. paſtoralis. §. 2. & c. cū in iure. & ſ. tit. 1. q̄ ad cōſultationē, in fi. imo plus dicimus, q̄ ēt ſi nihil proteſtet, uel excipiat corā iudice, uel executore; nihilominus tñ pendente executione, & ēt ea finita pōt officium iudicis implorare, & q̄cunq; facta ſunt poſt appellationem ſuam, in priſtinū ſtatum reuocentur, infra eo. bonæ me. ſupra de exce. dilectæ, ad fi. ubi de hoc, ſed ſi nullum impedimētum ſubeſt, tunc, ut dictum eſt, ualet executio habita ſine citatione, & ſtatuto ordine iudiciario nō ſeruato. qđ enim dī non ualere ſententiam, uel ēt illa, quæ extra iudicium facta ſunt, non ſeruato ordine iudiciario à iure ſtatuto, uel ab homine impoſito, ut ſupra ti. 1. c. 1. 64. diſt. c. fi. 65. diſt. per totum. 2. q. 1. ſi Deus. ſ. de elect. quia Papa, de cenſi. Rom. lib. 6. ſupra de reſcri. cum dilecta, ad fi. ſupra de offic. deleg. prudentiam. 1. reſponſi. fi. tunc locum habet, q̄ñ certus ordo ſtatutus eſt & præfixus eſt procedenti, & illum omittit; quod hic non eſt: quia nullus ordo præfixus eſt executori à iure, ut dictum eſt ꝑm Inn. & ſi imponitur ab homine, & excederet, ab eo appellari poſſet, ꝑm Ho. C. quorū app. nō reſcin. ab executore. & idē eſt, ſi modū executionis excedat. nā & ſi executioni nō prefigebat ordo iudiciarius obſeruādus ei. tñ imponit certus modus, & multas exceptiones hēt de neceſsitate iuris admittere; qđ dic, ut plenè not. ſupra tit. 1. quod ad conſultationem, in fi. & per hoc uī ꝑm Hoſti. q̄ executor cautius

tius procedet, ſi partes citet antequam ſentētiam exequatur, & audiat, ſi contra executorem aliquid ratio nabile opponatur, non ut diffiniat, ſed ut per hoc inſtruatur, ut ibi no. etenim non ſolum in iudicialibus hic, ſed etiam in extraiudicialibus hi, quos res tangit, & quorum intereſt, ſunt uocandi, ut patet. ff. de aqua plu. arcen. in concedendo. C. de auct. tu. l. fi. ff. de exce. nam ita, ſupra de off. Arch. ad hoc. §. fi. ſupra de maio. & obe. c. fi. & in eo, quod legitur, & no. ſupra de temp. ord. ſi archiepiſcopus §. fi. maximè hi, de quibus præſumi poteſt, q̄ aliquas exceptiones legitimas habeāt, quæ omnino ſunt admittendæ, ſupra de offi. deleg. ex
12 parte 2. ꝑm Hoſti. ¶ Sed & ꝑm Inn. ſcire † debes, q̄ licet hic loquatur de anno dato à iure; idem tamen eſt, & eodem modo procedendum in termino dato ab homine, licet aliqui dixerint, q̄ ſtatim lapſo termino ſtatuto à iudice, ēt ſi legitimum ſubſit impedimentum, nihilominus tñ ſententia tranſit in rem iud. ſupra eo. cum ſit Romana. 1. reſpon. uer. 1. q̄, & c. perſonas, vbi dixi de hoc, arg. pro hac differentia, ſupra de reſt. in integ. cōſtitutus. §. 1. ubi no. q̄ ꝫ tpalem preſcriptionem ſtatutam ab homine neceſſaria eſt reſtitutio, ſed ꝫ ſtatutam à iure non eſt neceſſaria reſtō. l. fi. ꝑm Innoc. & quia, ſicut dici cōſueuit, mitius agitur cum iure, q̄ cū miniſtro iuris. ff. de arbit. Celſus. ff. de compen. ſi cum militi, ꝑm Inno. ſed ad illud, quod dictum eſt de tpali præſcriptione, rñdit Inno. q̄ non eſt ſimile. non enim eſt hic reperire dīam inter ſtatutum terminum à iure, uel ab homine. nam uterque terminus iuris eſt: q̄a terminus ſtatutus ab homine ſuccedit loco termini ſtatuti à iure; & ideo eodem iure cum illo cenſeri debet, ut patet. ff. ſi quis cauti. ſi eum §. iniuriarum, & pa
tet in eo, quod legitur, & no. infra de uoto, magnæ. §.
c cum igitur. 1. reſpon. ſuper uerſ. obliget[c]. Illud autem tempus, de quo loquitur ſupra de reſtit. in integ. conſtitutus. §. 1. non ſuccedit loco alicuius temporis à iure ſtatuti. imò illi ciues de nouo ſic inter ſe ordinare rant, ꝑm Inno. per hoc tamen non eſt ſufficienter reſponſum ad l. de arbit. Celſus: quia ibi terminus appoſitus ab arbitro ſuccedit loco temporis à iure impoſiti, ſcilicet quadrimeſtris. ſed poteſt reſponderi ꝑm Hoſt. q̄ durius uoluit agere lex quantum ad pœnæ cō miſsionem cum illo, qui arbitro nō paret, iuri, uel iudici. & poteſt reddi una ratio: quia ille, qui cōpromittit, uoluntariè hoc facit. ff. de arbi. l. 3. §. tam & ſi nemi
nem. unde & ſi quid durum ei præcipiatur, imputet ſibi, qui compromiſit. ff. de arb. diem. §. ſtari, & qui talē eligit. ff. de mino. cum mandato, ad fi. ideoq; cum uoluntariè ad hoc proceſſerit, ſi conqueratur de grauamine, non auditur. Aliud autem eſt in iure, iudice, ac iudicio: quia ius omnes aſtringit, ſupra de conſti. c. 1. in fi. C. de legi. leges, & iudicium redditur in inuitum. ff. de uerb. obliga. inter ſtipulantem. §. 1. & dico in his, quæ neceſsitatis ſunt, magis eſt ſubucniēdum, quàm in illis, quæ ſunt ſolius uoluntatis. poteſt etiam reddi, & ſecūda ratio hæc, ſcilicet, q̄ firmitas arbitrorum ex ſolius pœnæ promiſsione dependet, nec aliud reſtat remedium contra nō parentem, niſi pœnæ commiſ-
f ſio. C. de arbit. [f] l. 1. ideoque, qui non paret arbitro, in pœnam incidit, ne arbitraria contingeret eſſe illuſoria, ſi aliud diceretur. aliud eſt in illo, qui non paret iuri, uel iudici. ille enim in nullam certam pecuniariam pœnam regulariter incidit: quia nec aliqua eſt compromiſſa. ſed nec impunè hāc trāſibit: quia certa ſunt in iure ſcripta remedia cōtra talem, per quæ à iure, & à miniſtro iuris, ſcilicet diſtringetur, & ſi opus fuerit, punietur, vt patet in eo, quod legitur & not. de maio. & obedi. c. 2. ut lit. non conteſta. tuæ. ¶ Hoc etiam ꝑm
13 † Inno. notandum eſt, q̄ is, qui appellat, nō ſolum habet neceſſe, infra annum cauſam appellationis proſequi: imò neceſſe habet ipſam, infra annum habere finitam, niſi impediatur iuſto impedimento, quod tripliciter prouenire poteſt. primò ex parte iudicis, quia non poteſt, uel non uult in cauſa procedere. ſecun-
g dò[g] ex parte aduerſarij, qui proponit multas excep-
h tiones, uel petit, uel obtinet multas dilationes[h], uel quia infirmus eſt, & non poteſt uenire, nec in graui cauſa tenetur procuratorem mittere, ſupra de procura. querelam. tertiò ex parte ipſiuſmet appellātis, qui impeditur propter ſuam inopiam, uel impotentiam, ut hic, quod eſt notabile, & argum. infra de ſenten. ex commu. quod de his. §. 1. uel propter ſuam infirmitatem, uel tempeſtatem, uel per alium caſum fortuitū, de quibus ponuntur multa exempla. ff. ſi quis cauti. l. 2. uel impedimentum teſtium, uel inſtrumenta, quæ ſine culpa ſua habere nō potuit infra annum, ſed poſtea poteſt habere. ff. de eden. argentarius. §. cum autem: uel quia dolo, uel uiolētia cuiuſque extranei impeditur, in quo caſu eidem per beneficium reſtitutio
i nis in integrum ſubuenitur[i], ut not. in glo. Colligunt hæc in primis iuribus, & in auct. de his, qui ingredi. ad appell. 1. reſpon. §. 2. & 3. col. 5. ſufficit ergo, ut dicit In no. appellāti incipere proſequi lit. appellationis infra annum tali tempore, & ita tempeſtiuè, q̄ ſi nullū inopinandum impedimētum iuterueniat, poſſit ante finem anni ſententiam petere. nec imputabitur appellanti, ſi aduerſarius petat dilationes ad reprobādum teſtes ipſius appellantis: q̄ ſi eos reprobauerit, & ex illis ſolis teſtibus erat ſententia infirmanda, eis non obſtantibus infirmabitur ſententia contra appellantem lata. Si autem non probauerit, uel ſi ex illis ſolis teſtibus nō dependeat uictoria cauſæ, apparet, q̄ male petita & obtenta fuit dilatio, & ideo non debet obeſſe appellāti. Sed & ſi appellatus petat dilationem ad probandum de iure ſuo, ſicut forte & appellās habuit ipſam, ad hoc, ut de iure ſuo probaret; nec etiam iſta dilatio imputabitur appellanti, arg. C. de tempo. reſti. in
14 inte. petendæ. 1. reſpon. & uidetur, q̄† ſi poſtquam appellationem cœpit proſequi, per unum tātum diem
k fuerit impeditus appellans, quominus[k] infra annum ſuper cauſa appellationis ſententiam poſsit petere, q̄ in hoc caſu totus annus ipſo iure ſine beneficio reſtitutionis ſibi indulgeatur à iure, ſicut ſatis colligitur ex dicta auct. de his qui ingredi. ad appellādum: ſecus autem eſt, quando ei per reſtitutionis beneficiū ſubuenitur: quia tunc nō reſtituitur ſibi tempus, niſi tantum, quantum propter impedimentum amiſit, ar. ff. ex qui. cau. maio. ab hoſtibus. §. fi. & de hoc infra uer. ſed quid. Item ubi de uolūtate partium differtur cauſa appellationis, puta quia itur ad arbitros, uel alio cō ſimili modo, tunc & ipſo iure recuperat tēpus, quod de anno remanſerat, in auct. eod. titul. §. deinceps au-
15 tem. col. 8. Item † uidetur, q̄ appellatus circa finem primi anni, quando ſcilicet unus mēſis tantum de anno ſupereſt, poſſit petere confirmationem ſuæ ſentētiæ, licet uideatur contradicere, in auct. de his, qui ingredi. ad appell. §. 3. col. 5. ſed non uideo rationem ſecundum Inno. & de hoc not. infra eod. oblatæ. §. licet igitur. imò plus uidetur Inno. quia, ex quo appellans fecit citari appellatum in cauſa appellationis, etiam ſi hæc citatio emanauerit in prin. primi anni; tamen ex tunc habet poteſtatem appellatus petendi confirmationem ſententiæ pro ſe latæ; nō, expectato prædicto menſe iuxta finem primi anni: quia ſic obtinet in cauſa principali. C. quomodo & quando iudex, auctēn. qui ſemel. multo fortius hoc idem dicendū eſt in cauſa appellationis, quæ minus tēpus habet, quàm principalis, ut patet ex præmiſſis. C. de iudicijs, properandū. & uidetur hoc expreſſum in cauſa appellationis. C. de tempo. appell. l. fi. §. illud; & hoc quidam concedunt.

dunt. Alij uerò contradicunt, pro quibus expreſsè facit aucten. de his, qui ingredi. ad appell. §. quia enim, colla. 5. ubi dicitur, q̃ ſi etiam in mediis certaminibus cauſam appellationis deſeruit; ad hoc tamen, ut petat ſentẽtiam, debet finem biennij expectare. nec obſtat p̃m iſtos prædicta auctẽ. qui ſemel: quia loquitur in cauſa principali, nec eſt trahenda ad cauſam appellationis, quæ habet tempus ſuum certum & à iure determinatum. ¶ Sed quid ſi poſt finem primi anni, vel ſecundi feratur ſententia infirmationis primæ ſententiæ, & poſtea appellatus petat mandari executioni ipſam primam ſententiam tanquam quæ lapſu primi, uel ſecundi in rem tranſierit iudicatam? reſpon. ſecũdum Inno. ſed Hoſt. contra, ut iam dicam, obſtabit ſibi exceptio rei iudic. ex ſententia. 2. nec audietur, ſi dicat, q̃ ante ſententiam infirmationis primæ ſentẽtiæ poſt lapſum anni rata manet ipſa ſententia: quia prætextu nouæ defenſionis non debet ſecunda infirmationis ſententia retractari. C. de tranſac. ſub prætextu, ſupra titu. 1. inter mona. ubi de hoc, nec ob. ſi dicas, q̃ non ualet ſecũda ſententia contra primam lata: quia ſecundum hoc nunquam ualeret ſententia appellationis primam infirmãs. ſed nec ſuper eodem eſt prima ſententia, quæ fertur in cauſa principali; & ſecunda, quæ fertur in cauſa appellationis. uide Clem. eod. tit. ſi appellationem, ubi de hoc in glo. hoc[1] fortificat.

¶ Sed quid ſi tertio anno, uel ultra impediatur, q̃ nõ poſſit appellationem proſequi? reſpon. dicitur, q̃ ipſo iure habebit quartum, & quintum, & ulteriorem annum, argu. in auct. de his, qui ingredi. ad appell. §. 1. Sed Innoc. magis uidetur, q̃ ultra ſecundum fatalem nullum alium habebit ipſo iure: tamen per beneficiũ reſtitutionis ei ſuccurretur, & reſtituetur tãtum tempus, quanto fuit impeditus proſequi appellationem, ut patet in eo, quod not. ſupra eod. glo. uerſicu. ſecus autem eſt, quando ei. Et placet hoc Accur. in auct. ei qui, C. de tempo. appel. ſcilicet q̃ per reſtitutionem prouideatur. tamen uidetur uelle, q̃ reſtituatur integer annus dicendo, q̃ tertius annus datur per reſtitutionem. Alibi autem ipſe Accur. in auct. de his, qui ingredi. §. ſi uerò, col. 6. tenet, q̃ ipſo iure non currit biẽnium impedito, & idem not. in auctẽ. de appell. col. 4. §. ad hæc. ff. ex quibus cau. maio. ſed & ſi per prætorẽ, in 1. gloſ. ſed contrarium not. in concor. de his, qui in. §. unde hoc, in 1. glo. & C. de tempo. appell. auct. item ſi appellationem. Sed concordari poſſunt hæc, ut dicit hic glo. ut diſtinguatur impotentia proueniens ex facto iudicis cum determinatione, quam dixi ſupra ead. glo. in apoſtilla not. quia, & tunc ipſo iure ſit illæſus, & idem, ſi de uoluntate partium prorogatur, ut ſtatim dicam. ſi ex proprio reſtituatur, ut in glo. & ſolùm ad illud tempus reſtituetur, quo læſus fuit, ut dixi ſecundum Innocen. Prædictæ tamen opin. Innoc. fortiter contradicit ſecundum Hoſtien. in auctẽ. eod. tit. col. 8. ubi dicitur, q̃ ipſe appellãs ipſo iure ſeruatur illæſus ita, q̃ nec ei obſit, etiam ſi decies millies plus, quàm biennij tempus excedat. Sed illud, quando de uoluntate partium fit prorogatio per cõpromiſſum. & idem, ſi aliter quomodocunque, ut Clem. eod. tit. quamdiu. ¶ Sed nec placet Hoſt. ſo. premiſſæ queſtionis. certum eſt enim, q̃ lapſo primo anno rata manſit prima ſententia, ubi nullum iuſtum impedimentum interuenit, & perinde eſt, ac ſi nunquam appellatum fuiſſet, imo & appellans à cauſa ſua cecidiſſe uidetur, ut patet in eo, quod legitur, & not. ſupra eod. cum ſit Romana. 1. reſponſ. & infra eod. ſæpe. §. quia tamẽ, in fin. & §. ſeq. Si igitur fuit poſtea infirmata à iudice appellationis, patet, quòd ſecunda ſententia non ſuo iudice lata fuit: quia appellatio, quæ fingitur non fuiſſe, non poteſt ei dare iuriſdictionem; & ſic nulla eſt ſententia infirmationis, ſupra de iudic. at ſi clerici. ſed nec ualet ſententia contra primam ſententiam lata, de qua nec oppoſitum, nec actum fuit, vt patet in eo, quod legitur, & notatur, ſupra titu. primo. inter mona. nec obſtat, quod dictum eſt, quòd ſecundum hoc nunquam ualeret ſentẽtia per iudicem appellationis cõtra primam lata: quia hoc non eſt uerum: imo ſem per ualebit, quamdiu ex ui appellationis prima ſuſpẽſa eſt. ſed ex quo appellatio ceſſat, non ualebat; ſicut nec ualeret, ſi appellatum non fuiſſet. ſed nec obſtat, quod dictum eſt, quòd ſub prætextu nouæ defenſionis &c. quia illud uerum eſt de ſententia à ſuo iudice lata, & quæ tenet. ſed hic per exceptionem lapſus anni patet, quòd nec iudex eſt is, qui ſententiam tulit, & quòd ſententia nulla eſt. dicendum eſt igitur, quòd in præmiſſa quæſtione poteſt appellatus petere cum effectu, quòd prima ſententia pro ipſo lata executioni mãdetur. & ſi excipiatur de ſecunda ſententia, de nullitate poterit replicari; & hoc uelit Clemen. de qua ſupra, quæ etiam fortificat opinionem Hoſtienſ. ut locum habet etiam appellato cum appellante, uel ſine poſt fatalia proſequente. ¶ Et[19] no. hic Innocen. quòd
m iudex appellationis non poteſt arctare tempus, niſi[m] ex magna cauſa, infra eod. oblatę, & argumen. ff. eod. titu. l. ſecunda, & l. quarta. §. ſi quis condemnatus. Sed & bene imputatur appellanti, ſi modicum tempus reſtat de anno, quo non potuit cauſam proſequi propter impedimentum, & tunc ipſo impedimento ceſſante non incipiat cauſam agere infra annum, licet in fra illum nullo modo ualeat terminari; & uide quod infra dicam. Qui enim aliud dicit, dat cauſam prorogationi litium, contra id, quod legi. & nota. ſupra de dolo, & contumacia, finem, in princip. ſecundum Innocent. & dicit Hoſtienſ. Idem ſi per totum primum
n annum impeditus[n] fuerit, niſi, & infra ſecundum annum, quamcitò poteſt, incipiat cauſam appellationis proſequi, & hoc per eandem rationem. & eſt melior ratio in utroque ſecundum Hoſtiẽ. quia quandocunque præcipitur aliquid fieri infra certum tempus, ſi is, cui præcipitur, per idem tempus impediatur in partem, uel in totum, debet tamen ſtatim ceſſante impedimento, quamcitò poteſt commodè, quod ſibi præceptum eſt, adimplere, vt patet. ff. ad Tertul. l. 2. §. conſeſtim. ff. de arbi. Celſus, & in eo, quod leg. & no. ſupra
o de dolo, & contu. cum[o] dilecti, & optimè de electi. cupientes. §. q̃ ſi per 20. in fi. uer. & nihilominus, lib. 6. eſt hic, ſic quaſi ad literam ex cauſa ſcripta poſt Innoc. &
20 & Hoſt. faciunt ‡ ad id, quod dubitatur, quanti tp̃is negligentia in primo anno interueniens ex parte appellant s repellat ipſum ab anno ſecũdo, ideſt dato, q̃ appellans una die, uel ſeptimana fuerit negligens, ſed toto alio anni tempore fuit, uel ſolicitus, uel iuſtè excuſatus, an ſibi detur biennium. & cõuertendo eodem modo quæritur, quanti temporis impotẽtia excuſet? an ſcilicet excuſet impotentia unius diei, uel ſeptimanæ ipſo appellante toto anni tempore negligente, vel ſolicito, uel partim ſolicito, partim negligente. Et ſic circa hoc dari poteſt regularis doctrina. Ad primum articulum arguitur, quod etiam modici temporis negligentia repellat à biennio, per l. fina. C. de tempor. appellation. §. illud ibi; Iubemus appellatorem, niſi obſeruauerit iudicium, & cauſam uſque ad finem peregerit, ſed per eum ſteterit, quominus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari. & ibi ſequitur, niſi ipſe appellator euidentiſſimis probationibus poſſit oſtendere, ſe quidem ſumma ope niſum litem exercere; & circa quod uide quod dixi ſuper ea dem gloſſ. in appoſt. nota. quia. Sed qui etiam modico tempore fuit negligens, non impleuit omnia litis certamina, nec ſumma ope niſus eſt; ergo &cet.

Item

Item decret. cum ſit, ſupra eod. dicit ex neceſſaria, & euidenti cauſa dari biennium. ſed neceſſitas eſt uoluntati contraria, ſupra de iureiur. querelam. ff. quod me. cauſa. l. 1. negligentia uerò deſignat cauſam uoluntariam, infra de conceſſio. preben. quia ergo negligentia, quantumcunque modici temporis, impediet dari ſecundum annum. Item in corpore de his, qui ingre. §. 1. & 2. & 3. ſæpius iteratur, quod ineuitabilis debet eſſe cauſa, impedimentũ, uel languor, propter quem datur ſecundus annus. ſed negligentia uoluntaria, ut prædixi; ergo &c. Idem ibi 3 §. 1. dicit, q̃ nõ debet appellans cauſam ſine prouiſione dimittere. ſed negligens pro tunc ſine prouiſione dimittit cauſam; ergo &cet. Item obſt. quòd terminus hominis ſuccedit loco termini iuris, ſcilicet anni. ſed qui ultima die termini hominis, quo ſe debet præſentare, uel iter arripere, id negligeret, deſerta eſſet appellatio, ſupra eo. perſonas, & c. cum ſit, infra eod. ad aures, & c. ſæpe, uerſi. ſalutis, eod. tit. cordi, lib. 6. ergo & unius diei negligentia nocebit in termino iuris, ſcilicet in anno. Item circa ſecũdum articulum q̃ modici temporis impotentia non excuſet, probatur: quia conſtat annum appellationis proſequendæ currere à tpe appellationis interiectæ, ut in Clem. eod. tit. ſicut appellationem: ſed ad appellationis proſecutionem uident Apoſtoli neceſſarij, eod. titu. c. 1. & c. ut ſuper, lib. 6. ſed illos iudex, infra 30. dies tradere non tenetur, eod. tit. ab eo, lib. 6. & Clem. eod. tit. quamuis, ergo licet illo modico tempore impediatur, currit illud tẽpus in anno. Item terminus ſi detur ab homine, non præuenitur, infra eo. ſæpe, in fi. & tamẽ illud currit in anno appellationis, licet tunc impediatur appellans, licet Ber. ibi cõtra in gloſ. pe. & uide quod ibi dixi. Item conſtat, q̃ in anno appellationis ſunt feriæ ſolennes fauore ſanctorum, & hominum, ſupra de feriis. c. fi. & in eis impeditur appellans, & tamen illæ cõputantur in anno appellationis. probatur utrumq;. C. de dila. ſiue, in fi. C. de feriis. l. 1. de repentinis ibi not. in fi. 1. glo. & C. de temp. app. l. 2. §. pen. & not. in præall. decr. ult. de feriis in glo. 2. ſicut, & in quadriennio reſtitõnis pẽtendæ, ut in Clem. de reſtit. in integ. c. uno. C. de temp. in integ. l. fi. Ad cõtrarium in utroque articulo adducitur, quia ſi modicum fecerit in primo anno, habere debet ſecundum, quaſi per id interruptum ſit primũ fatale, in auct. col. 5. de his, qui ingre. ad appell. §. unde hæc nos, uerſi. ſi uerò pro ueritate, & quod dixi ſupra eo. c. in glo. uidetur ergo. Item auct. ei qui, canon. 2. q. 6. ei qui, dicit, ſi interceſſerit cauſa decr. oblatæ, infra eo. dicit ex iuſta cauſa biennium indulgeri, ſed cauſa, & iuſta cauſa uidetur impedimentum unius diei tm̃. facit quod dixi
p ſupra eod. glo. uer. & uſ̃, q̃ ſi. p Item iſta decre. dicit pp impotentiam, & loquitur ẽt de biennio. ſatis ergo uidetur ex indefinita locutione ſufficere, quãticunque temporis impotẽtia interuenerit. & decr. Clem. ſicut appellatione, eod. tit. dicit, Iuſto impedimẽto ceſſante; arguendo à ſingulari, ergo unicum impedimentũ excuſat. Item ſatis probatur, infra eo. ſignificante, vbi impetratio delegatorum facta infra annum ita tardè, q̃ ſecunda, infra annũ fieri non potuit, excuſat appellantem. Item ſi decr. conſtitutus, infra eo. uſ̃ probare per procuratorem, infra annum miſiſſe ſufficere, ad idem, eod. tit. Nicolao. ff. commo. l. argentum, pro & cõtra, infra de pignoribus, ſignificãte. Item cum cõis ſit opinio, ut prædixi, q̃ annus primus & ſecundus differunt in duobus, ſ. quia impeditus in primo, ipſo iure habet p̃m integrum annum. ſed impeditus in ſecũdo eget reſtitutione, & reſtituitur ſolum ad id tẽpus, quo fuit impeditus, ex quo ſequitur id operari impedimentum primi anni quò ad dationem ſecũdi anni ipſo iure, quod operatur impedimẽtum ſecũdi quò ad reſtitutionem illius temporis, quo fuit impeditus. ſed conſtat, quòd impeditus in ſecundo una ſola die reſtituitur ad illam diem, ut in Clemen. de reſtitu. in inte. c. uno; ergo & una tantum die impeditus in primo habebit ſecundum annum, cum nõ minus, imò plus faueri debeat impotentiæ primi anni, quàm ſecundi. facit in auct. de liti. §. omnem, in fi. ſicut difficilius datur ſecunda dilatio, quàm prima. ff. de fer. oratione, & l. fi. & not. ſup. de dila. c. 2. ¶ So. in primo arri-
q culoq; uidetur Nic. Mata. Mutinen. cuius dictum etiã ponit Cyn. in auct. ei, qui, C. de temp. app. q̃ quando negligentia appellantis in anno primo fuit tanti temporis, quòd ueriſimiliter illa non interueniente cauſa expediri potuiſſet, repellatur ab anno ſecundo, cũ per hoc, quòd apparet ipſius negligẽtiam finem cauſæ impediuiſſe. aliàs, ſi non potuiſſet cauſa expediri, dato q̃ negligentia non interueniſſet, habeat ſecundum annum. allegant, quia culpa non punitur, ubi ſine illa interueniſſet, quod obuenit. ff. ad l. Rho. de iactu. l. fi. §. ſi hac conditione, uer. Paulus imo. ff. quod me. cauſa, ſi cum except. §. ſi homo, uer. ſi tamen peritura, ſi quis in ius uo. non ierit. l. 2. in fi. de uerb. oblig. cum ſtipulatus ſum mihi à Proculo. facit quod no. ſupra de dolo & contu. ca. fi. in ult. glo. & facit. ff. de iudi. ſi debitori, & iſta decr. per quam patet, quòd etiam toto anno ſecundo quandoque non poteſt quis mereri ſententiam. & dicunt iudicem appellationis ſecũdum diſtinctionem prædictam habere declarare dan dum, uel denegandum biennium, ar. ff. de uer. oblig. cõtinuus. §. cum ita. huic dicto ob. quod ſup. dixi poſt Inno. ultra medium huius gl. uer. ſed & bene. Volens utrunque dictum ſaluare, dicere poſſet illud in negligentia inchoãdi, hoc in negligentia proſequendi iam inchoatam. In ſecundo articulo quid uelit Inno. dixi. ſup. in 2. col. uer. ſufficit, & ſequentibus. Sed uidetur aliquibus, quòd ſi appellans ſemper fuit diligens in prin. medio, & in fine anni, quia ſcilicet inchoauit eo. tempore, quo intra quod finem, uel ſententiam conſequi potuiſſet, & proſecutus eſt, & per eum non ſtetit, quominus habeat ſententiam: quia ſine prouiſione & continuatione proceſſus nõ dereliquit cauſam, ſi per ſolum diem impedimẽto ineuitabili fuerit impeditus, integrum ſecundum annum habeat & à iure, per auct. de his, qui in. §. hæc nos, & §. 2. ſe. in princ. l. fi. C. de temp. app. ſed hoc dicere nihil eſt: quia etiam ſine alicuius diei impedimento qui ſic feciſſet, ut prædixi, ſecundum annum haberet. ſed ſecundum prædictos ſi non inchoauit proſequi tempore, quo ueriſimiliter finiri potuerit, & fortius, ſi nullo modo proſecutus eſt, uel aliquo tempore fuerit diligens, fuit tamen alio tempore negligens, licet iſte fuerit die, uel ſeptimana impeditus, & ineuitabili impedimẽto, potuiſſet tamẽ, ſi poſt inchoationem talem, ut prædixi, & poſt impedimentum ſemper diligens fuiſſet, infra annum. ſed hoc caſu uidetur quibuſdam, q̃ reſtituetur ad tempus illud impotentiæ tantum, ar. C. de reſt. mili. ſed quod tempore, & ff. ex quib[9] cauſis maio. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter, & l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ, & l. nec non §. ſi quis ſæpius. r & quis
r uidetur, q̃ nec reſtituatur, quaſi tempus negligentiæ corrodat tempus impotentiæ per ll. prædictas, & fa-
ſ cit de elect. cum in ueteri,[ſ] in fi. cum concor.

ANNOTATIONES.

a ¶ Infra. Iſta habent locum, quando appellatur à ſententiis, & actibus iudicialibus, uel etiam extraiudicialibus, ſicut appellatur à nominatore munerum, dantur ſolum duo menſes. ut lege prima, ff. de temporibus appellation. ubi uide Bartolum, Baldum, & Salice.

b ¶ Impedimento cessante. Et dum Abba, hic dicit, quòd paupertas est iusta causa dandi biennium, adde Bal. in c. si qui testium, de testi. & in l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis cau. & in l. acceptam, in ulti. colun. C. de usu.

c ¶ Appellationem. Vbi uide per glo. & moder. regulariter tamen uidetur alias sufficere, si infra tempus causa deducatur in iudicium, licet non finiatur, ut l. emptor, C. de prescrip. long. temp. & l. moræ, C. de rei uendi. & est ratio: quia hic statuitur terminus instan. ibi autem actioui.

d ¶ Facere. iudex ergo, à quo, deserta appel. exequitur sententiam, à qua appellatum est, ad hoc, quod not. Io. And. de appell. Romana, lib. 6. & quod not. glo. quæ incip. not. formam, in l. eos, C. de app. & ibi doct. etiam si detulisset appell. uide tamen glo. super uerb. remittenda, de appel. cum appellationis, lib. 6.

e ¶ Obliger. Facit, quod no. glo. in l. 4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudic. & in l. 3. ff. de lega. 1. per Bart. & uide Lapum in Clem. 1. de appell. & ad materiam facit, quod not. glo. ma. & super illa Io. And. de constit. c. 1. lib. 6.

f ¶ Arbitris. Vide glo. & Bart. ff. de arbit. l. 2. & doct. in l. ne in arbitros, & in l. cum antea, C. eod. tit. & Ioan. And. eod. tit. per tuas.

g ¶ Secundo. Hoc etiam uidetur in causa principali, si instantia fit ex dispositione iuris municipalis, ut not. Cyn. in l. penult. C. ad l. Iul. de adult. Bald.

h ¶ Dilationes. Vide in fi. in c. uenerabili, de iudi. super gloss. Ioan. And. post Philipp. & Cyn. in l. 1. C. qui accusa. non poss.

i ¶ Subuenitur. Et uide ad hoc glo. in c. anteriore. 2. q. 6. & ibi scripsi: facit quod dicit Bar. in §. dies, in l. 1. ff. quando ap. sit. & scripsi in illo. §. 2. q. 6. & uide quod scripsi in l. properâ. C. de iud. Archi.

k ¶ Minus. Idest, quòd toto anno fuerit alias diligens. & si non fuisset impedimentum istius dei. sententiam habuisset; sic intellige, ut patet infra in fine, & uide Cyn. in auctent. ei qui, in 1. q. C. de tempo. appell.

l ¶ Hoc. Dictum tamen Innoc. potest saluari, si deserta instantia super prima appella. fuit reuocatum in dubium de lapsu fatalis, & iudex pronunciauit lapsum non esse contra se iudicem esse; tunc ualet secunda contra primam, licet uerum sit lapsum esse: quia secit iudicem. si uerò solum procederet ex uoluntate unius partis, & altera pars nihil diceret, tunc non ualeret, ut dicit Host. ad hoc uide, quod scripsi in c. cum dilecta, de rescrip. Archid.

m ¶ Nisi. Et tamen talis terminus datur à iure sine hominis misterio contra Regu. gl. in c. cum sit Romana; & idem tenet Bar. quod hic Ioan. And. in l. 2. infra alleg.

n ¶ Impeditus. De isto impedimento qualiter probetur, uide Ang. consi. 188. & per Feli. in c. ex transmissa, de præscri. in 2. & 3. col.

o ¶ Cum. Ibi uide in gloss. & per Bart. in l. eum, qui ita. §. si ita, ff. de uerb. oblig. & uide bonum tex. in l. si man. §. Paulus respõdit die, & §. ille illi, ff. man. & uide de spon. sicut, in glo. sed uidetur, & sic per illa, facit quia, quando aliquid fit ex necessitate, illa cessante, cessat &c. Ad hoc, 1. quæstio. 7. quod pro necessitate, ff. de officio præsid. l. senatus.

p ¶ Quod si. Scias tempus appell. prosequendæ à diffinitiua non curit appellanti, quousque agit & prosequitur reuocationem attentatorum, de quo uide in decisione Rotæ, conclusio. 110.

q ¶ Articulo. Scilicet quanti temporis negligentia excludat appellantem à secundo anno, idem an negligentia unius diei, unde uel septimana excludit à secundo anno ipsum.

r ¶ Sæpius. Vide in c. si electio, de electio. lib. 6. in glo. fi. & intelli ge sanè illam glo. scilicet quòd impedimentum illius diei fuerit causa non possendi habere sententiã, sic & hic loquitur Inn. aliàs illa gloss. simpliciter loquendo non bene poneret dictum Inno.

s ¶ Veteri, Ex his omnibus potest formari distinctio, quia appellans quoniam pro parte anni diligens, pro parte negligens, quoniam pro parte negligens, pro parte impeditus, quoniam pro parte diligens, & pro parte impeditus, quoniam pro parte negligens, pro parte diligens, & pro parte impeditus, quid iuris de his omnibus collige ex prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Reus post citationem, uel notitiam litterarum si iuis ad curiam, delegatus in causa procedit: aliàs non.*
2 *Non minus, aduerbiorum significatus.*
Formæ iuris & formæ rescripti pariter inhærendum nec contraueniendum, ibid.
In contumaces remedia quæ prodita, ibid.
3 *Citare nunquid ubiq; possit ordinarius subditum suum.*
4 *Epilogus, & Additio glossarum. num. 5.*

CAPVT IX.

1 MEminimus. Casus tistius, & decr. suggestum, infra eo. Si reus post citationem, uel notitiam litterarum iuit ad curiam, delegatus in causa procedit: aliàs non. secunda ibi, Quòd si. & pars huius de accusa. meminimus, infra qui clerici, uel uou. meminimu[s *App, re.*] posset ergo dici, quòd determinatio huius casus ponat uirtutẽ clausulæ. uel dic, quòd
2 factum narrat; & hoc placet [*Non minus*] idest non tob stante talis itineris arreptione [*Iuris formam*] & etiam formam rescrip. de rescriptis, causam, Hostien. [*Procedere*] scilicet ad missionem in possessionem, & alia re media contra contumaces prodita, scilicet ut lit. non conteſt. tuæ. super principali non procedit regulariter, eod. tit. quoniam [*Ante citationem*] dicit hic Abb.
3 dubitari; an † subditum suum ordinarius possit ubiq; citare? & dicit, quòd pro quodam casu de facto consulta fuit Romana curia, an posset ordinarius citare subditum ibi latitantem; & responderunt curiales, quandoque seruauerat curia, quòd ibi non posset ordinarius citare subditum; postea mutauit[a]: quia per id multi occultabant suos excessus; & sic dicit in illo casu fuisse seruatum; uide, quod plene dicam de foro competen. Romana. §. contrahentes, super uersic. citati, lib. 6. ¶ Secunda † glosſ. supplet, secundò ponit ius
4 nouum. tertiò ex eo quærit, & soluit, solutioni obii-
5 cit, & respon. & opinio. ponit. ¶ *In † glo. 2. ibi, non misit*] non respicit glo. textum, qui non loquitur de mitten te, sed de eunte. sed respicit. quod dixerat de decret. ut debitus [*& ibi, Tan. dixit*] idem hic Host. qui etiam alle. decre. unicam, de peregr.

ANNOTATIONES.

a ¶ Postea mutauit. Adde d. Alex. consi. 89. fi. col. in 1. uolu.

SVMMARIVM.

1 *Supersedere exceptioni, super qua est appellatum, & etiam principali, siue sine illa definiri non possit, sine possit: & à quo iudice supersedendum, & quando, num. 2. 5. & 7.*
Nihilominus, pro multo magis hic, ibid. nu. 1.
2 *In concumacem quibus rationibus procedatur, in fin.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 4.*
Falsitatis exceptio an ab initio ante contestationem litis opponenda, & num. 8.
5 *Additio glossarum.*
Exceptio omnis peremptoria afficit principale.
6 *Appellatione pendente si qua fiant reuocantur per modum nullitatis & quando, & nu. 7. sub fin.*
7 *Negocium principale an & quando possit terminari, appellatione interposita ab interlocutoria, & sup. num. 1. 2. & 5.*
8 *Falsi suggestio in rescripto à falsitate alia differt, & quousq; probari possint, iuncta glossa.*
8 *In appellationem prorumpere quis dicatur.*
Appellare uolenti ante sententiam definitiuam quæ obseruanda.
Falsi suggestio multiplex.
Specificari oportet, quæ multifariam possunt intelligi, ut quid operentur.

CAPVT XV.

1 SVper eo. Casus. Supersedetur † exceptioni, super qua est appellatum, & etiam principali, cum sine illa definiri non põt. secunda ibi, & si aũt. non sum mat pp diuersas lect. [*Exceptioni*] sup. & negocio principali, ꝑm Host. ꝙ habet locum, ẽr si principale sine illa terminari possit. fortius ergo, si non possit, & exponit quod sequitur [*Nihilominus*] ideſt multo magis. & hãc uiolentã lectu. facit, ut cesset ar. à ꝺrio, de quo in
2 gl. [*Supersedendum*] per iudicem, à † quo est appellatũ [*&*] principali queſt. [*Supersedeatur*] no. hic Vin. ꝙ si appellatum

latum fuit in conuentione, non supersedebitur reconuentioni, nec è conuerso; de hoc in spe. de reconuen. in fi. §. pe. de. 1. pro Inno. [*Differenda*] imò quamcito fieri poterit, dirimenda, supra ti. proxi. c. 2. infra eo. inter posita. & fertur sententia non super falsi suggestione, imo super principali, si talis est causa, in qua possit lite non conte. procedi, uel contra talem appellantẽ contumaciter recedentem procedetur per missionem in possessionem, uel per excommunicationem, supra ut
3 lit. non conte. tuæ, secundum Inno. ¶ Prima † glo. dicit ante litem conte. & post &c. ¶ Pe. gl. obiicit, & soluit.
4 ¶ Vltima ponit duas lecturas. ¶ *In † ulti. gl. ibi. l.*] uide de offi. dele. pastoralis, §. quia uero, in 1. glo. ibi, Si in fraudem. si in fraudem relictorum in testamento accusetur testamentum de falso, iudex facit solui legata cum cautione de restituendo, si euicta fuerit hære-
5 ditas. ¶ *In † glo. 2. in fi.*] & no. supra de ordi. cogni. tuam. ¶ *In glo. 3. in fi.*] unde hoc tenendum, quod omnis peremptoria afficit principale, ita, quòd ex quo supersederetur peremptoriæ, ergo principali. ¶ *In glo. ergo uidetur, in fi.*] hoc dictum glo. placet Hostien. cum nil † debeat innouari app. pen. infra eo. dilectis, & quia iudex
2 appellationis, ex quo receperit appellationẽ ut emissam ex causa probabili, potest inhibere iudici principali, ne procedat, infra eo. Romana. §. quòd si, lib. Vi, melius facit, quòd uerificata appellatione omnia facta post illam per iudicem prin. reuocantur per modum nullitatis, infra eo, non solum, li. 6. Exceptio † uerò, sine qua põt principale negocium terminari, est illa, quæ competit certis personis, ne conueniantur ultra, quàm facere possint. ff. de re iudi. sunt, qui in id, & l. se. nã si negetur debitum, & nihilominus proponantur tales exceptiones; licet super ipsis exceptionibus appelletur, nihilominus, ut refert Inno. quidam dicũt quòd procederur in principali coram eodem iudice, etiam si fuerit delegatus. Sed contra; quia per appellationem suspenditur iurisdictio, supra de offi. dele. pastoralis, ff. ad Turpil. l. 1. propter quod alii dicunt, illud uerum solùm in ordinario; & tunc, si non recusatur, supra e. ad hæc. sed. ut dicit Inno. ista decre. non dicir pen. ap. super exceptione posse agi super principali coram eodem iudice; sed est id intelligendum de iudice competenti. uel secundum Inno. pone sic exemplum. Petebam centum à Titio, quo negante debitum probaui per duos testes. ille obiicit exceptionẽ contra unum ex illis testibus, & iudex illud testem per interlocutoriam repulit: appellatur. hic patet principale sine hac exceptione expediri non posse. supersedebitur ergo etiam nego. principali. sed si præter illum testem adhuc restant duo, uel tres idonei. non supersedetur principali, quæ sine illa terminari potest, sed
b nec procedetur [b] in causa appellationis: quia non interest mea appellationem prosequi, cum ius meũ sit liquidum etiam illo repulso, & uide quod dixi de ele. cum nobis, in glo. est iciendum. & idem exemplum ponunt Pet. & Abb. tamen per modum conuersum, scilicet quòd appellauit excipiens contra testes, quia non admittebatur exceptio; & tunc eodem modo ẽ uidendum, an sine illo teste liqueat ius actoris, uel nõ uel secundum Inno. est exemplum in condemnatione expensarum cõtumaciæ, à qua si appelletur, iudex ordinarius sit, uel delegatus, poterit in causa procede
c re, cum per ipsam non fiat preiudicium principali [c]. Hoc tamen est difficile secundum eũ. Item ponit exẽ-
d plum in dilatoriis solutionis [d]. Goffr. quærens, an sit aliqua peremptoria, sine qua posit diffiniri principale, respon. quod sic, scilicet exceptio compensationis, ex qua si appelletur, ea salua manente, procedetur in principali. C. de compen. l. fi. ff. de compen. quod in diem. §. si rationem. Idem dicit, cum petitur restitutio coniugis, & opponitur consanguinitas, propter quã appellatur: fieri poterit restitutio quò ad reliqua, non quo ad torum, de resti. spo. literas. credo cum gl. & sic seruamus, quòd si iudex me grauat, & appellatur, suspensa est ipsius iurisdictio quo ad totam causam ita, quòd uerificata appellatione reuocatur, quicquid postea facit in principali per modum nullitatis, ut supra dixi. In exemplis ergo supra positis de teste uideat iudex, si grauauit, & reuocet illud: si non grauauit, securè procedat. A principio ergo differre potuit probationem exceptionis, & demum publicatis attestationibus, ex quo per alios probatum erat, cõtra quos nil opponebatur, illam repellere ut impertinentem, quæ non releuat; facit quod dixi, de testibus, ex parte.
¶ *In glo. ulti. ibi, de falsi suggestione*] ideſt quod in rescripto
8 † suggestum fuit falsum; non intelligas de excep. falsitatis, quæ posset etiã post sententiam opponi, supra de procura, in nostra, de excep. cum uenerabilis [*&*
9 *ibi, lis conte.*] fac † uim in uerbo, prorupit, & quasi procul rupit, non scilicet excipiendo, & super exceptione interlocutoriam expectando, sed simpliciter dixit, Appello, ne procedatis: quia falsum est rescrip. non enim grauabatur eo solo, quòd sibi exceptio competebat: sed nunc demum, cum per iudicem admissa nõ esset; facit, infra eo. dilecto, ubi de hoc, & supra de testi. significauerunt, in prin. & in glo. not. quod alia lectura, quòd generalitas exceptionis est, quæ impedit uim ap. nam multiplex est falsi suggestio: aliqua impedit uires, aliqua non. specificari igitur oportebat, arg. ff. de iure fisci, in fraudem; de elec. ut quis duas, li. 6. Item non debet appellans statim emissa uoce appellationis recedere, sed expectare, an admittat, uel non admittat iudex appellationem. Alia lectura, quæ satis placet, & est plana, ut sit mens literæ, quod si ex falsa causa appelletur, iudex procedit. & tunc expone, de falsi suggestione. ideſt ex falsa causa suggesta, ideſt expressa in appellatione. Iudex enim, qui scit causam falsam, non timeat procedere, cum ad reuocationẽ postea factorum per ipsum necesse sit causam uerificari coram iudice appellationis, ut dixi super glo. proxi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Receperit appellationem, idem tenent hic. d. Ant. & Imo.

d ¶ Procedetur. Et tamen textus dicit, & præsupponit, quòd est talis exceptio, à qua est appellatum, quod super illa per iudicem, à quo supersederi debet, & procedi per iudicem, ad quem, & sic nõ bene tollitur contrarium.

c Principali. Non ergo deberet supersederi cognitioni exceptionis & appellationis super illa, cuius contrarium dicit textus: & sic mala solu.

d ¶ Solutionis. Ista exceptio non impedit cognitionem principalis: sed nec supersedetur in illa, uide Ioan. And. in c. pastoralis, in glo. dicit hic Inno. de exce. & Cy. Bar. Bal. & Sali. in l. exceptionem, C. de proba. & sic non conuenit textui; qui uult supersederi cognitioni excep. per iudicem: à quo.

SVMMARIVM.

1 *Causæ minimæ pro grauaminibus minimis, & quæ minima dicatur, nu. 3. & 4.*
In leui iniuria, uel culpa aliter iudicatur, & proceditur, quàm in graui, eod.
Appellationem iustificans subiectum in quo consistat, ibid. uersi. ad hoc.
Iniustitia, uel iniquitas etiam in causis minimis attendenda, ibid.
2 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 3.*
4 *Additio glossarum.*
Appellari potest etiam pro gallina, ibid.
Appellari an possit à decreto præstationis alimentorum, uel quando iubetur res exhiberi, remiss.

CA-

CAPVT XI.

De appellationibus.

Breue

1 DE appellationibus. Breue [*Minimis*] id est interpositis a grauaminibus illatis uel sententiis prolatis in causis minimis [*Deferendum*] C. eo. ti. l. & in maioribus, ar. contra, de simo. si quæstiones, Vincen. & Tan. Item aliud iudicamus in leui iniuria, quàm in graui; de sententia excõ. peruenit, supra titu. 1. cum te. unde leuis culpa leuiter indulgetur, infra de accusa. cum dilecti, & planius & simpliciter proceditur in minoribus, in auct. de man. prin. sit tibi, col. 3. imò & leuia contemni potuerunt. ff. de uen. inspici. l. 1. in fin. secundum Hosti. ad hoc respondetur, ut hic in glo. post medium, subiectum. n. iustificans appellationem non consistit in qualitate causæ prin. sed in iusticia sententiæ, uel iniquitate iudicis, quæ possunt etiam in minimis causis obuenire.

2 ¶ Prima † glo. respondet per quæstionem, quæ causa sit minima. & quadrupliciter respondet, & reddit cau-

3 sam textus. ¶ *In* 1. *glo.* † *ibi*, §. *quamuis*] non cauet legatarius, cui relicti sunt annui. 10. aurei [*& ibi. l.* 1. *de defen. ciui.*] de minoribus causis, scilicet usque ad. l. solid. co-

4 gnoscit. ¶ *In* † *glo.* 1. *ibi*, *illud etiam*] ubi de hoc [a] [*& in fi.*]

a dicebat Lau. credo etiam pro gallina appellari posse. an autem appellari possit cum iudex decreuit alimenta præstari, uel quando iusit rem exhiberi, uide satis in Specu. de appellatione. §. in quibus, sub. uer. 8. quando res.

ANNOTATIONES.

a ¶ De hoc. Arbitrium est hoc, quando dicatur causa minima, uel magna, ut nota. Guil. in Spe. de li. concep. §. nũc uidendum, uer. 3. & ibi per Io. And. & uide Bal. in l. placet, C. de peda. in.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio etiam ante litis contestationem, & etiam extra iudicium permittitur, modo sit grauamen.*
Appellatio quid si interponatur, dum sententia profertur excommunicationis?
2 *Instantia cur pereat secundum leges per triennij lapsum.*
Appellatio tollitur per ius commune, & per speciale rescriptum, ibid. ad dictio. tollitur.
Tempus post datam labi quando dicatur, ibid.
3 *Tempus currit post receptionem literarum, nisi in casu, supra nu. 2. & an dicatur currere iudice excommunicato, ibid. an si fraus in præueniendo sit commissa, uel impedimento interueniente currat, an opus sit restitutione, nu. 4.*
Ante præsentationem literarum iudices non habent iurisdictionem, ibid.
4 *Tempus currit statutum etiam impedito, uel decepto, sed restituitur, & à quo.*
Impeditus, uel deceptus restituitur, & à quo, etiam in peremptorijs terminis, nu. 6.
5 *De præsentatione rescripti instrumentum fieri, utile, & ratio, & quando sit facienda.*
6 *Intra terminum, uel tempus præfixum si causa committatur expedienda, uel instruenda & remittenda, termino adueniente expedietur causa, uel remittetur etiam nihil probato, excipiuntur casus, & qui.*
Inter termini datione quod officium sit iudicis, ibid.
Termini dicuntur peremptorij, intra quos causa mandatur decidenda, uel instructa remittenda, ibid. de consensu partium prorogari queunt priori casu, ibid.
Termini dati reo sunt & actori communes, ibid. uer. sed tamen.
Remissio causæ an & quando possit fieri etiam si instructa non sit, ibid.
Post remissionem causæ quando dilationes denuò dentur, ibid. ad fin. uer. satis potest.
In expensis quando quis condemnari debeat, si nihil egerit in ter-

I

mino decidendæ causæ, uel instructæ remittendæ præstituto, eod. num.
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 8.*
Dies, quo cautum promittitur, uel quo sisti oportet, non connumerãtur, Dies tamen receptionis computatur, nu. 10. & quando sic computentur dies, eod. nu. 10.
Annus computatur annotationis, ex quo publicè innotuit.
Incontinenti quando dicatur fieri responsio stipulatori.
9 *Additio glossarum.*
Recusatio, & appellatio non semper æquè repelluntur, & adæquantur.

CAPVT XII.

SVper eo. Se summat, habens tria dicta. secũdum ibi, in causis. 3. ibi, Si autem canones. 2. q. 6. c. 1. 2. & 3 supra eo. personas, & c. cum sit [*Ante*] uide-

1 tur ergo † loqui de appellationibus factis in iudicio, & tangit. 4. tempora, ut per te uideas: sed etiam extra iudicium permittunt canones appellare, supra eo. cum sit, secundum Hostien. [*In prolatione*] quid si quis appellauerat, dum sententia excommuni. profertur? dic ut not. in summa, de sen. & re iudi. §. qualis, sub. §. pura, & §. quid si excommunico te, & se. Hostien. uide quæstionem meam in regula, Cum [l] sunt partium, de reg. iur. lib. 6. [*Appellandi*] dummodò grauentur, infra eod.

2 ut debitus, Inno. [*Non admittunt*] non est † ergo mirum si secundum leges perit instantia per lapsum triennii, & non secundum canones, de quo remittit Hosti. de iudi. c. pe. [*Tollitur*] siue per ius commune, supra eo. ca. 3. & c. cum sit, in fi. siue per speciale rescriptum, de rescriptis. c. 1. de offi. dele. super quæstionum [*Certum tempus*] diffinitum per numerum dierum, septimanarũ, mensium, uel annorum. Si enim limitaretur ad certũ diem, puta, infra festum assumptionis, uel infra tales calendas, tunc certum est tempus post datam curre-

3 re, & semper labi [*Ex tunc*] & non † prius. cum. n. prius iurisdictionem exercere non possint, supra de rescriptis, pastoralis, ad fi. ergo nec currit tempus. sed cõtra supra de rescriptis, eam te. ibi soluitur, & infra de præben. dilectus. 2. Quærit Hostien. Si iudex fuit excom-

a municatus [a] post datam rescripti, & sic legatus [b] rece-

b pit rescriptum, uidetur quòd nõ currat tempus cum nec partes possunt procedere, nec iudex, supra ti. 1. ad probandum; ergo nec currat tempus, de rescriptis, plerunque, de præscrip. uigilanti. ff. ad Turpil. l. 2. §. cõ-

4 festim. quid si de † consensu partium rescriptum fuit impetratum, & duplicatum, & traditum, fuit sub eodem tenore utrique parti: Reus autem præueniens p̃sentat statim iudici, ut tempus fluat. Dicit Hostien. q̃ si de fraude constet, licet de rigore fluat tempus, ut hic: tamen subuenire debet delegans, si omnino fluxit ante, quàm actor potuerit peruenisse, argu. infra, eo. oblatæ, de resti. in inte. ex literis, ff. de uerbo. obli. continuus, ff. de duobus reis. l. eandem. §. fi. & erit condemnandus in expensis, argum. de rescriptis, cæterũ, & c. fi. nisi actore ueniente, infra terminum consentiant partes in prorogatione, & restitutione termini, qui iam fluxerat, argum. supra de officio dele. pastoralis, in fi. Idem dicit de quocunque alio iusto impedimento, ut ex generali clausula succurratur, & per arbi-

trium delegantis, supra ti. 1. cap. fi. [*Recepisse*] fiat ergo

5 instrumentum de præsentatione rescripti, in quo utile est totum tenorem inferere. de hoc, & ipsius instrumenti forma uide in Spe. de rescripti præsen. in princ. sit ẽt cautus impetrans, ut tale rescriptum præsentet, quando iudex propter absentiam rei, uel imminentes feias, uel aliam causam tempus inutiliter labi debeat, ut etiam dicam, supra de offi. dele. consultationi

bus,

6 bus [c]. Dicit † autem Inn. quod totum & usque ad uer-

c si. & propter hoc, ponit Spe. de sen. prola. §. nunc uidẽ dum, uer. illud, quòd adueniente tali termino de con-

d sensu partium [d] dato iudex ad petitionem alterius partis sententiam dabit, nec differt ipsam dari, quantumcunque altera pars contradicat, & ad probandum de iure suo terminum petat, & quia sibi denegatur, appellat. hoc enim ipso, quòd initio consensit in terminum, talis est peremptorius reputandus, & etiam q̃ habeatur pro conclusione in causa, nisi forte nouum & inexcogitatum impedimentum interueniat, quare probationes suas nequit inducere. tunc enim iure cõmuni, uel beneficio restitutionis in integrum subue-

c nitur [e] sicut & fit in termino iuris, ut no. supra eod. ex ratione. Si autem certum tempus ad petitionem tantum alterius partis præfixum fuerit, tunc ad petitionẽ ciusdem non differretur sententia ultra tempus statutum, quia sic consensisse uidetur. sed alteri parti, quæ non consensit, non præiudicat, quin ad probandum de iure suo debeat obtinere inducias moderatas: iudex tamen dilationes iuris cogitur & debet diminuere. in hoc enim uidetur delegans gratiam fecisse impetranti, secundum Inno. & certum est, quòd si mandetur sententia, infra sex, uel octo menses terminari, nõ possunt dari tot & tantæ induciæ, quot & quantæ dari possent, si causa posset durare saltem usq; ad tempus in iure ciuili scriptum, scilicet triennium; & tamen ẽt tũc iudex dilationes restringit. unde & dicit lex, quòd non potest eam inuito iudice protelari. C. de iudi. pro perandum. & alibi dicit, quòd semper est dilationum materia amputanda. C. de tempo. ap. l. 2. in prin. secundum Hostien. sed tamen secundum Inno. cauendum est iudici, ne sic diminuat, quòd omnino ius partis, quæ de iure suo, infra tam breue tempus nullatenus docere potest, absorbeat, argum. ff. de admi. tu. tutor, qui repertorium. §. 1. quòd si reus, qui non consensit termino, dilationes ulteriores, quàm actor, qui consensit, obtinuerit, illæ dilationes proderunt & actori. unde & infra eadem poterit docere de iure suo, sicut & reus. C. de tempo. resti. in integ. petendæ. nunquam tamen ultra terminum præfixum poterit iudex dilationes dare, uel in causa procedere, nisi & de consensu partium hoc procedat, ut hic patet, & in eo, quod le. & no. supra de offi. dele. de causis, & supra tit. 1. quod ad consultationem. §. sed nec executionem. & adde, quod dicam de elec. commissam. 1. respon. li. 6. in glo. no. pro Goffr. & idem secundum Innoc. uidetur per omnia, si negocium, infra certum tempus instruendum mandatur, & postea remittendum: quia & hoc tempus pro termino peremptorio est habendum ita, quòd etiam coram iudice, ad quem fit remissio, neutra partium admittetur decætero ad probandum. & propter hoc etiam dicunt quidam, & forte bene secundum Inno. quòd si alicui committatur, quòd infra certum tempus causam instruat, & ex tunc instructam remittat, quod ex quo repræsentata est iudici talis litera, ipse iudex adueniente fine termini etiam nulla instructione recepta in causa, & etiam reo, infra dictum terminum non citato, potest tunc citare reum, & ei præfigere, quo coram delegante compareat in negocio processurus. nec potest reus dicere se grauari: quia actor super eo, super quo uolunt cãm instrui, non admittetur decætero ad probandum; imò ei perpetuum silentium imponetur, & imputet sibi: quia intra certum terminum non probauit, argum. C. de inge. manu. diffamari, de resti. spo. frequens. §. pe. cum suis concor. lib. 6. & supra de proba. licet. 1. respon. uer si. super quo. nec ob. si dicas, quod ordo omissus est, qui in rescripto commissionis continebatur, secundum quem primò debuit causa instrui, & postea re-

mitti. unde non uidetur ualere remissio; supra de rescriptis, cum dilecta. talis inquam oppositio ideò non ob. quia bene est instructa causa. nam contra contumacem sententia ferri potest. uel dic, quòd hic cõcurrerunt duo principalia mandata, unum de instructione, aliud de remissione. unde, si iudex non potuit primum, quod nec ex eo solo, sed ex parte illius, qui probare debet, dependet, propter negligẽtiam partis exequi; tenetur saltem ad secundum, scilicet de remissione facienda: quod & ex eo solo pendet, ut pater in eo, quod le. & no. supra de rescriptis. ca. constitutis. 1. respon. & supra de do. & contu. cum dilecti. §. præterea, uer. 1. Alii tamen dicunt & secundum Inno. forte melius quantum ad hoc, quòd nisi iudex primo citaue-

c ſtatim dicam [*Pars aduerſa*] quę ſemper eſt citanda ꝑm Hoſtien. alleg. de ma. & obe. inter quattuor, de cauſa poſſe. c. 1. de ſenten. exc. uenerabilis de uerb. ſig. in his. hoc, niſi periculum ſit in mora ſecũdum eum; de hoc ſcilicet an ignorãte aduerſario poſſit excommunicatus abſolui, no, 11. q. 3. excommunicatos, & plenè in Spe. de contumacia. §. fi. uer. ſed pone, excõicatus, & uer. ſe. ubi quaſi ad litteram inuenies id, quod de hoc no. Pe. & Abb. & Egi. ſup. de iud. c. 1. qui tenent, quod ſup. ſ. partem uocandam. Sed dicunt dato, quòd non uocetur, abſolutionem tenere: pars tamẽ ex hoc grauatur, & poterit appellare, hoc præcipuè ſi pro manifeſta culpa excommunicatus erat, cum tũc præcede-
6 re debuiſſet ſatisfactio; ibi uide. Sed incidit quæſtio, ſi aduerſarius citatus petat ſibi primò ſatisfieri de ex-
f penſis[f], contra quem petens abſolutionẽ excipit de excommunicatione, dicẽs ſe paratum probare, an facienda ſit abſolutio ante reſtitutionẽ expẽſarũ? quod uidetur, quia ſi excommunicatus eſt, non poteſt agere, de iudiciis, intelleximus, & ſic nec expẽſas petere. Item conſtat, quòd ſufficit cautio, de uer. ſig. ex parte. Guil. no. tenuit cõtrarium, cum iſte non agat, ſed ex-

cipiat

cipiat illũ non prius abſoluendũ, & hoc ſibi licet, inf. de excep. cũ inter. Itẽ ex contrario lis orietur ex lite, & protelarentur cauſę cõtra mẽtẽ iuris, de dolo, finẽ; de re iudi. c. 2. Itẽ & ſi diceretur agere, cũ iſtæ expenſæ ueniant per iudicis officium. C. de iudi. ſancimus. iudex ex officio ſuo illũ condẽnabit. ſi. de iureiu. debitores. & decre. ex parte, nõ obſtat. quæ intelligitur ꝑm decre. vt lite nõ conte. quoniam. §. in alijs. & §. vlti. Et eſt ſimilis quæſtio de reo, qui vult recuperare poſſeſſionem, cui opponitur excommunicatio, de qua remiſi in prędalle. §. in alijs. ſupra. verſic. recuperet. & facit ad materiam, qđ dixi. ſupra de exce. exceptionem, ſuper uerſic. condemnnandum, &. c. ulti. in fi. [*Appellatur*] ab aduerſario. Idem, ſi ad inferiorem papa fuerit
7 appellatum. & procedit hoc ꝑm Hoſtien. etiam expreſſa rationabili cauſa, ſed tũc per ſuperiorem debebit in melius reformari, ut inf. e. paſtoralis. & ſic fuge re poſſumus perplexitates notatas ꝑ Pe. & Ab. qui dicebant mirari, quõ actor, qui fecit per iudicem reum excõicari, t pe abſolutionis, in qua grauatur, poſſit de ferre cãm ad ſuperiorẽ p ap. & dicebant ex ſupueniẽti affinitate hoc procedere poſſe, ꝑm decre. in ſinuãte, de of. del. ut ſi reus recipit neptẽ iudicis, quẽ mõ actor recuſat hic, licet appellatio nõ impediat abſolutionẽ defert tamẽ principale. ſed, ut dixi ſup. ut lit. non cont. accedens. i. ſup. i. glo. appellatio nõ eſt modus recedẽdi à iudice ſupecto. Dabat etiam Pe. exẽplũ in actore, qui obtinuit excõmunicari reũ, & poſtea cõuẽtus ab alio coram eodẽ iudice, ꝑ eũ grauatus appellauit: nũc ꝓp cauſam recuſat iudicem, & appellatio defert principale, ſed non impediet abſolutionem. planius poteſt intelligi ꝑm uetera iura, ut ꝑm ea licet appellatio non expreſſa cauſa deuolueret cauſam: non tñ impediret abſolutionem: hodie nõ deuoluit, niſi expreſſa cauſa
8 probabili. inf. e. ut debitus [*Maluerit † aduerſarius*] dicit Hoſt. ſ. appellatus appellãte nõ ueniente, alias utroq; ueniente, utriuſq; conſenſus requritur. remittit de of. dele. cum R. Tu dic, Maluerit. ad ipſum Ro. põ. ap. cũ appellare poſſet ad ꝓximũ ſuperiorẽ, ne ſit cõtra, inf. de ap. cordi. lib. ui. 6. Pet. & Abb. uel ſecũdum ipſum Pe. papa, & ipſius dele. ponitur hic pro una diſiuncta: reliqua uenit per ſubauditum. ſ. ſupplendo, uel coram illo, corã quo cautionem obtulit [*Delegauerit*] papa & hoc, ſi uoluerit: quia nec cogitur, & dicit Hoſtien. ꝙ
9 hoc facit ad no. inf. e. cum ſpeciali. §. ij. [*Irrationabiliter*] hic poteſt † colligi una differẽtia inter hoc reſpõſum, & ſupra proximũ. hic enim conquerebatur de iniuſti cia ſententiæ, ibi nõ. ſecunda, quòd hic iudex excommunicauit ex officio, ibi ad petitionem partis. tertia, ꝙ ibi ſe opponit pars, hic iudex. quarta, ꝙ ibi ab excõmunicatore petebatur abſolutio, hoc à ſuperiore ipſius [*Protulerunt*] quorũ intereſt defendere cauſam illam, ꝙ dic ut infra de ſen. ex. uenerabilibus, li. 6. [*Appel*
10 *landum*] ſ. ne abſoluatur, Innoc. ¶Secunda † glo. alle. 4. concor. in fi. alle. duo contraria. ¶Antepe. glo. reſpõdet per quæſtionẽ, an iuratoria &c. ¶Vltima alle. cõtrarium; & ibi remittit. ¶*In† glo. 3. ibi, nec quicquam*] quæ decretum requirunt, non expediuntur de plano [*& ibi, cum ſententia*] non præiudicat ſentẽtia non dicta publicè, ſed loco ſecreto, & officio non præſente [*& ibi, omnia quæcunque*] ſequitur, cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt. ¶*In glo. quia propter, ibi, l. ulti.*] ponit exempla, ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, ne teſtamentum aperiatur, ne annona militibus trãsferatur: ne fiat, quod edicto perpetuo fieri præcipitur: & ne pignus uendatur [*& ibi. l. ulti.*] uide de ſepul. ex parte. i. ſuper glo. [*& ibi. l. 1.*] hanc & ſe. uide de ferijs, ca. fi. in gl. pe. & antepe. [*& ibi, in fundo*] vide de ſimo. nobis, ſuper. 3. gl. [*& ibi, itẽ uarijs*] de æquitate, licet ſcriptum ius deficiat, ago contra ui-
cinum pro refectione aggeris, qui mihi prodeſt. & ſi-
12 bi nõ nocet. ¶*In† glo. 1. in fine*] & per hoc arguit Hoſti. quòd ſi priuilegiatus excedit, poteſt ſibi juſticia denegari, ad idem, infra de decimis, nuper, in fin. ¶*In glo. 3. ibi, deſiderat*] unde requiritur, quòd procedat citatio ſecundum formam traditam, de elec. cap. ulti, li. 6. [*& ibi conſilio*] ſufficit conſiliũ. ¶*In gl. 4. in fi.*] & adde quod no. de of. dele. ex litteris, in glo. antepe. ¶*In glo. quia propter, ibi, præſumitur*] de pæ. & remiſ. cum infirmitas, Ho.
13 [*& ibi, non capiunt*] 37. tales † caſus, ubi non admittitur appellatio, uide in ſpec. de ap. §. in quibus, & exempla huius caſus ibi in uer. 8. & in fine. quandoque tamen differetur abſolutio, ſuper quo uide, quod no. 18. diſtin. ſi quis autem, in ulti. glo. ¶*In glo. ulti. in fi.*] in glo. ſed quæritur.

ANNOTATIONES.

a ¶Peruertentem iuris ordinem. Adde Hoſti. hic, & poſt eum Bald. & Abba. hic.

b Eſt malum. & ſic uidetur, quòd confirmatio electionis expeditur de plano, & non requiritur certum tribunal. ad hoc uide no. in c. fi. de elec. lib. 6. & hoc uerum, quando non apparet aliquis ſpecialis contradictor, de quo videbis, infra eo. conſtitutus. & quod no. in c. fi. de elect. lib. 6. quia aliàs ſecus. & uide gloſſ. in c. circa, & c. quod ſicut, de elect. Bald.

c ¶Iudex. Ex quo nota iudicem, à quo, poteſt app. pendente omnia, quæ tendunt in fauorem, & exitum appellationis, quæ expedire poteſt citra cognitionem arti. appel. ad hoc infra eo. ſolicitudinem, de matri. contra. contra inter. eccle. cap. ſecundo, & ſupra eod. cum teneamur, & capitulo cum ſit, & capitulo perſonas. Archi.

d ¶Intelligit. Quòd imò non poſſit abſolui parte appellante, ne abſoluat, op. infra eod. cap. ſolicitudinem. dic, ut ibi in gloſſ. in uer. poſſet, & ibi Innocen. Bal.

e ¶Eſt citanda. Adde gloſſ. in capitulo cum ab eccleſiarum, de offi. ordi. & tex. in capitulo ab excommunicato, ſupra de reſcrip.

f ¶De expenſis. Vt quando contumacia eſt manifeſta, ut in capitulo primo, de iudi. ſecundum unum intellectum, & in capitulo uenerabilibus. §. ſecus, de ſenten. excommu. libro ſexto; ſi una tantum ſufficit cautio de ſatisfacien. ut capitulo ex parte, de uer. ſi. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Suſpendere, uel excommunicare non debent, niſi præmiſſa monitione prælati, quibus alijs concurrentibus, num. 2. excipietur caſus, num. 2. uer. hic dicit. alter, num. 3.*
Appellare ſubditi, præcipuè regulares non debent contra diſciplinam, num. 1.
Appellanti ſtatuitur terminus, intra quem ſi non proſequitur, iudex procedit, ibid.
Appellans non proſequens appellato proſequenti condemnatur in expenſis, & quo caſu, num. 4. & 5. & quibus ſeruatis, nu. 6. & e contrario ei appellatus condemnatur, nu. 6.
Diuiſio capituli, eod. num. 1.
2 *Ordo datus turbari non debet, & qualiter turbetur.*
Cenſuræ nomine excommunicatio, & interdictum continentur.
Excommunicatio, & interdictum paribus paſſibus ambulant, niſi in exceptis & quæ ſint, remiſſ.
Pœnam conſtitutionis, ſancto, non incurrit qui non ſeruata forma excõmunicauit quempiam ipſo iure excommunicatum, uer. hic dicit.
3 *Erumpere, accipitur in malam partem.*
Neceſſitas concedit appellationem aliàs interdictam ex iuſta tamen cauſa.
4 *Terminum appellanti prefixum ad proſequẽdum an labi totum expectandum ſit.*
Exempla non reſtringunt regulam, ibid. ad dictio. Tunc tempus.
5 *Proprium conſiſtit non ſolum in patrimonio, ſed in prouentibus eccleſiaſticis.*
Prouentus eccleſiaſtici etiam capiuntur pro expenſis litis, niſi in caſu, & quo, ibid.
Confuſio, uel inopia delinquentis non attenditur etiam clerici.

Argumentum à contrario sensu ex uer. habet, hic sumitur.
Feudo quibus casibus episcopus priuetur.
6 *Expensarum taxatio quomodo fiat.*
Competens recompensatio fit arbitrio iudicis.
Religiosi carent proprio, & ideo uitant condemnationem expensarum, ibid.
7 *Monacum potest Abbas corrigere sine capitulo suo.*
Iniuncta qui humiliter suscipiunt, quòd cum desiderio uitam recuperant infinitam.
8 *Suffragium, & additio glossarum. num. 9.*
Sententia pastoris quibus casibus non teneat, remittit.
10 *Excommunicatio quot incurratur ipso iure casibus, & qui sint reseruati, remiss.*
Suspensionum species cum suis subdiuisionibus, remiss.

CAPVT XXVI.

1 REprehensibilis. Conciliũ est, & hoc intendit. Prælat† suspendere, uel excõicare nõ debẽt, nisi monitione præmissa; nec subditi præcipuè regulares contra disciplinam appellare: appellanti statuitur terminus. inf. quem si non prosequitur, iudex procedit: appellans, qui non prosequitur, appellato prosequenti condemnatur in expensis. & sunt 5. dicta. 2. ibi, Nec subiecti. 3. ibi, Si uerò 4. ibi, Si
a autem 5. ibi, præcipuè [*Præmissa*ᵃ] & †concurrentibus
2 hodie aliis. quæ habentur, de senten. excom. c. 1. lib. 6. & no. quia turbatur ordo, cum prius excõ. & postea monetur [*Excommunicationis*] sup. uel interdicti, & hæc omnia continentur sub nomine censuræ, de uer. sig. quærenti & paribus passibus ambulant, nisi in exceptis, de sent. excom. c. 1. lib. 6. uide quod dixi de exces. præ. c. 1. super gl. ante. [*Subiectos*] supplet Host. nec aliquos denuncient excommunicatos, non lata sententia rei &c. aliàs non stat proprie illud, Nisi. sed Abb. hic dicit probari, quòd excommunicãs subditum sine monitione in casu, quo excommunicatus erat ipso iure, non incurrit pœnam constitutionis, sacro. & per hoc dicit se excusasse quendam Abbatem, qui sine monitione excommunicauerat subditũ pro eo, ꝙ sine licentia exiuerat claustrum. & fuit repertũ postea, ꝙ in eodem monasterio erat de hoc statutũ ex-
3 communicationem proferẽs [*Incurrat*] tunc enim sine monitione & prolatione sentẽtiæ poterit iure sen-
b tentiam nuntiare, dummodo notoriumᵇ sit delictũ, non obstante aliqua appellatione, sup. eo. cõsuluit. 2. & c. peruenit, Host. [*Erumpant*] sonat in uitium, & huic continuatur finis capituli, ut dixi summando [*Necessitate*] ac si dicat licet suprà prohibuimus appellare contra disciplinam; ex necessitate tamen & iusta causa eis
4 appellare licet [*Intra quem*] & licet† tantum sit lapsum de termino, ꝙ certum sit eum prosequi non posse: tamen expectabitur finis termini, secundũ Goff. & Egi. secundum Host. contra, qui hoc no. sup. eo. personas, ar. l. continuus, ff. de uer. obli. primum tenet per decr. de ele. commissa. 1. respon. lib. 6. ad contrariũ respondeꝑ ibi no. [*tunc episcopus*] vel alius ordinarius, uel etiã
5 delegatus, & inf. eo. ad aures [*Si quid† proprium*] non solum patrimoniale, sed etiam in prouentibus ecclesiasticis consistens, de fideius. c. 2. dum tamẽ ex eo eccle-
c sia non lędatur enormiterᶜ: aliàs secus secundũ Host. de re. iu. delictũ, li. 6. & ẞm ipsum Host. nõ habebitur hic ratio confusionis, uel inopiæ delinquentis. unde etiã episcopus propter feloniã in vita sua perdit feudum, in libro feudorũ de cap. cor. re. c. si clericus, ueluti eps ẞm cañ. degradatur, in præalle. c. 22. q. 5. si quis laicus, post. c. de forma [*Habet*] alias habuit, secus ergo si non habet. 14. q. 6. c. 1. 16. q. 6. illud; Inn. dicit Host. ꝙ propter religiosos, qui carent proprio, & propter oino egentes dictum est hoc [*Competentem*] ad arbitrium
6 †iudicis iuramento. & taxatione præmissis, de procu. auditis, & c. cõstitutis, Host. [*Faciat*] etiam antequàm in negocio procedatur, inf. eo. sæpe, C. de iudi. l. sancimus. C. quomodo & quando iudex auct. qui semel, Ala. [*Appellet*] hodie prouisum est etiã appellanti, inf. eo. sæpe [*Præcipuè*] q. d. ẞm Inn. si in secularibus clericis prædicta locum habent, fortius in religiosis, excepta refusione expensarũ, cum ipsi careant proprio. 12. q. 1. non dicatis. & ẞm Host. continuatur post uer. Nec
7 subiecti, ut ibi dixi. idẽ Pet. [*Et capituli*] per hoc† dicunt quidam, Abbatẽ sine capitulo suo non posse corrigere monacum, nisi hoc haberet de consuetudine. sed hoc est falsum ẞm Host. & huic responde, ut dixi, inf. de reg. Io. in 3. obiectione [*Pro salute*] & hoc cũ desiderio: quia uitam recuperat infinitam, de pe. dist. 5. con-
8 sideret. ¶ [*In† gl. 2. ibi, eum quem temere*] uide de libel. obla.
9 c. 2. super 1. glo. ¶ [*In† glo. 1. ibi, dicitur canonica*] dic ut inf.
d de sen. ex. constitutionemᵈ, lib. 6. [*& ibi, de canonica*] melius dixisset, cum angelica. ¶ [*In glo. 2. in fine*] G. Vinc. plures uide no. de sen. excom. præsenti, lib. 6. ¶ [*In glo. 3. ibi,*
10 *& c. nuper*] 32. casus† quibus ipso iure quis incurrit excommunicationem per constitutiones. 6. lib. no. eo. lib. de senten. ex. eos, qui, & l. casus expressos per constitutiones cle. & duos tacitos no. in cle. de sen. exc. c. 1. quorũ. 16. sunt reseruati, ut ibi no. de suspẽsione uerò hic exemplificat Host. per decr. 2. inf. de sol. de ele. cum cunctis. §. clerici, inf. de re iu. c. 1. de sen. exc. c. 1. de elect. c. 1. lib. 6. 25. species suspensionum cum suis subdiuisionibus plenè no. in cle. de pęnis, cupientes, in gl. no. nouam. ¶ [*In gl. pen. in fine*] de hoc, infra de præben. de multa, in quarta gloss.

ANNOTATIONES.

a ¶Præmissa. Adde tex. in c. constitutionum, de senten. excom. in 6. an autem quando suspenditur ob delictum, sit differentia inter excommuni. & susp. n. uide in c. tam litteris, de testi. & Host. hic.
b ¶Notorium. Contra uidetur, quod no. in c. ad nostram. el 3. de iureiuran. & c. cum sit, in fi de ap. & c. sacro, de sen. excommu. dic ut ibi ut in c. sacro, & uide Inn. inf. eo. c. ad hoc quoniam, Bald.
c ¶Enormiter. Et non capiantur ad magnum tempus, ut in c. peruenit, de arbit. ad hoc no. in c. cum olim, de restitu. spo. & uide Archi. in c. statutum, de rescri. lib. 6. & quod no. in c. præsenti, de offi. ordi. lib. 6. & uide quod scripsi in c. 2. de fideius.
d ¶Constitutionem. Quæ dicatur citatio, denũciatio, uel monitio, uide Inn. sup. de ele. cum nobis olim, & ibi scripsi, & bene potest sententia nulla esse ex defectu monitionis excommunicationis, ut no. in d. c. constitutus, & c. statutum, eo. titu. & casus in quibus sententia excommunicatio. est nulla, uide no. in cap. præsenti, de senten. excommuni. lib. 6. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Fas pro licito, & non importat necessitatem.*
Suspectus quis non potest allegari, in quem per aliquem actum consensit suspicionem allegans.
Iudex, pro arbitro.
2 *Additio glossarum.*
Recusatus delegatus non delegat: contra ordinarius.

CAPVT XXVII.

ADhæc. Et infra se summat [*Appellatũ*] dicit Host. etiam à te, & ab aduersario appellationi delatum, inf. eo. tit.
1 interposita. §. 1. [*Fas*] idest† licitũ, & sic nõ importat necessitatẽ. ff. de offi. præsidis, si generaliter, & l. prece, Host. [*Habuerit*] nec per aliquem actũ in te consenserit, sup. ti. 1. inter. uel ex noua cã. sup. de of. dele. insinuãte [*Iudicem*] idest arbitrum, uel erit iudex ex delegatione recusati [*quæstionem*] principalẽ, uel forte
2 suspitionis. ¶ [*In† glo. 2. ibi, ordinarius*] de quo necessariò intelligitur decre. secundum Ab. pro eo, ꝙ delegatus recusatus non delegat, inf. eo. secundò requiris.

SVMMARIVM.

1 *Ad residentiam si canonicus monitus appellat, statuitur in terminus ad prosequendum, & interim beneficio eius per uicarium deseruitur de ipsius prouentibus substentandum, & num. 2. ad dict. interim.*
Diuisio decretalis.
Prorumpere, sonat in uitium.
2 *Videri si quid esse scribatur, refertur ad eum, cui scribitur.*
Residere in beneficio an teneatur, qui non potest ibi securi morari, remissio.
Iter arripere non sufficit ad curiam intra tempus, nisi se papæ præsentet.
3 *Vicarius in beneficio recipitur ex causa, ut hic.*
Idoneo ut beneficia conferantur, nisi dictum fuerit, intelligitur.
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 5. 6.*
Mandatum quandoq; obtinet uim definitiuæ, ut hic.
A sententia definitiuæ uim habente cum appellatur, expressio causæ non requiritur.
7 *Ob census temporalis solutionem, ecclesiæ si pensum reddat, uicarius si subrogetur ut hic, clericus non grauatur.*
Iudex à quo exercet hic in casu iurisdictionem post appellationem.
Appellationis pendentia hic nihil iuuat, & ratio.
Curam animarũ inuito episcopo non potestaliij clericus cõmittere.
Dilationem quæ non capiunt, appellatio non impedit.

CAPVT XXVIII.

1 PEruenit. Casus. Si† canonicus ad residentiam monitus appellat, statuitur sibi terminus ad prosequendum, & interim beneficio suo per vicariũ deseruitur de ipsius prouẽtibus sustentandũ. Et in prima decisa consultatio. In secunda responsio ibi, Cum autem. quæ tria facit, quæ per se patent [*In appellationem*] cui nõ uidebatur deferendũ, inf. de cleri. nõ re-
a sidentibus, relatum,ᵃ quæ est cõtra. Sed ibi so. in gl. pe. [*Prorupit*] sonat in uitiũ, secundum Host. [*Videatur*] ti-
2 bi, † uel sicut asseris. uel idest præsumatur, donec appellationẽ iustificet, ẞm Host. qui intelligit, ꝙ expresserit probabilem causam, puta ꝙ ibi nõ poterat securè morari. sup. de renũc. ad supplicationem [*Iter*] dicit Inn. factum recitat: quia non sufficit tm̃ intra tempus arripere, nisi se papæ præsentet. Host. dicit cum glo. & credo, ꝙ Inn. intellexit uerbum, terminum. sup. positũ de termino iuris. Sed uerius est, ꝙ loquitur de ter-
b mino ab ipso iudice ad hoc statuẽdo [*Interim*] cõcor. ad hunc uersi. inf. de cler. non resi. c. pen. & inf. de ele. cum ex eo, in fi. & de reg. beneficium, lib. 6. [*Et ei*] sub-
3 rogato, †uel temporali uicario, qui ex causa recipitur in hoc casu, & sic non obstat de præben. extirpandæ
4 [*Idoneæ*] hoc intelligitur, de ele. causam. ¶ Pe. †gl. obij-
5 cit, & soluit. ¶ Vlt. gl. no. & remittit. ¶ [*In† gl. 3. ibi, eos, in fine*] uide sup. eo. cum sit, super gl. sed non uidetur. ¶ [*In*
6 *†gl. 2. ibi, quæ hodie*] si uis, ꝙ hodie teneat, dic ꝙ loquitur hoc capitulum in mandato, quod obtinet uim diffinitiuæ. non enim per diffinitiuã sententiã posset plus iniũgi huic clerico, quã per hoc mandatũ. hinc est, ꝙ sine causæ expssione potuit appellari, Ab. facit, quod no. in Spe. eo. tit. §. in quibus, uer. sed nũquid, in fi. Sed certum est, ꝙ in talibus præceptis distinguimus, an
c fiantᶜ lit. conte. uel non, ut no. de ele. dudum. 2. de uer.
7 sig. ex parte 1. ¶ [*In glo. pen. ibi, uice sua*] sicut† enim non grauaretur, si soluetur interim temporalis cẽsus, quẽ deberet ecclesia, multo minus grauatur, si reddat ipsi ecclesiæ pensum suum, de cele. mis. c. 1. imò fit ei gratia, ꝙ ad hoc admittitur per uicarium, secundũ Host. cui placet, quòd licet prima facie ex causa rationabili appellet clericus: poterit tamen episcopus hoc facere, quod hic dicitur: aliàs esset dare, ꝙ in ecclesia cura ta negligetur cura, quam ille personaliter appellationem prosequens gerere nõ potest, nec inuito episcopo alteri committere. sup. de offi. uica. clericos, Inno. alternatiuè tamen dicit hoc olim licuisse, quãdo admittebatur frustratoria appellatio. hodie, cum non liceat appellare nisi à grauamine, secus, inf. eo. ut debitus; ad hoc facit, quod sequitur in gl. primum placet. & dicit Ala. hoc ideo fieri, quia res dilationem nõ capit; allega. ff. de appel. reci. l. fin.

ANNOTATIONES.

a ¶Relatum. Adde, quòd ratio est, quia quilibet tenetur residẽtiam facere in suo beneficio etiam. 20. solidorum. c. conquerenti, inf. de cleri. non resi. nisi consuetudo excuset, uide in c. cum omnes, de constitu. & in c. gratia, & ibi gl. de rescrip. in 6.
b ¶Statuendo. Hoc ideò hic dicit Io. An. quia ex isto tex. uolunt aliqui dicere, quòd ad statutum terminum ad appellationem prosequendam est satisfactum per solam itineris arreptionem. ad idem facit. c. cum causam, sup. de re iudi. & c. 1. de ele. lib. 6. & hoc tenet Guil. in Specu. de ap. §. nunc uero, uersi. & no. sed Io. And. ibi contra. & uide ibi per ipsum respondentem. ad contraria, & in decisione Rotæ, conclu. 163. & capitu. 2.
c ¶An fiant. Et sic uides, quòd quædam est appellatio à diffinitiua. & in hac causę expressio non requiritur, ut l. scio, ff. de ap. reci. Quædam est appellatio ab interlocutoria, quæ tamen non habet uim diffinitiuæ, tunc etiam expressio requiritur, & legitimatio; ut not. in c. ut debitus. inf. eo. & c. cordi, eo. titu. lib. 6. & cle. appellanti eo. titu. quædam est appellatio ab interlocutoria, quæ habet uim diffinitiuæ, tunc non requiritur, sicut nec à diffinitiua, & hoc limitatur hic, quando præceptum tale fit post lit. conte. iuxta not. in c. dudum, el 2. de elect. & de uer. si. c. ex parte. & sic no. quòd ista præcepta habent vim diffinitiuæ, & ad eius causam attrahunt, quando fiunt post lit. contest. alias secus: quod no. quia alia est sententia diffinitiua: alia est sententia præcepti, & uide glo. 2. q. 1. in summa, & glo. in d. c. dudum, & d. c. ex parte. facit glo. in l. proinde, ad l. Aquil. & Bart. in l. non fatetur, de confes. & doct. in l. fi. de confes. quod intelligatur de factis post lit. contest. ad hoc glo. in l. sancimus, C. de admi. tu. & quòd ab istis præceptis possit appellari, quæ fiunt etiam in confessum, facit text. in l. creditor. §. iussus, de appellatio. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Enallage figura, persona pro re & causa.*
Iudæis fauere principes solent ex causa utilitatis.
Vtile à quibus percipimus, fauere solemus eis.
2 *Additio glossarum.*

CAPVT XXIX.

COnsuluit. Breue est, & pars huius deinde, consuluit, cõmunis diuisio. secunda ibi, Non conuenit [*Rege Francorum*] cum. n. eps Parisien. cogeret Iudæos, ut dimitterent mãcipia Christiana, rex appellauit pro eis; Ab. uel appellatũ fuit à rege, qui ad mandatũ ecclesiæ illos ad hoc cogebat. utrũq; intellectũ
1 ponit Inn. & Ho. [*Pro Iudæis*] i. pro† causa, vel fauore Iudęorũ, & ẞm primã lecturã, quia Iudęi multũ in talijs soluũt principibus, sub quibus degunt, ipsi principes solẽt eis fauere, ut patet, inf. de usur. quanto. facit de testi. Iudæi, & ĩ cle. eo. ti. c. 1. ideo ipsorũ fauore sic appel
2 lauerat princeps. ¶ [*In† glo. prima ibi, cum sit nimis*] & plenius in c. fi. [*& in fine*] & sit patens ratio, quia non est ibi dare grauamen. 24. quæst. 4. qui peccat.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi post citationem delegati, uel post notitiam delegationis non est deferendum: secus, si contra.*
1 *Additio glossarum.*
Bononiæ consuetudo in expectando quem redire à curia.

CAPVT XXX.

1 ADhæc sicut. Casus. Qui† ante citationem, uel notitiã literarum misit nuntium ad papam, appellare potest, ne delegatus procedat: Secus, si post. 2. ibi, sed si [*Appellantem*] à iudice delegato, coram quo conueniebatur: secus de ordinario, secũ-

dum Host. de hoc satis, inf. eo. ut debitus [*Ad ipsum*]
quia Inno. exposuit, scilicet appellantem, subdens, ꝙ
hoc sequebatur. Host. dixit, quod hæc non fuerat ma
gna philosophia, cum littera se exponebat [*Post cita-*
tionem] repete, Vel notitiam delegationis, ut sup. ¶ *In*
2 † *glo. 1. in fi.*] T. qui dicebat, ꝙ de more ciuitatis Bon.
tamdiu expectabatur, ꝙ posset rediisse de Curia.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi interiectæ ad papam qui non detulit, cum literis ordinarij sui mittitur ad curiam, & ratio, nu. 2. ad fin. & quomodo puniatur, num. 4.*
Manifestum, pro notorio.
Notabilis, pro infami.
2 *Appellationem esse extraiudicialem, unde noscatur, argumenta referuntur.*
Casus huius decretalis elicitur.
3 *Epilogus, & additio glossarum. num. 4.*

CAPVT XXXI.

1 DE priore. Casus. Qui † nõ detulit ap
pellationi interiectæ ad
papam, cum litteris sui ordinarij mittitur
ad curiam. non diuiditur [*Manifestas*] idest
notorias, Host. [*Notabilem*] Ho. exponit, idest infamẽ,
alle. no. de offi. dele. cum olim magister, uer. sanè [*Ap-*
2 *pellauit*] extra iudicium, non † in iudicio. & hoc patet,
quia dicit appellauit priorem, non dicit à priore: uel
a quia prior præcipiebat canonico, quòd consentiret
donationibus, quas faciebat consanguineis, uel aliis
illicitis alienationibus: uel ꝙ nemini concubinas, uel
suos contractus simoniacos reuelaret, super quibus
forsan volebat ipsum astringere iuramento. quare ca
nonicus sentiens se grauari ad sedem apo. appellauit,
secundum Inno. uel forsan canonicus ob has causas
priorẽ ad se. apo. appellauit: quia prior motus appel-
lationi non deferens ipsum excõicauit, uel suspendit,
uel in carcerem posuit: imò, prout patet in antiqua,
& glo. fecit ipsum uestibus usq; ad camisiam spoliari,
& ap. renuntiare coegit. & quia iniuria ap. se. hæc fuit.
2. q. 6. ad Romanã, & c. se. & ideo papa sic mãdat, secũ
dum Host. [*Eum*] s. priorem [*litteris*] sic sup. c. peruenit,
inf. de secundis nuptiis. c. 1. Host. [*ueritatem*] de proces-
su habito per priorem cõtra canonicum, quia appel-
3 lauit. ¶ Prima † gl. respondet per obiectionem de de-
cre. ad nostram. ¶ Secunda per obiectum de. l. quo-
4 niã iudices. ¶ *In* † *gl. 1. ibi, excedit*] sicut iste, ut dixi in tex.
& patet in an. hoc respicit hæc gl. ẽm Ab. ¶ *In glo. 2.*
in fi.] Ala. quidam dicunt hoc uerum in ciuilibus. In
criminalibus uero mittatur ad principem digno sup
plicio puniendum, C. eo. tit. à proconsulibus, in fi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vel quia prior. Adde, quod iste tex. intelligitur de regularibus. c. nisi, de præben. & in cle. & si in principalis, de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Infamia pro crimine.*
Abbates qui & quare teneantur cedere, & renuntiare abbatiã sine præsulatum conuentui, uel eius definitoribus, & nu. 4.
2 *Epilogus, & additio glossarum. num. 3.*
Remouentur regulares pro sola infamia, & à quibus, & quomodo, & num. 4.
4 *Præsidentium, uel definitorum, monasteriorum potestas.*
Prælati regulares administrant absque confirmatione.
Regularium consuetudo in remouendis prælatis.
Renunciatio non fit in manibus superioris in regularibus.

CAPVT XXXII.

a 1 QVia nos. Breue est [*Publica[a] infamia*] i.
publico † & infami crĩe, In.
[*Commoniti*] iuxta consue. de qua dicã super
gl. [*Noluerunt*] dicit Host. sic suppleri posse,
Ad suũ iudicem recurrat. qui ex cã prædicta & aucto
ritate dictæ consue. cõuentu prædictam cãm testificã
te, & cessionem petente sine alia probatione coget il
los cedere, nõ obstante aliqua appellatione ut sequi-
tur. & dicit intellectũ hunc plus cõgruere iuri q̃ illũ,
de quo dicam super glo. unde dicebat Abb. ꝙ isti non
hñt facultatem appellandi, cũ à diœcesano fuerint ad-
monendi. Dicebat aũt Ho. ꝙ in religionibus, quib. est
cõsuetudo, de qua dicã sup gl. superiori cedere nolen
ti nõ putat uiolentiã inferendã sed ad superiorẽ pro-
ximũ recurrendum, arg. ff. qd me. cau. extat edictũ ff.
de ui priuata, creditores. & ipse superior uisa uolũtate
fratrũ, coget illum cedere, uel dabit illis licentiã eligẽ
2 di aliũ, nõ obstante illius app. ¶ Vlt. † gl. rñdet per oõ-
3 nẽ. de quo cõi capitulo loquatur. ¶ *In* † *glo 2. in fi.*] Ala.
uel dic speciale in regularibus, ut ꝓ sola infamia pos-
sit remoueri, Inn. ¶ *In glo. 4. ibi, non seruato*] alias nulla es-
set dubitatio, Inn. ¶ *In glo. ult. ibi, in singulis*] cũ decr. ista
fuerit Alex. III. non uĩ de dicto concilio, qd fuit Inn.
somniasse. Item nec in illo prouinciali capitulo renũ
ciatio facta teneret ẽm Host. supra de renunc. admo-
4 net, & c. lectæ. unde dic ẽm Gof. ꝙ hoc † capitulum lo
quitur ẽm cõsuet. quorundam mona. iuxta quam ex
quo Abbas reperitur inutilis & publicè infamatus re
quirit ab eo sigillũ, & in cõi capitulo monitus tenet
cedere. ex quo oẽs concordant, uel maior pars præsi-
dentium, uel diffinitorũ. non obstant cõria quę volunt
renunciationem fieri in manibus superioris. quæ lo-
quuntur in secularibus uel vbi non est talis consuetu
do. & dicit Hostiens. sic seruari in generali Predicato-
rum, Minorum, Cistercin. Cartusien. Templi, & hospi
talis. & per electionẽ factam per eos, ad quos spectat,
sine confirmatione administrant. & ex quo in cessio
ne illorum concordant diffinitores, uel maior pars,
tenentur cedere; & adde quod dixi in textu.

ANNOTATIONES.

a Publica. Quando infamia debeat probari, uide in c. euidentia, de accu. & per glo. in l. 3. §. eiusdem, ff. de testi. per Bar. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Ex tunc, aduerbij significatio.*
2 *Additio glossarum.*

CAPVT XXXIII.

1 AD aures. Breue est [*Præfigatur*] per
iudicem, à quo appellauit
[*Ex tunc*] s. † termino lapso. dixi. s. e. reprehẽ
2 sibilis. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, dictum est apertius*] tamẽ
hæc decret. exprimit de iudice delegato.

SVMMARIVM.

1 *Protectioni apostolicæ qui se & sua summittit, intelligitur appellare, & an requirantur alia, & quæ.*
De differentia eius ab appellatione, nu. 2. & 6.
Duplex est, num. 6.
2 *Senteutia lata in negocio principali sine iuris ordine non tenet.*
3 *Forte, aduerbium uim comparatiuam habet hic.*
Protectioni submissio habet etiam locum in metropolitano.
4 *Appellatio à grauamine à iudice, uel extra quibus differat ab appellatione ab aduersario, & an reuocent negotium ad superiorẽ.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Simplicicati parcendum.
6 *Additio glossarum.*

CAPVT XXXIIII.

1 AD audientiam. Casus. Qui † se, &
sua ap. sedis cæ prote-
ctiõi submittit, licet appellatiõis uerbũ ñ ex
primat, itelligit appellasse. Et 1. narrat factũ. scda dat
iudicem

iudicem ibi, licet autem [*Subiecit*] si diceres expressa
causa rationabili, & in scriptis porrecta, & petitis apo
stolis, tunc omnia essent plana, ẽm Host. uide quæ di-
xi sup. eo. consuluit. 2. super 1. glo. sed Inn. hic supplet,
Maxime, dicens idem, si se non subiecisset, cum sine
2 † causæ cognitione fuerit condemnatus. inf. §. 1. nun-
quam enim ualet sentẽtia lata in principali negocio,
iuris ordine non seruato. sup. ti. 1. c. 1. Idem no. inf. eo.
dilectis, ubi uide in gl. hic fuit, ubi satis instat circa hãc
a decre. & hæc fuit ulti. so. ibi in fi.[a] uel secundum eum
hoc locum habet extra iudicium, ubi tãtum prodest
hæc suppositio, quantum appella. quæ & tantum ua-
let, quãdo interponitur ab ordinario, quòd à tempo-
re appellationis cessare debet, ut nil faciat contra ap-
pellantem sine causæ cognitione, quòd si fecerit, nõ
tenet. & sicut olim ante iudicium & post poterat ap-
pellari, ita & protectioni supponi: in hoc tamẽ minus
habet protectionem: quia non ualet, nisi grauamen
sequatur: immò dummodo a grauamine caueat, pro
cedere potest iudex. sed appellatio in totum transfert
causam ad superiorem, ẽm quosdam, qui nec credũt
protectionis naturam hodie sublatam, vel mutatam.
sed Inn. plus placet, ꝙ per omnia æquiparentur appel
latio, & protectioni submissio. unde sequitur ẽm Ho.
ꝙ sicut in appellatione, sic & in protectione causa ra
tionabilis exprimatur, & in scriptis porrigatur. sed hic
refert ẽm Ho. an appellatio, uel protectio interueniat
in iudicio, uel extra: quia primo casu non prodest, si
fiat a futuro grauamine non illato, uel comminato.
inf. eo. ut debitus, & c. cum cessante. 2. casu ualet inter
posita a futuro grauamine, uel ex probabilibus cõie-
b cturis. inf. eo. bonæ. ubi no. aliæ differentiæ inter ista[b]
[*Et infra*] hoc est & statim iter arripuit ad nos uenien-
di, ad quod spectat ẽm Host. quod no. in summa. e. ti.
sub rubrica, forma prouocationis extra iudiciũ factę
3 [*forte*] & forte † non, & sonat hoc in comparatiuũ, ma
xime, ẽm Host. s. ꝙ sit idẽ, etiam si simpliciter non est
[*Nostræ*] putat Ho. hoc speciale in papa: quia idem in
metropolitano. inf. eo. dilectis, in prin. & facit, quod
4 no. inf. eo. dilecti. i. [*Sine causæ cognitione*] à contrario † ui
detur, ꝙ cũ causæ cognitione procedi potest contra
appellantem extra iudicium. sed contra. infra eo. bo-
næ, ubi colligitur, ꝙ appellatio extra iudicium reuo-
cat negocium ad superioris audientiam, ut etiam no.
de his, quę fiũt à maiori parte ca. c. 1. su. de ma. & obe.
dilecti. So. dicit Inn. ꝙ ubi appellatur à iudice in iudi-
cio, uel extra, nunquã reuocatur negociũ ad superio-
rem, nisi iudex grauet nõ seruando ordinem, ut hic.
uel alio modo. inf. eo. vt debitus, & sic intelligit. inf. e.
cordi. Sed & si appellat à grauamine aduersarii simpli
citer, appellatio non iuuat appellantem, nisi sequatur
grauamen. sed si sequatur, tenet appellatio ad papam
facta. inf. eo. bonæ, ẽm Inn. Sed Host. dicit tenendum
quod dixi. sup. in fi. illius gl. si diceres. & adde, quod di
xi. sup. eo. consuluit. 2. super fi. 1. gl. & dicã. inf. de cẽsi.
significauit, in gl. quia monacus, uer. uerum si. [*Ali-*
qua sententia] excommunicationis, uel alia, Inn. ¶ Ter
5 tia † gl. signat contrarium, & soluit. ¶ *In gl. 2. ibi. §. doli*]
qui per imperitiam, rusticitatẽ, uel iussu prætoris, uel
casu corrupit album, nõ tenetur [*& ibi. §. 1.*] parcitur
rusticitati illius, qui uocatus in ius non uenit [*& ibi. l.*
6 *ult.*] uide de testa. cum esses, super 1. glo. ¶ *In* † *gl. 1. in fi.*]
ut dicebat Tan. ¶ *In gl. 3. in fi.*] dic ẽm Host. ꝙ per litte-
ratoriam protectionem quis non eximitur: quia nec
c hoc intendit litteras concedens[c]. hic autem loquitur
de uerbali protectione loco appellationis specialiter
expressa cum arreptione itineris, per quã ipsam pro-
ferens intendit appellare, quæ extra iudicium loco
appellationis habetur. ¶ *In gloss. pen. ibi, uel an haberet*] in
hoc male dicit glo. nisi restringas. hoc dictum cum
proximo, & hoc plenius intelliges per no. inf. eo. sol-
licitudinem, in glo. sed quære, in fin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ibi in fi. Agit ergo dicendo sententiam nullam non propter appellationem, quia nulla fuit appellatio, sed propter summissionẽ protectioni papæ. sed secundum hoc nil facit ad titulum hæc decre. & de indubitato loquitur. & sic oportet dici, quòd uel nullitatem, uel iniustitiam prosequitur, illam pro materia appellationis deducit, & sic talis submissio habet uim appellationis.
b ¶ Inter ista. & uide infra in gl. à contrario, & Io. And. sup. eo. cum sit Romana, in glo. de hoc, & super glo. quandocunque.
c ¶ Concedens. Vide de ista in capitulo recipimus, de priuileg. per Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Debeo, pro possum.*
Remissio quandoque personæ fit absoluendæ.
2 *Cap. significauerunt, sup. de exception. intellect.*
3 *Epilogus, Additioq; glossarum. num. 4.*
Plurale soluitur in singulare.
Cap. primi eod. titu. lib. 6. intell.

CAPVT XXXV.

1 ACcepta. Breue est [*Non* † *debet*] idest
a non potest[a] sine iuris offen-
sa, Host. [*Causa*] examinanda. quandoq; ta-
men remittitur pars absoluenda, ꝙ dic, ut
supra de offi. or. ad reprimendam. inf. de sent. exc. per
2 tuas, Host. [*Consenserint*] & sic † loquatur. sup. de exce. si-
b gnificauerunt, in fi. quę est contra, & ibi soluitur [*Ap*
pellatum] iustè: aliàs secus, inf. c. 3. & c. ut debitus. infra
3 eo. cordi, lib. 6. ¶ † Secunda gl. respondet per obiectio
4 nem. ¶ *In* † *glo ulti. ibi, pars appellans*] & sic resoluitur plu
rale in singulare, inf. de priui. ut priuilegia, ad finem.
& sic etiam debet exponi. infra ca. 1. lib. 6. ibi, si de par
tium & c. ut plenè dicam, inf. eo. ut debitus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Non potest. Contra hoc cap. oppo. de. c. notam, 2. q. 1. Sol. ut ibi in glo. quia non remittitur, ut iudicet, sed ut restituat. Bald.
b ¶ Et ibi soluitur. Vide in gl. fi. & super fila. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Recusari põt delegatus datus etiã appel. remota, & quibus casib.*
Appellationem remouere potest solus princeps.
2 *Recusare iudicem ex quibus causis possim, & nu. 4. & nu. 8.*
Consanguineus an omnis dicatur suspectus, & nu. 8.
3 *Suspitionis causam an aliam, quam propositam probare quis possit apud arbitros, & quæ eam inducant, & num. superioribus & inferioribus.*
4 *Ingratus etiam recusari potest.*
Recusatio si non fiat potest esse & pater in causa filij iudex.
5 *Permittitur secundum legem, ubi remota est appellatio.*
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. num. 7. & 8.*
Loci origo suspitionem inducit.
Consanguineorum offensæ ad quem usque gradum extendantur.

CAPVT XXXVI.

1 POstremò. Casus. Delegatus. † datus
etiã ap. re. recusari põt, si
sit impetrantis consanguineus, uel eius in
illa causa fuerit aduocatus. non diuiditur
[*Delegata*] à quocunq;, saluo ꝙ clausulam in fi. positã
apponit solus princeps. sup. de of. dele. super qõnum,
2 post prin. [*Consanguineus*] quod no. hic † Vinc. de intuen
da psona cõsanguinei, quæ talis posset esse, ꝙ cessaret
a suspicio, ut si esset Cistercien.[a] uide ad literam, in Spe.
titu. 1. §. superest, uer. quid si non est [*Impetrauit*] sibi,
quia sua est causa. Vincen. allegat. 2. q. 6. biduum: se-
cus, si est causa ecclesiæ suæ, secundum Guil. & Egi.
de hoc in Spec. tit. 1 §. superest. uer. quid si plantatus.
hoc uidetur falsum per decre. insinuante, supra de of-
ficio delega. ut ibi dixi. Dicit etiam Boatiñ. quod si iu-
dex esset cõsanguineus rei, & actor hoc ignorasset, ꝙ
ipsum recusaret, quod credo, dummodo fuerit igno-

rantia probabilis[*In eodem*]ſecus,ſi in alio,Inno.[*Officio*]generaliter loquitur,& ſic facit pro Boatino,qui dicit,quòd etiam meũ aduocatum recuſare poſſum in iudicem propter ſecreta cauſæ, quæ ſibi reuelaui. contrarium not. ſupra de teſtibus. dilecto, in 4. gloſſ. [*Alia iuſta*]no. Tan. & Vincen. & Dam. hic ea. q.11.
3 per hanc litteram, quòd ſi quis†cauſam ſuſpitionis, quam allegat coram arbitris,probare non poteſt,ſufficit,ſi probet aliam iuſtam. ff. de appellat. ſcio quæſitum, quod hodie non puto uerum. olim poterat eſſe uerum, quando non erat neceſſe exprimere cauſam. & facit, quod de app. no.infra eo. cum cauſam, in ult. gloſſ.& concor.Guil. in Specu.de recuſa.§.ult.
4 uer.ſed quid ſi unam[*Suſpectus*]uel ingratus † in auct. de exhiben. reis. §. ſancimus, col. 5. Vincen.[*Recuſari*] ſed ſi non recuſetur,etiam pater poterit eſſe iudex in cauſa filii.de hoc.3.quæſt.5.c.1.2.q.7.§.tria. uer. filius
5 [*Appel.ve.*]nam & ſecundum.l.ubi remota†eſt appellatio,permittitur recuſatio,C,ne li.in una ea,quo.cauſa.l.1,2,q.6.ſi quis in quacunque. Lau. contra ſup.eo.
6 ſuper eo.2,ibi dixi. ¶ Prima†glo. quærit: arguit pro & contra, & ſoluit. ſecundò iterum quærit,& ſoluit.3.
7 ponit alia exempla ſuſpitionis, & remittit. ¶*In* 1.†*glo. ibi.§.de uno.§.ibi eſt*] & uide de præſumpt.litteras,ſuper
8 gloſſ.præſumitur. ¶*In*†*gloſſ.*1,*ibi honeſtius*]idem Hoſt. ſed tu diſtingue, an ſint de una domo, uel ſtirpe maſculina,an non,ſecundum hoc arbitrentur arbitri eũ ſuſpectum, uel non.nam & origo ejuſdem loci quandoque ſuſpitionem inducit. de hoc, ut lite nõ conte, accedens.2. Experimur maxime in Tuſcia,quòd iudicãtur offenſæ eorum,& ſuper eos, qui ſunt de tali ſtirpe etiam ultra.7. gradum, quæ tamen infra quartum uindicarentur extra ſtirpem[*& ibi, remouet*]idem no. in teſte. 3.q.5.c.1.& in Spec. de teſte.§.1.uer. ſed quid ſi teſtis. tamen & hic inſpicerem, an de eadem ſtirpe [*& in fine*]dicebat hic Tan. q omnis cauſa,quæ ſufficeret ad recuſandum arbitrum, uel procuratorem, ſufficeret ad recuſandum iudicem. ¶ In gl. ult.ibi,aſſeſſor.aut teſtis.infra de teſti.co,Romana,lib,6.

ANNOTATIONES.

a ¶Ciſtercien. Adde ſecundum do. An. hic, uel ſi eſſet homo ſanctæ uitæ,& Hoſt.in c.finem litibus,de dolo & contum.glo. in c.expedit.12.q.1.text.melior de iure in c.2.de no.oper.nunc.& Barba. conſi.23.in 1.colum.primo uolumine.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti ſententia non ſuſpenditur per appellationem ſequentẽ.*
Comparatur cum excommunicatione,eadem,qua ea impeditur ratione,impediatur & interdictum, & in quibus aliis aſſimilentur, nume. 5.
2 *Interdictum temporalium rerum an impediatur ab appellatione ſubſequenti.*
An ſuſpenſio à beneficio, uel præbenda, uel aliis & quibus impediatur.
Suſpenſus à quibus ſi celebret,non incurrat irregularitatem.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num.4.*
Per ſuſpenſionem non efficitur nouum quid.
Nouum peculium non dicitur,licet dominus remittat ſeruo debitum, quo exhauſtum erat.
5 *Additio gloſſarum. num.6.*
Excommunicatio,interdictum,& ſuſpenſio in quibus ſint ſimilia, & ſupra num.1, & quæ in ſingulis eorum obſeruentur.
Irregularitas quando contrahatur ob alicuius eorum incurſum.
6 *Sententiam interdicti ſuſpendere non poteſt epiſcopus, ſicut & tollere:ſecus dicitur de ſententia excommunicationis.*
Appellare poſſumus à ſententia ſuſpenſa, quemadmodum & à conditionali.
Cum excommunicato communicandum non eſt, donec fuerit ſecundum eccleſiæ formam abſolutus, in fine.

CAPVT XXXVII.

1 A Dhæc quoniam. Caſus. Sentẽtiat interdicti non ſuſpenditur per ap. ſequentem.cõmunis diuiſio.2.ibi,noueris[*Appellant*]infra decem dies[*Contemnunt*]& male. T.q ſicut duplex ſit comparatio inter interdictum, & excommunicanem,ſic legitima ap.præcedens tuetur ab uno,& à reliquo,& ſicut unum non releuat per appellationẽ ſequentem, nec reliquum ſecundum Goff.[*Suppoſitos*] Dicit Hoſt.pure lata ſententia,nec ſuſpenſa[*Declinare*]
2 an per†appellationem ſequentem ſuſpendatur interdictum temporalium rerum, uel ſuſpenſio à beneficio,uel præbenda, no,de ſen.ex,is cui,lib.6.in glo.ult. de quo hic no.Inn.& Ho. de ſuſpenſione uerò à pontificalibus,uel à palio mouet hic dubium Inn.ſed nõ ſoluit.Tamen, ut dicit Hoſt. ipſe Inn. no.in decr.1.de ſen.ex.li.6. q taliter ſuſpenſus celebrans non incurrit irregularitatem, ut ibi dicam in gl. ſi hoc non fuiſſet. & idem Guil.in Spec.tit.2.§. iuxta propoſitionis, uer. quid ſi epiſco pus. voluit forſan per id Hoſt. innuere, q ſicut differt in illo,ſic & in iſto,ut.ſ.ſuſpendatur per
3 appellationem. ¶ Prima†gl. primò æquiparat excõcationem,& interdictum.ſecundò quærit.ponit duas opiniones contrarias, dicens primam ſeruari, quã in parte declarat, & remittit. & in fi.ſic loquitur q quid
4 ſentiat,non apparet. ¶*In* 1.†*gl.ibi,ſed ſi manente*] uide de offi.dele.P.& G.ad fi.ult. gl.[*& ibi.ſi æ*re] exhauſtũ eſt peculium ſerui pro eo,quod domino debet.ſi dominus debitum remittit,vel alius nomine ſeruidomino
5 ſoluit.nõ dicitur nouum peculiũ. ¶*In*†*glo.*1.*ibi, Aequiparantur*]infra,de ſen.exc.is cui,in fi. & eſt ſi.eo.tit.c.1. & c.ſtatutum,lib.6. dicebat hic ergo Inn. excommunicationem ex parte una:ſuſpenſionem,& interdictũ ex altera in multis eſſe ſimilia. Primò quia neutrũ ſuſpenditur per ap.ſequentem.Secundò,quia in utroq; requiritur monitio præcedens, niſi qñ interdictũ ab officio,uel beneficio infligitur pro pœna.ſup.eo.reprehenſibilis. quod intelligit Ho. qñ ſtatuitur à canone, ut in cõtrario: ſecus,ſi ab hoĩe,quo caſu p̃cedet monitio.j.de coha.cle.ſicut,& c.ſi autẽ. Tertio,quia uterq; incurrit irregularitatẽ,& utriq; celebrãti infligitur ea dẽ pœna.inf. de cle.excõ.c.2. & 3. Quartò,quia uterq; abſoluitur cũ iuramẽto.ſup.eo.qua fronte,de ſen.excõ.uenerabili,& c.ſup eo. Quintò,quia utriq; p̃ſtatur abſolutio ad cautelam,ut in præal.decr.uenerabili,& §.de excep.apoſtolicæ. Sexto,q a utraq; ſentẽtia ligat, licet ſit iniuſta.11.q.3.c.1.& 2.& c.ſi qs preſbyter.alias uerò ſimilitudines no. Hoſt.de ſen.ex.c.1. uer.& hæc eadẽ,ubi remittit. In aliis aũt ſuſpenſionibus dicit Hoſti.ſeruandũ ordinem iur.aliàs non nocent. §.de reſti. in inte.ca. 2. Sed nec in aliis ſuſpenſionibus neceſſaria ſunt prædicta, imò in eis illa ſola ſeruanda ſunt, quæ ſeruari debent in aliis interdictis,uel pœnitẽtiis imponendis.& capitula, quæ dicunt prædicta in ſuſpenſionibus neceſſaria,intelligenda ſunt de ſuſpẽſione, quę fit ab officio,& beneficio,uel officio tm̃, uel ſacris. & hæc uera ſuſpẽſio. uel interdictũ ab officio fit pro cõtumacia. nã ſi pro pœna,fruſtra præcederet monitio, cum in oẽm caſum ſit ſecutura ſuſpenſio. Dicit autẽ Inno.q pro pœna imponitur ſuſpẽſio perpetua ab officio,& beneficio.l.di.ex his,miror,ſtuder, & ca.accedẽs.qñq; ad tepus.j.de accu.inquiſitionis, in prin.quãdoq; interdicit tm̃ miſſarum celebratio. 56.di.nullus. quandoque uſq; ad mortem ſuſpenditur à ſacramentis. 2.q.1.in primis.quandoq; ad tempus tantum,l.di. de his no.& c.ſe.de cleri.uena.c.1.& 2.quandoq; ſuſpẽditur qs à poteſtate eligendi, uel ordinandi, de cle.cũ in cunctis,de tẽp.or.literas.l.di.ex pœnitentibus. qñq; ab ingreſſu eccl̃iæ, uel officio ſacerdotali,de of. dele. ſanè,

ſanè, de ſen.excom.ſacro. & ſic circa ſuſpẽſionem ab officio, & ſacramentis multæ pœne poſſunt reperiri [*& ibi, Vin.& Tan.*] & Inno.cum eis, ſupra de conſue. cum inter[*& ibi,non credo*]circa principalem quæſtionem quid uelit glo. non apparet hic[*Et in fi.*] facit de
6 ſen.ex.c.ult.ad fi.li.6.dic† quòd epiſcopus põt ſententiam ſuam ſuſpendere.i. effectum ſententiæ, ſicut ex toto tollere. ff. de iudi.l.iudiciũ. & ſic intelligo quod dixerunt primi: quia ſicut poteſt plus,& minus.unde & interim appellare poteſt,ut dicunt ſecundi.appellari enim poteſt à ſententia ſuſpenſa,ſicut à conditionali,ut infra e.præterea,& c.dilectis:ſecus in ſententia excommunicationis, cuius effectus relaxari nõ poteſt, niſi omnino tollatur, cum non ſit communicãdum excommunicato, donec fuerit ſecundum formã eccleſiæ abſolutus,infra de ſen.ex.cum deſideres.Hoſti.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis iudex remittit cauſam ad priorem iudicem, ſi non conſtat ſibi à grauamine, uel iniuſta ſententia appellatum.*
Iactare ſonat in uitium.
2 *Inhibere quando poſſit iudex appellationis, ut archiepiſcopus.*
Appellatio debet iudici, à quo, porrigi, licet non legatur.
Appellatione remota, clauſula non ponitur in literis remiſſionis.
2 *Epilogus, & Additio gloſſarum.*
Poſſe, & nolle ſunt contraria, & quo caſu.
4 *Appellatio fruſtratoria per iura quoque uetera repellitur.*

CAPVT XXXVIII.

1 V Vm in eccleſia. Caſus. Iudex †appellationis remittit cauſam ad priorem iudicem, ſi non conſtat ſibi à grauamine, uel iniuſta ſententia appellatum. & primò narrat factum:cui ſecundò prouidet ibi,unde man.[*Iactant*]ſonant in uicium, ſecundum Hoſt.quaſi per hoc inſoleſcant[*Ordinarij*]& tui ſuffraganei[*Appellare*]probat hæc litera,
2 quod dicam ſuper prima glo. [*Conſtiterit*]quid ſi † negetur appellatum, uel per appellationem deuolutũ, uel cauſam appellationis legitimam, an poſſit archiepiſcopus inhibere? dic ut infra e.Romana.§.ſi uerò, & §.quòd ſi,& §.ſe.[*Porrectam*]in ſcriptis iudici,à quo appellatur.nec eſt neceſſe, quòd legatur, infra eo.appellatio,lib.6.[*Appel.remota*]non apponitur in litteris remiſſionis hæc clauſula: ſed inſtruitur archiepiſcopus. Vnde dicit Hoſtiẽ.hoc intelligendum de app.friuola,ne ſit contra infra cap.1.& c.ut debitus. ¶ Quarta†glo.arguit, & remittit. ¶*In glo.*1.*in fi.*] T.& ſic eſt
3 contra ſupra de of.le.ca.1. ubi Cantuarien. aditur per querelam: quia legatus. So. uolebat per fruſtratoriã appellationem adire, quod non poterat: per querelã adire nolebat, & ſic poſſe, & nolle erant contraria.ſi. ſupra de of.dele.cum ſuper.idem in papa,qui per querelam aditur, & non per fruſtratoriam appellationẽ,
4 Hoſt. ¶*In glo.*4.*ibi,à quo*†*appellauit*] ergo & per iura uetera repellitur fruſtratoria appellatio per iudicem,ad quem appellabatur.iudex uerò, à quo,illam admittebat, niſi eſſet manifeſtè fruſtratoria,ſupra e.peruenit, cum ſi.ſecundum Gof.Inn.dicit,quòd hęc decre.præſagiuit ius nouum,infra e.ut debitus.

SVMMARVM.

1 *Appellans quia non fuit proſecutus in termino, ſi reddit ad priorem iudicem, & iterum ab eo grauetur, appellare poterit, & quando num.4.*
Appellatio conſumitur multis modis iuncta gloſſa.
2 *Matrimonij ſeparatio eſt odioſa, neque eſt illi fauendum, ſed ſtanti per matrimonio.*
3 *Epilogus, & ſupplementum gloſſarum, num.4.*
Appellare iterum quibus non liceat caſibus, & quo caſu et iam quartò appellare.

CAPVT XXXVIII.

a 1 D Irectæ. a Caſus. Si † appellans: quia non fuit proſecutus in termino, redijt ad primum iudicem, ſi iterũ ab eo grauatur, poterit appellare. Communis diuiſio.2.ibi,reſpondemus[*Opponebat*]forte agendo ad diuortium; ad hoc facit finis,forte excipiendo contra mulierem uendicantẽ, ſupra de ordi.cog.c.1. [*Præfixo*]à iure, vel homine[*Renunciante*]hæc renunciatio fuit de facto, & parum operatur, cum iam per negligẽtiam appellãtis fuiſſet conſumpta appellatio ſecundum Gof.[*De*]1.ſuper[*cum ſecundum*]ſuperficialiter réducitur ſecundum Vincen.uel dic,quòd reſpicit factum,nec excludit ulteriorẽ uicem[*Se fecit*]mulier defendens matrimonium, Inno.[*Quod*]ſ. eſt ma-
2 trimonium,non † ſeparatio,quæ eſt odioſa, Inn.Vin. & ideo non eſt illi fauẽdum: ſed mulieri,quæ ſtat per matrimonio.quæ ſecundò appellauit, ſupra tit.1.c,fi.
3 Inn. D. Pe. † gl.alleg. duas concor. reliquum reſpon-
4 det per obiectionem. ¶*In glo.*1.*ibi.§.ulti.*] altera parte abſente iudex appellationis procedit. ¶*In glo.*2.*in fi.*] T.ſed fortius obſtabat mulieri, ſupra e.perſonas. Solu.ubi poſt primam appellationem fuit cõtumax appellans: quia nec in cauſa proceſſit, nec fuit proſecutus appellationem.non auditur, ſi vult iterum appellare.2.q.6.§.diffinitiua,uer.ſunt quorum, in quo caſu loquitur contrarium.ubi verò primæ appellationi renuntiauit, & iterum agitur, ſed grauatur, poterit appellare: quia nec contumax eſt. hanc puto ueram ſo. quam approbat.G. Io.idem Vin. Alij dicunt hoc ſpeciale in matrimonio. Lau. dicit hanc non eſſe decre. cum fuerit aliàs magnus,hic deterius omnibus dixit. T.Dixit.G.ſi appellans,quæ non proſequitur appella-
m ¶ Cognoſcere. Contra hoc; quòd ſola incœptio proceſſus iudicis, ad quem; non faciat eſſe nulla; quæ fiunt per iudicem, à quo poſt talem inceptionem; imò nec etiam ſententia iudicis, à quo, quòd ſuperior incœpit cognoſcere, uidetur caſus in c. nõ ſolum. §. 1. de appell. & ibi hoc uidetur tenere Ioan. And. etiam ſi iudex ſuperior inferiori denunciet, ſe uelle in appellationis cauſa procedere; niſi expreſsè inhibeat: pro opin. ramen facit c. tibi qui; de reſcriptis; libr. 6. cum ſimilibus. uide ad materiam Ioan. Andr. de conſtitutio. cum M. in glo. diuerſa; & ſupra eod. ſi duobus, in glo. ſua magna.

n ¶ Prædicta uera. Quod non poteſt excipi contra confirmatum. & uide Ioan. Andr. de dolo, & contu. cum olim, in gloſ. dicit Inno.

o ¶ Conſecratio. Vel paliatio, quod an ſit uerum; uide Ioan. An. de electio. uenera. in glo. argu. quòd ſicut, de accuſationibus, ſuper ijs, in gloſſ. uel paliandus.

p ¶ Futurum. Ieſus Chriſtus tamen uidetur habuiſſe propriam. d. c. exemplum; & facit, quod not. 30. diſt. & hic ſcripſimus.

q ¶ In glo. 3. In hac gl. dic quantum ad ualiditatem electionis ſufficit; quòd ſatis idoneus eligatur. quãtum autem ad ſatisfactionem conſcientiæ requiritur, quòd magis idoneus; Bald.

r ¶ Diffinitiuarum. Dic tu quoniam appellatio interponitur ab ineſtitura; non eſt extraiudicialis appellatio, & debet habere cauſam ſaltem ueriſimilem; ut infra eod. bonæ. nec ex alia cauſa poteſt uerificari; licet ſit proteſtatus. uel dic ſi non interponitur à confirmatione, tunc ſi confirmatio fuit extraiudicialis, tunc idẽ. ſi iudicialis; tunc ſi ſummariè, ideſt nõ cum plena cauſæ cognitione lata, tunc eſt appellatio ab interlocutoria, & iudicatur; ut de appell. ab interlocutoria, & ex alia cauſa non poteſt teſtificari, ut hic, & c. dilecto, & c. ut debitus, de appella. infra eod. & Clem. appellanti, eod. tit. ſi facta cum plena cauſæ cognitione; tunc eſt diffinitiua; & ex alia cauſa poteſt iuſtificari. & credo liceat mittere edictum; ſi non apparet contradictor, uer. apparet, & non plenè ſit cognitum de cauſa; non credo, quòd ſit diffinitiua, uide ad hoc gloſ. in c. fi. de electio. lib. 6. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Si locus non tutus partibus aſſignetur, appellari poteſt, etiamſi ſit ſcriptum, remota appellatione.*
Locus tutus quibus alijs, quàm partibus aſſignandus, & quibus debeat eſſe tutus.
2 *An eum non ſit neceſſarium partibus peti, & non tutum probari, ſed debeat iudex offerre.*
Grauamen in re, an ſufficiat eſſe, licet non in mente ad appellationem ualidandam.
Coram quo probandum.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 4.*
Locus incommodus multis modis eſſe dicitur partibus, & quibus alijs.
5 *Additio gloſſarum.*
Extra prouinciã delegatus cauſam poteſt committere, et quo caſu.

CAPVT XLVII.

1 EX parte. Caſus. Appellari poteſt, ſi locus non tutus partib. aſſignetur, etiam ſi ſit ſcriptum appell. remota. Deciditur conſultatio, & ſubmittitur reſpõſio [*Honeſtè*] & iuſtè, etiam ſi haberet literas de conductu, ut in fi. 1. glo. [*Vel tui*] ac ſi dicat, q talis locus eſt aſſignandus, ad quem ipſe & ſui procuratores poſſent ire ſecure. Dicit tamen Inno. q ſi ſuos pro
a curatores poteſt mitteret, ad hoc tenetur a. ſed Hoſti. dicit de ſuis, ideo dictum: quia cum regulariter poſsit quis procuratorem conſtituere. ff. de procura. l. 1. dato, q ipſe poſſet uenire ſecurè, vt qa magnus homo, & cum magna comitiua incedit: procuratores tamẽ ſui, qui non ducerent tantam ſocietatem, nõ poſſent
b ire ſecuri b, locus eſſet appellationi, niſi iudices talem locum aſſignent, ad quem etiam procuratores poſſent ire ſecuri: aliàs adimeretur domino facultas conſtituendi procuratorem, & è conuerſo, ſi procurator poſſet ire ſecurus, dominus uerò non, dummodo ſit cauſa grauis, quã in perſonam ſuam uult proſeq, locus eſt appellationi, cũ in tali cauſa non cogatur procuratorem conſtituere. de procur. c. 2. [*Intercluſum*] ſi.
2 ſupra eo. poſtremò [*Niſi iudices*] hic uſ, q† iuſta ſit appellatio hoc ipſo, q locus nõ tutus aſſignaẽ, & q pars nõ habet neceſſe petere locum ſecurũ, ſed ipſe iudex tenetur eum ſibi offerre ſm Inn. pro quo facit verbũ, Liberè. non enim liberè poſſet appellare, qui prius tenetur excipere. facit de præb. licet. 2. li. 6. & uide quod poſt eum dicam de no. oper. nun. c. pe. in glo. & bene, uerſi. inducit. ſed Hoſt. dicit. q antequam fiat appellatio, debet requiri locus tutus, quem ſi denegat, tunc poteſt appellari, quod ſm eum probat ſtylus curiæ, quo dicitur: quia diligẽter & humiliter requiſitus locum tutum aſſignare denegauit, noſtram audiẽtiam appellauit & c. Boat. inus refert quoſdam diſtinguere, an iudex ſciat, uel ueriſimiliter ſcire poſsit grauamen loci, & tunc locus ſit opi. Inno. an ignoret; & tunc ſit uerum, quod dicit Hoſt. Quid dicemus? uidetur, q licet opi. Hoſ. habeat æquitatem, contraria tamen opi. Inn. habeat ueritatem. nam eſt reperire grauamen in reipſa, ſed non ex mente iudicis. Item grauamen in re & mente. ſed ad ualificãdum appellationem ſatis eſt, q ſit grauamen in re, ideſt q iudex grauet, & ſi grauare non credat; facit infra eo. cum cauſam, ſupra de teſti. dilecto, ſupra de excep. ſignificauerunt, de teſtam. Rainaldus, de cog. ſpirituali. c. fi. de no. ope. nunc. c. 3. ergo procedit appellatio: ſic aliàs ſufficit, q dolus cõmittatur re ipſa. ff. de uerbo. oblig. l. ſi quis cum aliter. Sed multum facit in contrarium: quia iudex aſſerenti ſibi locum non eſſe tutum nõ debet credere, niſi ille hoc probet. Item ſi uerum eſt, q ualeat appellatio, poſtea coram iudice, à quo appellauit, nil probare tenetur, infra eod. ſi à iudice, lib. 6. & ſic ſine ulla iudicis culpa abdicabitur ab ipſo iuriſdictio; quod eſt abſurdũ, propter quod uidetur, q ſicut à grauamine, quo recipitur teſtis criminoſus, inſtrumẽtum falſum, uel ſimile, no appello, niſi ſuper eo proponam exceptionem, qua non admiſſa grauet, ita nec in hoc caſu. & opin. Inno. poſſet locum habere, quando tantum eſt periculum, q nec per me, nec per alium poſſum in loco exceptionem proponere. nec forte contrarium ſenſit Inn. non enim dixit, q non teneatur excipere, & probare locum non tutum, ſed q non tenetur ſup illo probato petere locum tutum. quare uidetur, q ſicut neceſſe eſt de ſuſpitione iudicis excipi, nec poteſt aliter appellari, ſupra c. nouit, ita & de ſuſpitione loci. ſi tamen ſuſpitio eſſet notoria, uideretur citatio nõ arctare, per cle. de re iudi. paſtoralis, uerſi. Piſana. ubi de hoc. Io. Mo. in decr. concertationi, eod. tit. libr. 6. dicit in hoc caſu, quãdo appellatur per citatum ad locum non tutum ultra duas dietas, cancellaria ſine propoſitione exceptionis dat iudicem. dicebat Goff. infra eo. interpoſita, in 3. ſua glo. q ſi grauamen, quod proponitur, nõ contingit perſonam iudicis, à quo, habet coram ipſo proponi & probari, ſi dicatur locũ non eſſe tutum, ut hic, & in concor. quas alleg. gl. uel q aliqua difficultas eſt accedẽdi ad locum, uel grauant officiales in exigendo præter iudicis conſcientiã. ſed ſi grauamen cõtingit perſonã iudicis, tunc proponetur corã eo, ſed probabiẽ corã ſuperiore, ne ipſe probationes ſubuertat [*Idoneum*] ſic ſupra de teſti. cũ olim, de procu. accedens, Hoſt. dc offi. dele. ſtatuimus. 2. li. 6. ¶ Pri-
3 ma† glo. ponit 4. quæ requiruntur in loco. ¶ Secunda
4 glo. arguit. ¶ *In† 1. glo. ibi, ſi locus*] debet eligi locus ſine incommodo litigantium [*& ibi, ſi arbiter*] ubi etiam

dicitur uerſi. unde eleganter, q̃ etiam non arctat partem, quæ poterat honeſtè uenire. abſurdum enim eſt in alterius perſona, in alterius non [*& ibi, autem, ſed hodie*] eccleſiaſtica perſona non ſoluit ultra ſiliquas. niſi iuſtione principis extra prouinciam uocetur. ubi nõ ſoluit ultra unum ſolidum [*& ibi, cum poſt*] ſi appellatur ad præfectum prætorium, ſi mediocritas cauſæ, uel regionis longinquitas id expoſcit, delegabit eam rector prouinciæ [*& ibi. §. 2.*] in prouincia tractatur criminalis cauſa, & ciuilis, cuius multa exempla ponit
5 ibi tex. ¶ *In † glo. 1. ibi, hortamur*] & ibi de hoc [*& ibi, nonnulli*] hodie dic, ut eod. titu. ſtatutum, libr. 6. per quem etiam determinatur, quod hic dixerat Pet. ſcilicet delegatum poſſe committere cauſam extra prouinciã, dummodo ſubdelegatus nõ citet extra prouinciam: ſed dic, ut ibi. §. in nullo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Tenetur. Maximè in caſibus, in quibus quis tenetur procuratorem mittere, ut in actore in l. 1. ff. de diuer. & temp. præſcri. & in aliis, quos no. Bart. in l. nó exigimus. §. ſi quis in iud. ff. ſi quis cau. & uide de procu. querelam.

b ¶ Securi. Adde tex. in c. ſiue coniugij. 33. q. 2. & c. accedens, el 2. ut lit. non conteſt. Clem. paſtoralis, de re iudic. uerſi. Piſana, & in c. cum R. canonicus, de offi. deleg.

c ¶ De. Pro hoc quia notorium & expreſſum æquiparantur, uide Innocen. & Ioan. And. de re iudic. cum Bertoldus, & Archi. & Io. And. de ſen. exc. Romana. §. in uniuerſitatem, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſufficiens non habere procuratorem actoris ſi non auditur excipiens reus, licitè appellat.*
Vel quia mentio non fit in ſecundis literis priorum.
2 *In nominibus non eſt uis.*
Sigillo deputato uti debemus, aliàs non ualet, ſi aliud apponitur, & quando, & num. 6.
3 *Appellationis cauſas non ſufficit eſſe iuſtas, niſi uerificentur, uel niſi offerat excipiens earum probationem.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 5.*
Capitulo agenti contra prælatum ſuum, uel conuento ab eo datur actor.
6 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XLVIII.

1 Ignificauit. Caſus. Licitè † appellat reus, ſi nõ auditur excipiens procuratorem actoris nõ habere ſufficiens mandatum, uel ſe per alias literas conuentum, de quibus non fit mentio in ſecundis. Et pars prima ponit querelam appellantis. ſecũda dat iudices appellationis, ibi, quocirca [*Habere*] quo utebantur in procurationibus, contractibus, & maio
2 ribus cauſis [*Actorem*] nõ eſt † uis in nominibus, ſupra de procur. petitio, ubi de hoc, & de actore ibi remiſi,
a & not. de obl. ad ratio. c. 1. in 1. glo. [*Litterarum a illarum*] nõ habentium ſufficiens & commune ſigillum [*Non deberet admitti*] ad agendum. ad impetrandum uerò & cõtradicendum facilius admitteretur, ut dixi de ſi. in c. 1. ad fi. mag. glo. uerſi. quandoque etiam [*Alios iudices*] ſcilicet Heliẽ. epiſcopum, & ſuos iudices, ut patet in anti. [*Obtentarum*] per capitulum Ebrocen. [*Iudices*] ſcilicet de canus Lintoni. & ſui iudices, ut patet in an. [*ꝝ oluerunt*] & male [*Emiſit*] & bene [*Appellatum*] ſup. &
3 † uerificẽtur ipſæ cauſæ, uel altera ipſarum. iuſta enim cauſa, tamen falſa in appellatione expreſſa non releuat, niſi cum excipiens illam ſe obtulit probaturum, ꝑm Inno. remittit Hoſt. infra eod. interpoſita. ¶ Prima
4 † gloſſ. dupliciter exponit, quod hic dicitur de ſigillo. ¶ Secunda gloſ. reſpondet per quæſtionem. ¶ Pen. gl. arguit, alleg. quinq; iura, alleg. 4. in contrariũ, & remit
5 tit. ¶ *In † glo. 2. ibi. §. ult.*] uide de uerb. ſigni. Abbate, ſuper gl. fi. [*& ibi, de cura. §. ult.*] ſi propter infirmitatem, uel aliã neceſſitatem impeditur tutor negocia pupilli gerere, dat actorem auctoritate iudicis. ¶ *In glo. pen. ibi. falſa. §. 1.*] uide in c. licet, infra alle. ſuper gl. ſic uide tur [*& ibi, qui teſtamento*] uide in c. olim, ſuper ulti. gloſ.
6 ¶ *In † glo. 1. ibi, auctentico*] quia non eſt utendũ illo, niſi ad id, ad q̃ fuit inſtitutũ; de hoc. ſ̃. c. 3. [*& in fi.*] q̃a & ſi ſufficiebat in cõparendo, nõ tñ in rñdendo ꝑm Goff. dicit In. q̃ licet ſigillo deputato ad certũ uſum tm̃ nõ poſſit procu. conſtitui. põ tñ conſtitui ſigillo alieno & noto. C. de teſt. ſi unus, maximè ſi ſigillans ſigillum aliud non haberet. & ꝑm Gof. idem, ſi haberet, ſed nõ
b pro tũc promptum, uel ad manus b. & dicit nõ ſolum in priuatis, ſed ẽt in prælatis hoc locũ habere, & decr.
c iſta non loquitur de alieno ſigillo, ſed ad certũ c uſum. de hoc remittit Hoſt. ſupra titu. 1. cum inter uos.

ANNOTATIONES.

a ¶ Literarum. Adde tex. in Clem. 1. & ibi habetur, de procur. & in c. inter dilectos, de fide inſtru.

b ¶ Manus. Et debet tunc ſigillans exprimere, quomodo & qualiter ſigillat alieno ſigillo, ut not. Io. An. de fide inſtru. c. 2. in gl. ma. uerſi. quid de illo, & uide limitationem, quam ad hoc ponit gloſ. quæ incip. non enim, eod. tit. inter dilectos.

c ¶ Certũ. Plus ergo nocet ſignare ſigillo ad aliud deputato, quàm alieno, quaſi uideatur, ex quo ſigillum ad unum actum eſt deputatum, prohibetur ſignatio illius ad alium actum; ad hoc facit c. ex parte, el 2. de reſcrip. & c. ſicut tuis, de ſimo. ad hoc. 4 5. diſt. diſciplina, & ff. de cond. & dem. cum ita leg. cum ſimi.

SVMMARIVM.

1 *Declarationem rei in libello petitæ, ſi reus petens non auditur appellat licitè.*
Demonſtratio, uel oſtenſio rei quibus fiat modis.
Pronocatio propriè extraiudicialis.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*

CAPVT XLIX.

1 Ignificantibus. Caſus. Licitè † appellat reus, qui non auditur; petens declarari rem in libello petitam. & diuiditur, ut proxima. ſecunda ibi, quocirca [*Oſtenderetur*] digito, uel per confinia, uel ceꝛtas circunlocutiones. ff. ſi certum peta. l. certum, ſupra de reſtibus, licet. ſecundo, uerſicu. perſonas, Hoſtien. [*Pronocarunt*] & bene, ut ſequitur, & ponitur impropriè hoc uerbum, cum pronocatio ſit extraiudicialis, ſupra eodem cum ſit &c. ſcilicet, quod habetur ſupra de
2 iudic. exhibita. ¶ † Gloſ. ſecun. reſpondit per obiectio-
3 nem, & remiſſionem. ¶ *In † gloſſ. 1. in fi.*] & ſic uidetur non ſuperflua, ſoluc, ut ibi dixi. ¶ In gloſſa ſecunda, in princip. Reſpicit gloſſ. antepenult. quam ſequitur hęc. nec utrum hoc debet eis concedi, uellent per ſententiam diffinire &cet.

SVMMARIVM.

1 *Ad appellationis cauſam finiendam iudex à quo, ſtatuere non poteſt terminum.*
Diuiſio capituli.
2 *In iudicio quinque requiruntur.*
Ordinaria pot eſtate præſumitur iudex proceſſiſſe, ſi ſimpliciter coram epiſcopo dicatur eſſe proceſſum.
Actio ſimpliciter propoſita intelligitur directa.
Videri, uerbum quibus accipiatur modis.
A iudice fauente ſibi aliquando quis appellat, & quare.
3 *Appellanti non proſequenti ſola negligentia imputatur.*
Dilatio quo caſu non detur in iudicijs cognitionum imperialium.

4 *Proceres qui, & unde dicantur.*
Conſuetudo, & ſtylus curiæ attendenda.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
Maio ri lex non imponitur à minori magiſtratu.
Si non ualet ut ago, ualet ut ualere poteſt. §. 1.
7 *Appellanti quadruplex terminus ſtatuitur, & qui teneant. §. in glo. 2. & nu. 7.*
Reuerſio multis caſibus fortuitis impediri poteſt. ibid.
Caſus fortuiti multi ab homine præuideri non poſſunt, nec ei imputari, ibid.
8 *Præueniri terminus appellationi proſequendæ ſtatutus ab appellante poteſt, non ab appellato.*
Termini præfixi oportet ab appellato fieri in impetratione mentionem: aliàs non ualet.
Termini quoque, qui ſtatui nequibat à iudice, mentionem facere non eſt opus.
9 *Remiſſio cauſæ ad iudicem, à quo, quando literæ impetrantur ante tempus appellationi præfixum.*
Acta cauſæ iudex appellationis etiam abſente parte poteſt inſpicere, ex eiſque procedere.

CAPVT L.

1 EX inſinuatione. Caſus ſecundum lectu-
ram glo. Iudex, à quo † appellatum eſt, non poteſt ſtatuere terminum ad finiendã ap-
2 pellationis cauſam, quod ſi fecerit, terminum a ad ſe præſentandum intelligitur ſtatuiſſe. Et primò ponit papa querelam appellantis, intermittens pro ipſius iuſticia quandam clauſulam ibi, licet. 2. dat iudicem, ibi,
2 quia uerò [*Ordinario*] hic uidere potes † quatuor, quæ in iudicio requiruntur, ſcilicet actor, reus, res petita, & iudex, coram quo petitur, & quintum hic, ſcilicet iudicis qualitas, quæ conſideranda eſt, maxime quando ſuper appellatione impetratur, ſupra de excep. di-
b lectæ, b & ſupra c. proxi. ſecundum Hoſti. ſecundum quem ſi appellans ſimpliciter exprimit, quòd coram epiſcopo agebatur, præſumitur illum proceſſiſſe autẽ ordinaria, ſupra de offi. or. licet, de excep. ſignificauerunt, ſicut propoſita ſimpliciter actione intelligitur proponi directa. ff. de peti. hæredi. nec ullam. §. ſi quis ſciens [*Præſigens*] quod poterat facere, ſupra eo. perſonas [*Iudex*] coram quo agebatur cauſa, Inno. [*Videbatur*] ideſt præſumebatur, uel timebatur, Sed non erat ita. multa enim uidentur, quę non ſunt ſecundum Hoſtien. [*fouere*] ſi fouebat, quare arctabat appellãt terminum appellationis? Reſpon. Hoſtien. quòd camerarius erat reus poſſidens: fauebat ei iudex, qui dicebat ſe non auditurum partes, niſi rediiſſent in termino, uel ſecundum Abba. ſciebat iudex, quòd camerarius magnos amicos habebat in curia, per quos cito poterat expediri, quos non habebat pars altera, & in hoc fouebat. Sed quare appellauit camerarius à iudice, q̃ ſibi fauebat. Reſpon. Hoſtien. & Petrus, ut remotos iudices inpetraret, ut ſic aduerſarii, qui prius forte litigabant in loco domicilij, fatigati cogerentur cedere, uel componere, ſupra de reſcriptis, non nulli. cuius rei ſignum ſecundum eum, quia in impetrando præuenit. Vel uidebatur fouere, ſed non fouebat, ut in prox. glo. ſecundum Hoſt. [*Legitimas*] C. de temp. ap. aut. ſed lis, in aut. eo. §. ad hæc. coll. 4. 2. q. 6. anteriorum. §. ad hæc, & ea. q. appellatione, & §. ſed lis. Hoſtien. [*Damno moræ*]
3 ac ſi. d. † quòd interim non currit tempus annale, ſeu biennale. & idem eſt quomodocunque impediatur ſuam ap. proſequi, cum ſola negligentia imputetur, de hoc, ſupra e. ex ratione, & c. ſæpe [*Intacta*] Dicit Gofred. quoſdam dicere hoc uerum, quando appellator notam facit principi appellationẽ, aliàs ſecus. Alii dicunt idem, & ſi non faciat notam; quia imputandum eſt uictori, qui non notificauit, quod Ia. Bu. admittit. Sed dicit Goffr. quòd huic decre. uel potius legi ſignatur alia lex contraria. C. de dila. cum nobis. quæ dicit, quòd in iudiciis cognitionum imperialium dilatio non datur. Soluit, quòd lex illa loquitur in cauſis plenè relatis, in quibus nil aliud reſtat niſi ſententiam ferri, & quia de ipſã ferenda iudex dubitat, ideo refert, & propter id coram principe non datur dilatio [*Proceribus*] dicuntur † proceres trabes procedentes ultra murum, & ab his dicti ſunt proceres hi nobiles officiales principis procedentes, & alios præcedentes [*Iuxta morem*] no. conſuetudinem & ſtylum curiæ attendenda, ſupra ti. 1. in cauſis. ſupra de conſti. ex literis. de crimine falſi, quàm graui, in quibus, de hoc. Hoſti. [*Præueniens*] ſic ſupra eo. ſæpe. §. fin. [*Eorundem*] canonicorum
5 ſanctæ Barbaræ, Pe. ¶ Glo. 1. ponit † opi. quam reprobat. ¶ Pe. glo. quærit, ponit opi. quam reprobat, & ſol-
6 uit. ¶ *In † glo. 3. ibi, minor. 2.*] ibi contra ſententiam maioris magiſtratus minor magiſtratus non reſtituit [*& ibi, §. tempeſtiuum*] uide de ſortile. eccleſia, ſuper 1. gloſ. ¶ *In glo. pe. ibi. l. 1.*] quæ ſic iacet, in contractibus rei ueritas potius, quàm ſcriptura proſpici debet, & ll. ſequẽ
7 tes concordant ad id. ¶ *In 1. † glo. ibi, quidam*] Ioan. qui
c hoc no. hic, & 3. q. 5. accuſatores c 3. q. 1. glo. [*& ibi, ſid non eſt*] Idem hic Inno. [*& ibi. c. 1.*] ubi de hoc in ulti. gl. ¶ *In glo. 2. ibi, domino Papæ*] imò deo ſecundum Hoſtien. unde no. Inno. quòd triplex eſt terminus, ad iter arripiendum, & ad ſe præſentandum, & hic ſtatuitur ab homine. tertius terminus, ſcilicet ad finiendam ſtatui tur à lege tantum. ſed iſte fuit quartus terminus ad reuertendum à proſecutione appellationis, qui nec ab homine imponitur, nec à lege. & pro tanto dicebat Hoſtien. quòd in hoc imponebatur lex deo, quia nõ ſunt in homine uiæ ipſius, Hiere. 10. g. & à multis cauſibus fortuitis poſſet impediri reuerſio. ff. ſi quis cautio. l. 2. qui cum præuideri non poſſit non ſunt imputandi, de homici. c. fi. in fi. ¶ *In glo. pe. ibi, præueniri*] ſtatim ab appellante, qualis fuerat iſte camerarius [*& ibi, aduerſarius*] ſcilicet appellatus [*& ibi, Io. intelligit*] & placet
8 hic Inno. & Hoſti. qui exponunt hunc textum de termino legali, cuius finem ad unum menſem debuit camerarius expectare. unde, quia nimis præuenit ad ſupplantandum aduerſarium, de nimia præuentione mentione non facta, ideo non ualuit reſcriptum ſecũdum Hoſti. ſecundum quem exponimus uerbum, interim, ſupra poſitum, ideſt appellatione pendente. Dicit ergo Inno. quòd præfixio termini facta per iudicẽ non ualebat. unde ſecundum Hoſti. non arctabat partes, ſupra de elec. bone. 2. & ſic non erat neceſſe de illo fieri mentionem, ac ſi ſtatutus non fuiſſet, ar. ff. de excu. tu. l. nulla differentia. ff. qui ſatiſda. co. quor. ſupra de transla. c. 2. uer. Sed nec. cum concor. ſequere per hanc lecturam, ſi loqueretur decre. de præuentione appellati. Sed cum loquatur de præuentione appellãtis, qui poteſt ſtatim præuenire terminum iuris, ut prędixi, plus placet lectura glo. quam etiam ſequitur hic
9 Abbas. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] & ceſſat † obiectio Innoc. qui opponit cauſam non committendam, ſed ad priores remittendam per decre. ut debitus, infra eo. Reſpon. hoc fuiſſe de ſpecili gratia. uel ſecundum eum de iure mero, quando literæ impetrantur ante tempus appellationi præfixum, quia etiam notorium eſt ex actis, quæ iudex appellationis ẽt parte abſente poteſt inſpicere, & ex eis procedere, ſicut ei uidebitur iuſtum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Terminum. Contra facit, quod dicitur de iudice recuſato, qui arbitro electo ſtatuit terminum, infra quem cauſa recuſationis probetur. & no. iſtum rex. quia facit in ar. quòd ſi coram iudice ſeculari

culari opponitur exceptio cognoſcen. in curia epiſcopi,quòd ille iudex ſecularis non poſſit ſtatuere terminum, infra quem debeat prebaſſe coram epiſcopo, ut nota. Bar. in l.2. C.de re iudi. Bald.
b ¶Dilectæ. Vide Io.An.de re iudi. inter monaſterium, ſuper uerſi. proceſſu,& de do .& contu.ex literis,ſuper uer. neceſſariam .
c ¶Accuſatores. adde, quòd contra ſententiam tenent hic omnes, & etiam firmat iſta glo.uide Imo.in c. 1.de offi.iudi.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ex ueriſimilibus cauſis extraiudicialiter ad papam, ne in ſua poſſeſſione moleſtetur, ſi poſtea ſpoliatur, reſtituitur in ſtatum,quo erat appellationis tempore.*
Monaci comparantur hic ſeruis.
2 *Appellationi reiteratio licet, & prodeſt & in quibus.*
3 *Appellatio extraiudicialis generalis quando naleat, fieri poteſt à futuro grauamine.*
Iudicialis minime.
4 *Moleſtare in poſſeſſione quem quo pacto quis dicatur.*
Appellationis cauſam ueram eſſe, & iuſtam probare debet appellans.
Perſona pro rectore, ibid.ad fin.
5 *Spoliati reſtitutionem non impndit oppoſitio proprietatis.*
Cuſtodia beneficij quod ius ſit,eius abuſus,ibid.& nu.6.
Eccleſiarum fructus qui ſub cuſtodiæ prætextu ſibi uſurpant, & nume. 6.
6 *Partem qui habet in quibus & cætera debeat habere.*
Nomine qui abuntur & fructu carere debent.
Vim ui repellere poſſidenti licet.
7 *Procuratio nunquid una ſola debeatur in anno.*
Prouocatio debet in extraiudicialibus fieri.
Appellationis tempus conſideratur.
8 *Veriſimilis cauſa quæ in prouocatione extra iudicium.*
Appellationis iudicialis ab extraiudiciali differentiæ, & conuenientiæ earum.
9 *Rationabilis cauſa appellationis quæ ſit.*
Veriſimilis quæ.
Inſtatum priſtinum ex quibus cauſis fiat, in quo quis erat appellationis tempore.
10 *Cognitio fit uel per probationem,uel confeſſionem.*
Vterlibet eſt dictio diſiunctiuæ uim habens.
Vterque, copulatiuæ.
Poſſeſſionem duo in ſolidum habere quando nequeant.
Dominium quando.
11 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum,nu.12.& 13.*
Cap.unicum,ut eccleſi.beneſi.eſt de iure ſpeciali.
Cathedraticum ſoluit epiſcopo eccleſia, quæ plenè ſpectat ad monacos.
14 *Lite pendente quæ fiunt, pertinet ad officium iudicis,ut illa corrigat & reformet.*
Appellatione pendente ſimiliter quæ attentantur.
15 *Officium iudicis intentatur, qualitercunque res aliena peruenerit ad alium ſine iuſta cauſa utroque iure, & quibus in alijs, ſupra nu.proximo.*

CAPVT LI.

1 BOnæ memoriæ. Caſus. Qui † extra iudiciũ ex ueriſimilibus cauſis appellat ad papã,ne in ſua poſſeſsione moleſtetur,ſi poſtea ſpoliatur,reſtituitur in ſtatum,quo erat tempore quo appellauit. Et prima pars ponit allegationem appellantis.ſecunda allegationes appellati,ibi. procurator.In tertia glo.pronunciat,ibi,premiſsis[*Eiuſdem*]tolle,quod eſt,in poſſeſsionem ingreſſus,[*Monacos*] ſicut dominus per ſeruum. ff.de acquir. poſſ.l.1.§.ſed & per eum,& l.quod ſeruus,ſi.infra de dona.inter dilectos, in princ.ſecundum Hoſtien. [*Ingreſſus*] ſup. timens, & ſuſpicans ex ueriſimilibus coniecturis ſibi uiolentiã inferri.quia & poſtea cuenit,ut ſequitur ſecundũ Hoſtien. [*Pluries*] forte ad maiorem exaggerationem ſe-
2 cundum Hoſti.Dicit Gof. quòd † iteratio fuit in uerbo,& ſic fuit unica appellatio 31.q.1.Lotharius.Dicit Abb.quòd hoc poſſet eſſe utile propter tempus appellationis proſequendæ, quòd licet lapſum eſſet reſpectu primæ poſſet durare[a] reſpectu ſecundæ.uel ſi non fuit debito modo facta prima, ſecunda uerò ſic:gemi natio ergo appellationis non inducit receſſum à prima,ut dicam, infra eo.dilecto, in ulti.gl.& eſt ſi.quod ſcripſi,ſupra eo.quæſtioni,& c.qua fronte, & quod dixi de reſti.ſpo.olim.3. in fi.& quod dicam, infra eo. ſi
3 iuſto,in glo.fi.ff.ne quis.no.† generalem appellationẽ admitti.ſed contra,ſupra eo.c.conſuluit.2.So.licet hic ſit appellatio generalis & uaga quò ad moleſtatores, eſt tamen determinata quò ad eccleſiam, de qua agi-
b tur[b] ſm Inno. Dicit Hoſti. quòd hæc appellatio non poſſet habere locũ in iudicio, tum quia generalis eſt & incerta,ut in præal.c.conſuluit:tũ quia à futuro grauamine,infra eo.cum cauſam.§.fi.& c.dilecto,ad finẽ extra iudicium uero locum habet appellatio à futuro
c grauamine,[c] ut hic,& infra eo.dilecti.1.& c. dilectis.in iudicio enim ſufficit grauamẽ illatum fuiſſe ſolo uerbo.ad hoc infra eo.ti.cum ceſſante,uer.quo executioni[*De poſſeſſione*] unde petebat reduci in eum ſtatum, in quo fuerat tempore app.emiſſæ, & ſibi reſtitui fructus medij temporis, non habito delectu moleſtato-
4 ris, uel moleſtationis. Nam † moleſtare illum dicitur & contra ipſius ap.facere non ſolum ſpolians,ſed et iã contra uoluntatem ſuam illam detinens, ſecundum
d Inno.[d] ſecundum quem hoc non eſt contra id, quod no.de his quæ ſiu.à na.par.ca.c.1.ſcilicet quòd appellans extra iudicium nõ ſolum debet probare cauſam appellationis eſſe iuſtam, ſed etiam ueram : quia hic non fuit Abbas reſtitutus niſi ad ea, quæ probauit ſe poſſediſſe tempore appellationis,ſcilicet ſe poſſediſſe & poſtea illa,quæ tempore appellationis poſsidebat, ad Archi.peruenisſe,& per eum moleſtata, fuiſſet. nã cauſa appellationis nulla alia erat niſi hoc,non moleſtetis me ſuper cuſtodia eccleſiæ,nec hoc debetis facere, cum ſim in pacifica poſſeſsione ipſius, & paratus ſim ſtare iuri.& dicit Inno.quòd magis hoc approbat quàm id, quod hic dicam poſt eum ſuper uer.probabilibus [*& infra*] deciditur hic petitio Abbatis contra Archid.detinentem eccleſiam, qua petebat reduci in ſtatum,in quo fuerat tempore appellationis [*Ex aduerſo*]ſupp. quod non erat exaudienda petitio Abbatis, quia iuſte eam detinebat,ut ſequitur,& ſic fuit lis con
5 teſtata,ſupra de lit.conte.c.uno[*Perſona*]ideſt rectore, de reſcrip. ex parte, ſupra[*Tantum*]aſtruit negatiuam, ne diceretur,quod competeret utriq; inſolidum [*Datur*]dicit† Inno.quòd procurator malc reſpondit quia reſponſio ſua eſt de proprietate, quæ licet ad Archidi. pertineat,non tamen impedit, nec impedire poteſt reſtiturionem Abbatis ſpoliati,qui perit reſtitui in ſtatũ, in quo erat,quando appellauit.remittit Hoſti. de ord.
c cog.c.fi.[*Cuſtodiæ*] ideſt ius detinendi & regendi eccleſiam uacantem,& fructus percipiendi, & ſuos faciendi. hoc enim obſeruant aliqui archidiaconi,epiſcopi, & reges tam de temporalibus hæreditatibus ſecundũ conſue. quàm de eccleſiis ſecundum abuſum,quo de facto utuntur.quod etiam ſecundum Hoſti. hic uidetur tacite reprobari ex eo, quod contra Archidi.non ob. tali allegatione fertur ſentẽtia, de quo remittit ad no.de inſti.cum ueniſſem.& facit, quod habes de ele. generali,li.6.ſupra de elec.cum eccleſia,in fi.ſecundũ Hoſtien. qui remittit, ſupra de conſue. cum dilectus
6 [*In † aliis*] ac ſi d.ſi habet in aliis, debet habere in illa, quod uerũ eſt de rationabilibus, ſicut eſt iuriſdictio, & ſi.ſecundum Hoſtien.qui remittit, ſupra de officio Archidi.c.fi.[*Hoc iure*]ſcilicet cuſtodiæ[*Vſi*]imò abuſi ſecundum Hoſti. qui dicit,quòd cõtra ſignificationẽ

uocis

uocis iſti rapiũt,quod cuſtodire debeut.unde ex quo nomine abutũtur,carere debent & fructu. C.de feriis à nullo,de præben.cum ſecundum . & adde quod habes de elec. generali, li.6. Dicit Innoc.quòd Archidi. non probauit hunc uſum: & dato quòd probaſſet,nõ ſufficeret: quia non probat per ſe poſſediſſe tempore illo,quo Abbas intrauit poſſeſsionem eccleſiæ : quia tunc forte licuiſſet Archidiacono uim ui repellere. C.unde ui l 1.quod dic,ut legitur & no.de reſtitu.ſpo.
7 olim 1.[*Vnam*] ergo † una ſola deberet in anno. quod dicut ſupra de officio Archidia. mandamus [*Appellationis*]melius dixiſſet prouocationis, ut infra dicetur. & no.tempus appellationis conſiderari, ſupra eo.conſtitutus.1.ad fi.& c.ad audiẽtiam,& infra c.1.[*Ex ueriſimilibus*]ut † quia à multis audiuit, quòd Archidiaconus
8 minabatur, quòd ipſam eccleſia faceret ſpoliari. 22. q.5.hoc uidetur.uel al.fecerat Archidi.ideni in ſimilibus,argumen. ſupra de præſump. mandata.& hæc eſt una differẽtia inter iudicialem & extraiudicialem appellationem: quia prima requirit ueram cauſam, infra c.cum cauſam,in fi.in ſecunda ſufficit ueriſimilis, ut hic, & 2.q.6.c. 1.2.& ſequentibus,exceptis appellationibus factis circa electiones, in quibus requiritur, quòd cauſa ſit rationabilis, & uera ſecundum Hoſti. qui remittit,de elec.c.1.li.6. Secunda differentia eſt in diuerſitate nominum,ſupra e.cum ſit. Tertia in obla. probationis cauſæ, quæ poteſt fieri in iudicio,infra e. interpoſita, & ibi dicam in glo.coram iudice. ſed extra iudiciũ non eſt,coram quo offeratur, & ſic in una releuat,in altera non;& uide quod dixi,de ele. cum inter cañ.in gl.quòd ſi coram. Quarta in petitione apoſtolorum, quos neceſſe habet iudex petenti tradere, infra eo. c.1.li. 6. quæ neceſsitas non imponitur extra iudicium: quia nemo cogitur contra ſe teſtificari; de hoc de proba.c.1.Quinta in qualitate,uel nomine apoſtolorum,ſi tradãtur:quia in iudicio dimiſſorii, reuerentiales,uel refutatorij ; extra iudicium non ſunt deſcripti per ius,ſed magiſtraliter dici poſſunt extraiudiciales in genere,ſed in ſpecie quandoque conuentionales.quandoque teſtimoniales,de quo remittit Hoſtien.ad ſum.eo.titu.§.qualiter fit appellatio , ſub Rubrica , Forma prouocationis extra iudicium,uer. dicentur autem, & ſequen. Vi. quia extra iudicium admittitur generalis appellatio & incerta.Septima, quia & in his à futuro grauamine appellat. de his duobus dixi ſuper.uer.ne quis. Viij. forte, quòd iter arreptum habeatur pro appellatione.de hoc,infra c.1.Nona.qa excommunicatus auditur appellans, ſed non prouocans,ut quod ad defenſionis &c. de excep. cum interpriorem. Sed dicit Hoſtien. quòd hoc uidetur hic reprobari,quod licet extra iudicium, non tamen ad impugnationem,& ex uoluntate,ſed ad defenſionem & ex neceſsitate prouocaſſe uidetur. Decima , quia annus appellationis proſequendæ computatur à die appellationis emiſſæ, infra eo.oblatæ.ſupra eo. cum ſit. Sed annus prouocationis currit à die, qua factum eſt contra prouocationem, de hoc ſupra eo. conſti. Sed dicit Hoſtien. quòd etiam dies prouocationis conſideratur,ut patet hic,dum dicit in eum ſtatum,in quo
11 11. quo ad reuocationem attentatorũ; quod dic, ut infra eo.non ſolum,li.6.12.quia infra 10.dies eſt appellandum,ſed prouocari poteſt etiam poſt 10. dies. ſed dicit Hoſt.quod etiam quandoque poſt 10.dies appellatur,infra eo.Romana.§.ſi ideo,li.6.dic de hoc,ut infra eo.concertationi, li.6.remittit etiam Hoſt.ad duas
f differentias nota. ſupra eo.cum ſit. §. ſi uerò[f]. Conueniunt autem, quia in utraque eſt cauſa probabilis exprimenda,& ut uidetur.in ſcriptis faciendaide quo remittit,infra eo. c.1.li.6.& ſicut innouata per app.reducuntur in ſtatum priſtinum, infra eo. dilecti, ſupra
§.1.in fi.ſic & in prouocatione,ut hic, & infra eo.cap.
9 proxi.[*Probabilibus*] ideſt rationabilibus † ut ſi offerat diuerſos modos ſtandi iuri, & appellet,ne ipſis ſpretis procedat quis contra ipſum,infra eo.dilectis.§.1.& ſicut in appellatione requiritur cauſa rationabilis.& ut ſupra eo. cum in eccleſia, ſic & in prouoca. ut hic. & dicitur illa rationabilis,quæ probata reputaretur legitima, infra eo.ut debitus, ſecundum Hoſt.Sed innoc. dicit probabilem cauſam iuſtam.ueriſimilem uerò illam,quæ approbatur a iure,& quæ de iure obtinet.eſt enim ueriſimile , ſi quis fecit id, quod ius aliis facere præcipit,bene fecit.uer. gratia, hic appellauit Abbas., ne quis eum moleſtaret ſuper poſſeſsione eccleſiæ ſui patronatus cauſa probabili aſsignata . hac ſcilicet, cũ ego ſim in quaſi poſſeſsione cuſtodiendi eccleſias, meas, ſiue iure mei patronatus , & talis eccleſia ſit de patronatu meo, & ipſam poſsideam. hæc enim cauſa eſt bene ueriſimilis,ideſt à iure approbata. ueriſimile enim & probabile eſt,quod ex quo eccleſia eſt monaſterii quo ad patronatum,quòd Abbas habeat ibi cuſtodiam temporalium,de quibus etiam ei ratio reddi debet.16.q.1.c.1.de capel.mo.c.1.de priuil.cum & plãtare.& facit,infra eo.dilectis, & uide quod dicam, infra ut ec. bene.& c.uno, in glo.hoc uult, & dixi,ſupra de offi. or.cum uos, ſuper glo.pen.non tamen credit Inno.quòd per talem ap.ille,qui eſt in poſſeſsione,debeat impediri uti poſſeſsione ſua , uel aliam adire, infra de iure patronatus, conſultationibus. C. de debit. uen.pignor.imp.non poſſ. 1.& 2.& dicam,infra eo.ut
g noſtrum,in glo.ideſt nil iure. & [g] hæc decre.non contradicit, quia Archidiaconus non poſsidebat, uel incertum erat, an poſsideret, cum Abbas hoc negaret , qui de facto incumbebat poſſeſsioni.C.quibus ad lib. proclam.non licet.l.3.hic ergo negatio,& appellatio emiſſa ex cauſa probabili facit Abbatem ante omnẽ probationem reſtitui in primum ſtatum. nec obſtat , ſupra de ele.cum inter canoñ.ub i non reducitur cauſa in priſtinum ſtatum uirtute appellationis interpoſitæ ex cauſa probabili,& ueriſimili,niſi uerificetur cauſa: quia nec ueriſimile eſt, nec iure cauetur, quòd aliquis morbo caduco,de quo ibi loquitur, laboret,uel debeat laborare,niſi hoc probetur.ſed dices,quòd ſecundum hoc ſi appello , ne uendeas rem talem, quia mea eſt,cum cauſa ſit iuſta,& probabilis.uenditio cõ-
h tra hoc facta reſcinditur[h] ante omnia, ut ſic cauſa reducatur in priſtinum ſtatum , quo erat appellationis tempore , quod eſt falſum. C.de rei uendi.ſi fundus , Reſpon. Inno. quòd illa non eſt cauſa ueriſimilis.i. à iure probata,ſicut iſta,de qua loquitur hic, & infra e. dilectis,& uide quod dicam in gloſſ.hoc fuit.ibi enim non conſtabat rem eſſe appellantis,uel deriunciantis nec credendum erat hoc aſſerenti pro ſe,argum.ff.de interro. act.de ætate.§.1.hic autem conſtabat,uel erat
i in loco notorium [i] patronatum eccleſiæ ſpectare ad Abbatẽ, nec Archidiaconus hoc negabat, & ſic erat ueriſimile,quòd haberet cuſtodiam.nec dicas, quòd ſine appellatione poſſet hoc Abbas conſequi per interdictum,ut in glo.Sed nunquid,idem,cum appellat non ex ueriſimili cauſa,ſed ex iuſta tantum,ut ſi dicat Abbas,cum ego ſim in quaſi poſſeſsione cuſtodię huius eccleſiæ,appello, ne quis me moleſtet, licet enim hæc cauſa ſit iuſta , non eſt tamen ueriſimilis,ex quo in illa non ſit mentio de iure pa. unde potius deberet ad Archiaconum pertinere.63.diſt.ſi in plebibus.Reſpon.quòd non eſt idem ſecundum Innocẽ.quia ubi quis petit ſe reduci in ſtatum,in quo erat tempore iuſtæ appellationis,ſed non ueriſimilis,ſi is tenet rem illam, ad quem aliquod ius pertinet in illa de iure communi,per hanc petitionem quantuncunque probet appellãs,quòd tempore appellationis illam rem poſ-

ſidebat

sidebat, nisi & iustam probet possessionem, non auferetur ab illo, qui nunc possidet ius illud, quod habet in re de iure communi, ut restituatur appellanti priori possessori. & est ratio, quia cum appellans petat se reduci in statum, in quo erat tempore appellationis, non est hoc possessorium iudicium, in quo nil quæritur nisi de possessione: imò & hic inquirendum est de proprietate iuris, ut sciatur, scilicet ad quem spectet de iure. unde admittendæ sunt probationes nunc possidentis, siue sint iuris, uel facti. probationes iuris uidetur habere Archidi. super custodia, ut supra dixi, facti, ut si uelit probare specialem concessionem sibi factam super custodia illius ecclesiæ. unde si nunc possidens de iure, uel de facto probauerit, quòd custodia ad ipsum pertineat, obtinebit. nã cum de proprietate, & possessione quæri liceat, & quæsitum sit, certũ est, quòd possessioni præferetur proprietas, de causa pos. c. 2. & c. cum dilectus. Alii dicunt, ut refert Innoc. Quòd licet uerum sit, quòd non fiat restitutio illius articuli, qui ad nunc possidentem pertinet de iure cõmuni, si tamen de facto uelit probare p testes, uel consuetudinẽ, uel specialem concessionem, non recipientur probationes, sed fiet restitutio. ratio, qa in primo casu est notorium iuris. In secundo uerò non. & notorium iuris probatione non indiget, de hoc de cohabi. cler. uestra. Si uerò alius teneret, ad quem ius illud de iure non spectaret, bene cogeretur restituere priori possessori propter uim appellationis, quæ iubet omnia in priorem statũ reponi. & hoc intelligẽ, ubi pro actore in causa appellationis facit tantum possessio antequam appellatio habita. & pro reo facit possessio de nouo quæsita, & ius commune. Dicit tamen Inno. quòd licet superius scripta sint utilia, & ueritati, & intellectui decre. consonantia, facilius tamen uidetur patere intellectui decre. dicendo, ut dicam super glo.
10 [*Noscuntur*] propter† confessionem, uel probationem legitimè factam [*utribet*] Abbati, scilicet Archidiacono. Vel dicit Hostien. quod cautè usus est hoc uerbo,
k quod habet uim disiunctiuæ, k & non dixit utrique, quod habet uim copulatiuæ, ut hic eliceres, q̃ nõ possunt duo eiusdem rei & eodem iure possessionẽ, uel dominium insolidum possidere. ff. commodati, si ut certo. §. si duobus, supra de proba. licet [*saluo*] sic supra
11 de electione, querelam. ad fin. ¶† Glo. 1. Respon. per obiectionem. ¶ Pen. glo. obiicit, & tripliciter soluit.
12 ¶† In 4. glo. ibi, quamuis. §. 1. uide in c. proxi. alle. super
13 glo. antepe. ¶ [*In† glo. 2. ibi, si in plebibus*] Idem Inno. c. tamen ipse, infra ut ecclesia. bene. c. uno, ubi uide in gl. hoc uult, uer. Sed secus. no. contrarium, scilicet quòd illud, c. intelligatur de speciali iure, non de communi [*& in fi.*] Vnde dixit Host. hoc ius commune simianti cum, quo Archidiacono uti uolunt, ac si essent episcopi. remittit, supra de officio Archidi. c. fi. ¶ In glo. hæc ratio, in fi. & ecclesia, licet plene spectet ad mona. soluit tamen episcopo cathedraticũ, & census antiquos, de dona. pastoralis, secundum Innocẽ. & Clemen. de
1 censi. 1 ca. 1. ¶ [*In glo. pen. ibi, iudicis officio*] Vnde† dicebat
14 Inno. quòd sicut omnia, quæ lite pendente dolo, uel aliàs male fiunt à partibus, pertinent ad officium iudicis, ut illa corrigat, & reformet. ff. de ædil. edic. ædiles. §. item sciendum, ff. de aqua plu. arcen. l. supra iter. §. officium & l. hactenus, ff. de fur. l. 2. ff. de rei uendi. qui petit orio, supra ut lite pen. per totum, sic & si appellatione pendente aliquid attentetur à partibus, ad iudicis officium spectat, illud in pristinum statum facere reformari, cum ea pendente nil debeant partes innouare, infra eo. dilectus. §. quia uerò & uide, quod dixi de rescriptis, ex parte, supra, super glo. 2. & hac ratione reformat hoc papa in primum statum, licet pro his nõ competeret interdictum, in quo necesse esset probari possessionem, & spoliationem factam & reo, supra de resti. spo. cũ ad sedem. unde† dixit Hostien. per
15 capitulum, in primis, hic alle. quòd qualitercunq; res aliena peruenerit ad alium sine iusta causa secundum canoñ. iudicis officium contra illum generaliter intẽtatur, & sic põt intelligi de iudiciis. Quia. V. & procedit hoc ex æquitate naturali, de qua, infra de reg. iur. locupletari. lib. 6. Aequum enim est, ut mihi reddas, quod de meo peruenit ad te. ff. si certum pe. si me & Titiũ, in fi. ergo ex æquitate ciuili hic implorabitur iudicis officium, sed fortius ex canonica, argum. supra de iudi. dilecti, secundum Hostien. [*& in fi.*] adde quod no. infra eo. non solum, lib. 6. in ulti. glo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Durare. adde Ange. in l. cum procurator. §. dominus, ff. de no. op. nunci. & Bal. in l. si quis libellos. C. eo. ti.

b ¶ Agitur. Quod sufficit, quia certa satis est, ex qua causa, super qua interponitur, certa est, & est extra iudicialis. uide in cap. consuluit, hic alle.

c ¶ Grauamine. Vide Io. And. facientem differentiam inter grauamen, quod fit extra iudicium à iudice, app. ab illo, & inter appel. quæ fit extra iudicium, & non à iudice, in c. cum sit Romana, super glo. quandocunque.

d ¶ Inno. Facit istud dictum ad materiam. c. reintegranda 3. q. 1. & ui de Io. And. supra de resti. spo. sæpe, in glo. dicit Inno. & Bart. in l. rem quæ nobis, ff. de acqui. pos. & idem no. hic in glo. pe.

e ¶ Custodia. Adde ea, quæ habentur in c. præsenti, de offic. ordi. in 6. & in c. cum uos, eo. titu. & per Inno. in c. unico, ut eccle. benefi.

f ¶ Si uerò. Vbi uide Io. And. in glo. de hoc & super glo. quandocunque, & uide aliam per Io. And. in c. cum super, de re iudi. in glo. quæritur quomodo, in princi. uer. quæritur. & de materia harum app. extra iudicialium uide Bar. nota. in l. si res, ff. de app. reci.

g ¶ Iure &. Idem no. Ioan. And. de ma. & obe. dilecti, in glo. sed quid prodest, uer. alii, & idem Bar. in l. 2. ff. pro emp. & de uerb. signi. ex parte. l. per Io. And. in glo. per unum, uer. porrò, & de censi. significauit, in glo. quia monaci, uer. & idem uidetur.

h ¶ Reseindituntur. Pro hoc facit l. à sententia. §. idem rescripserunt, ff. de ap. sed solue, ut no. Bar. in l. si res, ff. de app. reci. qui ibi optime aperit hanc materiam.

i ¶ Notorium. Ad ista omnino uide Io. And. in c. ex parte. 1. in glo. per unum uer. porrò & ibi remissio. de uerbo. signi.

K ¶ Disiunctiuæ. Istius disiunctiuæ, & similium natura est, ut utrique rem assignet insolidum, nisi ubi natura rei, de qua loquitur, reputgnet, ut hic in dominio, quod apud duos insolidum non cadit, probatur in l. hoc articulo, in fi. ff. de hæredi. instit. & ibi uide Bar. & l. si pluribus, & ibi glo. & Bar. ff. de le. 2.

l ¶ De censi. Vide bonum textum per glo. in c. supra de priuil. lib. 6. §. si uerò, & eo. ti. recepimus, in antiquis, & uide in c. cum Bertol. alle. in glo. sed uidetur.

SVMMARIVM.

1 *Iteneratio si fiat ad papam contra superiorem habetur pro appellante, & excommunicatio in eum lata postea non tenet, & nu. 3. in fin. & nu. 6.*
Cantuariensis ecclesia cathedralis, & regularis.
In causa sua quis esse iudex non potest, & nu. 3.
2 *Prouocatio est extraiudicialis, & ea pendente nil innouandum.*
3 *Ius sibi dicere ubicunque uult iudex, quæ possit in eum subditus dicere, informat. & quando prouocatio excusat.*
Pro appellatione quæ alia habeantur.
Causa etiam coniuncta cum alia, quæ etiam impellit adire locum eundem, operatur idem, ac si fuisset sola, ad uerb. uenientibus.
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 5.*
Factum plus ostendit, quam uerba, & quando secus, nu. 6.
6 *Additio glossarum.*

CAPVT LII.

1 Dilecti. Casus. Si contra† superiorem suum quis itineret ad papam, habetur pro appellante ita, quòd excommunicatio postea in eum lata non tenet. Et prima pars ponit querelam, secunda dat iudicem ibi,

ibi. cum autem [*Cantuar.*] quæ cathedralis est, & regularis [*Verteba tur*] extra iudicium, & uerti sperabatur in iudicio, quia super hoc comendabant, Host. [*Ab ipsis*] priore, & monacis [*Mitterentur*] scilicet. I. & H. [*In eos*]. f. nuncios [*Promulgauit*] & male secundum Hostien. tum quia non debebat esse iudex in propria causa. C. ne quis in sua causa. l. una: tum quia non debebat subditos grauare, de restitutione spo. conquerente: tũ quia uideretur appellasse, quod est efficacius, ut sequitur
2 [*Prouocare*] & sic† loquitur extra iudicium, supra eo. cũ sit. §. si uerò. & sic non tenet excommunicatio post prouocationem, sicut nec post appellationem, de sententia. ex. per tuas, ut sic altera pendente nil innouatur;
a de hoc, supra c. proxi. [*Propter dictam causam*] in qua nõ
3 poterat† esse archiepiscopus iudex, cum causa esset ipsius propria. Dicit ergo Hostien. quòd ubicunque iudex uult sibi ius dicere, nec est notorium, quòd subditus debeat obedire, potest dicere subditus, domine non teneor hoc facere, nec uolo iudicium uestrum subire, imò recuso uos suspectum, cum de causa uestra agatur, argum. supra eo. secundo requiris, in fi. & infra eo. cum speciali nec debetis esse actor, & iudex, de uerbo. sig. forus. ideo super hac causa prouoco uos ad superiorem uestrum, puta metropolitanum, & ex nunc iter arripio, uel talem nuncium mitto, & hoc casu putat Hostien. quòd itineratio, uel nuncij missio, uel protectionis submissio habeatur pro appellatione ut hic, & supra ca. ad audientiam. etiam quo ad exceptionem contra rescriptum, supra eo. suggestum. Secus dicit in his, in quibus potest iudex procedere ex officio. ibi. n. ex quo qs citatus est semel ad iudicium, prouocatio non excusaret, nec appellatio, nisi ex cã & canonicè facta, supra eo. consuluit. 3. & c. peruenit. 2. & c. cum speciali. Idem secundum eum, si litigetur inter subditos ordinarii, infra eo. ut debitus [*Venientibus*] & idem, si propter aliam causam, quod dic, ut infra ti. 1. c. uno [*Prouocatum*] quo ad hoc, infra eo. ut debitus, Inno. [*Non teneri*] sic supra eo. ad audientiam, in
4 fi. ¶ Glo. 1. †ponit. 8. quibus factum inspicitur. demum Respon. per quæstionem, an iter arreptum ad archiepiscopum habeatur pro appellatione. arguit q̃ non una ratione, addit aliam secundum Io. quam reprobat. demum obiicit, quòd etiam ad papam arreptum
5 non habeat uim appellationis, & soluit. ¶ *In 1† glo. ibi, ei qui*] plus est suum uinctum uendere, quàm exprime re illum in uinculis fuisse [*& ibi, de quibus*] uide supra ti. 1. tenor, super. 3. glo. [*& ibi. §. falsus*] uide supra ti. 1. c. 1. in gloss. 2. [*& ibi. §. ult.*] Stadim appellatur uiua uoce à
6 sententia ex interuallo per libellum. ¶ *In† glo. 1. ibi, &* 12.] sup. & facto, & probatur bonitas. 12. &c. & cõcor. ad id. C. de admi. tu. lex quæ tutores, post medium legis [*& ibi, æstimant*] ubi de hoc. & facit de hæreti. accusatus. §. ille, lib. 6. [*& ibi, est falsum*] cum querimonia depõnitur de episcopo [*& ibi, pro appellatione*] sicut nec sufficit pro apostolorum petitione, infra eo. ab eo, lib. 6. & est simile, supra de ele. ecclesia 1. [*& in fi.*] uel dic idem in archiepiscopo, & aliis ordinariis in his casibus, in quibus possunt per querelam adiri. In aliis non, secundum Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Propter dictam causam. adde Bald. hic, qui dicit, quòd si non solum propter illam causam iret, sed etiam propter aliam, pro illo casu non haberetur pro ap.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio omnis prohibetur per clausulam, appellatione remota, quæ à iure non est expressè permissa.*
Excommunicatus si appellet, nihilominus denunciatur, & beneficiorum prouentibus spoliatur, & à quo, nume. 6. & quando, ibid. & num. 7.
Rescriptum apostolicum comparatur clauso in corpore iuris.
2 *Clausula, Remota appellatione, debet aliquid operari, & quid, & nume. 4.*
Appellatio quæ dicatur à iure indulta expressè. & aliàs quando liceat, & nu. 4. & 5.
Grauamen quod non licet per appellationem corrigi, potest per superiorem emendari, uer. si uerò, & per quem, nu. 3. & 4.
3 *Quando dicatur iniustum, licet appellatio sit remota.*
Appellationem remouere non potest nisi papa.
4 *Iudex non est, si in eo non est iustitia.*
Appellationis causam probare, uel reprobare, in iudicis est potestate, sed si reprobet appellare licet.
Grauamen per modum attentati quando possit reuocari. uer. si uerò. releuatur etiam per appellationem à defini. si aliàs nõ potest.
Appellationum tria uidentur esse genera, eorumque differentia, uer sicu. sed Inno.
5 *Appellationi cui sit deferendum, & in dubio deferendum.*
6 *Denunciationem excommunicationis quando & quis facere possit, & quando non, & nu. 7. 8. 9.*
Per eam quis amplius non ligatur eo. nu. 6. excipitur, nu. 8.
7 *A Delegati mandatis appellari potest ab ordinario, & quo casu.*
Spoliare pro subtrahere, ad fin.
8 *Excommunicatio rite lata tenet, non secus.*
Interdictum similiter.
Suspensio pari modo.
Censuræ appellatione hæc tria continentur.
9 *Suspenso, & excommunicato officia, & beneficia eis annexa ubique sunt deneganda, excipitur, uide nu. 19. in fin.*
Sententia episcopi an extendatur ad alia beneficia, uel ecclesias extra eius iurisdictionem existentia in priuationibus eorum.
Excommunicato post appellationem nihil subtrahitur, & ubi & à quibus uitetur, §. dicit Inno.
Si per annum contemneret omnino priuari posset, ibid.
10 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 11.*
Ne egeat quis, habenda ratio, & cui, & nu. 19. in fin. ad uersicu. prouidendum.
Prohibitus quid facere, quibus locis prohibitus intelligatur.
Fructus medij temporis quando suspenso uel remoto restituatur, uer. ex causa.
Procurator quando repetat, quando non, quod soluit, ibid. in fin.
12 *Additio glossarum.*
Appellatio dicitur satis approbata à iure, licet ius non exprimat, quòd possit appellari à iudice dato cum clausula appell. remota.
Appellationis causæ non expressæ in iure, sed tamen iustæ quæ.
13 *Constitutio an non est abrogata per cap. ut debitus, infra eo.*
Speciei non detrahitur per genus.
Per priuilegium non impetratur quod de iure communi competit.
Clausula quælibet in rescripto debet aliquid operari.
Ab appellationis delatione non est arguendum ad appellationis ualiditatem, neque contrà, ibid. in fi.
14 *Absolutio ab impetitione ita habet suspensum effectum rei iudicatæ, sicut condemnatio.*
In absolutione de facto non cadit executio, sed in absolutionis ab excommunicatione suspenditur effectus per appellatio. unde exquiparatur excommunicationi.
15 *Supplicatio non impeditur impedita appellatione, quarum sunt idem effectus.*
Excommunicationis sententia quare statim liget, & denegetur appellatio.
Eſt ſeruanda: celebrans tamen contra eam non fit irregularis.
12 *Officialis archiepiſcopi eſt unum conſiſtorium cum eo, & ideò cognoſcit de appellationibus interpoſitis ad eum.*
13 *Appellationem extraiudicialem quicquid poſtea factum ſit irritatur, etiam non facta inquiſitione cauſæ, & quibus id contingat caſibus.*
14 *Interdicere eccleſiam decano quando prohibitum ſit.*
Interdictum eius quando reuocetur ex ui appellationis.
Interdicti, & excommunicationis ſententia quando teneat etiam poſt appellationem lata, quando ſecus.
Attentata poſt appellationẽ ab excõicatione quãdo reuocentur.
Amotus ab eccleſia nulla cognitione præmiſſa, & ordine iudiciario non ſeruato etiam ſine appellatione reſtituendus eſt.
15 *Sententiæ effectus in diem transfertur aliquando.*
16 *Sententiæ puræ excommunicationis duplex effectus, quorum alter ſuſpendi non poteſt, & ſtatim perficitur; alter non.*
De conditionali remittit.
Excommunicationis denunciatio amplius non ligat, & quo caſu per appellationem ſuſpendatur.
Excommunicatus ante denunciationem reputatur occultus, nec uitatur in publico. Appellans quando uitetur, nu.19.
Proceſſus dicitur temerarius à non iudice habitus, licet aliàs ſit iuſtus.
17 *Innouari nil poteſt in præiudicium appellationis.*
Appellationi deferre per ſimplicem apoſtolorum dationem uidetur iudex.
Per eam receptam defertur negocium cum acceſſorijs ad ſuperiorẽ.
18 *Ei renunciare quando non liceat.*
19 *Appellationis ſcientia non requiritur ad exceptionem à iuriſdictione iudicis, à quo.*
20 *Excommunicati electio ualet, ſi poſtea nulla pronuncietur excommunicatio, nec peccatur ab electo cõſentiẽdo, nec ab electorib.*
Veritate manifeſta, &c.
21 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 22.*
Suſpenditur effectus rei, licet non ipſa res, & exempla.
Principalis cauſa cum non ſubſiſtit, nec eam ſequentia.
Appellans tenetur iniuſtam probare ſententiam.§. fin.
23 *Additio gloſſarum.*
Decanorum Franciæ iuriſdictio quæ.§.fi. in glo.2. & quibus modis ea competat.
24 *Appellatio ſumitur hic pro prouocatione, & ratio.*
Prouocationis proprium.
In officium diuinum perturbantes quæ pœna.
Legitima dicitur appellatio ex uno tantum hic effectu. §. fin.

CAPVT LV.

1 a Dilectis. Caſus. Per appellationem cũ ſuis acceſſoriis[a] ad iudicẽ appellationis defertur: ſententiæ etiã interdicti uel excõicationis poſt eã latæ nõ tenẽt. Et in prima partis narratio. in ſecunda diffinitio ibi: quia uero.quę tria facit.primo diffinit pceſſum decani poſt ap.epi.ſecunda ibi:præterea. pceſſum epi poſt ap.decani.tertia ibi:uerũ.de canonicis q cõicauerant decano[*Procuratore*]contra decanum[*Domus dei*]i.Hoſpital. iuxta uulgare Gallicorũ.Abb.[*Dignoſcitur*]de iure cõi.inf.de reli.dom.de Xenodochiis[*Subtraxerat*] ſi. j.de pęnis tuæ[*Detractabat*] quaſi frequenter ſuper hoc monitus denegabat.& ſic apparebat ĩcorrigibilis[*propter quòd*] ſ.quia monitus non ſatisfaciebat[*Monuiſſet*] i.requiſiuiſſet ſecundum Hoſt. ſecundum quem imperioſa monitio ſpectat ad ſuperiora, ſed humilis requiſitio ad inferiorem. ſup. de ſup.negl.præla.c.1.nec
b ulla conſuetudo[b] dare poſſet inferiori quòd imperatet ſuperiori ſuo uel in eum aduerteret. de ma. & obe. cum inferior cum ſuis concor. & uide quod dixi. eo.titu.c.1.in prin.arg.93.diſt.nulla.79.diſt. ad hoc, ut enim ibi apparet talis cõſuetudo eſt omnino irrationabilis, & ideo penitus reprobanda, de conſue. cũ inter. & c.fi.bene tamẽ operari cõſuetudo poteſt, q inferior in pęnã ſuperioris aliquã eccleſiã interdicat;ut hic[*Reſtitueret*]ſatis uidebatur iuſta petitio, ſi uerũ erat qđ dicebat decanus. Sed ipſe male proceſſit dicendo ſibi ius: poterat tamen coram cõpetenti iudice repetere clericũ ſuum qui detinebatur, pp qđ impediebat ſibi uel eccleſiæ ſuę impẽdere ſeruitium ad qđ in perſona propria tenebatur, ſic & poteſtas repetit ciuem ſuum ſi ſic detinetur, q perſonalia munera pſtare nõ poſsit.ff.ad muni.l.de iure.1.reſpõ C.de decu.generali, li.6.ſic etiam vř.q dñs poſsit repetere aſcriptũ ſuũ.j. de iudeis, c.2. & uaſallũ, de iure feudorũ, dummodo ſic detineatur, q ſeruicia domini facere impediat, creditor autem debitorẽ ſuũ ab alio detẽtum nullo iure poteſt repetere, nullũ.n.ius habet in pſona debitoris, de pigno.c.2.ſed ſuperioris ſic ſecundũ Inn.qui etiam de his remittit, de ma. & ob. iter quattuor, & facit, qđ no.de ſen.exc.ſi iudex, in gl.2.lib.6.& uide quod dixi, de of.ordi.duo ſimul, in gloſſ.ſed nec[*Retraderet*] alias
4 † recrederet, quæ eſt uera litera, ſm Ho.alludens uulgari Gallicorum, qui homines, uel pignora recredũt, i.relaxando ſub certa cautione fidei ſuæ credunt uſq; ad tempus, infra quod niſi quæſtio, propter quã fuerant detenti, fuerit terminata, debent homines reuerti, uel pignora reduci in recredentium poteſtatẽ[*Iu-*
5 *riſdictionem*] de iure † ſpeciali priuilegij, uel conſuetudinis[*Epiſcopus metuens*] non appellat hic à decano tãquam à iudice, ſed tãquam ab illo, qui iuſte, uel iniuſtè poſsit aliquid facere, quod uerget in iniuriam epiſcopi, ſicut & fecit, ſicut ſequit. q poteſt hæc dici potius prouocatio, q̃ appellatio, ſupra e.cũ ſit.§.ſi uerò, ſecũdum Inn. fiebat autẽ ex interdicto epiſcopo præiudicium. non ob.ſi dicas, q tunc poterat celebrare, ſupra de of.or.irrefragabili.§.cœterum:quia nec hoc eſt uerum indiſtinctè, ut ibi.quod & ſi eſſet, populus tamen, qui aſtringitur, non ſine rubore epiſcopi tunc abſtineret ab ingreſſu eccleſiæ. nec ob.q ſuperior inferioris ſententiam relaxet:quia id non facit ſine cauſa, de off.ordi.c.3. Sed quantuncũq; ſuperior hoc etiã iuſtè faceret: inferiores de facto forſan ɔ̃rium obſeruarent, qui nec ſem p obediunt, vt hic patet in fine. Itẽ nemo iudex in propria cauſa. C.ne quis in ſua cauſa.l. una.timebat ergo & meritò eps preiudiciũ ſaltem de facto.ad quod cõcor.ff.quod me.cauſa, ad fi.ſm Ho.
6 [*Ac ſuos*] appellat † ergo dñs pro ſuis, de hoc in in ſpe. de appel.§.1.in fi. [*Eccleſiæ, ac ciuitatis*] nota appellationem non ſolũ ipſi prodeſſe, ſed etiam clero, & populo, quod uerũ eſt in his, quæ ſpectant ad officium epiſcopi, & tangunt clerum, & populum, & in intetdicto ciuitatis, ut hic. intereſt enim cleri, & populi, ut officium habeant, & in fide ca.roborẽtur.ad hoc de ſent. ex.c.fi.li.6. Intereſt etiam hoc epiſcopi, qui habet hoc prouidere. 10.q.1.regẽda, & per totum, & tam de his, quàm de animabus habet reddere rationẽ, ſupra de officio archidi.c.1.& de offi. or. irrefragabili.1.reſpõ. Ideoq; & epiſcopus in tali caſu ſimili & pro ſe, & pro clero, & populo ſibi cõmiſsis appellare poteſt, ar.ſu-
7 pra de reſcrip.ueniens.2.q.6.non ſolẽt. Plus † dicimus, q domini, qui iuriſdictionem habent, uel etiam ſine iuriſdictione dominium tãtum uillarum, uel poſſeſſionũ, in quibus coloni habitant, liberè poſſunt agere de dolo ad intereſſe cõtra illos, qui in ſui iniuriam ipſos colonos, quamuis liberos, cis tantum ſubditos colonos moleſtant, uel ſpoliant. etenim certum eſt, æquum eſſe in his omnibus dari domino actionem: & cum alia nõ ſuppetat, ſaltem de dolo dabitur.ff.de dolo.l.1.& eſt conſiderãdum intereſſe domini in eo, quod ſubditus depauperatus neceſſe habet ei minorem collectam, uel minora ſeruitia facere, quàm cõſueuerit ſecũdum quoſdam.vide quod ſcripſi de probatio.licet, in ul.gl.Sed hoc non placet Inno.quia tale intereſſe eſt extra rẽ. & qui hoc uellet admittere, per nimios circuitus uagaretur.C.de ſen. quæ pro eo, qđ intereſt.l.unica. Alij tamen dicunt hoc intereſſe conſiderandum, ut dictum eſt.uel ſi propter inſultum in uillam, uel domũ, uel poſſeſsionem factũ coloni fugiãt, & poſſeſsio inculta remaneat, & ſterilis fiat, propter quod dominus, qui cõſueuerat de prouentibus poſſeſsionis pcipere.100.li. modò nõ percipit niſi.10. & ideò tenetur is, qui inſultum, uel uiolentiã fecit, & totũ hoc intereſſe in cõdẽnatione ueniet per actionẽ de dolo. Si.n.ille de dolo tenetur, qui hominibus meis ſuadet, ut poſſeſsionẽ meã dimittãt. ff. de dolo, cũ quis, multo fortius tenetur ille, q p ſuã uiolentiã, ſiue iniuriã, & moleſtiã ipſos hoĩes exire cõpulit de poſſeſsione mea, cũ & talia uix aut nũquã poſsint fieri ſine dolo.ff.de adul.l.pe. ff. de ui publica.l. qui tuæ. & l.q dolo, ff.de ſicariis, qui cædere. Poteſt & hoc dici, q contra illũ, qui turbat cultorẽ agri mei, uel colonos meos, dat mihi utile interdictũ, Vti poſsidetis & etiã actio iniuriarũ, ſi in iniuriã meã factũ ſit, ar.ff.de ui & ui ar.uim facit.ff.de act.emp.& uen. qui pendente.ff.depoſiti.l.1.§.ſi quis tabulas. De furto autẽ eis facto non poteſt dñs agere.ſibi.n.imputent ſubditi, qui res ſuas non bene cuſtodierunt. ſed ſi maiori ui non reſiſtit, nõ ſunt in culpa: quia nec illud facere poſsũt. ff.locati.ſi merces.§.uis maior.& eodem modo ſi nõ ſit factũ in iniuriã dñi, ſed propter ſpeciale odiũ ſubditi, non agit dominus de iniuria: poteſt tamen agere
8 ad intereſſe ſuum. ¶ Sed † & ſi in iniuriam[c] domini fa-
c ctum ſit, non licet ipſi dño auctoritate propria iniuriã uindicare, ſed per iudicẽ debet petere ſibi ſatisfieri, propoſita actione iniuriarum.ff.de iudi.priua.l.pe. hoc autem dubium non eſt ſm Inno. q ſi ille, cuius ſubeſt iuriſdictioni is, qui ſubditum meum lęſit, ad requiſitionem meã ipſi ſubdito meo ſatisfieri renuit, uel negligit, ego contra eũ licitè bellum indico.22.q. 2.dixit.& idem dixi de foro compe.poſtulaſti, in glo.
d priuationis.& uide quod dixi de treu.& pa.c.1.[d] & qđ dicam de iniu.& dam.dato.& ſi pignorationes, ſuper glo. pro credito, & plenius in Mercur. ſuper regula, non debet aliquid, de regu.iuris, lib.6.& etiam ſecundum quoſdam ſingulos ſubditos domini iniuriantis capere, & ab eis ſatisfactionem exigere poſſum, ex quo contra dominum iniuriantis licitè bellum moueo, in quo ſingulorum bona deſtruo: quare non multo fortius ſingulos capere potero, & cogere ad
9 ſatisfaciẽdum. ¶ Sed † & illud indubitatum eſt, q ego dominus in iudicio non poſſum petere nomine ſubditi, ut ei ſatisfiat, cum nec iſtud mea principaliter interſit, nec ſuus ſim procura.hoc patet de priui.auctoritate, in fin. lib. 6. alioquin eadem ratione poſſem ius ſuum remittere, & ei renunciare, quod dicere eſt
e abſurdum[e]. In publicis autem iudiciis, ubi criminaliter agitur, omnes admittuntur principaliter accuſando. nam per procuratorẽ hoc expediri non poſſunt. ff.de pub.iudi.l. penul.§.ad crimen, ſecundum Inno. cuius eſt mens totius huius glo.De bello autem mouendo dic, ut no.ſ̃.de iureiur.ſicut[*& infra*] de remiſſione damnorũ ſubditis illatorũ dic, ut no.in ſum.de peni.§.fin.ſub uer.ſed pone, q guerra ſuis, ſecundum
10 Ho.[*Appellauit*] primò offerens † diuerſos modos decano ad iuſticiam eius, quod petebat, infra uer.quia uerò, quę cauſa erat probabilis & ueriſimilis, & ſic appellatio iuſta, ſecundũ Inn. Dicit Hoſt. q incautè fecit eps ſic appellando: quia per hoc totã iuriſdictionem ſuã quo ad hunc articulum tranſtulit in metropolitanum. cautius ergo feciſſet relaxãdo interdictum, ſed forte motus fuit: quia de facto non obedirent ſibi ſed decano, ut dixi ſuper uerſi.metuens[*Ceſſaretur*] de his
11 † ceſſationibus dic hodie, ut infra de officio or.ſi canonici, & c.quamuis, li.6. Dicunt autem Inn.& Hoſt. & in decre.irrefragabili, de off.ord.vt ibi ſcripſi ſuper uer.manifeſta, q licet talis ceſſatio ſit ſeruanda, tamẽ cum hæc non ſit uera ſententia interdicti, ſed tẽporalis ceſſatio à diuinis, celebrans contra illam irregularis nõ eſſet, ad hoc, de ſen.ex.is qui, li.6.& de hoc in p̃. decre.ſi canonici, in gl. & uide quod dicam ſuper ca. & caueant religioſi à pœna decre. Clemen.de ſen.ex. cap.1.[*Præfixo*] forſan ab appellante, ſupra eo.perſonas, uel iudice appellationis[*Officiali*]qui eſt unũ conſiſtorium cum archiepiſcopo, & ideò de appellationibus ad archiepiſcopum interpoſitis cognoſcit, infr. eo.Romana, lib.6. Hoſti[*Allegans*] & malè, Innocen. [*Emiſit*]cui appellationi officialis detulit, & apoſtolos tradidit. Sed poſtea horum, ut uidetur, oblitus, proceſſit, ut ſequitur. ſed Innocen.qui dicit, quòd decanus

nus potuit appellare sine assignatione causæ, alle. de of. dele. super qō. §. nos autem [*& infra*] hic deciditur, ꝙ decanus nihilominus faciebat suprà dictū interdictum seruari, propter quod eps excōicauit illū, & archieps denunciauit illū uitandū. Sed canonici nihilo minus cōicarunt ei, de ap. cōfidentes. de his omnibus iudicatur, infra [*Quia uerò*] hic incipit sententia Inn. [*Iustitiam† exhibere*] hic fuit appell. extra iudicialis facta ex probabili & uerisimili causa, propter quod nulla etiā facta inquisitione de ipsius ueritate, & interdictum, & quicquid postea factum est, irritum nunciatur. sic. sup. c. bonæ, & c. ad audientiam, ubi de hoc. unde notandū est ꝑm Inn. ꝙ licet aliàs nō prosit appellatio facta extra iudicium nisi causæ ueritate probata, ut no. sup. de elec. cum dilecti: tamen ubi ex probabili & uerisimili causa appellatur. i. ex causa approbata à iure scripto, uel consuetudinario, hoc ipso dicitur constare de ueritate causæ, ꝙ contrariū nō probatur, ut hic. iure autem prohibitum† est, quòd decanus nō possit interdicere ecclesiam in grauamen, uel præiudicium epi, siue contra epm nisi ex manifesta cā, sup. de offi. ord. irrefragabili. §. pen. decanus nullam causam probabilem probabat, & ideo interdictum suū irritatur. fatemur tamen, ꝙ si decanus probasset, ꝙ manifesta fuit causa tpe illo, quo tulit interdictū, licet illa esset cōtra ius cōe, sed tamē competebat de cōsuetudine, seu priuilegio speciali, in hoc casu non fuisset reuocatum interdictū. ꝙ si tunc, qñ fuit lata sententia interdicti, causa manifesta non erat, sed tamen in ueritate iusta causa suberat interdicendi, in hoc casu esset sentētia sine grauamine relaxanda, & interdicens puniendus, sicut & in excōmunicationis sententia obseruaf, ut patet in eo, quod le. & no. inf. de sen. ex. sacro. 1. rū. Si autem ex causa uerisimili, & à iure approbata talis daretur sentētia, excōicatus ex multis causis ante sententiam allegatis, quas etiā corā excōicatore offeret se probaturum, propter quas diceret hanc sniam nō esse dandā, & ideo appellaret: tamē snia hoc non obstante lata teneret. & si sic interdictus, uel excōicatus repulsa examinatione, siue cognitione exceptionum suarū propter id dicit se iniuste ligatū, ut sup. eo. ad audientiam: respōdemus illud locum habere, nisi post ap. fertur snia ex cā non probabili & uerisimili. i. a iure scripto, uel cōsuetudinario nō approbata[f]. sed ubi fertur ex causa probabili, ut præmissum est, tūc oīno tenet sentētia, & si non probetur ueritas causæ, & ꝑm hoc dices, ꝙ speciale est in sententia excōis, uel interdicti etiā extra iudiciū lata ꝙ non tenet, si post appellationē ex causis legitimis interpositam lata est, & si nō probetur ueritas causarū ꝫ id quod no. inf. de his, quæ fiūt à maiori par. ca. c. 1. & est ratio, qa nunq̄ debet quis excōicari sine causa, quæ probāda est. 2, q. 1. nemo. uel dic. sup. eo. ad audiētiā, probauit appellans uerā causam appellationis, & ideò quicquid attentatum est contra app. legitimā reuocatur: secus est, quādo ex causa probabili & uerisimili fertur excōicationis snia. tūc. n. non[g] potest imputari iudici. imò cōmēdādus est pro eo, ꝙ falsas exceptiones nō admisit cōtra præsumptionē iuris, & cōtra ueritatē. uel dic ꝙ ibi non loquitur de ten. exc. sed de diffinitiua, per quam iudex amouerat ab ecclesia presbiterū appellātē nulla cognitione præmissa, & ordine iudiciario non seruato, in quo casu certū est, ꝙ siue appellatū fuerit, siue nō restituēdus est sic remotus, Inn. all. ad hoc Hos. de restit. spo. conquerente [*Post appel. legitimè*] sic est in an. sed nisi suppleas hic, interpositam, deberet dicere, Legitimam [*Cuius† effectum*] puta dicendo, nisi usq; ad decem dies dimiseritis sacerdotem, extūc seruetur interdictum. uel hoc dixit, quia interdixit, quamdiu præsens esset episcopus in ciuitate, & ita cū sentētia nōdum secum traxerit executionē. ab ea licitè poterit appellari, dum tamen à tempore sententiæ, & scientiæ non fluxerint decē dies. §. ritu. 1. quod ad consultationem. & sic non est contra. sup. eo. ad hæc quoniam, & c. pastoralis, uel die melius, ꝙ episcopus ante hoc interdictum ex causis probabilibus & uerisimilibus appellauerat. unde decani interdictum postea latum fuit nullum. nec habere potuit effectum, secundum Inn. Dicit Host. ꝙ† duo sunt effectus sententiæ. unus, quo ligatur anima, qui perficitur in prolatione facta etiam in absentem. sup. eo. cum sit, in fin. & de hoc, de rebus ecclesię non alienandis, si quis. & iste suspendi nō potest, sententia pure lata, nec denūciatio amplius ligat. sup. eo. pastoralis. In conditionali, de hoc sup. eo. præterea. 2. Secundus effectus est, quo separatur à cōione hominū. 11. q. 3. nihil. sup. de excē. a nobis. & iste in denunciatione perficitur. nām ante denunciationē reputatur occultus, nec uitatur in publico, inf. de sent. excom. cum non ab homine. 1. respon. & posset ignorantia tūc allegari ex parte participantis, & etiam excommunicati. & de tali effectu denūciationis potest hic loqui, per quem uenitur ad effectum sentētiæ seruandæ. tamen quando ignorans sententiā in se latam appellat, suspenditur denunciatio secūdum eum, qui remittit etiam. sup. eo. pastoralis[h], ad fi. [*Temerarium*] licet ipsum pronūciatum in se sit iustum, quod patet, quia papa idem pronūciat: fuit tamē temeritas, quia pronuncians iudex non erat [*Interpositam*] per decanū [*Innouari*] in† præiudicium appellationis. de hoc sup. c. prox. [*Apostolos*] dimissorios: secus, si refutatorios. ꝫ. c. 1. lib. 6. dicit Abb. ꝙ simpliciter dādo uidetur deferre [*Post appel. interpositam*] ab officiali, Inn. & ab eo receptam, & hoc ponderat hæc litera secūdum Host. [*Viribus caruisse*] nam per primam appellationem delata fuit causa principalis ad metropol. Secunda uerò appellatio interposita ab officiali & ab ipso recepta cognitionem principalis & accessorij transtulit in papā, quamuis ergo iusta esset causa excommunicandi; ille tamen non erat iudex. & sic non ob. quod opponitur, ꝙ ex quo sentētia interdicti per decanum lata nō tenuit, ergo impedire nō potuit excōicationē latam per epm in ipsum decanum, uel alios turbantes diuinum officium. ad quod dicit Inn. hoc ideo, qa negocium omnium interdictorum fuit gradatim primò ad archiepm, secundo ad papam deuolutum, ut prædixi. Sed dices, nonne† licuit episcopo suæ appellationi renunciare. C. eo. si quis libellos? respondet Inn. id uerum, si non fuisset illā corā archiepiscopo prosecutus: sed ex quo prosecutus fuit eam coram illo, & decanus ab archiepiscopo appellauit ad papam, non licuit postmodum episcopo in præiudicium partis, & in elusionem sedis apo. renunciare ap. quæ tenebat, quod ex eo patet, quia cassaf, quicquid post ap. decani archiepiscopus attentauit secundū ipsum. & Ho. dicit hoc probari in eo, quod l. & no. ꝫ. c. prox. post prin. & uer. nos igitur, & supra eo. si duobus [*Innotuerat*] q. d. secus, si † ignorasset, supra e. si duobus. dic ut ibi, secundum Hosti. Sed Inno. sup. maxime. Idem enim esset secundum ipsum, si de app. nil innotuisset archiepiscopo, cum per ipsam etiam in eius absentia factā appellans fuerit exemptus ab ipsius iurisdictione, ar. supra c. pastoralis. 2. quæstio. 6. biduum, all. Ho. de offi. dele. pastoralis. §. præterea. uide quod dicam, inf. eo, in terposita, in gl. corā iudice, ad fi. [*cōicauit*] sed contra, quia talis, licet appellauerit, uitandus est, inf. de sent. excō. per tuas, uer. nos igitur. Dicit Host. illud uerum in iudiciis excepto articulo, de quo agitur, extra iudicium non, & in diuinis non uitatur, ut hic, & de sent. excom. solet, lib. 6. [*Inculpabiles*] & sit etiam sic excommunicatus eligatur interim, & postmodum pronuncietur

cietur excommunicatio nulla; ualebit electio quandoq;, arg. hic, quia ueritate manifesta &c. 8. di. ueritatem. Quidam tamen dicunt, ꝙ talē eligentes peccant. sed dicit Inn. ꝙ non uidet causam, quia eligendo nō communicant ei, quod esset peccatū, sup. quod me. causa, sacris. sed & talis electus consentiendo non peccat, quia non tenetur se gerere pro excommunicato. sed contra. inf. de sen. exc. per tuas. Inn. hic dicit, ꝙ hic constabat sententiam non tenere. tu dic ut sup. gl. pro xi. ¶ Prima† gl. quærit, arguit pro, soluit contrarium. ¶ Secunda gl. respondet per contrarium. ¶ Quinta gl. in fi. soluit contrarium. ¶ *Glo. sed non uidetur*] obiicit, & soluit. demum tractat, an purum interdictum suspendi possit, & quid si interim appelletur. ¶ Pe. & ult. gl. respōdet per duas obiectiones, & solutiones. ¶ *Inf glo. 1, ibi. l. ulti.*] ibi ut instrumēti falsitate subducta debitor caperetur. ¶ *In gl. sed non uidetur, ibi. si quis tamen ita*] fit institutio cōditionalis per hoc uerbum, is ex fratribus meis, qui Seiam uxorem duxerit, sit hæres [*& ibi, siue autem*] animo donandi accepto tuli, quod debebat uxor, si in eandem uoluntatem perseuero usq; ad mortem, aliàs non [*& ibi, sed si manente*] uide de offi. dele. P. & G. in fi. [*& ibi, cum alijs*] est. l. pen. & uide de sent. exc. duobus, super 1. gl. ¶ *In glo. antepen. ibi. l. 2.*] uide de iudi. intelleximus, super 1. gl. [*& ibi, cum principalis*] sequitur, causa non consistit, plerunq;, nec ea, quæ sequuntur, locum habent. ¶ *In ulti. glo. ibi, minor. 25. in fine*] si præses minorem pronunciat maiorem, & curator hoc credens, cessauit, non tenetur, licet ille sit minor. ¶ *In† gl. 1. ibi, ut famæ*] & c. si clericos, lib. 6. [*& ibi. c. 2.*] & 5. q. 1. quidam, Inn. pūto, ꝙ inducat quod ibi dicit textus, teneri ad disciplinam. sed non dicit per quem [*& ibi, non credo*] idem & Inn. [*& ibi, uerbo*] scilicet quasi dicat non corporaliter [*& ibi, Iesum*] etiam uerbo, Io. 8. in princ. ¶ *In glo. 2. ibi, consuetudine*] ad idem. ꝫ. de of. or. irrefragabili. §. excessus. & dicit Hos. ꝙ quasi in omnibus ecclesiis regni Franciæ hoc obtinet consuetudo, ꝙ decani iurisdictionem habent in capitulum, & in electū: nō credit tamen, ꝙ ex consuetudine possit cōpetere decano, ꝙ ferret interdictū in ciuitatem, & remittit de fo. compe. cum contingat. Ex priuilegio autem hoc competere posset secūdum eum; & sic loquatur hic. uel fecit de facto. uel uerius loquitur de cessatione diuinorum, de qua in textu remisi. ¶ *In glo. qui fuerunt, ibi, consimiles*] ut si dicebat se paratum stare iudicio archiepiscopi, uel amicorum cōiter electorum, uel his similia [*& ibi, iniuriosam*] imò faciebat præsumptio pro eo tā ratione diœcesi. 16. q. 7. omnes, quā sententię de renū. in pūtia. ¶ *In glo. no. quòd, in fi.*] sed Ho. dicit, ꝙ hic xxiv †appellatio sumit pro prouocatione. decanus. n. non erat iudex, sed subditus appellantis: nec erat alius iudex medius, & sic pars partē ad iudiciū prouocauit. ꝫ. c. cum sit. quo casu sufficit appellare à grauamine futuro, sumpta cōiectura ex probabilibus causis, & talis prouocatio reputaf legitima, ut hic, & ꝫ. e. bonæ, ubi de hoc, & uide, quod dixi, supra post Inno. in glo. hoc fuit. ¶ *In glo. qui perturbat, in fi.*] & ꝑm leges pœna est capitalis. C. de his, qui ad ecc. confugiunt. l. denunciatū, & in aucten. de sanctissimis episcopis. §. si quis cum sacra. 4. charta, col. 9. Host. ¶ *In glo. pen. ibi, legitima*] non dicit legitimam nisi quò ad abdicandum iurisdictionē iudicis, qui detulit, secundum Hostien. ¶ *In glo. ult. in fi.*] dic ut infra de senten. excommunica. solet, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cum suis accessoriis. Adde hic d. Bal. qui præmittit, quòd quędā sunt accessoria necessitatis, & quædam iusticiæ. vide hic.

b ¶ Nec ulla cōsuetudo. Adde tex. in c. cum inferior. 21. di. & d. An. hic, & gl. in c. 2. de consue. in. 6. & per d. Præpo. in rub. sup. eo.

c ¶ Iniuriam. Contra quia iniuriari dicitur dominus ex iniuria sub-

dito illata, arg. 21. di. in nouo. 3. q. 1. nulli, & facit c. ad apostolicę, de re iud. lib. 6. & quod ibi no. Io. And. sed pro eo, quod hic dicitur, uidetur casus, in c. auctoritate, & ibi no. per glo. & Io. And. de priuileg. lib. 6. ubi uide.

d ¶ Capitulo. 1. super glo. 2. & uide Io. And. de resti. spo. olim, el primo, in glo. quomodo hoc. uer. ubicunque, & in fi. glo. & uide Barto. in libello suo repræsaliarum.

e ¶ Absurdum. Contra uidetur no. per Io. An. de suc. ab inte. c. fi. in gl. no. quòd episcopus, & in c. olim, el primo, in glo. fi de iuribus, de resti. spo. sed in episcopo illud locum habet, qui superioritā ē habet in ecclesiam inferiorem, & est ius publicum, hic in priuato loquitur.

f ¶ Approbata. Imò & oblatio probationis non operatur extra iudicium, & c. interposita, in prin. inf. eo. tunc locum nō habet, ut ibi no. Io. An. in glo. coram iudice, & uide in deci. Rotæ, conci. 371.

g ¶ Enim. Nunc enim apparet appellari contra illam sententiam ex causa non uerisimili contra id quod no. sup. eo. bonæ: quia cognito uno de contrariis, constat de reliquo, ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iu. l. 1.

h ¶ Pastoralis. Idem no. Io. And. in c. pastoralis, super uerbo excommunicatus. & ita est magna limitatio ad illud. c. quod uidetur probare contrarium. facit pro hic dicto c. licet, de sen. excom. lib. 6. à contrario sensu, & probat hoc. c. ibi. cum interim.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio causæ postquàm fit à Papa, non ualet processus habitus per minorem, & quando, num. 2, & 3.*
Comparatur appellationi.
2 *Irritum & inane si quid declaratur, quid hoc sit.*
Traditio in facto consistit, & quando impediatur post reuocationem causæ.
In facto quæ consistunt, ut non sint, postquam facta sunt, fieri nequit.
Attentata post reuocationē negocij ad papam, uel lite pendente in danda etiam possessione quando reuocantur, & nu. 3.
Possessione sua quis priuari non debet lite pendente.
3 *Auocatio seu reuocatio negocij per papam facta quando sit causa irritandi posica gesta. & ab alio etiam potest fieri, nu. 4.*
Papæ in auocatione causæ, negocijue, ac aliàs potestas.
4 *Sigillo alieno ut proprio, nec nouo proprio, & quando.*
Manu licet aliena uti subscribentis, quæ comparatur alieno sigillo.
5 *Additio gloßarum.*
Appellationis uirtus quæ, non semper iusta.
Reuocatio, uel auocatio negocij uirtus, & semper iusta censetur.

CAPVT LVI.

1 VT nostrum. Postquam† papa causam ad se reuocat, nō
a ualet processus habitus per minorem[a], sicut nec ualeret, si prius ab eo fuisset legitimè appellatum. & ponit dictum & rationē dicti ibi, cum plus sit [*Secundum mandatum*] quo iusserat archiepiscopū ostendere, ꝙ cancellariam contulerat personæ idoneæ modo canonico, & tempore cōpetēti [*Siquilli*] cancellariæ [*Dicto. H.*] cui cancellariam contuleras [*Iritā† & innanem*] i. nil iuris fuisse collatū ex tali traditione, nec literæ ab illo sigillatę ex persona illius sūmant
2 uigorem. alias cū traditio cōsistat in facto, ex quo facta est, nequit non fuisse. ff. de capti. & postli. reuer. l. in bello. §. factæ, secundum Inn. & facit, quod not. in cle. de hære. c. 1. uer. duro, secundū quem Inn. nō ob. sup. eo. constitutis. 2. quia ibi legitimè fuerat cōfirmatus, nec appellatio sine cā ab aduersario interiecta potuit suspendere confirmationis effectū. sed hic clam fuerat facta prouisio, & ante traditionem sigilli negocium ad curiam reuocatum. Iuste igitur reuocatur attentatum post hanc reuocationem, & pendēte lite. ꝫ. ut lite pendente, per totum. Cū enim ille, cui collata fuit cācellaria, nō fuisset in possessione officij añ traditionē sigilli, cū officiū cōsistat in sigillādo, & negocium reuocatum esset ad curiā, ubi tractabatur de cancellaria, & ipsius iure ante sigilli traditionem, iustū fuit traditionem postea factā pnūciari irritam & inanē:

ſecus, ſi iſte. H. ante reuocationẽ fuiſſet hoc ius adeptus, uel iuſtè inſtitutus, uel confirmatus, ut in cõtrario. Dicit etiam Inn. hoc notandum, q̃ ſi alius, quàm papa ageret cum archiepi ſcopo dicens, q̃ collatio, ſiue confirmatio cancellariæ ad ipſum pertinebat, quã tuncunq; ſuper hoc citatus fuiſſet archiepiſcopus in poſſeſſione conferendi, uel confirmandi exiſtens, vel lis eſſet etiam cum eo conteſtata, nihilominus tamẽ poſſet archiepiſcopus cancellariam, ſi uacaret, cõferre, & ei, cui contuliſſet, ſigillum tradere, dummodo hoc manifeſte in nullius præiudicium uerteretur: ga & lite pen. nemo priuandus eſt poſſeſſione ſua. ſup. ut lite pen. laudabilem. inf. c. ſignificãte. Si uerò hæc alii manifeſte præiudicarent, nõ ualerent, ſicut hic patet exemplum, ubi fiebat præiudicium illi, pro quo ſcripſerat papa, uel ad minus iuri ipſius papæ, qui dicebat poteſtatem conferendi cancellariam ad ſe deuolutã eſſe. unde in hoc caſu irritandum eſt, quicquid in præiudicium ſuum extitit attẽtatum, ar. in eo, quod le. &
3 no. ſup. de ſup. neg. præla. licet. nõ† eſt igitur hoc regulare, nec de iure cõi, q̃ ex quo papa incipit de aliquo negocio cognoſcere, quicquid fit à partibus irritum decernatur. imò quod hic mandatum fuit de ſigillo, ſpeciale eſt. & eſt ratio ſpecialitatis ſuſpitio, quã papa conceperat contra collationem ab archiepiſcopo factam, vt inf. ut ecc. bene. c. unico. alias. n. bene licuiſſet archiepo mandare effectui collationẽ ſuã, quãuis ſibi eſſet quæſtio mota. ſ. eo. conſtitutis. 1. & hoc plus placet Inn. q̃ id, quod no. ſup. in 1. parte huius gl uel dic hoc eſſe ſpeciale in reuocatione, quam ex certa ſcien
b tia facit papa, apud quem[b] plenitudo eſt poteſtatis. 2. q. 6. decret. ſup. de uſu pal. ad honorem, ut ex quo ad ſe certa ſcientia aliquod negociũ reuocat, poſtea circa illud præter eius conſcientiam non poſſit aliquid attentari, ut patet in eo, quod legitur, & no. inf. de prẽben. inter cętera, ſm Inn. cuius eſt mens totius huius gl. quinimmò & idem uidetur, qualitercũq; ad ipſum negocium iſt translatũ, ut patet in eo, quod le. & no. ſup. eo, ſolicitudinem. §. nos igitur, & de poſtu. præla. bonæ. 2. §. nec nocebat, & de elec. dudum. 2. ſm Hoſt. facit ſu. ut lite pen. eccleſia. 2. & vide quod dixi, de cõſtitu. cum. M. in gl. diuerſa. nec prædictis obſtant, ut lite pen. c. 1. & 2. lib. 6 quæ in aliis caſibus loquuntur, ut etiam dixi de reſti. in inte. c. 2. [*Vti præſumeret*] non. n. li-
4 cet uti ſigillo alieno ut proprio, arg. ff. de cri. fal. eos
c qui. §. fi. inf. de his, quæ ſiunt à prela. quanto, in fi. nec proprio de nouo fabricato in alterius præiudicium. inf. de exceſ. præla. dilecta. de uoluntate tamẽ eius, cuius eſt, hoc expreſſo; & alieno ſigillo, & aliena manu ſubſcribentis. ſ. uti licet; de hoc. ſup. tit. 1. cũ inter uos, ſm Ho. [*Romanum*] & quemlibet ordinarium, qui hoc
5 poſſit. ff. de iud. iudicium. ¶ *In*† *1. glo. ibi, ut noſtrum*] & §. de of. Archi. ¶ *In glo. ult. ibi, quam ſit appellare*] nam appellatio non ſemper iuſta, nec ſemper per eam reuocantur innouata. inf. eo. non ſolum. nam uirtus eius in iure conſiſtit potius, quàm in facto: ſed reuocatio ſemper cenſetur iuſta, ex quo facta eſt, & ſemper aduocat inferioris iuriſdictionẽ & uirtus eius in facto potius, quàm in iure, & ſic maioris uirtutis eſt iſta, quàm illa, ſecundum Hoſt. ſm quem eſt ſi. de offi. le. dilectus.

Inn. in c. dilecta, de exceſ. præla. & per Bald. & Imo. in c. ſignificauit, ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Termini appellationi proſequẽdæ ſtatutis ab homine prœuentio utri partium liceat, quid de legati, & quando, nu. 5. & 13.*
Sine eius mentione quando literæ non ualent, & nu. 5.
2 *In appellationis reſcripto non eſt neceſſe nomen iudicis exprimere, à quo eſt appellatum.*
3 *Procurator appellare tenetur. an autem proſequi, remittit.*
Termini aſſignatio ad proſequendum appellationem non habet uim dilationis, a prouocante ſtatui tantum poteſt, num. 4.
Appellationi nunquid uideatur delatum, ſi notarius dicat, quòd iudex benigne recepit appellationem.
4 *Sententia per appellati literas poterit infirmari. & contra nu. 1.*
5 *Contra literas opponere exceptionem oportet: aliàs ualent.*
Termini prœuentio quando poſſit ab appellato fieri.
Arbitrium iudicis interuenit in præcurſione termini.
6 *Appellationem proſequi poßumus etiam coram ipſo iudice appellationis abſque alterius ab eo impetratione. an coram iudice appellantis, ubi ſuperſeſſum eſt, num. 7.*
Continentia cauſæ diui di non permittitur hic.
Grauamen hic accipitur pro periculo, uel damno rei priuatæ.
Periculum Reipublicæ.
8 *Prorogatio poteſt à parentibus fieri de re priuata, quantum uolent: ſecus ſi de re publica litigatur, uel matrimonio carnali, uel deſiderante cauſæ celeritatem.*
Publicæ cauſæ quæ dicantur, & quæ illis comparantur.
9 *Appellationis cauſa niſi terminaretur intra annũ, tunc ſi ſuperior prouideret in beneficio, non eſſet æquum reprobata Hoſt. opin.*
10 *Debendi uerbum importat neceſſitatem.*
11 *Curam populi non habet is, à cuius confirmatione fuit appellatũ.*
12 *Suffragium gloſſarum.*
Prœuenire diligentiam quis alterius captioſè non debet: licet aliàs ſubueniat uigilantibus, num. 14.
13 *Additio gloſſarum.*
Termini ad proſequendam appellationem ſtatuti ab homine, uel à lege differentia. & an poſſit prorogari.
14 *Vigilantibus iura ſubueniunt.*

ANNOTATIONES.

a ¶ Per minorem. Adde Bald. in l. ſi ut proponis, lo prima, C. quomodo & quando iu. Archid. in c. multum ſtupeo. 3. q. 6. & per d. Frã. Cur. in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iudi. per Inno. & Bal. in cap. licet, de offi. lega.
b ¶ Quem. Et dicitur expreſſe reuocare ad ſe negociũ, quando partes monet, uel citat, ut coram ipſo ad cauſam tractand. m ueniãt, licet e preſſe non dicat, reuocamus. probatur hoc in c. iſto, ut patet ex caſu, quem ponit gl. 1. in c. ut noſtrum, ut eccle. beneſi.
c ¶ Eos qui. Adde Bald. in l. comparationes, C. de fide inſtru. & per

CAPVT LVII.

1 Blatæ nobis. Caſus. Si terminum appellationi proſequẽdæ ſtatutum ab homine altera pars præuenit, eo tacito literas impetrando literæ nõ ualent: ſed terminũ iuris appellatus prœuenire poteſt, dummodo nimium non præcurrat &c. Cõis diuiſio. Secunda ibi, Licet igitur, quæ diſtinguit, & ſecundum membrum diſtinctionis proſequitur ibi, ſi uerò 3. inſtruit iudicem ibi, ſuperior 4. concludit ad caſum pro
2 poſitum ibi, ex his [*Quidam iudices*] no. prot opi. Vber. q̃ non ſit neceſſe in reſcripto appellationis exprimere nomẽ iudicis, à quo eſt appellatum; de hoc in Spe. de appel. §. de offi. uerſi. antep. [*Procuratore*] appellare
3 †tenebatur, ſed non proſequi, quod dic, ſup. de proc. non iniuſte [*Sine termino*] per appellationẽ ſtatuto, de alio dicet. ſ. [*Aſſignatus*] no. q̃ termini aſsignatio facta per iudicem non habet uim delationis, cum iſta ponantur hic ut diuerſa; de hoc. inf. eo. cum appellationibus, lib. 6. Quid ſi dicit notarius, q̃ iudex benignè recepit appellationem? uide in Spe. de appel. §. nunc dicamus, in fi. & dicit, q̃ non uidetur detuliſſe. tamen dicit ibi. Go. q̃ Clementi placebat contrarium. Sis ergo cautus in rñendo, & in ſtatuendo terminũ [*Plebanus*] de Sambro. [*Appellatus*] nõ præcurrẽs nimiũ terminũ
4 legalẽ [*Obſeruatione*] & tamẽ† p illas literas poterit infirmari, ut dicitur inf. [*Litteras impetrauit*] quod eſt inf. [*ſæpe mentione*] de appel. ut in ult. gl. [*Alia pars*] appellãs ſcilicet [*an poſteriores*] impetrati ab appellãte [*Vel nos*] prio-

res impetrati ab appellato [*& infra*] forte adhuc quærebant, quid iuris, ſi terminus legis fuiſſet moderatus per hominem, & an poterit moderari? quæ infrà reſpondet, ſecundum Hoſti. [*A ſententia*] hic etiam poſſit argui, quod arguebatur ſupra eod. ex ratione, punctando hunc textum ita, quòd reſpiciat uerbum, indulgeatur: ſed illa non eſt mens literæ. & dic ut ibi [*A prouocante*] ab appellato, no. Hoſtien. & de hoc in ſpe. de app. §. qualiter, circa fi. [*Si eo*] ſ. termino ſtatuto ab
5 homine [*Tacita ueritate*] eſt ergo expreſſum ſecundum Ho. q̃ de termino † appellationis ab homine ſtatuto
a neceſſe habet impetrans facere mẽtionẽ[a]. ergo & de app. ut in ul. gl. [*Firmitatẽ*] oppoſita exceptione, quod dic ut no. de reſcriptis, ad audiẽtiã. 2. [*Non præcurrat*] dici poteſt hoc arbitrarium, de offi. dele. de cauſis. Alij quòd ultimo menſe hoc poterit: ſed tunc ſolùm agere, cum menſis ſupereſt. de hoc hic no. Inno. & Hoſti. uide in ſpe. de ap. §. nunc breuiter, uer. licet autem. primum placet, & ueniet in arbitratu conditio perſonarum, qualitas cauſæ, & loci diſtantia. ſupra eod. cum ſit Romana, de elec. cupientes, in prin. li. 6. nec uideo præiudicium, cum non interſit appellãtis: imò regratiari deberet appellato, qui proprijs expẽſis impetrauit ſibi iudicem, per quem obtinere poterit ſententiã
b infirmari, ut hic[b] in fin. [*Impetrare*] poſſet † etiam pro-
6 ſequi coram ipſo iudice appellationis non impetrando: tamen neceſſe tunc erit aduerſarium citari, & dic ut plene dixi, ſupra e. ſœpe, ſuper gloſ. ſi lis [*Sic obtento*] ne diuidatur continentia cauſæ, de ſeque. poſſ. cap. 1. [*Recuſare*] uel niſi impetraſſet ſecundas, quæ de primis expreſſam facerent mentionem, ſupra de reſcriptis,
7 cęterum, infra titu. 1. bonę [*Proſequi*] an † idem poſſit coram iudice appellantis, coram quo illum citari fecit, & poſtea ſuperſedere, uide quod dixi, ſupra eo. ex ratione, ſuper 1. gloſſ. in 4. columna. uerſi. imò plus uidetur [*Grauamen.*] i. periculum. uel damnum rei priuatæ, de re publica dicetur, infra uerſi. proxi. [*Superior*] ad quem eſt appellatum, ut infra dicit [*Periculum*] reipublicæ, ut infra exemplificat, ac ſi dicat, cum agitur
8 † de re priuata, prorogent partes, quantũ uolunt, nec ibi iudex occurrit partibus tacentibus, uel inuitis: ſecus, ſi de republica litigatur, vt de prouiſione eccleſiarum, uel de ſalute animæ. ad idem, ſupra de elec. cum nobis olim [*Alicuius electi*] idẽ, ſi agatur de matrimonio carnali ſecundum Gof. Hoſt. & Eg. allegant, ſupra ut lit. non cont. quoniam. Idem dicit ipſe Gof. in aliis, quæ celeritatem deſiderant, ff. de dam. infec. l. 1. ff. de
9 ſerijs. l. 1. & 2. [*Etiam ad annum*] dicit † Hoſtiẽ. quòd ſatis eſſet æquum ſtatuere, quòd ſi non terminaretur intra annum talis cauſa etiam principaliter mota, extũc ſuperior prouideret, niſi iuſta cauſa ſubeſſet, infra de iure patro. eam te, & c. cum propter, & de hoc eo. tit. quoniam. nam ſi expectatus per ſex menſes remouetur ab obtento, niſi habeat iuſtum impedimentum, de cleri. non reſi. ex tuæ. fortius impediri poteſt promouendus: quia turpius & c. ſupra de iureiuran, quẽ admodum. Tu dic, quòd hæc eſſet ſumma iniquitas. & in decre. ex tuæ, eſt dare culpam non reſidentis. Ad alia iura reſpõdet, ut dixi de officio ordi. dum uos, in princi. ſeruitium autem beneficij impleri poterit per uicarium temporalem, ut ibi, & ſupra eo. peruenit. 2. cum concor. [*Poteſt*] concor. Cle. e. tit. quamdiu [*Imò*
10 † *debet*] bene corrigit, quia hoc importat neceſſitatẽ: aliàs quod permittitur, non præcipitur. ff. de iudi. nõ quicquid, ff. de offi. præſi. l. ſœpe, & l. generaliter [*Moderari*] hodie tene, quod habes, de eleç. c. 1. & c. cupiẽtes, & c. ſi poſtquam, lib. 6. [*Negligi*] ſumptum eſt hoc uerbum, de can. 4. 5. diſt. de perſona, in fine [*Deſit cura*] nota pro eo, quod no. de ele. auaritiæ, libro ſexto, in
11 gl. & tunc, in fi. Hoc enim † patet, quòd is, à cuius cõ-

firmatione appellatum eſt, interim nõ habet curam [*Vel infirmandam*] ergo iudex impetratus ab appellato non ſemper confirmat: imò infirmat, ſi inueniat infirmandam, & econtra iudex appellantis quãdoque confirmat, infra. c. 2. ſecundum Inno. & uide, ſupra de offi. dele. cum contingat, in glo. quia melius, circa finem, & de reſti. ſpolia. ex conqueſtione, in gl. magna,
12 uer. ſi quis etiam. ¶ *In*† *glo. & ſic, ibi. ſi mater, ſecundo*] dũmater deliberat de adeundo, non ſuccedit agnatus. ¶ *In gl. 3. in fi.*] ſed illud non eſt prorogare, ſed parcitur ei, qui impeditus non proſequitur infra tempus legi-
13 timum. ¶ *In*† *glo. pars appellata, ibi prœuenire*] poteſt eſſe ratio diuerſitatis ſecundum Goffr. quia communiter terminus hominis breuis eſt, quia moderatur legalẽ, ſupra e. cum ſit. nec poteſt prorogare, ut hic, uel quia homo magis dedignatur naturaliter, quàm lex. ff. de arbi. ſi cum dies. §. fin. & l. Celſus. uerius eſt, quod quia terminus iuris datur ad finiendam cauſam, ut ſequitur in glo. neceſſe eſt fateri illum prœueniri poſſe: ſed terminus hominis datur ad inchoandum, meritò igitur non prœuenitur [*& ibi, terminata*] ut in Clemen. eo. titu. ſicut appellationem. ¶ *In glo. & ſic nemo, ibi, captioſe*]
14 aliàs iura † ſubueniunt uigilantibus. ff. de his, quæ in frau. cre. pupillus, in fi. & de hoc, ſupra ti. 1. cum olim. ¶ *In ulti. glo. in fi.*] & hoc teneas, licet Inno. hic uideatur innuere contrarium, remittens ad no. de offi. dele. ex literis, & ibi uide in glo. concorda, uer. ſi uerò, & ibi, inuenies dictum Hoſti. & uide, quod ſupra dixi in gl. eſt ergo. & ipſe Inno. tenet dictum glo. de ma. & obe. dilecti, in glo. ſed quo prodeſt, prope fi. uer. nec ualet, & infra de his, quæ fi. à ma. per. ca. capitulo primo, vbi uide obiectum, & uide quod dixi de reſcriptis, capitulo ſecundo, in glo. nec proceſſus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Facere mentionem. Adde ea, quæ habentur in c. perſonas, ſupra eo. per Bal. hic.
b ¶ Vt hic. Vide Io. And. ſuper c. ex conqueſtione, ſuper glo. 1. in fi. uerſi. item uidetur, quòd appellatur, ultra duas columnas, & in de ci. Rotæ, conclu. 322. Et ſcias, quòd cap. iſtud non habet locum in ap. interpoſita ab auditoribus in curia: quia ſtatim pót appellatus impetrare, uide in deciſio. Rotæ, conclu. 112.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis iudex altera parte abſente contumaciter definit etiam negotium principale, ſi poſt litem conteſt. fuerit appellatum, & ſecus, ſi non ſit contumax, niſi in caſu, & quo nu. 3.*
Litis conteſtatio poteſt argui ex publicatione depoſitionum teſtiũ, & ex ſententia, & ratio.
A ſubſequentibus neceſſariò, uel communiter ad præcedentia poſſumus arguere, ad uerb. publicatas, & nu. 2.
2 *Nolle comparere ſapit contumaciam, & citationem.*
De litis conteſtatione in cauſa appellationis reijcit aliò, & nu. 4.
3 *Appellationis proſecutio fit coram iudice appellationis, uel ab eo delegato, & num. 4.*
4 *De cauſæ meritis melius liquet partibus præſentibus, & interdum abſente parte.*
Sententia diffinitiua non fertur regulariter contra contumacem, niſi in cauſa appellationis, & quandoque expedito articulo appellationis num. 6.
Litis conteſtatio non fit in cauſa appellationis.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 6.*
Appellationem ſæpe partes proſequuntur, & finiunt, & ratio & quando ſit fatuum proſequi.
In eius proſecutione plenius probare poſſumus, recipienturque probationes, in fin.

CAPVT LVIII.

1 Er tuas. Caſus. Altera† parte contumaciter abſente, iudex appellationis diffinit etiam negocium principale, ſi poſt lit. cõt. fuerit appellatum. & com-

communis diuisso. secunda ibi, nos igitur [*Publicat. is*] ex quolibet istorum potest argui lit. cont. cum ista nõ
2 fiant regulariter lit. non cont. [a] supra ut lite non cont. quoniam, & per totum, secundum Hosti. [*Super hoc*] i. super causa appellationis, & per consequens super principali. si ante diffinitiuam fuerit legitimè appellatum [*Altera*] appellans, uel appellata [*Noluerit*] sapit
3 †contumaciam, & per consequens citationem [*Calculo*] supra de causa poss. postoralis [*Negocio*] de principali loquitur [*Primis*] à quibus appellatum est [*Contestata*] quid notet hic Goffr. de conte. litis in causa appellationis. dixi infra de testa. Rainaldus, uer. dilectus, super. 1. glo. [*Poterunt*] i. debebunt. sic supra c. proxi. ad
3 fi. Hostiē. [*Delegati*] ad causam appellationis [*Per †contumaciam*] & non aliter: quia in nulla culpa est absens, cum nesciat hunc iudicem impetratum: secus esset, si præfixo termino ab homine ageretur coram iudice; ad quem est appellatū eo casu, quo terminus ille habetur pro peremptorio, quod dic, ut supra c. sœpe. Et est ratio diuersitatis, quia iudex appellationis certus est utrique parti, sed delegatus sæpius est incertus, secundum Inno. & Ab. qui Inno. arguit in contrarium, de decre. super literis, in fi. supra de rescriptis [*Meritis*
4 †*causæ*] licet enim de his melius liqueat partibus præsentibus, supra de resti. in inte. tum ex literis: liquet tamen interdum etiam parte absente. de hoc in decre. prout, quam all. glo. [*Diffinire*] & hoc est priuilegium iudicis appellationis, cum regulariter etiam contra contumacem non feratur diffinitiua, s. ut lit. non cõt. quoniam contra. 1. respon. in causa tamen appellationis procedi potest, etiam si super ea coram iudice, ad quem appellatum est, uel eius delegato non fuerit lis cont. & sic intelligitur hic, & C. de temp. ap. l. fina. §. illud. citatio tamen semper est necessaria, supra c. sœpe,
5 secundum Inno. quod dic, ut ibi. ¶Prima† gl. distinguit. aut reus est contumax, aut actor est, lit. cont. aut non, & aut liquer de causa, aut non. secundò quærit,
6 & dupliciter soluit. ¶*In† glo. 1. ibi, si iudici*] causæ principalis, uel appellationis, quando. s. expedito articulo appellationis aggreditur principale; quod dic, ut dixi supra c. sœpe, super gl. ut si lis [*& ibi, sed pone*] dicit Abb. quòd inutilis est quæstio ista: quia fatuus est qui prosequitur appellationem, ex quo pro ipso lata fuit sententia, nisi cum pro modica causa est appellatum, ut quia summam negocij principalis excedit quantitas expensarum, quicquid dicat Abb. sæpe appellati prosequuntur appellationes, & libenter uident finem litium super confirmationibus sententiarū, ne diu stēt in pēdulo, supra c. proxi. [*& ibi non probasset*] pone exēplum, supra ti. proxi. cum Bertoldus, de resti. spo. cum ad sedē [*& ibi est præsens*] fatue facit appella. qui in hoc casu prosequitur [*& ibi, cassanda sit sententia*] nisi presens plenius probare uelit, quia tūc probationes recipiēt, supra de testi. fraternitatis, de fide instru. cum Ioan. secundum Hostien.

Eius est interpretatio in omni ambiguitate, quæ emergit in iudicio.
Positioni etiam negatiuæ respondendum, secus partis, & quando.
3 *Litigator quando q; fortius ligatur per aduersarium, quàm per iudicem, & quo casu.*
A iuramento delato à parte parti non potest appellari: secus si à iudice.
Litigare coram ordinarijs suis consultius est & utilius, & debemus, aliàs repellimur principe, nisi in causis exceptis.
5 *Laboribus ut partium consuleretur, edita hæc constitutio.*
Item pro expensis uitandis hæc & alia.
Statuere ad nouam legem refertur.
Appellationum quaruncunq; causa antiquitus deferebantur ad sedem apostolicam, quod fuit per hanc constitutionem correctū.
Noua iura quibus casibus condenda.
6 *Masculino genere continetur etiam fœmininum.*
Iudex idoneus quis hic intelligatur, & nu. 26.
7 *Is etiam intelligitur, cui fuit causa commissa cum clausula, appellatione remota.*
Conuentus dicitur etiam per solam citationem.
Appellatio extraiudicialis non amplectitur ab hac constitutione, & num. 31.
8 *Cap. cum speciali, infra eod. intellectus.*
Reo quod non licet, nec actori in casu huius decretal.
Archiepiscopus non potest audire causas suffraganeorum suorum, nisi per appellationem, excipiuntur casus.
9 *Conuenti iustitia in quibus constat.*
Dicere, & non probare nil prodest.
10 *Nuncij missio, an & quando ualeat loco appellationis, & quando & quæ reuocentur per eam. & quam habeat immunitatem.*
Itineris arreptio an & quando ualeat pro appellatione, & quando, & quæ per eam reuocentur, & à quibus immunis.
Aequipavata cuipiam habent eandem uim, quam illud, cui fit comparatio, ex mente huius loci.
Appellatio facto, & uerbis interponitur, & qualiter.
Per nuncios qui sua gerant negotia, ibid. circa fin.
Rescriptum, uel literæ amittunt uires suas ex dolo & negligentia impetrantis: aliàs non, & num. 12.
Sine culpa nemo suo iure priuandus est.
13 *De literis, uel rescripto impetrato non obstat exceptio, nisi post earum exhibitionem.*
Priusquam, pro donec.
14 *Versi. cum autem, quando habeat locum.*
Appellare ante sententiam licet secundum formam hic traditam tam ab ordinario, & delegato, quàm arbitro, & quo, & nu. 17.
15 *Coram honestis & publicis personis, si copia non possit iudicis haberi.*
Si plures sint iudices, quid iuris.
In appellatione causam proponere debeo coram quo, & aliam an possim quàm expressā adducere, & in scriptis proponere, n. 16.
Appellatio prædonis, uel delinquentis occulti admittitur.
Suspectus dicitur iudex mihi, à quo appellaui in alia causa.
16 *Appellatio ad quem facta intelligatur, si nominatim quis non exprimatur.*
17 *Fieri potest ante diffinitiuam sententiam secundum canones, & sup. nu. 14. & quæ requirantur remiss.*
18 *Remissio causæ ad inferiorem non fit, si detulit appellationi, & quando uerbalis etiam facienda, nu. 20.*
Appellationis articulo omisso ut procedatur in negotio principali coram iudice appellationis & quo, an & quando de uoluntate partis appellatæ fieri possit, & quibus reuocatis. §. dixit autē.
19 *Expensarum condemnatio ex hac decretali quando & cui, & quis exequitur, & si nulla fiat, quid iuris.*
Inhibitio iudicis appellationis ab interlocutoria solum suspendit processum principalis causæ, non tamen defert illud, durat usq; ad expenditionem articuli appellationis.
Versiculi, saluis, continuatio.
21 *Causarum maioritas est causa sufficiens deferendi causam ad papam, etiam sine appellatione, num. 22.*
Causæ maiores quæ.
De appellationibus in eis quid tenendum, & num. 22.

ANNOTATIONES.

a ¶Lite non contest. adde glo. in capitulo 1. de elec. in 6. in uer. absentia, & d. Feli. in cap. insinuante, de of. dele. & in cap. exceptionem, de excep.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ante sententiam causam probabilem corã iudice, à quo debet exprimere, si falsa, uel uera causa fuerit, quid fiet.*
De nuntio misso, uel de literis impetratis exceptio non iuuat.
Diuisio cum subdiuisione capituli, uer. & diuiditur.
2 *Vt, particula quibus modis accipiatur, & quo hic.*
3 *Iudicis honori in quibus deferatur.*
Pro eius sententia & qua præsumatur.

22 *Causa omnis etiã ardua pōt cõmitti speciali papæ delegato tractari.*
